BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
2 Q
11
14-1. K. 8.

~~1.11 f 36~~

DE DEMONSTRATIONE

LIBRI XV. NOVVM OPVS: GALENI LIBRO-
rum eiuſdem argumenti, iacturam reſarciens: antehac non uiſum, ſed nunc primùm in lucem, poſt bene longam ſuppreßionem, emiſſum.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



Cum Cæſ. Maieſt. priuilegio ad decennium, & Chriſtianiſs. Gallorum regis ad ſexennium.

BASILEAE, PER IO[illegible]NEM OPORI[illegible]
& Epiſcopios Fratres. M. D. [illegible]III.

Epiſtola

[illegible]

[illegible]

animi

mortales,

Plato lib. 10 de Repub.

β tum,

Epiſtola

Epiſtola

Pertinet ad Bibliothecam S.ti Fran.ci Romę ex legato
Ill.mi et R.mi D. Francisci Ruelli

DEMONSTRATIONVM
Liber I.

NON parua me tenet admiratio, quòd cum nulla res in omni uita maiorem afferat fructum, nihilq; ſit ad quod magis naturali quodam deſiderio & inſtinctu ferè omnes rapiamur, quàm Veritas, & Scientia: interim tamen non eſſe quicquã, cui minus operæ & ſtudij à pleriſq; impendatur, aut quod minus diligenter & accuratè excolatur, aut modo, & uia, eoq; quo decet inſtrumẽto exquiratur, quàm id ipſum, quod pleriq; diuiniſſimum, & pulcherrimum eſſe arbitramur. Etenim ſciẽtia rerum, nos proximè accedere ad Deorũ immortalium naturã, uulgò dicũt: uitamq; Deorum & ipſam fœlicitatẽ ſummã, contemplatione ueri philoſophi præterea definiunt. Qui porrò philoſophentur, cognatione eos quadam cum Dijs coniungi, cœleſtemq; hanc quodammodo uitam, & æternæ ſimilimam, mortales ſapientiæ ſtudio deditos, in terris imitari contemplando inquiunt, qui ueritate nihil diuinius arbitrantur eſſe, aut expetibilius. A multis equidem & ſummis uiris glorioſè et magnificẽ ſanè iſta dicuntur, quando nimirũ ſcribunt de natura hominis: & quãdo mentem nobis, ut eam uirtute & ſcientia perficiamus, à Deo datam diſputãt. Deinde ijdem, ut nihil omittant quæ ſplendidè poſſunt dici, quantum uiui à mortuis, tantum ſapientes cenſent differre ab inſipientibus. Cuius quidem certè incredibili ſtudio quidam inflammati, extremas adierunt terrarum oras: & nonnulli etiam, neglecto patrimonio, ut contemplationi ueritatis uacare poſſent, ſemetipſos excæcaſſe feruntur, quod de Democrito ſcriptũ legimus in hiſtorijs. Quid porrò dicã de tã operoſis Scholarum ſtudijs, & ocio, ut uocãt, minimè ocioſo literario? Quæſo em̃ quantis agitur ociũ illud diſcendi laboribus, quantis conatibus deſudamus, quas non ſuſtinemus diſcendo, docẽdoq; moleſtias, ut erudiamur, ut ſcientiæ fiamus compotes? Proinde nulla uita eſt etiam quæ degitur cum laude inter homines, quæ ſit expers eruditionis cuiuſdam & ſcientiæ. Quoniam inutilis, & nullius precij cenſetur, qui nihil prorſus ſciat, nihil didicerit. Quanquam idem finis nõ eſt ſcientiarum, quum aliæ ad uſum uitæ neceſſarium, aliæ ſimpliciter ad contemplationem ueri dirigantur: illo quidem liberali & ingenuo homine digniſſimo fine, hoc aũt ad uitam tuendam neceſſario & utili. Quæ porrò manibus obeuntur artes, mediocri quadam cognitione indigent, & pleræq; corporis uires magis, quàm ingenij ſolertiam requirunt. Nonnulla maius ingenium requirunt, maioremq; ſcientiæ cuiuſdam facultatem, quarum tamen ueritatis cognitio non eſt Finis, ſed neceſſarij, aut cuiuſdam utilis operis præſtatio: cuiuſmodi ſunt illæ artes, quibus uita noſtra, multis modis fragilis, & imbecillis, neceſſitati conſulitur. Nõ enim ut alijs ſuppeditat animalibus, ita uictum largita nobis etiã eſt natura, nullo apparatu indigentem. Præterea ijſdem præbuit latibula, quibus ſe tegerent, & tutarentur ab externis incommodis aut periculis, nec nõ ueſtitũ cum

ipſis natum,& talem qui uſu non deteratur,aut obſoleſcat: quib. omnibus ita
proſpexit natura, ut liberalius & ſagacius non potuerit. Quæ niſi homini in-
genium,& mentem dediſſet,deſtituto omnib.his præſidijs,quibus incolumis
uita conſeruatur:aut infeſtiſſima ei,aut certè procreando ipſum, inſipientiſſi-
ma uideri potuiſſet.Mentē aūt & Manum dans homini, cui omnibus prope-
modum opus erat elaboratis induſtria,& nobiſcum non natis, ſed quæſitis re
bus ad ſuam uitam ſuſtentandam: multo certè in homines benigniorem & ſo
lertiorem,quàm in cæteris naturam architectricem conſeruando ornandoq;,
Mentis in homine præſtantia. exiſtimandum eſt. Etenim ipſa ingenerauit homini facultatem quādam,qua
primum his quæ ad corpus pertinent,neceſſitatibus conſuleret:quod aſſecu-
ta multarum & uariarum artium adminiculis eſt,naturā quodammodo ipſam
rerum opificem imitantibus, nempe quibus in rebus non ſatis uſui & neceſſi
tati ſuppeditaret ipſa natura, quaſi inchoatum eius beneficium complentia:
ut iam propter artes haud paulo pauciora à ſeipſo præſidia ad uiuendum af-
ferret,quàm à natura ipſa accepiſſet homo. Deinde eâdem mente effectū eſt,
ut non modò uitæ & corpori, ſua quadam induſtria & ſolertia conſuleret,ue-
rumetiam animum excolens uirtutibus, uiueret prę̈clarè, beatiſſimo ſeipſum
optimoq; in ſtatu collocans:cuius uirtutis duntaxat initium & facultatem,nō
etiam perfectionē à natura accepiſſet. Quoniam ut anima præſtat corpori, &
ut anima uitam motūq; corpori ſuppeditat,ita mens animæ uitam diuinā con
ciliat:quę haud paulo corporea uita pręſtantior eſt,ut quā ſecreta etiam à cor
Mens nō tantū corpus, ſed etiam ſeipſam conſeruat. pore anima uiuere poſſit. In corpore autem, ipſam ab ignorantia uindicans,
& uitijs expurgans, animum ſeruitute corporis liberat: nec uirtutibus imbu-
tum,ulli rei inferiori obnoxium uiuere ſinit.Status ille optimus eſt, & liberri-
mus animi, quem habet à mente: deterrimus autē,quo corpori mancipatus &
deuinctus uiuit,à quo fomenta omnium uitiorum incenduntur: quibus tamē
ratio & mens reſiſtens, mediocritatis freno omnes impetus libidinis coercet.
Virtus hominis cauſa mentis,duplex. Ea nimirum hominis propria eſt uirtus,infinitos ſcilicet affectus,moderatio-
ne mentis gubernans:quam moderationem,Socrates Scientiam quidem eſſe
dixit,Ariſtoteles autem appetitus habitum,& uirtutem: quę non primò men
ti,ſed affectui ineſſet,conſuetudine rectè agendi inoleſcentem,cum recta ra-
tione, id eſt ſcientia quadam rerum agendarum coniunctum habitum. Iam ſi
omnia recenſere uelimus,quę ui mētis & cognitionis fiant,uel artificioſè con
ficiendis,uel prudenter rebus obeundis atq; adminiſtrandis,longiore id qui-
dem eſſet oratione exequēdum: qua, tametſi intelligeretur ſcientiæ quædam
utilitas,eius tamen proprię laudes non ſatis hac commendatione celebraren
tur,ut quas non uſu prudentiæ uel artis quodam ponderari,ſed peculiari qua-
Notitiarū differentia. dam præſtantia honoris commendari oporteat.Quoniam intelligentia eorū
quæ finiuntur uſu,nō intra ſe uertitur, nec propter ſe etiam expetitur : ſed aut
ἐπιστῆμαι πρακτικαί, ἢ ποιητικαί. neceſſitatibus,aut oblectamētis corporis famulatur,quæ his ſunt uſibus man
cipatæ:& ob id etiā minus liberales illæ dicuntur ſcientiæ.Diſcūtur itaq; tales
artes propter quādā utilitatē,ac ne uulgò quidē ſolēt appellari ſcientiæ:cū nō
mentem ipſam,ſed res quæ ſunt extra mentem,perficiant.Neque uerò uirtus
ipſa.gubernatrix affectuum,ſcientia eſt appellāda. propria enim mentis per-
Virtus θεωρητική. fectio,eſt Scientia:nec ſe profert ad aliud,ſed intra ſe finitur : & eſt ſeipſa per-
fecta,nullo corporis motu indigens , ſineq; adminiculo corporis , mentem i-
pſam perficiens,optimam & diuiniſſimam partem hominis. Virtus autē hæc
magis mētis,quàm hominis propria exiſtit: cū ſine homine mens eſſe poſſit,
in

in homine uerò (quoad mens ignorantiæ eſt obnoxia, & uanis opinionibus capitur) perfici nimirum eã dicimus, habitu ſcientiæ. Quàm porrò turpe eſt, labi, errare, decipi, neſcire: tam contrà honeſtum & laudabile eſt, ſcientia prę ditum eſſe, & nõ falli opinionibus. Dicamus deinceps de toto illo præceptionum genere, quibus mentis agitatio ſeu actio, intra ſe uertitur, & cuius finis ſit Veritas, non autem rerum externarum Vtilitas, aut quæcunq; alia actio, hominem propriè perficiẽs. Prima igitur mẽtis perceptio ueri eſt, quę apprehendit inchoatas rerum, & communes notitias: quæ rudimenta ſunt ſcientiarum & demonſtrationũ, quorũ habitus, Intellectus dicitur. Altera, compoſitarum eſt notitiarum, per demonſtrationem acquiſitarum, nempe Scientię habitus. Tertia, remotiſſimarum à ſenſu contemplatrix eſt Idearum ſimpliciſſimarum: quatenus nimirum earum cauſa eſt nulla, ſed quoad ipſæ ſunt per ſe principia, & omnium prima ὄντα: & quoad his nihil neq; materiæ cauſa & naturæ, nec quatenus etiam cognitis ipſis ratiocinationis cauſa, compoſitio & diuiſio accidit, ſed duntaxat ᾗ αὐτοῖκασα ὄντα, conſiderantur. Qui ſanè ſcientia omni ſuperior eſt habitus: & Sapientia ſolet appellari. Hac cognitione nulla eſt præſtantior aut eminentior, & quę faſtigium ſcientiarum etiam ſit nominata à Platone, nuncupatione Dialecticæ, quam Ariſtoteles primam appellat & principem philoſophiam. Proinde cauſa effectrix ueritatis omnium rerũ, Mens ipſa eſt, quoad naſcitur cũ homine: cuius οὐσία potius quam facultas ratione communis & eadem omnib. hominibus ineſt, ſed non idem mentis omnium habitus uel energia exiſtit. Eſſentia quidem mẽtis extrinſecus aduenit, nec aliqua ipſius eſt gignens cauſa: diſſolutoq; homine, ipſa nõ diſſoluitur tantum, ſed ſua propria uiget & uiuit uita. Nequaquam uerò una eſt ad numerũ, eademq; in omnibus, ut pleriſq; Græcis interpretibus Ariſtotelis, & præterea Auerroi uiſum fuit, ſed ſpecie eſſentiæ una: quæ finitione nimirũ exprimitur, & cõmunis eſt. Eſſentia uerò ipſa ſingularis, & indiuidua, & ἀμέθεκτος à multis οὐσία. Nihilominus pro uarietate temperamentorum naſcẽtium hominũ, indoles & ingenium multiplex, nec non uariè habitibus diſcrepans, ut quidã propter ſtuporem, ne mente quidem præditi uideantur. Qui uerò utcũq; intelligunt aliquid, tam multipliciter nonnunquam ſunt affecti, ut ueriſſimum ſit, quod dictum eſt à Terentio: Quot capita, tot ſenſus. At facultate ipſa mentis (quæ cauſa ſubſtantiæ non naſcitur, aut interit) nihil unum, uni tam ſimile, tam par, quàm omnes inter noſmetipſos ſumus. Quòd ſi deprauatio conſuetudinum, & opinionum unitas, imbecillitatẽ animorum non detorqueret, & flecteret quocunq; cœpiſſet: ſui nemo tam ſimilis eſſet, quàm omnes eſſent omnium. Vanitas hæc opinionum, & uarietas, quæ maximè contraria eſt ſcientiæ, per ſenſus noſtros irrepit in animam, falſa ſpecie eſſentiæ & ueritatis, ea nimirum quæ adumbratur in ſenſibus: cum quæ accidant eſſentijs rerum, non ſint ipſa, ſed φαινόμενα ὄντα, & (ut Platonicè loquar) ὄντως μὴ ὄντα. His nihil fallacius eſt: ſiquidem pro lumine umbram, prò ueritate fucum accidentium arripiamus. Ex his delibantur tam incertæ & tã uariæ de reb. opiniones, ut mirũ nõ ſit, ἀκαταληψίαν ab Academicis introductã: & Empirici medici, in hac opinionũ diſcordia atq; διαφωνίᾳ τὸ ἀντιλέγετον ineſſe dixerint: ut autor eſt Galenus in libro περὶ αἱρέσεων τοῖς εἰσαγομένοις. quòd nimirũ dubijs & pugnantib. rationibus ueritas cognoſci nullo modo ſenſib. poſſit: quæ una ſemper, & ſimpliciſſima eſt. Non igitᷣ ſunt, ſed apparẽt uera, quorũ ratio fluctuat, nempe propter incertũ accidentiũ ſenſum uera: quę non omnino, ſed tẽporis

Notitiarum diuiſio θεωρητικῶν.

νοῦς.

ἐπιστήμη.

σοφία.

Quid Dialectica apud Platonem.

Mens, principiũ θεωρίας ueri, Natura non eſt.

Mens non eſt una ad numerum, principium intelligentiæ in omnib.

Accidẽtia cauſa ſunt errorũ, et falſarum opinionum.

Quid opinabile uerum.

aut loci gratia, pro ueris habẽtur. Quod genus uniuerſum rationum, ſenſibus ſubnixum, opinabile uerũ, Plato in Timæo appellauit. De hoc genere ueri, nihil in prǽſentia dicimus: quod tametſi nõ percipitur Scientia, tamẽ artificioſǽ coniecturǽ in artibus, & in politicis rebus ac negocijs, prudentiæ cuiuſdã ap-
Duplex opinabile Verum. pellationem obtinet. Aliud eſt genus opinabilium, aduerſiſſimum ſcientiæ, eius tamẽ ſpecie ſeſe uenditans, quod rationibus quibuſdam in diſputãdo aſtruitur uериſimilibus quidem, ſed non uernaculis & accomodatis: quo dubitamus ſubinde, quo hæſitamus, quo circumſpectamus, quo multa aduerſa ueremur, quo tanquam in mari immenſo, noſtra huc illucq; iactatur mẽs & ſententia, ut inquit Cicero. Quanq; tantum ualet in animis quorundam opinionum pertinacia, quantum uix ualeat animi conſtantia, in quibuſdam ſcientia præditis: ſiquidem haberi debet pro ſciẽtia, quando rei uerіſſimæ nõ habetur conſtanter fides. Quod nonnunq; uitio accidit, et prauitate ingenij diſcentis, cùm ueritate ipſa nihil ſit certius & ſtabilius in animis bene affectis. Multorũ tamẽ animi non ſunt capaces ueri: propterq; aut ἀφυΐαν, aut propter ἀπαιδείαν, impreſſi λόγοι in animis, per fidem non firmantur, cum nõ ſint (ut Ariſtoteles
Ethicorum 6. inquit) συμφυεῖς λόγοι propter has cauſas: quibus ob id etiã ipſum fides nõ habet. Quo reſpiciens dixit idẽ Ariſtoteles, Ethicæ diſciplinæ non eſſe idoneos auditores, adoleſcentes, neq; Phyſicǽ: quarum ſcilicet propter ἀπαιδείαν nõ ſint capaces diſciplinarum. Plato aũt, poſt trigeſimum demũ annũ in Dialectica, id eſt prima philoſophia, inſtituendos & erudiendos admittat, uarijs ſcilicet
Veritas etiam uerũ, δοξαστὸν quiddam eſt, ni fide radices egerit. antea diſciplinis eruditos & excultos. Quamobrẽ, tametſi ſuapte natura opinabilia non ſunt, quæ tractari ſolent in ſcientijs: eo tamẽ opinionibus ſimiles erunt hǽ perceptiones, quòd per fidem radices non egerint rationes earum, in animis diſcentium. de qua imbecillitate animorum, fidem non habentium ijs qua uerіſſimè dicuntur, iam nonnihil monebo. Opinio eſt, non certa, aut etiam falſa ratio, qua creditur aliquid eſſe uerum, quod tamen non ſit uerũ: aut etiam ſi quǽ ſunt uera, dubio aut infirmo animi aſſenſu percipiũtur: nec ijs maiore fide creditur, quàm cõtrario: ſcientiæ potius, quàm opinionis appellationem obtinent. Prima ruditas mentis eſt, non percipere: altera, nõ credere his, quæ uerè dicũtur. Penes mentẽ ut notitia ueri certiſſima & euidẽ-
Quid Fides. tiſſima eſt, ita Fides quoq; ſtabiliſſima: quibus ſic ſcientiam rerum percipit & amplectitur, quemadmodum luminis interuentu, percipit colores oculus ſanus & integer. Non poteſt enim nõ credere uero, bene conſtituta mens: & Volũtas informata uirtute, nõ poteſt nõ appetere uerè bonũ. Ne cauſa quǽratur alia, cum non ſint facultates aliæ, quibus hæc percipi queant tanquam principijs. Mens autẽ ipſa per ſe non opinatur, ſed quoad cum ſenſu ſeu phan-
Mẽs per phantaſiam accidentium, ſic gignit falſas opiniones, ut Ixion, coitu cum Nubibus, dicitur genuiſſe Centauros. taſia ſe coniungit, ex his quæ accidunt, ſpeciem falſam cõponens errat. Quæcunque autem nos fallunt, ijs accidũt rebus, quæ alioqui ut uerè ὄντα, & αὐτοέκαστα cognoſcunt: quæ apparentia ſi pro rebus ipſis & ueris arripiuntur, pro ſciẽtia uenditat opinio, pro percepta phantaſia res uera neſcitur & negligit. Accidentia enim rebus ueris ſunt oppoſita, quoniã illa quæ accidunt, res ipſǽ quibus accidunt non ſunt uerè, ſed uidentur eſſe. οὐσία autem quæque res eſt, et ſpecies uera, quæ definitione exprimitur: quo uocabulo intelligi uolumus omnia, quoad αὐτοέκαστα quædam cognoſcuntur, quæ ſub ſenſum nõ ueniũt, ſed ſola mẽte percipiunt autore Platõe, cũ inquit: οὐσία ἐστὶν, πρὸς ἣν ἡ ψυχὴ αὐτὴ
Quid οὐσία. καθ' αὑτὴν πραγματεύεται. οὐσίαι porrò rerum (quoad ſunt extra mentem)
Theæteto. in rebus corporeis & materiatis, multis accidentibus infuſcantur: quæ mens ipſa

ipſa quando ſeparare nequit, fucatā ſpeciem pro uera percipit, fallitur& accidentium phantaſia, ſine qua non poteſt hallucinari. Non enim ut ſeipſa uerū cognoſcit, ſeparando omnes ἰδέας rerum, per finitiones aut demonſtrationes, ita ſeipſa quoq; poteſt errare, cùm mente & intelligentia rerū, nihil ſit uerius. Alioqui quid eſſet, quod ipſam mētē ab errore uindicaret, ſi ipſa per ſe quoq; obnoxia eſſet erroribus? Ex quo cōcludendū, φαντασίαν in cauſa eſſe, ut mens hallucinetur. Phantaſian porrò nō eſſe ὄντων, ſed συμβεβηκότων, quorū nō eſſe ſcientiam, ſuo loco oſtendemus: nunc opinionis eſſe cauſam, accidentia & phantaſian, ſatis eſt intelligi. Quia uerò docemus in præſentia, quid inter opinionem & ſciētiā interſit, & cauſa utriuſq; iam à nobis eſt expoſita: quid uetat, quominus Platonis, ſummi philoſophi ſententia & autoritate, ut teſtimonio quodā minimè ſpernendo, noſtrā confirmemus ſentētiā? Is in Phędone, quæcunq; SVNT, diſtinguit in ὁρατὰ & ἀόρατα. Eorum quæ ſub ſenſum cadant, nihil eſſe quod firmum & ſtabile, eodem modo ſemper ſeſe habeat: horumq; nihil eſſe uerū, ſimplex & ſincerum, ſed cum alio concretum: & materiæ cauſa, confuſum atque mutabile cenſet. In mēte autem, ſpecies omnes eſſe ſecretas, ſinceras & immutabiles, & quæ cauſa ueritatis aliter ſe habere nequeant exiſtimat, quales rerum ſpecies, ſenſus non attingat. De his ad hunc ſcribit modum: τῶν δὲ κατὰ ταὐτὰ ἐχόντων, οὐκ ἔστιν ὅτῳ ποτ' ἂν ἄλλῳ ἐπιλάβοιο, ἢ τῷ τῆς διανοίας λογισμῷ, ἀλλ' ἔστιν ἀειδῆ ταῦτα, καὶ οὐχ ὁρατά. Inſtabilitatem notitiarū autem, inſcientiam, uęcordiam & quaſi uertiginem mentis: qua nimirum propter phantaſiam hallucinetur, intuitu corporearum rerum oberrans, & quodāmodo cæcutiens, uarijs diſtrahit opinionibus, ita uerbis depinxit: οὐκοῦν καὶ τόδε πάλαι ἐλέγομεν, ὅτι ἡ ψυχὴ ὅταν μὲν τῷ σώματι προσχρῆται εἰς τὸ σκοπεῖν τι, ἢ διὰ τοῦ ὁρᾶν, ἢ διὰ τοῦ ἀκούειν, ἢ δι' ἄλλης τινὸς αἰσθήσεως. τοῦτο γάρ ἐστι, τὸ διὰ τοῦ σώματος δι' αἰσθήσεως σκοπεῖν τι. τότε μὲν ἕλκεται ὑπὸ τοῦ σώματος εἰς τὰ οὐδέποτε κατὰ ταὐτὰ ἔχοντα, καὶ αὐτὴ πλανᾶται, καὶ ἰλιγγιᾷ, ὥσπερ μεθύουσα, ἅτε τοιούτων ἐφαπτομένη. ὅταν δέ γε αὐτὴ καθ' αὑτὴν σκοπῇ, ἐκεῖσε οἴχεται εἰς τὸ καθαρόν τε, καὶ ἀεὶ ὂν, καὶ ἀθάνατον, καὶ ὡσαύτως ἔχον. καὶ ὡς συγγενὴς οὖσα αὐτοῦ, ἀεὶ μετ' ἐκείνου τε γίγνεται, ὅταν περ αὐτὴ καθ' αὑτὴν γένηται, καὶ ἐξῇ αὐτῇ, καὶ πέπαυταί τε τοῦ πλάνου, καὶ περὶ ἐκεῖνα ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ ὡσαύτως ἔχει, ἅτε τοιούτων ἐφαπτομένη, καὶ τοῦτο αὐτῆς τὸ πάθημα, φρόνησις κέκληται. Complura his ſimilia, ex Platone non adijciam, quæ ipſe περὶ νοητοῦ, καὶ αὐτοῦ ὄντος, καὶ νοητοῦ τόπου λαμπρότητος, paſſim ſcripta reliquit: tantū hæc commemorare libuit, ut quid inter opinionem & ſcientiam diſcriminis eſſet, liqueret. Veruntamen cum nemo non ſibi arroget ſcientiā, in tanta multitudine eorū qui ſe ſcire aliquid profitentur: quínam ſit habendus pro ſciente, & ueritatis rerum indagatore, non uidetur id nullam habere quæſtionem. Quarum rerum, & quomodo habentium ſcientia ſit, diximus: nunc eorum qui ſe ſcire quidpiam exiſtimant, differentiam conſideremus. Socrates, Apollinis oraculo iudicatus ſapientiſſimus, cum magna ſcientiæ cupiditate flagraret, ſibi tamē nullius conſcius eſſet: cōtulit ſe ad omnes, de quibus opinio eſſet, quòd ſcirent aliquid, & ſaperent. Ac primum cum acceſſiſſet quendam, in Reipub. adminiſtratione facile ſummum, qui cùm alijs, tum in primis ſibijpſi ſapere uidebatur, & ex eo multa quæſiuiſſet, quæ ad ueritatem rerum pertinerent: non modò multarum & magnarum inſcientiam rerum ſe deprehendiſſe, ſed etiā uerbis ipſum ut inſipientem coarguiſſe inquit: quo factum ſit, ut cùm alios, tū præſertim illius nobilis odium in ſe concitaret. Inde ſe contuliſſe ad quoſuis alios, opinione hominum ſapientes, ut ad Rhetoras, & ad Poetas: in primis

Sine phantaſia Mens nō hallucinatur, ſed ſeipſa uerum apprehendit.

Opinionis cauſa.

Phædone.

Diſcrimen inter δοξαστὸν et ἐπιστητόν.

Quid inter ſcientes & opinātes interſit.

Plato in Apologia.

autem ſe ſperaſſe aliquid à poetis, quorum multa ſapienter dicta uulgò cōmemorari ſoleant. Attamen eos nihilo ſe alijs deprehendiſſe ſcientiores. Nam præclarè ab his ſcripta, ne ipſos quidem ſatis intelligere autores: cùm non à ſe, ſed diuinitùs incitati, talia ſcribant: ut uaticinantes ſolent, qui non intellecta etiam oracula proferant. Ad extremum, præſtantiſſimos quoſque opifices ſe tentaſſe, utrum illi præ alijs, multa & præclara ſcirent. Competiſſe autem ſe, cum eſſent in ſuis artibus admodū ſolertes, & propter hanc ſolertiā, ueritatis quoq; & ſcientiæ quarūlibet aliarū rerū autoritatem ſibi arrogarent: cum illos quoq; reprehendiſſet, & uerè nihil ſcire oſtendiſſet, non parum infenſos eos ſibi effeciſſe inquit. Sed quid eſt, quòd his omnibus Socrates autoritatem ſcientiæ non conceſſit? quæ cauſa fuit, quòd unum hoc ſe ſcire, quòd nihil ſciret, ingenuè fateretur? Nulla certè alia fuit, quàm inquirendi illud, et congoſcendi ueri ſummum ſtudium, quòd ipſe rebus ſub ſenſum cadētibus fruſtra adhiberi ſentiebat. Itaq; ad mentis contemplationem omnia reuocans, quid ipſa per ſe quæq; res eſſet (ideas nominabat) finiēdo & demonſtrando complecti conabatur: quod arbitrabatur longè eſſe difficilimum homini, Deo facilimum. Quam ſpeciē in pleriſq; rebus tum ſibi, tum alijs incognitam animaduertebat: pręſertim uerò his, qui omne ſuum ſtudium contuliſſent ad cognitionem eorum, quæ tēporis duntaxat aut loci gratia eſſent uera: aut qui non quid per ſe quęq; res eſſet, ſed quæ nam, & quatenus alia his acciderent, conſiderarent. Talis eſt omnium eorum qui Politici, qui Rhetores, qui Poetę, qui Artifices exiſtunt, cognitio: qui non ipſas rerum ideas, ſed cum materia concretas ſpecies cognoſcunt: & quoad his alia loci aut temporis gratia accidunt, contemplantur talium rerum ueritatem, nō quatenus ipſa per ſe uerè, & uera ſimpliciter exiſtunt. Quarumcunq; ergo ſcientia eſt, hæ ſolutæ ſunt & ſecretæ ſpecies, nullis locis, temporibus aut accidentibus circumſcriptæ aut deuinctæ. Notiones enim infuſcantur & adulterātur accidentibus, à Sophiſta: de quibus ueris & ſinceris, inquirit & diſſerit Philoſophus. Tametſi uerò hi de quibus paulo antè dictum eſt, artifices, rerum ſub ſenſum uenientium, communia νοήματα deuinciant accidentibus quibuſdam: nihilominus ueritatis tamē ſunt ſtudioſi, omnemq; intelligentiam rerum ad utilitatem quandam accommodant: cùm ſit uſus et utilitatis etiam earum notitia

Rhetor concretas ideas cōſiderat.

quædam, non ſolum eſſentiæ contemplatio. Ergo Rhetor, non quid ipſa per ſe ſit iuſticia contēplatur: ſed qui ſit iuſtus homo, aut quod factum iuſtum, aut quæ pœna iuſta diſputat: dictis, factis, locis, temporibusq; illa definiens. Et ſi de re ipſa ſit diſſerendū, nō adhibet neceſſaria illa, quib. cōſtat & apprehēditur rerum iuſtarum ſcientia, ſed ueriſimilia: partim utens argumentis rhetori-

Philoſophus cōſiderat ſecretas.

cis, partim communibus & topicis. Philoſophus autem, quid ipſa per ſe iuſticia ſit inquirit, nō quid opinione hominum uideatur eſſe: quid ipſa per ſe prudentia, quid temperantia, quæ harum per ſe exiſtentium idearum propria: nō autem quid his perſonarum, locorum, temporum gratia accidat, cognoſcit, ut Politicus. Non inſcitè differentiam hanc adumbrauit Ariſtoteles in Ethicis, cùm ſic à Politico uirtutum ſpecies & ideas cōſiderari ſcribit, ut ab Architecto conſideretur triangulus. Etenim propria trianguli, nō omnia ſic inſunt in materiato, ut in ſecreto per ἀφαίρεσιν Mathematicā. Nec exquiſitione tanta opus eſt Fabro, quanta Mathematico: dum cauſa Materię, multa reb. accidāt, quæ ipſis per ſe ideis non accidunt. Qua ratione, indefinitior eſt nōnihil Materiatarum formarum cognitio: ut in uniuerſum de his nihil ſic poſsit dici,

quin

quin quo minus uerũ ſit aut uideatur, aliquid impedire poſſit, limitãdo ipſum alijs quibuſdam rationibus. Multo autem ſint infinitiora, imò uerò infinitiſſi- *Concretorũ cũ* ma: quoad cõſiderantur in ſingulis, & ut Rhetores dicunt, in hypotheſi. Vni- *materia, qualis* uerſi generis notitia ſatis ſcientiæ habet, ſi plerunque & in plerisque ſit uera. Sin- *ſit cognitio.* gula autem omnia, ſunt infinita: quæ ſcientia & præceptis cõprehendi neque unt, ſed experientiam & circumſpectam requirunt coniecturam, propter infinitatem accidentium. Non ſcientiæ, ſed utilitatis cauſa, cũ eſſentijs coniuncta *Vſus gratia cõ* conſiderari à quibuſdam, modò diximus. Accidentium uerò per ſe captator *ſiderantur acci* eſt Sophiſta, in quib. autore Platone, tanquam latebris quibuſdam ſeſe inuol- *dentia in Arti* uit, nullo utilitatis reſpectu illa conſiderans: ſed cum nihil ſciens, cupiat tamẽ *bus: alio fine* uideri ſcientia præditus, perſonam ſimulat Philoſophi, cui te ipſa tamen ſit *conſiderantur* diſſimilimus. Et quoniam accidentia non ſunt αὐτοϊκασον, ſed ſunt μὴ ὄντα αὐτοϊκασα, & φαινόμενα ὄντα: ut Philoſophus in ſpecula τοῦ ὄντος, tanquam in ſublimi *à Sophiſtis.* quodam & illuſtri loco conſpicitur, ſic Sophiſta in latibulis τοῦ μὴ ὄντος, fallax & inſidioſus deliteſcit. Vt enim accidentia uidẽtur, & non ſunt res ipſę: ita Sophiſta ſciens cùm non ſit, uideri tamen uult ſciens. Quomodo enim eſſet, qui tenebras offundit, & in omnibus fucum facit, cùm ſimulatio etiam ipſa per ſe reprehendatur, non modò uituperetur ignorantia? Thraſymachus apud Platonem, magnus ſapientiæ oſtentator, & Sophiſta impudentiſſimus; *Sophiſtarum* congreſſus Socrati, cùm quid ipſa per ſe Iuſticia eſſet, interrogaretur: reſpon- *inſcientia.* dit, eam eſſe, τὸ τοῦ κρείττονος συμφέρον. Hãc definitionem uariè exagitat & reprehendit Socrates: quam breuitatis gratia in præſentia omitto. Alienis tamẽ rebus, & ambiguis uocabulis, Iuſticię ſpeciẽ geminam definiendo, ipſum contaminaſſe, uel mediocriter eruditis eſt notum. Primùm appellat & uult intelligi Meliorem, qui ſuperior ſit uiribus & potentia: nec bonitatem æſtimat uirtute animi, ac prudentia. deinde naturam ita ferre, ut uideatur iuſtũ omne eſſe utile: cùm iuſticiã nemo dixerit inutilem. Æquũ uerò eſſe & conſentaneũ, ut maxima utilitas ſit penes meliorem. Qui porrò melior ſit, illum quoque ualentiorem uirib. eſſe. Qui ſint tales, omnia ad ſe rapere, uim inferre alijs, imbecilliores commodi ſui cauſa opprimere, nihil penſi habere, niſi quod cum lucro ſuo ſit coniunctũ, omnia ad ſe referre, & ad utilitatem ſuã. Tum natura quoque ſic eſſe comparatum, ut imbecilliora omnia ſint in poteſtate potentium: quibus nec debeant imbecilliores, nec poſſint reſiſtere. Fucis his ſophiſticis, ſpeciem Iuſticiæ ſic adulterauit Thraſymachus, ut planè quod reuera non eſt, id eſſe tantũ uideatur, & falſò appareat. Id uerò non eſt lumine finitionis rem illuſtrare & explicare, ſed tenebris ignorantiæ inuoluere, & obſcurare, ne conſpiciatur iuſticia. Quid autẽ hæc aliud exprimit iuſticiæ definitio, quàm πλεονεξίαν, quæ ipſa eſt iniuſticia? Sic ambiguis uocabulis, alienas res adhibuit definitioni: ut cùm quęreret Iuſticiæ, is Iniuſticiæ protulerit definitionem. Sunt autẽ ὁμώνυμα, & ambigua pleraque: ut ſi quando appellatur & dicitur Melior, iuſtus. Eſt enim omnino Melior: ſed non potentia, aut uiribus, aut calliditate: ſed bonitate. Deinde uerum etiam illud eſt, potiora bona penes meliorẽ eſſe. attamen potiora non ſunt, quæ eripiuntur infirmioribus. Proinde licet iuſtus ſit ἀλεπτωτικὸς & μονέλκτης, ob id tamen πλεονέκτης non eſt, quoad ueri boni; quod à uirtute manat, magis eſt particeps: cùm ſit, ut Apoſtolus inquit, beatius dare quàm accipere. Sed nec illud uerũ ſimpliciter eſt, uidetur tamẽ eſſe, nẽpe cum dicitur, Omne iuſtum eſſe utile: ſi quis bonis externis metiatur utilitatẽ. Et præterea naturale illud iuſtum, quo ſubijciuntur infirmiora ualidioribus,

nõ eſt iuſtũ Politicum, quo homo meliorem ſui partem uirtute nimirum perfi cit. Deinde etiã cõmuni ſocietati hominum cõſulẽs, æquabili inter ipſos iure uiuit: cuius conſeruatione, etiam ſuam ſalutem contineri intelligit. Exempli cauſa, definitionem hanc propoſui: ut ſtudioſi intelligant, quibus tenebris occultent ſe ſophiſtæ, ut cùm nihil uerè ſciant, nihilominus tamen omnia ſci re uideantur. Similia ſunt multa apud Platonẽ, ut in Theæteto: ubi Sophiſta, quid ipſa Scientia ſit, uarijs finitionum ambagibus conatur explicare: quas omnes, falſas & futiles oſtendit Socrates. De Temperantia, de Pulchro, de Amicitia, de Fortitudine, de Sanctitate, & ſimilibus inſcripti dialogi: quibus omnibus planum facit, magnarum rerum ſibi ſcientiam cùm arrogent Sophiſtæ, earum tamen omnium inſcientiſſimos eſſe idcirco, quia omnino quid ſint iſtæ res, de quibus uerba faciant, definitione non habeant exploratum.

Sophiſtæ ſunt deteriores Philoſophis & Politicis.

Sophiſtas porrò inter Philoſophos & politicos medios, ſed tamen utriſq; deteriores eſſe, docet Plato in Euthydemo. Idem ſenſiſſe quoq; uidetũ Ariſtoteles, ultimo libro Ethicorum ad Nicomachum, in extremo libri. Nam propter imperitiam, & quia non ſunt uerſati in rebus agendis, uincuntur à Politicis: deinde propter inſcientiam, & quia exquiſitè ueritatem rerum non intelligunt, ut dictum eſt, inferiores ſunt Philoſophis. Venditãt enim ſe fuco & elegantia ſermonis, qua indoctis et rudibus imponunt, gloriam atq; opes

Euthydemo.

cõſectantes, & (ut Plato ſcribit) δὐπερὶ πᾶξαμ μᾶλλον, ἢ ἀληθείαν πρεσβεύοντες. Hominum autem genus eſt philoſophis longè infeſtiſſimum. ἡγοῦνται γὰρ ἐὰν τούτους εἰς δόξαν καταστήσωσι, μηδένος δοκεῖν ἀξίους εἶναι φιλοσόφους, ἀναμφισβητήτως ἤδη παρὰ πᾶσι τὰ νικητήρια εἰς δόξαν οἴσεσθαι σοφίας πέρι. Quod etiam noſtro tempore faciũt plurimi quo præſertim floret Sophiſtica: uera & germana Philoſophia propemodũ extincta, nullo habetũ in precio Sed de Sophiſta ſatis dictũ, qui coloribus his depictus, facile deprehendetur: quantumuis alioqui ſit, ut eſt apud Platonem, δυσθήρατον ζῶον, cuius tenebræ ignorantiæ & uanitatis, illuſtri ueritatis lumine diſcutiuntur à Philoſopho. Cùm uerò multę ſint ſcientiæ, uariæ, difficiles, & arduæ: quarum ueritas difficilimos habeat explicatus, niſi ſit uia quædam, & ratio inueſtigandi ueri in profundo abditi, & regula præterea ſit quædam, iudicandi inuenta, uera ne ea ſint, an falſa: non nimis certè confidendum uidetur, nos ſcientiæ poſſe compotes fieri. Quomodo enim eſſemus ſcientes, ſi quo pacto inuenienda aut iudicanda ſint omnia ſcienter, ignoremus? Initio dixi, mihi uideri mirũ, cum omnes ſcientiæ ſimus cupidi, & ad eius ſtudium ſimus natura propenſi: perpaucos tamen eſſe, qui quomodo perueniendum ſit ad Scientiam, qua uia, aut qua methodo incedendum, ignorent. Cum enim ſit rerum etiam minimarum, & leuioris momenti ratio quędam, & uia uel diſcendi, uel inueniendi, & iudicandi item eas (quæ afferunt in utrãq; partam) rationes & controuerſias perplexas: cui

Noſtri temporis hominum deſidia reprehenditur.

dubium ſit, grauiſſimarum, & maximarum rerum ſcientiæ, ſi quis nullam methodum cognoſcendi eſſe cẽſuerit (pręſertim in tanta diſſenſione autorum) quin more Pyrrhoniorum, omnem è medio ſuſtulerit quiſpiam ſcientiam? Quamobrem nihil ſciri poteſt, ſi modus, ſi ratio, ſi pręſcriptũ nullum ſit, quo dijudicari, & diſcerni rectè & uerè ſentientes, ab ijs qui à uero aberrant, poſſunt. Quòd ſi percipitur aliquid ueri, certiq;, eſtq; inter uera & falſa diſcrimen quoddam: erit etiam aliquid, quo intelligantur differre, eaq; minimè fallax regula. Ea nimirum Dialectica eſt ars, cuius uulgo ut notius eſt uocabulum, ita eius magnitudo, præſtantia & utilitas, minus eſt cognita, quamuis pleriq; ſibi

uideantur eius artis peritiſſimi. Maximam autem & difficillimam artem, & quæ uerè ars atq; inſtrumẽtum omnium ſcientiarũ poſſit dici, breuiore quodam compendio quàm eius amplitudo ferat, aſtringunt: quo contenti, nihil ſibi deeſſe ad ſummã eruditionẽ plurimi arbitrantur, uix certè qualibuſcũq; rudimentis deguſtatis. Quo docentium & diſcentium uitio ac negligentia, perfectio artis non modò negligitur, ſed odioſa quoq; Sophiſticæ nomine à pleriſq; damnatur, et tanq; inutilis eijcitur è Scholis. Ambitioſo autem artis titulo pleriq; magis delectantur, quàm uera & ſolida eius cognitione: qui nimirum ſummam eius utilitatem minutis illis compendijs & libellis Dialecticis hodie metiuntur. Quanq; in his quoq; nonnulla præcepta artis perperam tractantur, ut inſcitia doctorum, ne rudimẽtis quidem ſatisfiat. Atq; id ſtudium quidem deprauandi præcepta artis, ſummũ in Petro Ramo fuiſſe animaduerto, qui ueterem artẽ tanq; inutilem & obſoletã, è medio remouẽs, totam propemodum innouauit, ut uix eius artis agnoſcatur priſtina ſpecies & dignitas. Sed qua impudentia auſus ille fuit pręſtantiſſimę artis fundamenta conuellere, eâdem fuit auſus etiam principem eius artis doctorem Ariſtotelem, ſummum philoſophum, homuncio inſcientiſſimus philoſophiæ, iniurioſiſſimis animaduerſionibus flagellare, ſuo ſummo dedecore, & Scholarũ (ſi quę ipſius nugis delectantur) maximo detrimento: ut qui non intellectũ authorem illum Scholis contemnendum, non diſcendum (ut par erat) propoſuerit. Quid autem aliud eſt reprehendere & exagitare non intellecta, quàm ſuam inſcitiam, cum impudentia coniunctam, cum ſumma leuitate & ſcurrilitate morum, ridendam doctis & modeſtis exhibere? Verùm omiſſo illo, de ueterum ſtudijs philoſophiæ, qui ſuperioribus ætatibus uixerunt, nonnihil mihi dicendum exiſtimo. Veteres autem illos dico, qui poſt interitum omnium elegantium literarum, philoſophiam Ariſtotelicã coacti ſunt ex Latinis putidiſſimis illis, & quidem uitioſiſſimis, ex Arabica lingua uerſis interpretationibus, diſcere. Dici non poteſt, quanto labore, quâue induſtria deſudarint, in hac præceptorũ & librorum optimorum inopia: quo cònatu quidem præſtiterunt, quod potuerunt. Nec dubito, ſi ſubſidijs talibus adiuti librorum & literarum omnis generis fuiſſent, quibus iam noſtra ætas abundat, quin ad ſummam & perfectiſſimã huius artis cognitionem peruenire potuiſſent: cùm quia acerrimi ingenij fuerunt homines, tũ uerò ſtudijs philoſophiæ deditiſſimi, cùm ferè nihil aliud quàm philoſophiam amarent, & propemodum unicè diſcerent. Sed literis librisq; deſtituti, cumq; ad philoſophiam ſe conferrent, præſertim Dialecticam illã, Mathematicorũ ignari: accidit ut pars præcipua eius artis, quæ uerſatur in poſterioribus ſyllogiſmi reſolutionibus, minimũ haberet explicatiõis & cognitionis, argutiarũ inutilium plus quàm ſatis. Nam ut præſtantiſſimæ quæq; artes aliæ, ſi non eo quo debent modo, tractentur, degenerare quaſi in Sophiſticẽ ſolent: ita omniũ maximè Dialectica ars, mala tractatione corrumpitur. Hanc Stoici malè tractando ſic deprauarunt, ut ipſi ſuis ſe ſubinde laqueis irretirẽt, & ſpinoſas implicando rationes, ſuis ſe pungerent interdum aculeis: quo nihil eſt in hac arte reprehendendum magis. malè enim arguta eſt, quæ ipſa ſibi obſtrepit ars Dialectica. Quod quidem non fit ſubtilitate præceptorum (quæ exquiſitiſſima in hoc genere eſſe debent) ſed immodica & inutili cõciſione, & quodammodo innumeris partitionibus rerum. Quæ ἀμέθοδος ars, nimirũ omiſſis certis generibus, & his quæ in uniuerſum ſunt uera, in ſingulis rebus, &

Petrus Ramus, deprauator & corruptor Dialecticæ artis maximus.

Veterũ qui nõ culti fuerũt bonis literis, philoſophiæ ardẽtiſsimum ſtudium laudatur.

Deprauatiõ Dialecticæ artis unde proueniat.

minutiſſimè

minutiſſimè argutando confractis, infinitè quodammodo ſe iactans, nullius (ut dixi) certi generis habens comprehenſionem, meritò contemnitur ut inutilis. Quo nihil magis certè, autore Platone, Sophiſticũ eſſe poteſt: quũ Sophiſtæ non conſiderent αὐτὸ ὄντα εἴδη rerum, ſecreta à Materia, ſed quoad ſunt in Materia, & illis infinita quidem cauſa Materiæ accidant: quo ſophiſtę etiam differant à philoſophis. De his Plato in Sophiſta, ſic ſcriptum reliquit: τοιγαροῦν οἱ φιλόσοφοι, πρὸς αὐτοὺς ἀμφισβητοῦντες μάλα εὐλαβῶς ἄνωθεν ἐξ ἀοράτου ποθὲν ἀμύνονται, νοητὰ ἄττα, καὶ ἀσώματα εἴδη βιαζόμενοι τὴν ἀληθινὴν οὐσίαν εἶναι. τὰ δὲ ἐκείνων σώματα, καὶ τὴν λεγομένην ὑπ' αὐτῶν ἀλήθειαν, κατὰ σμικρὰ διαθραύοντες ἐν τοῖς λόγοις, γένεσιν ἀντ' οὐσίας φερομένην τινὰ προσαγορεύουσι. Quo factum eſt, ut (propter Accidentium & Materiæ minutias has infinitas & ſpinoſas) Stoicorum contẽpta Dialectica, poſteritas amplexa ſit Peripateticam, quæ hactenus in Scholis manſit: ut iã nullam potiorẽ quàm Ariſtotelicã agnoſcamus.

Ariſtotelica Dialectica diuiditur in Topicam & Analyticam.

Eius ſunt duæ præcipuæ partes, Topica nimirum, & Analytica: quarũ illa, τὸ ἔνδοξον in rationibus quomodo inueniendum & iudicandum ſit: in hac uerò, quo pacto rationum ἀναγκαῖον & ἐπιστητὸν ſit tractandum atq; euoluendum, docetur. Poſterioris Methodi præcipua & princeps pars eſt, quę inſcriptionem habet, Poſteriorum Reſolutionum.

Poſteriora Analytica obſcuriſſima, & difficillima ad intelligendum.

Qui ſunt duo libri apud Ariſtotelem, ut breuiſſimè, ita obſcuriſſimè ſcripti, ut mihi quidem uideantur nulli: non modò in Dialecticis, ſed ne in reliqua quidem omni philoſophia difficiliores ad intelligendum, ab ipſo editi. Declarant hanc difficultatem, non modò id quòd quis ipſe legens hos libros, nihilo plus eos intelligat fermè, quàm ſi non legeret, uerumetiam ſi adhibeat horum Analyticorũ interpretes, tum Græcos, tum Latinos, nihilo certè magis eos legẽdo proficiat, quàm ſi ipſum ſine interprete legat Ariſtotelem.

Interpretum Græcorum, & Latinorum, & Arabicorũ in Analytica Ariſtotelis poſteriora, nullus propemodũ uſus.

Etenim illi ipſi interpretes neq; præcepta Demonſtrationum ſatis intelligunt, deinde nec idoneis exemplis obſcuritatem illorum declarant: cùm præcepta exemplis illuſtrari, exempla autem præceptis explicari oporteat. Me uerò ipſum legentem illos commentarios ſic affecerunt, ut non modò eos Ariſtotelem nõ intellexiſſe, quid diceret aut ſcriberet, ſed ne ſua ipſorũ quidem aſſecutos commenta exiſtimem: ut mirum ſit, eos ſe pro interpretibus geſſiſſe, qui haud paulo obſcuriora omnia reliquerint, & in pleriſq; ſententiam Ariſtotelis nõ ſint interpretati, ſed peruerterint eam potius: in pluirib. etiam, nõ modò quid Ariſtoteles, imò ne ipſi quidem, quid ſentirent, planum facere potuerint. Calumnia ſcio, uidebitur hæc reprehenſiò ijs, qui autoritatem ſcriptarum, non ueritatem rerum, plurimi faciunt, & non iudicium uerum ſequuntur, ſed affectum. Atqui uel non intellexiſſe illorum ſcripta, uel neſcio quam ob cauſam malignè in illos inuectus, parũ in philoſophia eruditis, uidebor. Ego uerò, tantum abeſt, ut profeciſſe & didiciſſe aliquid ex illorum ſcriptis me confitear, aut ex illorum commentarijs, in meos tranſtuliſſe quidpiam præ me feram: ut per omnem uitam, nullũ ſcriptorum genus me legiſſe auſim dicere, quod mihi diſpliceret magis, aut quod minus quàm promitteret aut polliceret, præſtare uideretur interpretãdo. Quin etiã ſtudioſos quoſdã ſæpe etiã monui, cupidos diſcẽdi, ut ab his, niſi bonas horas malè collocare uellẽt, legẽdis abſtinerẽt. Quare factũ eſt, ut de Demonſtratione, nõ niſi pauciſſima, & præter rudimẽta quædã puerilia, nihil ſcriptũ habeamus: eo q neq; Ariſtoteles ipſe à legẽtibus ſatis intelligeretur, & quorum extabant commentaria, nihil lucis obſcuritati ſcriptorũ Ariſtotelis afferre uiderentur. Me iſtorum nemini ſanè facere iniuriam, animaduertent, qui

ipſi

ipſi aut legerunt, aut uolent horū cōmentaria autorum inſpicere. Sunt enim in medio, cùm Græcorum, ut Themiſtij, Ioannis Philoponi, quē uocāt Grammaticum, Euſtratij, Anonymi cuiuſdam: tum uerò Latinorū plurimorum, ex quibus, ſingula propemodum uerba Ariſtotelis perſequēs Stapulenſis, nihil lucis attulit: niſi forſan ſynonymia uerborum poteſt declarare quidpiā. Græcis nō eſt diſſimilis multū, Arabs Auerroes. Nolo de his plura dicere, ne aut uidear detrahere ipſis inimicius, aut meam operam ambitioſè illorum ſtudijs anteponere. Quare ad illorum ſcripta ego prouoco. Neq; uerò dicam de me, quid præſtiterim: aliorum iſtud, ſed doctorum tamen in philoſophia iudicio permitto. Spero quidem me, ſi non omnia optimè, quæ faciunt ad intelligendum Ariſtotelem, & ad totam huius Analyticæ doctrinæ explicationem, ſim aſſecutus: patefeciſſe tamen aditum, & fundamenta ieciſſe: ut quod deeſt, facilius inueniri: & quod imperfectum eſt, minore negocio abſolui & perfici ab alijs poſſit. Tanta eſt autem horum Analyticorum obſcuritas, ut mihi ſinguli uerſus, ſingula uideantur eſſe oracula: tanta breuitas, ut talibus Aphoriſmis, ſcientiæ præcepta aſtrinxiſſe mihi uideatur Ariſtoteles, qualibus ſua Mathematici ſolent, & quo ſanè Hippocrates etiam conſueuit ſua tractare modo: ut his explicandis ſumma ſit opus animi attentione, & exquiſitiſſima totius artis intelligētia. De Galeno nihil habeo quod dicam, à quo quindecim Demonſtrationum libri ſcripti, non peruenerunt ad memoriam quidem noſtrā: ſed tamen ſi æſtimes atq; ponderes nonnullis ipſius demonſtrationibus, præceptorum fidem, uideri poſſint non illi quidem maxima iactura poſteritatis perijſſe, & multo forſan minore, quàm ſi periſſent Analytica hæc Ariſtotelis: quibus nihil poteſt in hoc genere eſſe perfectius, aut abſolutius. Eorum ego his quindecim libris Analyticorum ſuſcepi interpretationem: neq; uerò eorum quæ inuenta ab Ariſtotele ſunt, ego me autorem, ſed interpretē qualemcumq; dicere poſſum: cui certè multo facilius fuit iſta inuenire (acerrimi ingenij uiro) quàm mihi interpretari, ne mediocri quidem ingenio prædito: & qui hac in parte, plus ſtudijs priuatis, quàm aut pręceptoribus, aut aliorum interpretū adminiculis, de quibus antè dixi, adiutus fuerim. Nam ſi difficilius nihil eſt quàm Scire, nihilq; Scientia ipſa præſtantius: nō uulgaris ſcilicet erit hæc ratio & methodus, qua quæ ſciri poſſunt, apprehendi & percipi, & quæ latent, inueſtigari quomodo oporteat diſcimus. Nec minus certè ꝙ Scientiæ ipſæ, difficilis hæc methodus, ardua & laborioſa exiſtit. Ipſa uerò hęc doctrina & methodus, ſcientia non eſt, ſed ſcientiarum inſtrumentum: quòd nimirū res ei certa nulla ſit ſubiecta, ſed quòd logica πάθη rerū, quæ tractātur Scientijs, conſiderans, ad omnes cauſa uſus poſſit diſciplinas accōmodari. Quā ſi cupias ritè definire, rectè dixeris Artem quandam eſſe tractandarum ſcientiarū: ipſam uerò, inquit Ariſtoteles in Rhetoricis, ſi quis appellarit ſcientiā, naturam ipſius hac appellatione obſcurabit. Hanc aliàs appellat Ariſtoteles παιδείαν, ut in primo libro De partibus Animalium: & nōnunꝙ ἀνάλυσιν, ut quando ueteres propter ignorantiam ἀναλυτικῶν, in pleriſq; hallucinatos ſcribit: ut Metaphy. γ. ὃν τρόπον δεῖ ἀποδέχεσθαι, δι' ἀπαιδευσίαν τῶν ἀναλυτικῶν τοῦτο δρῶσι. interdum etiam, τρόπον ἐπιστήμης: ut quando ſcribit, διὸ δεῖ πεπαιδεῦσθαι, πῶς ἕκαστα ἀποδεκτέον, ὡς ἄτοπον ἅμα ζητεῖν ἐπιστήμην καὶ τρόπον ἐπιστήμης. ἔστι δὲ οὐδέτερον ῥᾴδιον λαβεῖν. Prius autem ἀποδεικτικὰ præcepta diſcenda, quàm ad ſcientias ipſas nos conferamus. quod ipſum Galenus quoq; monet, libro ſecundo de Temperamentis, ad hunc ſcribens modum: καὶ νῦν ὡς ἀρχὰς λεγομέ-

τῶν

Dialecticā nō eſſe Sciētiam, propriè.

Cognitio neceſſaria τῶν ἀναλυτικῶν.

τῶν μοχθηρῶν δὲ ἡ μία, τὸ μηδὲν ὑπὲρ ἀποδείξεων ἐσκέφθαι πρότερον, ἀλλ᾽ ἅμα τὰ πράγματα ζητεῖν, καὶ ὡς εἰδότας ὅ, τί ποτε ἐστὶν ἀπόδειξις, ἐπιχειρεῖν ἀποδεικνύναι. Illi ergo omnes ſunt inerudití, & ἀπαίδευτοι appellandi, qui non rationes, ſed autoritatem ſecuti certorum hominum, pertinaciter defendunt eam quæcunq; animos illorum ſemel imbuerit opinio. At Socrati, ſapientiſſimo illi, non ita uiſum: qui non quid quiſq; dicat, ſed quid dicatur, conſiderandum præcipit, ut in Charmide: πάντως οὐ τοῦτο σκεπτέον ὅστις αὐτὸ εἶπεν, ἀλλὰ πότερον ἀληθὲς λέγεται, ἢ οὔ. Idem in Philebo: τὸν μὲν δὴ σέ, ὦ ἐμέ, καὶ Γοργίαν, καὶ Φίληβον χρὴ συχνὰ χαίρειν ἐᾶν, τὸ δὲ διαμαρτύρεσθαι τῷ λόγῳ. Ariſtoteles autem noſter, non modò reſpiciendos non eſſe amicos, ut uerum propugnetur, in Ethicis admonet: uerumetiam quòd ipſos nos refellere etiam debeamus, & noſtram ipſorum mutare & corrigere ſententiam, ſi iſtud exigat à nobis ueritas.

Veritas præferenda autoritati.

Omnib. præferenda Veritas.

Quamobrem agreſtes illi, & barbari ſunt habendi, qui ſine ratione uel aliorum errores ſequuntur, uel defendunt ſuos: ὅμως εἰ μέλλοιμεν εὐδαιμονίζειν, ταύτῃ ἑπόμενοι, ὡς τὰ ἴχνη τοῦ λόγου φέρει. Si tanti à nobis fieri debet ueritas, ut qui ueritatē ſequatur, Dei ſit ſectator, imitator, amicus: diuiniſſimum ſcilicet illius ſtudium erit, atq; in id omnibus modis incumbendū, ſi fœlices & beati uiuere cupiamus. Sunt meherclè inertiſſimi, et ualde ſtolidi homines illi, qui poſthabita ueritate, potiorē ducūt autoritatē uani cuiuſdā hominis: cùm autoritas ſit ueritate, nō ueritas autoritate pōderāda. Ad eos Analytica hæc nō pertinebūt, qui tam ſtupidi ſunt, ut defendēdis erroríb. quos ſemel animo cōceperūt, nō modò cū alijs ſciēter rē cognoſcētib. ſed ipſi quoq; ſecū pugnare et diſſentire malunt, q̄ rectè ſentire.

Turpißima errorum & mendaciorum diſſonantia.

Qua ſanè diſcordia, nulla eſt turpior, qua nimirum ipſe ſibi quiſpiā cōtradicit: nec ab alio ſed à ſeipſo mēdacij coarguitur, et uanitatis. De hac ἀντιφάσεως (quę meta eſt omnis reprehēſionis & errorū extrema) turpiſſima diſſonātia, loquitur Socrates in Gorgia Platonis, ad hunc ſcribens modum: καίτοι ἔγωγε οἶμαι, ὦ βέλτιστε, καὶ τὴν λύραν μοι κρεῖττον εἶναι ἀνάρμοστόν τε, καὶ διαφωνεῖν, καὶ χορόν, ᾧ χορηγοίην, καὶ πλείστους ἀνθρώπους μὴ ὁμολογεῖν ἐμοί: ἀλλ᾽ ἐναντία λέγειν μᾶλλον, ἢ ἕνα ὄντα ἐμέ, ἐμαυτῷ ἀσύμφωνον εἶναι, καὶ ἐναντία λέγειν.

Reprehēdendi Theologi, qui Analytica negāt neceſſaria cognitu.

Sunt porrò alij, his non minus ridiculi, qui ſacrorum ueritatem, Analytica methodo negant tractanda. Nihil magis aduerſari inquiunt, ſacris, quàm uelle credenda demonſtratione perſequi: & hoc nomine ablegandam à Theologia philoſophiam cenſent, quę omnibus temporibus maximorum errorum fuerit cauſa. In his equidem, quæ fide, & non demonſtratione percipiuntur, non eſſe curioſum, ad Chriſtianam pertinet modeſtiam. Nemo equidem ignorat, nō à philoſophis nos accepiſſe religioſè credenda, ut quę ſunt oraculis diuinis prodita: quibus fidem habere, pertinet ad religionis pietatem. Vt autem omnia, quæ ſcribuntur & creduntur in ſacris, conſentaneè intelligantur: illud iam eruditionis, & noſtræ, nempe Analyticæ philoſophiæ, propriū exiſtit. Nam ſi uera ſint omnia (ut ſunt) quæ in ſacris reperiuntur ſcripta: quomodo erunt uera, niſi ſic explicentur, ut omnia omnibus conſentiant? poteſt autem fieri ut in interpretatione erretur, & alius aliud ſentiat. Nam quæ ab hæreticis dicuntur, οὐ πάνυ μουσικῶς λέγουσι. οὐ γὰρ συνάδουσι, οὐδὲ συναρμόττουσιν ἀλλήλοις οἱ λόγοι. Ille ſe uera dicere & ſentire, & alius itidem non errare ſe putabit: quis horum diſſentientium iudex erit, quæ norma diſcrepantium rationum? Examen quoddam, & regula ſit oportet ueritatis, per omnia ſecum conſpirantis: quæ hac ἀναλύσει nimirum explicabitur, non autem cuiuſq; arbitrio finietur, ignorantis limites & terminos uerarum rationū: qui nec quemadmodū prima ultimis cōſentiāt,

uidere

uidere poteſt, nec media quo pacto ſint cũ utriſq; extremis connexa, animaduertit. Id iudicij, quantumuis difficilis, quiſq; ſibi indoctorũ perſuaſione quadam arrogat: quod plerumq; ignari philoſophiæ faciunt ambitioſius quàm par ſit: præſertim noſtro tempore, quando ſcioli quidam conferunt omnem culpã hæreſeωn, in philoſophiam, & philoſophos: quæ tamen in ipſis hæreat ignorantia Dialecticæ peccantibus. Ego contrà exiſtimo, omnes ſectas, non philoſophiam ipſam, ſed ignorantiam philoſophæ ueræ, omnibus ſeculis peperiſſe: niſi forté quamliber inſaniam, & uæcordiam, & quæuis cuiuſque hominis indocti deliria & commenta, philoſophiam appellare libet. Et feré eſt nemo qui criminetur magis philoſophiam, quàm qui ſibi metuunt à ueritate argumentorum, cui ſe nõ poſſunt opponere: nec aliud iam habent perfugium, quàm ut dicant, aduerſarium conſentanea afferentem, Philoſophicè: ſe uerò, aliena nihilominus à principijs & fundamentis Theologiæ aſſerentẽ, Theologicè (ſi [redacted] placet) nõ Philoſophicè loqui. Audiat ergo Sophiſta ille Deo
hęreticus, eundẽ eſſe Theologũ & Philoſophũ, qui omnib. dicat omnia conſentanea: non qui principia & fidem Scripturarum neget, non etiam eum qui Scripturis ſe credere dicat, ueritatem tamen earum, perperam ipſas contexendo, corrumpat. Aut quomodo tãdem ſciẽtia nulla erit Scripturarũ, quam ipſe earum dux & autor Chriſtus nobis commendat, ut eandem indagemus obſcuram, latitantẽq;? & Apoſtolus perfectam ſcientiam, ſe inter perfectos loqui teſtetur: idemq; ſuos hortetur, ut non ſolum longitudinem, ſed etiã profunditatem myſteriorum rimentur. Methodo igitur hac Analytica, hæc quoque tractanda eſt: nec quid quiſq;, ſed quid ratio Scripturarum per omnia cõſentanea dicat, approbandũ & audiendum eſt. Satan inimicus Eccleſiæ, ſæpe Philoſophos impios opoſuit ueritati. non minus his nocuerunt indocti hęretici, qui nulla Dialecticæ artis methodo inſtructi, conſenſum Scripturarum lacerantes, concordiam quoq; Eccleſiæ turbarunt: qui errores tam manifeſtis Scripturæ demõſtrationibus, quàm aliarum diſciplinarum errata, principijs rité contextis, poſſunt confutari. Sed non poſſunt comprehendi, inquiunt, ſacra myſteria noſtro captu: quare nec ſciri poſſunt. Non equidem nego, principiorum fidem ſacrorum confirmari in nobis, non ſenſu, ſed ſpiritu cœleſti: quẽ non nos in noſtra, ſed ipſe nos in ſua poteſtate habeat. Cauſæ nullæ ſunt illorum nobis notę: quare nec demonſtratio. Ex principijs autem reliqua omnia cognoſcuntur: quia uidelicet ijs ſunt conſentanea, quæ ratione diuinorũ quoq; ſcientiam & demonſtrationem eſſe dicimus. Ἀνάλυσις itaq; ſubmouet omnia diſſentanea: nec philoſophica abhorrẽtia cum principijs Theologicis miſceri ſinit. Quare ad ſe nõ pertinere Analyticã doctrinã, Theologus ſi dixerit, caueat ne ad ſe pertinere etiam ſolidæ eruditionis exiſtimationem fateaẽ. Cogitet quomodo ſua dogmata tueri, aliorum errores refellere ſcienter uelit: quorum nihil ſine Methodo ſcientiæ præſtate poterit. De Theologis ſatis dictum: nunc ad Iuris interpretes me conferam, qui & ipſi magnam & operoſam profiteri ſe dicunt ſcientiam, & propemodum (ut ipſi ſolẽt dicere) immenſam. Quãquam autem topicis argumentis præſertim nitantur Iuriſcõſultorum diſputationes, ut nihil magis uſui eſſe quàm topica Dialectica huic ſtudio uideatur, quum pleraq; ſint ἔνδοξα: nihilominus quia certa ſunt etiã Legũ principia, ſunt etiam definitiones, & ſubiecta certa, ac proprietates, iuris rationibus definita: nõ poteſt fieri, quin profeſſio hęc aut ſcientia ſit, aut ſimillima ſit ſcientijs. Pleraq; iura tamẽ, quia ualent θέσει, & ſunt politica, nec à naturali

Prodeſſe Iureconſultis Analyticam doctrinam.

æquitate abhorrent, ſimilimam Scientiæ dicere libet iuris cognitionē, aut artem potius, æquitatis naturalis imitatricem. Scientiæ enim ueræ & abſolutæ, principijs inſiſtunt æternis, & quæ nullo loco aut tempore aliter ſe habere queant. Ex quorum numero diuina quoq; lex eſt, quam Sophocles non initio quodam cœpiſſe inquit: & Cicero de Legibus, eam appellat æternam imperandi, iubendiq; ſcientiā: ad cuius imitationem, ut antiquiſſimæ, & rerum omnium principis, expreſſæ ſint leges hominum, æquiſſimo iure conſtitutæ. Et quamuis iuſticia humana & politica, ſit conſtans ratio, quoad æternā imitatur legem, mutabilis nihilominus eſt: non quidem ipſa per ſe, uerùm per accidēs: nempe pro ratione locorum, temporū, hominum, negociorum, morū, atq; aliarum neceſſitatum, quibus iuſticiæ ratio accommodata ſit oportet. Etenim in non eiſdem, ualere ratio eadem nequit iuris & æquitatis: ſatisq; eſt nobis quàm proximè imitari æternam hāc iuſticiæ normam, quam legis animā eſſe uulgò dicunt Iuriſconſulti: cùm non ſit ſine ratione uera & recta, Voluntas & Imperium, legem ſanciens iuſtam. Quòd autem perpetuæ non ſunt leges, nulla alia eſt cauſa, quàm quòd res etiam ipſæ, aut cōditiones earum, quibus dirigēdis adhibent, ſunt mutabiles. Diuinarū et humanarū legū diſcrimē, his uerbis deſcribit Hippocrates, libro primo de Diæta: τὰ μὲν γὰρ ἄνθρωποι ἔθεσαν, οὐδέποτε κατὰ τὸ αὐτὸ ἔχει, ὅτι ὀρθῶς, ὅτι μὴ ὀρθῶς. ὁκόσα δὲ θεοὶ ἔθεσαν, ἀεὶ ὀρθῶς ἔχει, καὶ τὰ ὀρθὰ, καὶ τὰ μὴ ὀρθὰ τοσοῦτον διαφέρει. Itaq; humanæ leges, quatenus rogari uel abrogari poſſunt, ualent θέσει, & non φύσει: hominumq; arbitrio prudentum ſunt mutabiles, quia hypotheſibus quoq; conſiſtunt mutabilibus. Ratio nihilominus earum, æterna eſt & immutabilis, qua participare dicuntur ſcientia: ſi nimirum uera ſit, & non opinione quadam conficta. Perſpicaciſſimi eſt legislatoris, hāc ueritatem ut uideat: autore Platone in Politico: ἀναγκαῖον δὴ καὶ πολιτειῶν ὡς ἔοικε, ταύτην διαφερόντως ὀρθὴν εἶναι, καὶ μόνην πολιτείαν, ἐν ᾗ τις ἂν εὑρίσκοι τοὺς ἄρχοντας ἀληθῶς ἐπιστήμονας, καὶ οὐ δοκοῦντας μόνον. Mutatis conditionibus rerum, non poſſe leges immutabiles eſſe, his oſtendit uerbis, eodem libro: οὐκοῦν ἀδύνατον, εὖ ἔχειν πρὸς τὰ μηδέποτε ἁπλᾶ τὸ διὰ παντὸς γιγνόμενον ἁπλοῦν. Rectè igitur & conſentaneè dixerit quiſpiam, ita mutari leges à prudentibus, perinde ut conſilia artificum, ut medicorum ſubinde mutētur: pro eo ſcilicet, ut eodem modo non ſunt comparatæ res illę, quæ conſultationi ſubijciantur, quibus pro ratione loci & temporis ſit ſuccurrēdum. ut in acceſſionib. febriū, exhiberi cibum prohibent medici. At ſi ægrotus propter imbecillitatem periclitetur, etiam tum cibum exhibendum ratio recta artis ſuadet. Quòd ſi ſcientia non eſt, niſi eorum quæ καθόλου ſunt uera, & aliter habere non poſſunt: illæ nimirum artes, quæ conſiderant res, quoad loco uel tempore ſunt mutabiles, pro ſcientijs non erunt numerandę. Non tamen quin participent ſcientia, negandum: quum eorum etiam quę mutantur, rationes habeamus ſempiternas, & immutabiles, quibus adminiſtrentur prudenter καὶ ἄνευ ξυμφορᾶς: quę rebus ineſt ſcilicet propter materiam, de qua in fine libri huius dicturus ſum nonnihil. Exceptiones autem illæ, non ſunt minus perpetuæ & ueræ, quàm ea ipſa καθόλου, quæ his limitari ſolent. Nec ulla ſimpliciter ita in artibus καθόλου ſunt uera, ut nihil illorum ueritatem impediat: ſed in uniuerſum dicūtur uera, quia in pleriſq; & plerunq; ſint. Nec alia methodus eſt, qua poſſint à nobis percipi: nec ob id tamen ſcientiæ nomine carebunt, tametſi non habeant illā exquiſitionem perfectiſſimæ ſciētiæ: qualis eſt ſcilicet rerum, quoad Materia uacant, de qua ſuo loco dicemus. Pro ſua autem natura, omnia ſunt tractāda:

Quomodo ſint in Artib. καθόλου uera.

nec

nec in phyſicis & Ethicis ἀκρίβειαν Mathematicam exigere, nec in Mathematicis coniecturam adhibere debemus artificioſam: diligenterq́ obſeruãdum, ne limites & terminos doctrinarum confundamus: quod ſanè primum eſt in omni Methodo. Quare cuiuſmodi ſunt concluſa, talia quoq; principia erunt. Vt concluſum illud, Ne in paroxyſmo ueſcatur cibo ægrotus: quia mutabile eſt, iccirco cauſę quoq; eius mutabiles erunt: non quidem per ſe (alioqui accidentia eſſent cauſæ: cùm neq; de his tamen, neq; ex illis quicquam demonſtretur) ſed propter aliud quoddam extrinſecus accidens. ut quia accidit ægroto nonnunquã, ut in paroxyſmo ipſius deficiant uires, quas neceſſe ſit cibo confirmari. Atq; eius etiam quod accidit, ratio per ſe καθόλου exiſtit, tametſi ratione alterius dicat̃ accidere. ut imbecillibus uiribus prædito ægroto, ſemper uerũ eſt, ſi dicitur cibũ ei eſſe exhibendũ. Sed hoc modo in paroxyſmis affectum eſſe febricitantẽ, accidit, quia rarum id eſt, et infrequens. Quòd enim Calliam aut Socratem contingat ſic affectas habere uires, id accidit ſimpliciter: cum eius ratio et cauſa καθόλου nulla poſſit haberi. Eodem ſane in genere doctrinę, legum ratio & methodus locum habet. Iure & legibus definitum eſt, ut furtum puniatur, quadrupli pœna. Aequiſſima pœna & lex, qua detrimẽtis furto amiſſarum rerum honeſtiſſimè ſuccurritur. Propter frequentiam autem, & multitudinem furtorum, cùm hac lege conſuli ſatis non poſſet neceſſitati, introductum eſt, ut puniãtur furta ſuſpẽdio. Nec illa (quamuis durior uideatur) ſua ratione caret lex, nec æquitas poſterioris derogat ęquitati prioris: cũ ſua ratione, ſuisq; hypotheſibus quęlibet ſit fundata. Quare ponderandæ hypotheſibus rationes: nam ſunt pleraq; non ſimpliciter, ſed ex hypotheſi iuſta: quam prudentes legum latores conſiderant. Ratio autem uera, demonſtratio eſt legis. Quòd ſi frequentia, et audacia, & incorrigibilis malitia furum, in cauſa fuit, ut ſuſpendio punirentur: quibus nam hæc ratio conueniat, ſingulis hominibus, & perſonis locisq; conſiderandum: in quo iam ualet coniectura, nõ ſcientia. Talem enim eſſe Calliã aut Socratem accidit, ut paulo antè diximus, de febricitante. Quare nulla lex uera & genuina eſt, quin καθόλου rationẽ quandam habeat, qua dicatur propter ueritatem etiam perpetua & cõſtans uoluntas. Propter diſſimiles autem hypotheſes, nõ ipſa ſecum pugnat uoluntas hæc, aut ſanciendis diuerſis legibus, ipſa ſibi refragatur. Mutabiles autẽ ſunt hypotheſes materiatarum rerum, & contingentiũ: poteſtq; fieri, ut unius uera, alterius ueram rationem ſubmoneat. quare concluſa etiam, & effectus unius ualebunt, alterius antiquatis concluſis, propter abolitam ſcilicet hypotheſin. Quæ ad ſcientiam iuris pertinent, diximus: nunc quæ ad coniecturam pertineant, ſumus dicturi. Finitæ cum ſint leges, facta autem & negocia hominum cum ſint infinita (quorum nihil ſcientia comprehendi poteſt) ad coniecturam ſcilicet hæc infinita prudentis iudicis pertinebunt. Coniectura hæc artificioſa, & prudens diſpenſatio dicitur ἐπιείκεια: quæ eſt, ut Ariſtoteles eam definit, ἐπανόρθωμα τοῦ νόμου, ᾗ ἐλλείπει διὰ τὸ καθόλου. Etenim leges, rebus & negocijs per ἐπιείκειαν accommodari debent: non autem, ut adamantinis & rigidis regulis applicanda ſunt ipſis negocia: quæ ſuapte natura multiformia ſunt, & flexibilia. quod nimirum ipſum ἐπανόρθωμα, fit per ψηφίσματα, quib. exercetur praxis legum & iuſticiæ. Pro eo igitur ut mutantur res & negocia, attemperandæ ſunt rationes etiam legum: quæ moderatio, Prudentia dicitur, politica nimirum & præſtantiſſima uirtus: ut in præceptis artium, quando ſingulis rebus adhibentur communes rationes appoſitè & utiliter, artificioſa ſolet di-

Quid primũ in omni Methodo.

Ariſt. τῶν φθαρτῶν ἀρχὰι φθαρταί.

ci coniectura, qua rectè fit pro re nata quidpiam, & ſolerter. Tantum autẽ eſt, ritè & decenter καθόλου notitias ueras in his diſciplinis, adhibere ad ſingulas quidem illas res, & infinitas, quãtum eſt eſſe Politicum, aut Artificem: quem non ſola ratio καθόλου percepta, ſed multo magis uſus & experientia facit. Solers enim & experiens intelligit & uidet, qua in re ualeat aut non ualeat, quod in uniuerſum eſt uerum, experientiæ fretus oculo: quem natura inchoat, ſcientia limat, expolitq́ꝫ, experientia & uſus rerum perficit. Rectè enim dictum illud uſurpatur: ἀπειρία τύχην, ἐμπειρία τέχνην ἔτεκε. At uerò Iuriſprudẽtia, cùm ſit ars quædam æqui & boni, conſtat eos qui hac abutuntur, non eſſe Iuriſperitos appellandos: ut nec Medicos, qui ad interficiendum, non ad ſanandum, cognitionem artis adhibent. Artes enim, non tantum ſcientia, ſed etiam προαιρέσει finiuntur: ut in topicorum ſexti libri, commentarijs noſtris eſt demõſtratum. Diximus etiam iam antea, quib. latebris ſeſe occultet Sophiſta, nempe

Sophiſtæ iuris quales.

Accidentium, quorum ſcientia nulla eſſe poſſit. plurima uerò, & infinita potius ſunt huiuſmodi in rebus & negocijs hominum, in quibus iuris & iniurię, æquitatis & iniquitatis contentio & diſceptatio uerſatur. Hæc materies, ſubiecta prudentiæ eſt iuris, & ſcientię legum: quibus ſi quis improbè aut peruerſè abutatur, non modò iuris peritus non eſt nominandus, ſed etiam (ſi Platoni creditur) pro Sophiſta Sophiſtarum eſt habendus. Huic Sophiſticæ odioſè antiquitùs illud eſt obiectum, quòd poſſit diſſerendo ἐκ τοῦ κρείττονος λόγου ἥττω, καὶ τοῦ ἥττονος κρείττω ποιεῖν. Eius Sophiſtæ ἦθος Plato pereleganter, libro tertio de Republica deſcribit, his uerbis: ὡς δεινός ἐστι περὶ τὸ ἀδικεῖν, καὶ ἱκανὸς πάσας στροφὰς στρέφεσθαι, πάσας δὲ διεξόδους διεξελθὼν ἀποστραφῆναι, λυγιζόμενος ὥστε μὴ παρασχεῖν δίκας. Et in Politico, his coloribus tales Sophiſtas depingit: οὐκοῦν δὴ καὶ τοὺς κοινωνοὺς τούτων πολιτειῶν πασῶν, πλὴν τῆς ἐπιστήμονος, ἀφαιρετέον, ὡς οὐκ ὄντας πολιτικοὺς, ἀλλὰ στασιαστικούς, καὶ εἰδώλων μεγίστων προστάτας ὄντας, καὶ αὐτοὺς εἶναι τοιούτους, μεγίστους δὲ ὄντας μιμητὰς, καὶ γόητας μεγίστους, γίγνεσθαι τῶν σοφιστῶν σοφιστάς. Cui reſpõdet illic Socrates: κινδυνεύει εἰς τοὺς πολιτικοὺς λεγομένους, περιεστράφθαι τὸ ῥῆμα ὀρθότατα. Hominũ illud genus, nõ modò inſciẽtiſſimũ eſt ueræ philoſophiæ, ſed etiã philoſophis ipſis lõgè infeſtiſſimũ. Quare cũ accidẽtibus infinitis negocia ciuilia ſint implicita, rectè monuerit quiſpiã Politicos, ut omnia, quę ad ſcientiã iuris & æquitatis pertinent, explorata in primis, & cognita ſciẽter habeant: deinde ſine fraude, ambitione, auaritia, quæ uera ſint, quę iuſta, quæ ſalutaria publicè & priuatim cõſulant: quoniã non tantũ ſcientẽ, ſed etiã probũ præſtare ſe oportet Iuris peritũ. Improbitate enim fieri poteſt, ut etiã Scientia degeneret in Sophiſticẽ. Valẽt itaq; rationes eędẽ, quibus Scientia à Sophiſtica in iuris profeſſione diſcernitur, quæ in alijs quoq; diſciplinis. Quin etiam Sophiſtas Medicos, multis in libris, & uarijs de rebus ſcriptos, reprehendit Galenus noſter: ut nulla iam ferè ſit ſcientia earum rerum, quib. extra mentis intuitum poſitis, multa accidunt, cuius profeſſoribus ſeſe non admiſceãt

Quid Sophiſta ſit, ſecundum Platonem.

Sophiſtæ, quos difficile ſit diſcernere à philoſophis. Sophiſta enim, autore Platone, uafrũ, callidum, inſidioſum, uerſutum, fallax, & captatu difficile eſt animal: ac non niſi à ſcientiſſimis poteſt deprehendi, ut qui uera à falſis methodo quadam poſſint diſtinguere. Quamobrem nemo omniũ erit aut tam ſtupidus, aut tam ingratus, qui non agnoſcat, quandum commodi nobis afferat uera ſcientiæ ἀνάλυσις, nempe Methodus hæc artis Demonſtrandi: quæ modum & inſtrumentum noſcendi Verum, quo nunq̃ fallamur, ac ſummè laudatam illam à philoſophis παιδείαν, nobis ſuppeditet. Si tanti momenti

hæc

hæc ſunt, ut præceptis his & regulis, uera poſſint à falſis, in omnibus diſciplinis internoſci: quiſquam ne tā ingratus erit, aut inhumanus & barbarus, non lingua ſed animo, ut faſtidiat artem hanc præſtantiſſimam, aut eam ad ſe pertinere non putet, aut gratias quas par eſt, inuentori, aut certè perfectori eius Ariſtoteli non agat, eiusq; nomen & honorem ſummis laudibus nō celebret, pro tantis in poſteritatem omnem ab ipſo beneficijs collatis? Nam ſi uita beata, ſine cognitione Veri nō poteſt degi: Verum autem neq; conſtanter, neq; omne ſine hac arte analytica percipiatur: meritò ſanè quiſpiam hanc ut ſcientiæ, ita quoq; beatæ uitæ inſtrumentum appellauerit. Hodie quidem his perditiſſimis moribus, & ingenijs cum pluris ſiant uoluptates, honores, diuitiæ: non eſt mirandum, ſi ſtudia quoq; earum rerum magis quàm ueritatis, in animis hominum uigent. Pauci certè Scientiam & Veritatem ipſam propter ſe amant, ſed plauſibilibus quibuſdam oblectātur: cum pleriq; uideri, quàm eſſe malint rerum ſcientes. Iiſdem moribus debemus, quòd ueræ philoſophiæ ſtudia perfecta et ſolida, in Scholis hodie contempta iacent: ut iam à paucis etiā, quæ ſit uera & uetus illa philoſophia, cognoſcatur. Ignorantia contemptum parit: quam non aliunde prouenire certum eſt, quam quòd hactenus uera cognitione Analyticę doctrinæ caremus. Nihil hoc loco contra inertes illos Ardeliones, et Suffenos dicam, qui ſuis ingenijs omnia metientes, pro nihilo philoſophiā, ſuas aūt nugas maximi faciunt: quia ipſi quoq; ab inſipiēti uulgo plurimi fiunt. Ita accidit, ut indoctorū hominū ſuffragijs, omnia ſint obnoxia: tantumq; id præclarum, uerum, eximium, quod apud uulgus in precio eſt, exiſtimetur. De diſciplinis, quibus ἀνάλυσις Dialectica uſui eſſe poſſit, deq; artis eius præſtantia, ſatis dictū. Nūc de ipſa arte dicamus Dialectica: & quę partes eius ſint, atq; officia, paulo altius repetamus. Ab officio ſeu Fine, Plato Dialecticam finit paſſim: qua nimirum poſſit quiſpiam diſputando accipere, & reddere rationes. Idipſum præſertim conſtare diuidendo, definiendoq;, docet in Sophiſta, ſic inquiens: τὸ κατὰ γένη διαιρεῖσθαι, καὶ μήτε ταὐτὸν εἶδος ἕτερον ἡγήσασθαι, μήτε ἕτερον ὂν, ταὐτὸν μῶν οὐ τῆς διαλεκτικῆς φήσομεν εἶναι ἐπιστήμης. Ratiocinari enim nihil poſſumus, aut ſyllogiſmo concludere, niſi conuenienter primùm confuſa diuidamus, diuiſaq; rurſus definiendo colligamus. In primis autem uera à uериſimilibus ſunt diſtinguenda. Nihil enim magis & crebrius, quàm ueriſimilitudo nos decipit: cùm quæ multum diſcrepent, ipſa nos facilè admoneant ſui diſcriminis. Veriſimiles has, & fallaces rationes Plato & Ariſtoteles Logicas appellant; ueras autem & communes, nominat Ariſtoteles Dialecticas, uel Topicas: ueras porrò neceſſarias, & uernaculas rebus, quibus explicandis adhibentur, ἀποδεικτικὰς ſeu ἐπιστημονικάς: de quarum Methodo his libris demonſtrationum tractabimus. Diuiditur aūt uniuerſa ars ab Ariſtotele, in Analyticam & Topicam, argumentorum uim utriſq; docentibus & ſuppeditantibus, ſiue inuenienda illa ſint, ſiue iudicanda. Nec moror Stoicos, qui partes ſeu ſpecies Dialecticæ faciunt, Inuenientem & Iudicantem. Hanc diuiſionem nobis non probari, in præfatione ſexti Topicorum diximus. Analyſis pertinet ad neceſſitatem ſyllogiſmi oſtendendam, quæ duplex eſt. Aut enim ipſe formula collectionis conſideratur, utrum ſyllogiſtica ſit, an ἀσυλλόγιστος: aut materiæ & res, quæ aſtringuntur his formulis, an neceſſarię ſint, & quæ cauſa ueritatis aliter habere non poſſint, conſiderantur. Priorem ἀνάλυσιν, prioribus duobus: poſteriorem, duob. poſteriorib. Analyticis libris, tractauit Ariſtoteles. Ei tractationi famulātur libri, quorū

Sophiſtæ non modò ingrati ſunt, ſed beneficium quoque Dei maximum contemnunt.

Quæ cauſa ſit ignorantiæ & contemptus uere Philoſophiæ.

Protagora. Cratylo. Theæteto.

Veriſimilitudo omniū maximè decipit. Verum multiplex.

Analyſis duplex.

unus eſt de Prędicamẽtis, alter de Propoſitionibus,ſeu περὶ ἑρμηνείας:quare & illi pertinẽt ad Analyticam partem.In primis enim,cognitis his opus eſt. Nã cùm de genere in genus aliud, demonſtratori non ſit tranſiliendum: quo in genere quæq; res collocanda ſit demonſtranda, exploratum ſit oportet.quare prædicamentorum cognitio, neceſſaria etiam doctrinæ Analyticæ. In libro περὶ ἑρμηνείας, propoſitionum πάθη explicantur: quarum compoſitione, ambæ ἀναλύσεις utuntur,cum nullus ſine propoſitionibus poſſit colligi ſyllogiſmus.quamobrem earũ propria πάθη,nota eſſe oportet Analytico. Appellantur porrò hęc Analytica:quia uidelicet στοιχεῖα docent, in quæ omnis ratio ſyllogiſtica diſſoluitur,& ex quibus etiam componitur omnis: quæ cognitio pertinet non ad uulgarem & popularem, ſed ſolidam & exquiſitam, omnibusq; numeris abſolutam eruditionem, quæ tractandis omnibus ſcientijs ſit accõmodata. Hac enim arte inſtructi,& inuenire poſſumus,& iudicare: quæ pertinent ad ueritatem,& ad ſciẽtiam rerum. Altera pars,nempe Topica, hac ſubtili exquiſitione ueri non utitur:ſed popularis eſt,& communibus notionibus quibuſdam, rem propoſitã oſtendit: liberiorq; eſt probando & refellendo quidpiam, diſputando ſcilicet in utramq; partem. Hanc facultatem, aliàs Ariſtoteles Dialecticæ uocabulo exprimit, quam octo libris Topicorũ præclariſſimè ſcriptis, eſt complexus:quæ & ipſa inuenit & iudicat, quę uera, quę falſa ſint, ſed popularibus (ut dixi) contenta eſt rationibus. Haud enim quiſquam eſt, qui non ueri aliquid poſſit in rebus aſſequi, pręlucente quodammodo naturali lumine ingenij: & communia certè quædam ſunt ueriſſima, quibus uti ad noſcendas res, etiam artium imperiti poſſunt: quæ experiundi cauſa nonnunquam opponunt his, qui uerè non norunt quidpiam, ſed ſimulant tamen ſe ſcire. Et aſtruunt,& refellũt etiam inter ſe,& quibuſuis de rebus, etiã non eruditi poſſunt (freti communibus rationibus) diſputare. Diximus ſuprà, Platonem abuti uocabulo Dialecticæ, quum eam appellat dominam, & faſtigium omnium ſcientiarum: quæ nimirum elogia ad primam potius pertineant philoſophiam, de qua libro ultimo uerba fecimus, quo pacto nimirum hæc ſit perfectix ſcientiarum ſcientia. Quid porrò inter communitatem primę Philoſophiæ & Dialecticę, diſcriminis ſit, alio loco oſtendimus: inde hęc requirenda erunt. Quia uerò hoc opere inſtituimus inſtrumenti eius, quo tractandæ ſunt omnes ſcientiæ, quaſi ἀναστοιχείωσιν & ἀνάλυσιν tradere: prius non inutiliter nos aliquid opinor de Methodo docendi et diſcendi ſcripturos: pręſertim cum ſint plurimi, qua uia, & quo ordine ſit perueniendum ad cognitionem ſcientiarum, qui ſe neſcire fateantur. De quo in pręſentia non omnia, nec ut res ipſa poſtulat, ſed quantum ſatis eſt inſtituto noſtro. pauca quędam commemorabimus. Omnis à principijs quibuſdam ducitur, & quaſi fundamentis extruitur ſcientia: & his quidem ut notiſſimis, ita longè ueriſſimis. Ordo autẽ non modò iuuat & promouet eruditionem, ſed etiam diſcentibus eſt neceſſarius: cùm poſteriora, incognitis prioribus, non poſſint intelligi. Sunt deinde nonnulla ſtudia, quæ magis ornant cognitionem ueri in diſciplinis, ut linguarum & eloquentiæ: non autem præcipuè iuuant. Quædam tametſi diuerſi ſint generis, tamen iuuant etiam: quia perſpicacius ingenium faciũt, & ad alia intelligenda quaſi exacuunt. Vt quum Theſſalo filio ſuo Hippocrates ſuadet, ut Arithmetica ſcilicet,& Geometrica addiſcat. Et Plato in Parmenide, hortatur adoleſcentes, ut ἀδολεσχίᾳ Dialecticę ſeſe exerceant, quo progreſſu ætatiſq; magis fiant arguti. Eandem Galenus quoq; miris extollit laudibus, & eos

Quare doctrina hæc appelletur Analytica.

πειραστικὴ Dialectica.

Qualis ſit Methodus docendi, & diſcendi quidpiam.

tanquam

tanquam Barathra fugiendos præcipit, qui Dialecticam inutilem, aut nõ neceſſariam ſtudijs eſſe dicunt. Eſt etiam in his, qui profitentur diſciplinas & artes, magna præſtantiæ cuiuſdam atq; excellentiæ differentia. Vt enim abſq; phyſica philoſophia poſſit eſſe quiſpiam Medicus, non tamen excellens, καὶ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων, eſſe poteſt. Galenus enim & Ariſtoteles, eundem optimum medicum & philoſophum eſſe cenſent. Ab his non diſſentit Hippocrates, in libro de Vetere medicina, ad hunc ſcribens modum: ἐπεί τοι γε μοι δοκεῖ ἀναγκαῖον εἶν παντὶ ἰητρῷ περὶ φύσιος εἰδέναι, καὶ πάνυ σπουδάσαι ὡς εἴσῃ, εἴπερ τι μέλλει τῶν δεόντων ποιήσειν. Hęc eſt in ſingulis diſciplinis uera eruditio, princeps, & (ut ſic loquar) Architectonica: reuocans omnia ad ueritatem principiorum, non inſeruiens utcunq; notis quibuſdam hypotheſibus: quaſi mancipata alterius dictatis, diſcipula, & non magiſtra ueritatis. Quantum autem inter artifices etiam interſit, uidemus: & in arte medica, ſine dubio Dogmatici, Empiricis & Methodicis, propter liberalem eruditionem pręferuntur. Quin etiã politicum ſuum, & principem in Republica uult eſſe philoſophum, tanquã Architectum: nec alio gubernatore poſſe florentem eſſe Rempub. cenſet Plato. Sed hæc ad excellentiam quandam pertinere, non ad inſtitutionem alicuius artis uel ſcientiæ mediocris uidentur. Quoniam ut prudentia, perfectio eſt omnium uirtutũ: ita philoſophia, diſciplinarum & ſcientiarũ omnium domina exiſtit, cuius tamen nõ omnes poſſunt eſſe participes. Hãc ſophiſtę aut abijciunt, aut ſubijciũt, propter ignorantiã omnib. & nõ admodũ utilẽ eam dicunt, quia nõ ſit operaria & mãcipata. Verũtamen his enitendũ ad ſumma, & elaborandũ, ut ad perfectionẽ perueniant ſcientię: quib. ingeniũ natura, opes et ociũ fortuna eſt largita, à ſe ipſis φιλοπονίαν adhibeãt: ſine qua (ut Plato ait) omnis claudicat eruditio. Quibus hæc deſunt adminicula, contendant quantum ualent & poſſunt, ut boni fiant artifices: & interim philoſophiam ne deſpiciãt, iactent ſe quantum uolunt apud imperitum uulgus: quo ſecundo quidam nimis certè ſunt inſolentes, & plus ſibi ſumunt quàm par ſit. In artibus, quæ uera ſunt, ratione exquiruntur: quæ uerò utilia ſunt, cõfirmantur experientia. Cognoſcendis illis, ingenio: his uerò percipiendis, totius uitæ, & ætatis noſtræ curriculo proficimus experientia. Quæ ad ueritatem pertinent diſcendam, principijs et rudimentis doctrinarum nihil prius eſt. Qui ſine his, aut certè malè intellectis, ad magis ardua pergunt: omnem operam in ſtudijs inutiliter collocant, nec ad ueritatis cognitionem perueniunt. Tanta eſt ordinis neceſſitas, ut niſi rectè ſimus exorſi, pergere nullo modo poſſimus: & hac ipſa in parte pernicioſiſſima eſt negligentia, cum ſine fundamẽtis ritè iactis, nihil poſſit extrui. Primùm itaq; in primis rudimẽtis diligenter ſe quiſq; exerceat, deinde proxima ab his cognoſcenda: ſemper'q; ſic pergendum, donec perueneris, non intermiſſis medijs, ad extrema. Sunt quidem omnia inter ſe conſerta & contexta, nec ad ſumma, niſi per gradus, eniti poſſumus, non tamen ſubitò, & celerius quàm conueniat, feſtinandum: ſed inſiſtendum aliquandiu, & commorandum in his gradibus: dandumq; aliquid meditationi & exercitio, cùm multi putent ſe ſcire, quod tamen reuera neſciunt: nec eruditio porrò in his, ſed ignorantia cum arrogantia creſcit. Quid uerò reliquum omne ſtudium eſt, quo à fallacibus ex malè cognitis principijs pergitur ad alia atq; alia noſcenda, quàm quod prouerbio dici ſolet, τὰ πετόμενα διώκειν; Tum enim maximè effugiunt nos rationes, quum captantur hoc modo quæ ſcire deſideramus auidiſſimè. Omnis phyſica ueterũ, ut Anaxagoræ,

In diſcendo, quis ordo eſſe debeat.

Democriti, Empedoclis, falſis innixta principijs, à Scientia eſt remotiſſi-ma: nec fuerunt illi quidem phyſici, cùm nihil ſciatur, incognitis ueris princi-pijs. Nec aliud quicquam eſt Scientia, quàm omnia quaſi elementa rei co-gnita & perſpecta habere: quibus ignotis, nihil ſcitur, nihil diſcitur. Veruntamen ſacrorum non ob id nulla ſcientia eſt, quia principia eorũ nulla ſint ſenſibus percepta, & talia quibus ipſi à nobis fidẽ habere ualeamus. Plato in Phędone diſtinguit rationes ſeu λόγους, ὡς θείους, καὶ ἀνθρωπίνους. Ambo explicantur ſuis principijs, ſed Oracula, diuinorum λόγων ſunt principia: Pronunciata, & ſententiæ communes, humanorum

Cæterùm humana ratio (quam ſic Ariſtoteles in diuinorum contemplatione conniuere & cæcutire ſcribit, ut oculi ſolent noctuæ intuentis Solem) propter ruditatem ſuam, derogare diuinitùs proditis oraculis fidem nequaquam debet, quorum autor eſt Deus, qui VERITAS ipſa eſt: cui maior ſit fides habenda, quàm ullis rationibus, & cauſis homini notis. An firmius & uerius quicquã his eſſe poteſt, quæ teſtimonia habent, tam longè à memoria noſtra remotorum Prophetarum, ipſumq́; Scripturæ conſenſum, iam inde à mundi primordio, non de præſentibus, sed futuris etiam rebus prædicentis, tam ſtupendis adiunctis miraculis? Quare nulla uerior, nulla certior, nulla ſanctior, quàm fides & religio Chriſtiana. Hanc nihilominus hæretici peruertunt, malè interpretando, quum uidelicet principijs eius conſentanea non dicunt. Itaq; cum tanta ſit principiorũ uis, ad ſacrorũ quoq; ſcientiam cõſtituendã: quiſquã ne tam ineptè, aut potius tam impiè μισόλογος erit, ut ſcientiæ ἀνάλυσιν, nullum uſum habere in ſacris opinetur: quæ prohibet, ne quid alienis principijs demonſtretur? Quaſi uerò cuiuſuis ineruditi ſit hominis, uidere quæ quibus ſint conſentanea:

Hoc errore dānāt Philoſophiam noſtro tempore quidā Logodedali.

At illi, ſi uel pictum philoſophum unquam uidiſſent, nunquam ipſis in mentem ueniſſet, ut pro philoſopho illum haberent, qui alienis principijs, ad demõſtrandum aliquid uteretur. Sed de hoc aliàs dictum. Omittamus nunc illos gregarios μισολόγους, & ad ueritatis atq; ſcientiarum amicos nos conferamus: quib. hanc operam nauamus, qua inſtructi, non modò prophana, ſed etiam ſacra ſcripta ſcienter tractare poſſint: & qua aliorum falſa reprehendere, noſtra autẽ uera eſſe confidere ualeamus. Hactenus fidẽ omnem ſciẽtiæ penes principia eſſe diximus, & ob id perquàm eruditè dictum illud à Platone uidetur eſſe in Cratylo: Δεῖ δὴ περὶ τῆς ἀρχῆς παντὸς πράγματος, παντὶ ἀνδρὶ, τὸν πολὺν λόγον εἶν, καὶ τὴν πολλὴν σκέψιν, εἴτε ὀρθῶς, εἴτε μὴ, ὑπόκειται. Vera autem ſunt, quib. nec opponi inſtãtia aliqua poteſt, nec ipſum ab ullo uero, nec aliud ab ipſo diſcrepat: cũ nulla ſit maior, quàm ueritatis harmonia, nulla certè conſonantior Muſica. Deinde perfecta & extrema meta eſt, reprehenſionis omnium falſorum, contradicentium implicatio, qua non modò falſum, ſed etiam impoſſibile falſum, Deo & hominibus concluditur. … ianam de- … grã Deo

Principiorum præcipua habenda ratio.

Implicatio cõtradictiõis, oppoſitiſſima uero eſt falſitas.

& innitimur merito alienæ iuſtitiæ: propter quam miſericordē & propitium habeamus Deum, imputātem nobis per fidem, perfecti[illegible] iuſticię filij ſui. Hb. [illegible] ſitis ueris, neceſſe erit, eũ [illegible] fide & operibus (eo quo dictũ eſt ſenſu) aliqu[illegible] coram Deo iuſtum eſſe aſtruit, illud quoq; cōcedere, ſimul e[illegible]ndem ſua [illegible], id eſt legis iuſticia, & non ſua [illegible]erùm aliena iuſticia, et grat[illegible], co[illegible]ram [illegible] iuſtum haberi: qu[illegible] nihil magis, [illegible] modò cum Scripturis, ſ[illegible] ſum eti[illegible] pugnans (quo nihil eſt falſius [illegible] dici poteſt. Quan[illegible] nec per l[illegible] iuſti (libero & integro a[illegible]trio, propter peccat[illegible]iginis, tantu[illegible] nec legis & fidei iuſticia, ſimul iunctis, liceat nobis iuſtis e[illegible] ſe[illegible]ur, ut Sol[illegible] fide ſcimus iuſti. Diſtinguenda nihilominus hoc loco ho[illegible] Fidei. Multi qui diſputāt de lege, & de fide, & tam[illegible] quid utrunq; [illegible]it non intelligun[illegible], unde tot rixæ, quibus nonnunquam ueritas non eruitur[illegible]leſcit, ſed magis obſoleſcit & amittitur. Etenim [illegible]era & uiua fides, non ut gratuita, ita ocioſa etiam et i[illegible]grata eſt. Multi putant [illegible]habere quod [illegible] habent, & multi quod habent, etiam quod habe[illegible] neglīgentia & [illegible]tunt. Non eſt [illegible]obis dormiendum, quos Deus [illegible]ato bene [illegible] deuinxit, tanta com[illegible]lexu [illegible]ſt bonitate & miſericordia, [illegible]tiſq; diul ti[illegible]jiciamur ex luce ſcilicet in tenebras. Odit [illegible]n minus in gratos, quàm ſu[illegible]s, cùm ſit omnis impietatis uindex. Quamo[illegible]m ut h[illegible]am hominis habet & formam, ſed q[illegible] hominis energ[illegible] proprias, ex[illegible]cet: ita Fides eſt, non quam ſimulamus u[illegible]is, quam inani o[illegible]s, quam Dominus in Euangelio dicit ſe non agnoſcere: ſ[illegible]n ſtudioſa ſit præceptorum Dei, & quæ ſe confidere Deo, uita ipſa teſtetur. Nam fides, ſi habitus eſt, operoſus ſit oportet: quare non poteſt fieri, [illegible] cum charitate ſit coniunctus: fide nimirum charitatem, & non charitate fidem informante, aut perficiente. Non enim ſpiritus Dei habitans in [illegible], prius charitatē quàm fidem donat, [illegible]mul per [illegible]n incendit in nobis charitatem: ſine [illegible] nec uera eſt, nec uiua fides. Diu[illegible] Iacobus experte[illegible]tatis, mortuā uocat: & Apoſtolus, æs t[illegible]iens. Ergo (inquiūt hi, qui de[illegible]unt [illegible]ſticiam ope[illegible]) fidem neceſſe eſt informari, & perfici charitat[illegible], ſine quo [illegible]quid eſſe nequit, [illegible] dicimus ipſius eſſe perfec[illegible]. Vt enim uera fides ſine cha[illegible]tate eſſe non poteſt: ita non ob id ipſum [illegible] Fidem potius, quàm Fides charitatem perficit. Multa ſunt ſimilia[illegible]. A[illegible] quo animal uiuat, duplex eſſe dicit: unum, quod ſit pri[illegible] Anima: cuius cōſeruandę gratia, omnes motus inſunt c[illegible]po[illegible] tanquam forma & effectrice cauſa, proficiſcuntur etiam omnes energ[illegible]æ. alterum eſt, quo ut Materia uel inſtrum[illegible]tõ, ſine quo anima nec agere a[illegible]d, nec ſe[illegible] ipſam incolum[illegible] poteſt conſ[illegible]āre: ut ſunt primùm craſes & temperament[illegible] artium ſimilium, d[illegible]nde organicæ partes, certis [illegible]guris, numeris, magnitudinis menſura, & coagm[illegible]tatione legitima inter ſe connex[illegible] Partes illæ omnes mobilitatem ſu[illegible] animæ, tanquam principi cauſæ acceptam referre debent: à qua niſi informarentur, ab anima moueri & [illegible] non poſſent. Itaq; cùm ſine his Anima non poſſit ſuas præſtare energias, [illegible]ò ne eſſe quidem poſſit: non ob i[illegible] animæ perfectio, corpus erit, ſed c[illegible] potius, Anim[illegible]. Vt autem p[illegible] animam [illegible] quis dicitur in corpore [illegible] ita per Fide[illegible] in Deo, id eſt diuinam ui[illegible], & Deus ipſum ſpiritu ſuo uiuific[illegible] nimirum oper[illegible] per charitat[illegible], quæ eſt obedientia perfecti in fide [illegible], qua fides tan[illegible] inſtru-

m[illegible]

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

omnia poſſunt dici de ſciētia & ueritate: quū intellectus nihil aliud ſit, quàm
ſcientia & ueritas immutabilis. Quæ ſi cauſa ſunt, in rebus materiatis & ſub
ſenſum cadentibus, omnium pulchrorum atq; admirabilium: ipſam certè
pulcherrimam & admirabiliſſimā oportet eſſe ſcientiam, qua hęc fiunt & cō
ſeruantur omnia. Magnificentia hæc & pulchritudo, non oculis cernitur, ſed
mente: qua nihil eſt pulchrius, nihil formoſius, nihil ornatius: cùm ipſa per ſe
ſit pulchra omnia, ſit formarum forma, ſit deniq; omnia ornamenta: quorum
effigies duntaxat, & quaſi umbræ, in rebus externis his appareant. Sed ut
Formarum, ita Scientiarum quoq; duplex genus eſt. Vnum eſt, quo quantita *Scientiarū ge-*
tis cauſa, materia determinatur: numero ſcilicet, & proportionibus, & figuris *nera deſcribun*
certis: quorum contemplationem propriorum, eorundemq; ſcientiæ profeſ- *tur à diſcrepan*
ſionem, qui Mathematici dicuntur, ſibi uendicant. Alterum eſt, determinans *tibus ſubiectis.*
motus, & mutationes Materiæ: accidentia deniq;, quæcunq; propriè inſunt
rebus naturalibus, qualitates, quātitates, figuras, habitus, actiones, paſſiones,
loca & tempora, & ſi quæ horum ſimilia. Determinantur hæc à naturis rerū,
quæ ſunt naturales formæ εἰδῶν: quibus non tam materia, quàm accidentia
quoq; (ſuapte natura indefinita) ſolent definiri. Horum eſt nihil, quod non
cauſa aliqua ſciatur, cùm uidelicet natura ſit omnium principium: quæ nimi-
rum ſpecies & forma eſt cuiuſq; rei, ſubſtantiā eius cōſtituens. Perfectiſſima
natura, nulla in parte ſibi deeſt, ſuis motibus regendis: & perficiendi ſe quoq;
quibuſuis accidentibus, efficaciſſima. Verum enim eſt quod dixit Hippocra *περὶ τροφῆς.*
tes: φύσις ἐξαρκεῖ πάντα πᾶσι. Quid eâdē iuſtius? quid circūſpectius? quid obe
dictius ſolertiſſimi opificis Dei inſtitutis & iuſſis? cuius opificis Natura ipſa
quodā modo eſt manus & inſtrumentū. Mentem diuinam nuſquam abeſſe,
monet nos natura: quæ ſeſe ab ea perfectam conſeruari etiam, & adminiſtra-
ri, ſua pulchritudine, ſuoq; ordine teſtatur: tametſi cauſam τῆς ξυμφορᾶς, ſibi ha-
beat admixtam. Natura quidem & cœlo, gubernantur omnia: eiſdem quoq;
cauſis conſeruantur. Rectores porrò orbium cœleſtium eſſe mentes, dicunt
Philoſophi: ſecretas nimirum à materia ſpecies, & à corpore: & ob id nullam
labem aut mutationem exiſtere in cœlo. His omnibus præſtò adeſt infinita
numinis maieſtas, tanquam dux & princeps exercitus, ut ait Ariſtoteles, pro-
pter quē ſunt omnia: cùm ſit immenſitas hæc nec participans, nec participa-
tum, ſed Ipſum Bonum. Alia non ſunt ipſa, ſed participantia bono, & quæli-
bet res ſuo: in quo iuſticię uis cernitur diuinę, per omnia penetrātis. Eſt enim,
ut Plato ex Anaxagoræ ſententia definit, δίκαιον, ὡς διεξιὸν, καὶ δίκαιον πάντα.
Deum, qui eſt in omnib. πρόνοιαν Stoici, & ignem artificioſum appellant. Ex *Scientiarum fi*
quib. euidēs, ſcientiam rerū nobis aperire oculos, ut Deum uidere queamus, *nis.*
ut finem noſtrum, ut noſmetipſos noſcamus, ut in Optimo & Maximo numi
ne acquieſcamus. Quale porrò theatrū illud eſt opificis Dei atq; intellectus
noſtri, quanta admiratio ſapientiæ conditoris, quātę iuſticiæ & potentiæ lau
des, quantus amor excitatur in animis contemplantium iſta uerè & ſcienter?
Admirabilitas autem illa non percipitur ſenſu & oculis, ſed mēte & ſcientia:
de quo, libro ultimo ſatis dictū à nobis arbitror. Pulchritudo, perfectio, iuſti-
cia, immutabilis ueritas, quæ neq; ui, neq; diuturnitate temporis labefactari
poſſit, expers omnis ξυμφορᾶς, mente percipitur ſola. Quæ ſenſibus percipiun
tur, turbari poſſunt, & aboleri, & melius deteriuſq; habere: qua ratione mul-
tum ab his quæ intelliguntur, differunt ſenſilia. Quamobrem ſola mens, ſcien
tia, percipit ea quæ ſunt æterna, & labefactari nō poſſunt, & quibus in quoq;
genere nihil melius eſſe poteſt: quorum effigies quædam expreſſa eſt in natu

c ris

ris rerũ,in quib.bonitatis Dei & ſapientiæ adumbrata ſpecies elucet:ut hanc ob cauſam uerè Ariſtoteles, ἐν πᾶσι τοῖς φυσικοῖς ἐνυπάρχειν θαυμαστόν, dixerit. Hinc igitur diuinorum orta cognitio: quæ quãuis ſit parua & exigua, præſtat ea tamen omnib.alijs ſciẽtijs,autore Ariſtotele & Galeno, ut gemmula una, multis precio molarib.ſaxis præpõderat. Nec dubium cuiq; eſſe poteſt, quin opificij Dei contemplatione,ſimul ipſum quoq; opificem cognoſcamus: ὅτι (ut inquit Ariſtoteles) θεωροῦντες αὐτὰ, τὴν δημιουργήσασαν δύναμιν συνθεωροῦμεν. Quę enim ſapientis Architecti,niſi ex opere,poteſt eſſe cognitio? quę porrò maior aut gratior uoluptas,quàm omnium cauſas rerum, & fines habere cognitos? Senſit idem ſummus uir Ariſtoteles,loquens de contemplatione naturæ, ὅτι ἀμηχάνους παρέχει ἡδονὰς τοῖς δυναμένοις τὰς αἰτίας γνωρίζειν. Vniuerſi enim huius theatrum, liber quidam eſt: qui non brutis ſenſibus, ſed mẽtis acie, & eruditione diſciplinarum euoluitur. Hac luce rerum cognitarum, noſtra mẽs ſemetipſam informãs (mirabile dictu) ſeſe noſcit ipſam, ualde diſſimilis ſenſibus: qui,ut alia,ita ſeipſos percipere et ſentire minimè poſſunt. At mẽs ipſa ſeſe inteligentem, intelligit: nec adminiculo quodam uiuit,ſed in ſemetipſa uitam habet, & energiam intimam: quod proprium eſt diuinorum. Ipſa uerò intimè ſecum habitans, acquieſcit in cultu diuini numinis, coniũgens cũ ſapientia καλοκαγαθίαν: quę eſt perfecta (qualis cadit in hominem) & ſumma ſanctitas in moribus & uita. Nequit longius progredi in hac uita mortali homo, nec perfectior eius uirtus eſſe poteſt. Hactenus quomodo à ſenſibus, ad mentis & diuinorum contemplationem aſcendatur, planum fecimus: nunc quo pacto à Mente rurſus deſcendatur per ſcientiam, ad ea adminiſtranda & gubernanda, quæ Deus gubernari, & noſtris conſilijs regi uoluit: ne in his quoq; tetra ſcilicet illa, & horrenda συμφορὰ tumultuetur, de qua paulo antè diximus: quã ſine mente, cõſilio & ueritate, rebus peſtiferã eſſe, paucis explicare conabimur deinceps. Omnis taliũ rerũ aut prudẽs eſt aut artificioſa cognitio, quatenus ſunt in noſtra poteſtate & motus earũ, ad finẽ dirigit̃ quẽdã.

De ſcientijs, quæ στοχασμὸν adhibent in rebus agendis, aut faciendis.

Earum quidem & agendarum & faciendarum ſcientia quædam eſt: quæ tamẽ propter res, quibus adhibetur extrinſecus, mobiles ac mutabiles, ſimplex & ſincera non ſit, ſed cum opinione & coniectura quadam coniuncta. Cognitio talium rerum, ſemper ſcopum quendã intuetur, ad quem uniuerſam ſuam ſcientiam conueniente coniectura collimare ſolet: ut nimirum illum ſuis actibus poſſit attingere. In Architectonica prudentia, ſcopus eſt, uirtus ciuium: qua imbuti, benè & fœliciter uiuãt. Magna meherclè ſcientia eſt eius Principis, qui iſtud unicè agit, ut quàm optimi & moratiſſimi fiant ciues: non qui in id incumbit, ut ipſe ſit ditiſſimus aut potentiſſimus, aut circumfluat uoluptatibus: ſed ut inter bonos ipſe ſit optimus, inter iuſtos iuſtiſſimus. De Regij hominis ac principis ſciẽtia & præſtantia, ſcribit Plato in libro de Regno, quo argumento tractantur etiam libri de Repub. eiuſdem, & illi item quorum inſcriptio eſt de Legibus. Perueniendi autem ad fines Artium, ſimilis ratio eſt, definitis in uniuerſum præceptis, quibus earum conſtat ſcientia, ſed uſu quo applicantur ad res ſingulas [illegible]definitis, & artificioſam atq; ſolertem coniecturam requirentibus. Turbant[illegible] & impediũtur conſilia, confuſis his rebus, quibus adhibentur: quas diximus ſuapte natura inſtabiles eſſe, καὶ πολὺ ἀβέβαιον, καὶ ἀσαφὲς ἐχούσας μεμιγμένον: ut eſt apud Platonem in Philebo. Quamobrem in his tractandis, non tam opus eſt perſpicacia mentis, quàm ſenſuum per experientiam eruditorum atq; exercitatorum ſolertia. Ne ſim longior, ſalutarẽ hãc ſcientiæ cum eruditis ſenſibus mixtionem, ac temperamentum laudatiſſimũ,

Ariſto. lib. 1. De uſu partiũ, et Galenus lib. ultimo De uſu partium.

diuini

diuini Platonis uerbis potius quàm meis, explanandū cenſui, qui libro duodecimo de Legibus, ſic ſcriptū reliquit: τὸς μετὰ καλλίςων, αἰσθήσεων κραθὲς, γενόμενος δὲ εἰς ἕν: σωτηρία, ἑκάςων δικαιοσίας ἂν εἴη καλουμένη. ἀλλ' ὁ νοῦς καὶ τὶ μετ' αἰσθήσεων κραθεὶς: σωτηρία πλείων ἔνγε χειμῶσι, καὶ ἐν εὐδίαις γίγνοιτ' ἄν. ἆρ' οὐκ ἐν νηΐ κυβερνήτης ἅμα καὶ ναῦται, τὰς αἰσθήσεις τῷ κυβερνητικῷ νῷ συγκερασάμενοι, σώζουσι αὐτούς τε, καὶ τὰς περὶ τὴν ναῦν. Deinde paulo pòſt ita deſcribit ſcientiam talem, cum coniectura & ſcopo coniunctam. ΑΘ. κάλλιςθ' ὑπέλαβες, ὦ κλεινία, καὶ δῆν δὲ τοῦτον ὡς ὁ νῦν περιεστηκὼς λόγος μηνύει πᾶσαν ἀρετὴν ἔχειν, ἧς ἄρχει, τὸ μὴ πλανᾶσθαι πρὸς πολλὰ ςοχαζόμενον, ἀλλ' εἰς ἓν βλέποντα, πρὸς τοῦτο ἀεὶ τὰ πάντα οἷον βέλη ἀφιέναι. Scopus in omnibus perueniendi ad finem, eſt ſimplex: uia multiplex, laborioſa & difficilis propter coniecturas, & quæ interdum comite etiā fortuna utatur: quæ nonnunquam ſucceſſum in artibus, & prudentiam promouet, non raro etiā impedit. Eius uerò difficultatis nulla alia eſt cauſa, quàm quòd res huiuſmodi infinitis quodammodo accidentibus ſunt obnoxiæ: de quarum ueritate, non modò in uniuerſum conſtare debet, ſed præterea circūſpectiſſimam requirunt cōiecturam, ut ipſis in uniuerſum, & καθόλυ uera, ritè & appoſitè accommodentur. Declarabimus id quibuſdam exemplis. Corpus refertum malis humoribus, purgādū eſt, καθόλυ ratio & ſcopus eſt. Sed multa impediunt, quo minus ad illū collimare queamus, quæ & ipſa ſunt καθόλυ uera. ut: Nullum corpus impurum, crudis adhuc humoribus exiſtentibus, purgandum. Nullum corpus, infirmis præditum uiribus, purgandum. Nullū etiā, quando in ſtatu eſt morbus, purgandum. Hæc & ſimilia καθόλυ uera, concurrunt in coniectura, & difficilem faciūt deliberationem: eſtq; iam nō ſcientiæ, ſed experientiæ & uſus cuiuſdam, ut quod tale aut tale ſit, aut non ſit corpus, diiudicemus. Cognito illo, ſcopum nō eſt difficile attingere. Scopus autem eſt, intelligere in talibus rebus, quid faciendum, aut non ſit, ut operis tui finē aſſequare. Conſtat inter omnes, obedientiam præſtandam magiſtratui. Sed multa impediunt, quæ obedire prohibent: uis ſcilicet, & tyrannis, impietas in Deum, illegitima imperata, & ſimilia. Deliberatio omnis in eo uerſatur, ut res, de quibus eſt cōſultatio, utrum ſint tales, exploratum & cognitum habeamus. Sed hæc coniectura pertinet ad experientiam, non ad ſcientiam: cùm ſit notitia rerum ſingularum, ſed ſolers tamen & erudita, qua præditi ſunt experiētes. Scientia uerò harum rerum differt ab ea, qua ſecretas à materia formas, aut quatenus etiam cum ea concretas (ſed non operis cuiuſdam gratia) cōtemplamur. In hac theorica, conſiderantur omnia quatenus uera ſunt, quibus inſtantia nulla poſſit opponi: ut triangulo, quòd habeat tres æquos duobus rectis, nihil poteſt opponi. Res naturales eſſe mobiles. Et naturā facere nihil temerè, ſi non impediatur. Nulla ratione alia hæc καθόλυ poſſunt oppugnari, neq; limitatione aliqua indigent. In practica autē ſcientia, nihil ferè ſic in uniuerſum eſt uerum, quod non plurimis exceptionibus caſuum limitetur. Omne corpus impurum (quia impurum) eſt purgādum. Sed multa accidunt impuro corpori, quæ impediant, quo minus purgandum uideatur. Illa limitant nimirum rationem καθόλυ, qua faciendum aliquid præcipitur: & impediunt purgationem quidem, ut cruditas humorum, ut imbecillitas uirium, ut uigor & ſtatus morbi. Sunt illæ quoq; in uniuerſum, & καθόλυ ueræ cauſæ, propter quas corpora, licet impura, non ſint purganda tamē. Quare in hac ſcientia artium practicarum, non tanta eſt ἀκρίβεια, ut propemodum nihil ſine exceptione & limitatione pro uero habeatur. Sed illa tamen ſic cognoſci, ad perfectionem artis ſatis eſt. Occupatiſſimum eſt in his accidentibus, iuris ſtudium &

Artificioſæ cōiecturæ exemplum.

doctrina, quibus quodãmodo infinita eſt illorum ſcientia, nempe in magno eorum quæ accidunt, quaſi pelago, dum conantur faciendorum & non faciendorum ſpecies conſtituere. Quid enim infinitius eſt caſibus, quibus conflictatur uita hominum, quibusq́ ſeſe dictis factisq́, omnibus horis implicant iure & iniurijs homines? Illorum diſpenſandorum æquitas, utcunq; ad certa legũ pręſcripta poteſt reuocari. In pluribus ualet ψήφισμα, nẽpe calculus ἐπιεικείας: & cum ratio non eſt definita lege, definiatur ſanè prudenti coniectura. Hoc modo autem coniungitur intellectus cum ſenſu, qua ratione, nõ πρώτων ὅρων, ſed ἐσχάτων, intellectum eſſe dixit Ariſtoteles in Ethicis. Et Plato prius allegato loco, νοῦν μετὰ καλλίστων αἰσθήσεων κραθέντα, σωτηρίαν dicit eſſe rerum extrinſecus, conſilio & arte gubernandarum. Perficitur autem, ut aliàs diximus, στοχασμὸς ἐμπειρίας, quæ eſt prudẽtiæ oculos, res pro re nata oblatas agnoſcens. In his, ſi tẽpus ferat, cõſultatio adhibetur. In nõnullis nõ opus eſt ſyllogiſmo, ſed auxilio, inquit Hippocrates. πολλὰ γὰρ, οὐ συλλογισμῷ, ἀλλὰ βοηθείας δεῖται τῶν πραγμάτων. Perſpicientia hæc ueri, cùm ſit quodammodo ſubita, à Græcis ἀγχίνοια appellatur. Methodus & ſcientia talium, propter infinitatem comprehendi nequit. Scientia enim duntaxat eſt eorum, quæ ſtabilem habent, & firmam, & quæ cauſa ueritatis aliter habere nequeat, cognitionem. De illius habitus Methodo, ſumus ſubſequentib. libris ſcripturi: quam conſtat artem quandam eſſe, explicandæ & tractandæ cuiuſq; rei ſcientiæ. Artem hanc ſcientiarũ, quòd initia doceat, & quaſi elementa conficiendarum demonſtrationum, Ariſtoteles inſcripſit ἀναλυτικῶν ὑστέρων titulo. Eos, Deo adiuuante, libros Ariſtotelis inſtituimus ſic interpretari, ut non modò hactenus à paucis intellecti intelligantur, uerumetiam utilitas ut eorum ſit perſpicua, ſtudebimus: dum præcepta exemplis declarare, & exempla uiciſſim præceptis confirmare conabimur. Et hæc quidem de Materia huius Analyticæ methodi, præfari libuit: nunc ad rem ipſam accedamus.

IACOBI

DEMONSTRATIONVM
Liber II.

EORVM quæ cauſa ueritatis aliter habere non poſſunt, eſſe ſcientiam, iam antea dictū eſt: & nō ſenſum, uel opinionem. Æterna igitur, & immutabilia ſint oportet, quæ ſciuntur: quoniam ſciri res opinabiles nullo modo poſſunt, quæ temporis lociq́; gratia ſcilicet, & non abſolutè ueræ cenſentur. Satis tamen non eſt ad ſcientiam, ſi concluſa ſint neceſſaria, quin argumenta etiam eiuſdem modi eſſe oportet. Quoniam alioqui ἐπιστητά, argumentis & rationibus opinabilibus deuincta, nihilo plus ſcientur, quàm illa quæ nulla ex ſeſe firmitatem aut ſtabilitatem habent cognitionis: quæ ne demōſtrari quidē poſſunt, & omnino nō ſunt ἐπιστητά. Deuincienda igitur, quæ tractantur in ſcientijs, ualidiſſimis rationibus & argumentis erunt: quæ docentur, non populari modo, ſed exquiſitè, ut nunquam ijs fallamur. Alioqui concluſæ tanquam Dædali effigies mobiles & fugaces (niſi aſtringantur) nos effugiunt: ut Plato ſcribit in Menone. Abditiſſima eſt ueritas, & multis præcluſa difficultatibus, ac ſepta perplexiſſimis labyrinthis: aditus habet aſperos, pręcipites, dubios, lubricos, fallaces: ut qui non uia (ut dicitur) regia, nempe methodo Analytica inceſſerit, eum neceſſe ſit, in multis periculoſiſſimè errare, & tanquam in mari immenſo, opinionum uentis iactari. Quapropter ne per deuia errorum, & fallacium rationū ambages feramur incerti, artis huius adminiculo conſequemur: quæ nos docet uera à falſis, & neceſſaria à ueriſimilibus internoſcere & diſtinguere. Non enim minus ueriſimilia, quàm apertè falſa decipiunt: ſed illorum, quàm horū difficilior cautio. Præceptorum porrò Dialecticæ, ut inſtrumentorum, communis eſt uſus: nulli certæ (ut ſic loquar) materiæ rerum Artis mancipata facultas. Cæterùm aut nobis argumenta ipſa ſuppeditat Dialectica, quæ uſurpari poſſunt in omnibus diſciplinis, ut Topice: aut docet, quomodo propria ſingularum ſcientiarum & demonſtrationum argumenta ſint tum inuenienda, tum iudicanda, ut Analytice: quę tamen non eſt ἐπιστήμη, ſed Ars, docens τρόπον ἐπιστήμης. Communis etiam cùm ſit prima philoſophia, alio modo erit, quàm quo Dialectica, communis. Diſtinguit modos communitatis utriuſq́; Ariſtoteles in Elenchis. Princeps enim philoſophia, cōmunis: quæ ipſa communia rerum (quatenus ſunt ὄντα) contemplatur, quæ nimirum quorumuis aliorum principia ſunt, quibus nihil ſimplicius. Alia ſunt Dialectica communiſſima: quæ rebus non quoad ſunt, ſed quatenus intelliguntur, conueniunt. Topica ſunt argumenta, quorum capita ſunt notiones, quæ accidunt rebus, quatenus intelliguntur: ut à genere ducta, proprio, definitione, accidente. Analytica autem præcepta, non quadrant ipſis per ſe rebus: ſed quoad inter neceſſarium & opinabile uerum, diſcrimen eſt quoddam, eatenus notionum differentias diſtinguunt, cùm interim per ſe nullius rei ſciētiam ſibi uendicēt. At communium & καθόλου notionum, hæc diſcrepantia eſt, quòd nimirum finitę quædam ſunt, quædam infinitæ. *Communitas duplex.* Finitę, pars eſſentiæ ſunt ſingulorum: ut Animal Hominis, Leonis, Vrſi, Leporis. pronunciata prima, demōſtrationū. Infinitæ, negatione ſunt communes: ut Nō animal, de omnibus uerè & communiter dici poteſt, quæcunq́; non ſunt animal, indefinita alicuius eſſentiæ ſignificatione: cum eo nomine certè cuiuſdam eſſentiæ negatio ſignificetur,

quæ extra genus, communitas eſt, καὶ ἀποφάσεις ἀδιαλύτου: ut Ariſtoteles inquit
Quo pacto Dialectica ſit cōmunis. in Elenchis. Iſto modo, cemmunem Dialecticam dicimus, ut quæ nullius cer-
tæ rei cōtēplatrix ſit ſcientia: quibus rebus ſanè non communicant, ſed diſtin-
guuntur inter ſe ſcientiæ. His νοήματα λογικὰ communiter adhibentur: quia
ſcilicet nulli propriè, cùm ſint extra genus rerum illarum quibus applicatur,
eodem modo, quo ἀποφάσεις extra genus eſſe diximus. Sunt etiam quædam
rationes aliæ communes, quæ certarum rerum uernaculæ uidentur eſſe, ſed
tamen non ſunt. Atq; his, non rarò ψευδογραφήματα conficiuntur in diſcipli-
nis, ſi propria uideantur. Sin communiora, & talia, ut alijs quoq; poſſint ac-
Quid ſint Logicæ rationes. commodari rebus, Sophiſmatum habent appellationem. Logicas porrò rati-
ones nominant Ariſtoteles et Galenus, non uernaculas rerum tractādarum:
ijsq; ne utamur, tanquam rem propriè non demōſtrantibus, admonent, quo-
niam in primis illudant nobis, ac fucum faciant ueri ſimilitudine. Quo autem
rationes huiuſmodi minus ſunt uernaculæ, eo ſunt communiores: & eo ma-
gis ſuſpectæ nobis eſſe debent huiuſmodi demonſtrationes, quæ uidentur eſ-
ſe, ſed non ſunt. Exemplum eſt apud Ariſtotelem, libro ſecundo De procrea-
tione animalium, non procul à fine libri: illic ἀπόδειξιν πιθανὴν huiuſmodi, λο-
γικὴν nominat. Deinde ſubiungit: λέγω δὲ λογικὴν διὰ τοῦτο, ὅτι ὅσῳ καθόλου μᾶλ-
λον πορρωτέρω τῶν οἰκείων ἐστὶν ἀρχῶν. Logica autem communia argumenta, quam-
uis in nonnullis uera ſint, tamen aliorum reſpectu patiuntur inſtantiā. ut uer-
bi gratia, uerum eſt in multis: Vbi minus & maius poteſt aſſignari, illic etiam
poteſt deſcribi æquale. Sed nihilominus pronunciatum illud, in quadratura
circuli fallax eſt, & nullius momenti. Item ueriſimile illud etiam eſt, & logicū
argumentum: Vbicunq; angulus maior rectilineo, & item minor recto, po-
teſt deſcribi: ibidem recto etiam æqualis poterit aſſignari. In circulo propoſi-
tum illud habet inſtātiam. Maior enim rectilineo intra circulum, & item in-
tra minor quoq; poteſt: ſed æqualis recto prorſus nequit ullus angulus deſcri-
bi, qualis eſt angulus qui duab. rectis cōſtituitur. In phyſicis ſunt & alijs diſci-
plinis, innumera huiuſmodi argumenta logica: quæ ſummis etiam philoſo-
phis nonnunquam, ut Ariſtoteli ipſi, Galeno & alijs impoſuerunt: de quibus
γενέσεως τῶν ζώων β. ſuo loco. Damnat illas rationes Ariſtoteles, & inanes appellat: quia cum ui-
deant aliquid eſſe, nihil tamen ſunt. δοκεῖ γὰρ τὸ κενὸν μὲν εἶναι τι, ἔστι δ' οὐδέν. Qua-
Metaphy. α. re talibus uti, non eſt demonſtrare, ſed (ut Ariſtoteles loquitur) κενολογεῖν, &
nugas pro demonſtratione afferre. Ab his ut abſtineamus, non minus etiam
hortatur Plato in Phędone, ad hūc ſcribens modum: ἐγὼ τοῖς διὰ τῶν εἰκότων τὰς
ἀποδείξεις ποιουμένοις λόγοις, ξύνοιδα οὖσιν ἀλαζόσι. καὶ ἄν τις αὐτοὺς μὴ φυλάττηται, εὖ
Metaphy. γ. μάλα ἐξαπατῶσι, καὶ ἐν γεωμετρίᾳ, καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ἅπασι. Omnino enim aliud eſt
εἰκότως, & aliud ἀληθῶς λέγειν, ut inquit Ariſtoteles. Sed de his cōmunibus &
ueriſimilibus, alio loco monebimus diligētius: nūc Methodū tractare aggre-
diamur: qua eruditi, quāq; rē poſſimus ſuis proprijs & uernaculis principijs
& rationibus demonſtrare, quibus ſolis conſtat & perficitur ſciētia quarum-
libet rerum. Præcedente libro oſtendimus, notiones rerum mente apprehen-
di, quæ cauſa ueritatis aliter habere nequeant. Primarum & ſimplicium no-
tionum intellectus eſt. Compoſitarum notionum (ex quarum genere ſcien-
tia quoq; eſt) ratio ſeu διάνοια perceptrix eſt. Ea enim eſt, quæ ex prius intel-
lecto quopiam, aliud quid intelligit: cognitis nimirum principijs, aliud quid-
dam concludendo noſcens. Complexione hac notionum docemus & diſci-
mus uniuerſa, prima cognitionum rudimēta ſenſibus percipientes. Quidam
propter rerum quæ ſentiūtur, inſtabilitatem, & ſenſuum ipſorum infirmitatē,
ſcientijs

ſcientijs quoq; earum derogant fidem: quaſi uerò eadem ſint ſpecies quæ intelligantur, & quæ ſentiantur: qua opinione fuit Heraclitus, qui nihil reuera eſſe, ſed omnia fieri cenſuit. Quam ob cauſam, quę intelliguntur, ſint immobilia & ęterna, nullo loco aut tempore determinata, docet Ariſtoteles libro tertio De anima: quæ hoc loco cōmemorare nihil eſt opus. Iis nihil habeo quod opponam, qui negant quicquam ſciri, quàm id quod eſt apud Platonem in Theætero: μεταξὺ μὲν εἰς τὴν ψυχὴν, ὡς τῶν λόγων ἑκάτερος κινδυνεύει ἑκάτερος ὑγιὲς εἶν. Etenim ut inter ſentientem & non ſentientem, ita inter intelligentem & non intelligentem, plurimum intereſt. Prima igitur eſt principiorum, quæ ſenſus teſtimonio nituntur, noticia: quorum intelligentia communis, in multa, tanquam in partes confunditur. Docemus autem & diſcimus his manifeſtis, eas res quæ ſeipſis non ſunt manifeſtæ, nec percipi aut colligi poſſunt ſenſibus. Præcognitis notionibus quibuſdam, explicari ſcientiam incognitorum, Mathematicis admonemur ſcientijs: quas a docendo & diſcēdo, cōſtat nomē & appellationē ſuā habere. Ac quæcūq; aliæ ſciētiæ & artes, nō niſi primis quibuſdā cognitis erudire ſolēt: prius eñ notis, omnia incognita & obſcura illuſtrari oportet. Argumētorū porrò ipſorū quoq; formulæ teſtanť, omnino prius notis quibuſdā concluſa noſci oportere. Nā quæ ſyllogiſmo cōficiunť, conſeſſis quibuſdā & quę docēs & diſcēs intelligit, principijs utunť. Quę præterea per Inductionē aſtruunť, populariter & uulgò nota principia, ſenſus adſciſcūt aduocatos: qui prænoſcentes ſingula, uniuerſo generi faciunt fidē. Ex quo eſt euidens, omnē mentis notitiā eſſe ex præcognitis. Eadē ratio eſt Rhetoricorum argumentorum, quæ non præſertim ad docēdum adhibentur, ſed ad perſuadēdum. Quibus enim iſtud agunt principijs Rhetores, de his prius perſuaſum debet eſſe auditori, quam aliud ei ſuadeatur. Hi loco Inductionis, Exemplo: & loco Syllogiſmi, Enthymemate uti cōſueuerunt. Quare nihil ſcitur etiam, niſi præcognito quopiam. Prænotiones autem duorum ſunt modorum. Vnus, quo anticipatur notitia, qua conſtet nobis Eſſe quidpiam. ὅτι ἐστὶ, prænotionem hanc uocant. Sunt multa, de quibus quid ſint, liquet quidem, ut quid Centaurus, quid Pygmęus: utrum autem ſint, non eſt perſpicuum. Plurima Quòd ſint, euidens eſt: ſed Quid ſint, nō perinde cognoſcuntur: ut caro, neruus, muſculus, nota Ariſtoteli ꝙ eſſent, ſed omnino quid eſſent, incognita fuerunt. Propter incognita ἐκ γνωσῶν φαινόμενα, principia & Quòd, & Quid ſint, noſci eſt neceſſarium. Si quando de his non ſatis conſtet, uel experientia adhibenda, uel aſtruenda rationibus Dialecticis & Topicis, ſi illorum ueritas teſtata ſenſibus eſſe nequeat. Quoniam (ut inquit Ariſtoteles) Topica, πρὸς τὰς ἁπασῶν τῶν μεθόδων ἀρχὰς ὁδὸν ἔχει: cùm nulla ſua probet principia, ſcientia. At communem eſſe Dialecticam, paulo antè oſtendimus. Compoſita νοήματα & principia, quòd ſint uera, cognitum eſſe oportet: ut quod uerum ſit, Omne totū, eſſe maius ſua parte: Omne corpus naturale, eſſe mobile. de quouis affirmationē aut negationem eſſe ueram, de nullo ambas uerè ſimul pronūciari. Simplicia, quid ſint præſertim, intelligi oportet: ut Quid Homo, quid Triangulus. Nonnunquam non modò quid ſint, ſed etiam quòd ſint, eſt conſtituendū uel experientia quadā, uel ratione. ut Vnitas Mathematica ꝙ ſit, ratione cōmuni declarandū, cum ſenſu nō poſſit percipi. Omnis enim quæ ſentitur, diuidua eſt, & partes habet unitas. Explicāda itaq; argumentis Dialecticis eſt ueritas ἀφαιρέσεως. Nam quę ἐκ προσθέσεως ὄντα intelliguntur quòd ſint, ſenſu φαινομένων accidentium ſunt nobis explorata. At quid ſint, nonnulla definiri ſic oportet, ut cum eſſentiam habeant cauſa quadam demonſtrabilem,

Res intelliguntur, et ſciūtur, quoad ſpecies earū conſiſtūt in intellectu, non quoad ueniunt ſub ſenſum.

A præcognitis ſenſu, omnis demonſtratio incipit.

Dupliciter prænoſcuntur, quib. docemus aut diſcimus aliquid.

Prænotio Quòd ſit. Quid ſit.

Obſcura principia quomodo declaranda.

Topicorū uſ.

initiò non niſi quid uocabulo ſignificetur, intelligamus. Finitionem hanc Galenus, & alij ἐννοηματικὸν, Ariſtoteles ὀνοματώδη nominat, oppoſita ei quę θέσεις appellatur: quæ interdum non niſi poſitu, & figura orationis, differt à demonſtratione. De hac differentia finitionum ſuo loco ſumus dicturi. Satis eſt in præſentia noſſe, eorum quorũ demonſtrabilis ſit eſſentia, in principijs numerari finitionem Nominis: ut, Quid Febris? Morbus, quo contra naturã corpus uniuerſum incaleſcit. Quid Eclipſis? defectio luminis ſolis, aut lunæ. Quid ἀσύμμετρον? quorum nulla poſſit eſſe communis menſura.

Duobus modis anticipari dicitur Notitia.

Licet autẽ anticipatis notionibus dupliciter cognoſci à nobis quidpiam, dicere. Vnus eſt modus, quando priſtina cognitio, memoria repetitur. ſubinde enim recolimus, quæ iam antea didiceramus.

Quo pacto ratione καθόλου præcogniti, particularis cognitionis anticipata dicatur noticia.

Alius eſt, cùm prius in uniuerſum & καθόλου cognito cuipiam ſubijcio (per inductionem) partem quandam prius incognitam: quam ſimul animaduerto, & ſubiecti maioris propoſitionis, & prędicati quoque eſſe participẽ: cùm antea ignoraſſem rem ſingularem hanc, partem eſſe eius, quod in uniuerſum uerum eſſe ſciebam. In demonſtrationibus frequentiſſimi ſunt tales ſyllogiſmi: qui demonſtrationes non ſunt, ſed partes demonſtrationum: cùm ex ijs ſcilicet componantur, & diſſoluãtur in eas iterum.

In Epagogico ſyllogiſmo, maior eſt præcognita, minor inductione ſenſu noſcitur, quæ pars eſt maioris.

Ego deinceps ἐπαγωγικὰς appellabo: quoniam in his, partes ſyllogiſmi comparantur inter ſe ὡς ὅλον, πρὸς μέρος. In demonſtratione autem, ὡς ὅλον, πρὸς ὅλον, conferuntur partes ſyllogiſmi. Tota demonſtratio ex his aggregatur ſyllogiſmis. ut: Omne totum eſt maius ſua parte. Angulus rectus, eſt totũ quiddam. Ergo. itẽ: Omnis angulus attingẽs περιφέρειαν, ſuper baſi diametri circuli conſtitutus, eſt rectus. Sed in hac figura, talis angulus eſt deſcriptus. Ergo. Aſſumunt tales ſyllogiſmi pro maioribus propoſitionibus, non modò prima nota ſeu pronunciata, ſed etiam prius demonſtrata, quib. pleriſque poſteriora demonſtrari oportet: & reſpectu demonſtrãdorũ illorũ, ſunt etiã præcognita quædam. Poſt prima igitur, & prę cognita ſimpliciter, adhibentur illi ad demõſtrandũ ἐπαγωγικοί, ſine quibus inutilis eſſet hæc prę notionũ anticipatio. Totius quidem habetur, ſed partis acquiritur iam nunc notitia: ſimul utriſque iunctis, cõficitur ἐπαγωγικὸς ſyllogiſmus. Quòd omnis triãgulus habeat tres duobus rectis ęquos, prius cuidam notum eſt. Quòd autem deſcripta in ſemicirculo figura, ſit triangulus, iam primùm percipitur, ſenſuque manifeſtum fit, nec ratione aliqua notiore apprehenditur. Addiſci enim nõnulla ſenſu oportet, quòd ſint ſubiecta καθόλου notorum terminorum. Eum qui utriſque ſit ſubiectus, hoc loco Ariſtoteles appellat ἔσχατον ὅρον: qui medio in minore & primo in cõculſione termino ſubijcitur.

Poſtremus in ſyllogiſmo Epagogico terminus, ſubijcitur medio & primo termino.

Quorundam ἐσχάτων ſubiectionem, nõ ſenſu, ſed ratione addiſcimus. Vt cum ſyllogiſmi huius minorem, ratio mihi facit euidentem, quo colligo omnes pennas, ungulas, oſſa, eſſe animata. Notũ eſt, omne quod nutriatur, eſſe animatũ. Nutriri porrò pennas, & ungulas, non tanquam ſenſu notum, ſed ratione quadam & ſyllogiſmo explicandum ſubijcio. Omne quod augetur omnibus dimenſionibus, nutriri ipſum eſt neceſſe. At ſenſu conſtat, augeri partes has animalis, omnibus dimenſionibus. Quamobrem nutrientur. Augeri partes illas, ἄμεσος eſt, ſenſu cognita. Per ſe autem ἄμεσος eſt, pẽnas eſſe animatas: quia nimirum ſine medio & cauſa, huic καθόλου προτάσει ſubijcitur, qua cõſtat, omne animatum nutriri. Sed enim ὅτι δὲ liquidum ſit prius inductione, & ἐπαγωγικῷ ſyllogiſmo, & nutriri pennas, & quia nutriantur, animatas eſſe: ἀμέσοις διότι ſubiectionibus, pennas, ungulas, non oſtendero nutriri. Ita fit, ut omnes ἐπαγωγικοὶ reuocentur ad per ſenſum notas rerũ, quoad ſunt καθ' ἕκαστα, ſubiectiones atque propoſitiones. Prouocatio

igitur

igitur omnis reſolutionis analyticę, fit ad ἐπαγωγικοὺς huiuſmodi, de quibus dictum eſt, ſyllogiſmos: quorum τοῖς καθόλου maioribus propoſitionibus, ſubijciuntur eorundē καθ᾽ ἕκαστα, aliàs per ſenſum (ut dixi) aliàs uerò quadam ratione & ſyllogiſmo, ὅτι δὴ, nota. Ceterùm καθ᾽ ἕκαστα appellantur hoc loco, prima & per ſe ſubiecta τῶν καθόλου notionum: quorum cauſa per ſe cōfundi καθόλου, & communicari dicuntur. καθ᾽ ἕκαστα autem, dici de alio ſubiecto, quatenus καθ᾽ ἕκαστα nequeunt: cùm ipſa nimirum indiuidua ſint, reſpectu huius καθόλου, quamuis alioqui prædicari poſſint, & indiuidua non ſint. Vt animal, reſpectu corporis, ἄτομον eſt ὑποκείμενον, ac de ipſo quidem ex neceſſitate corpus prædicatur. Ipſum uerò, quoad corpus de illo dicitur, neceſſe nō eſt de aliquo prædicari. Qua ratione ſpecies, generum reſpectu, καθ᾽ ἕκαστα appellantur paſſim ab Ariſtotele (de quo aliàs etiam admonebimus) de quibus ſingulis nimirū, ratione proprietatis cuiuſdam, καθόλου quoddam neceſſariò prędicetur: ipſa uerò, de nullo alio, ratione huius proprietatis prædicari oporteat. Vt Animal, quia particeps eſt motionis, quæ primò & per ſe ineſt corpori naturali, neceſſe eſt corpus naturale, ut καθόλου, prędicari de animali. Animal autem, quod attinet ad hanc proprietatem, de nullo alio dici neceſſe eſt, ſed ἄτομον quiddam eſt, & inter καθ᾽ ἕκαστα habetur, ac nequaquā καθόλου ratiōe proprij huius exiſtit: eùm eſſe mobile, nulli rei inſit, quia Animal, ſed quia corpus naturale. Ex his quæ diximus, perſpicuum eſt, quod attinet ad ἐπαγωγικοὺς, duplicem eſſe rerū notitiam: nempe communem ſeu καθόλου, & anticipatam confuſam: priorem, diſtinctam & exquiſitam: alteram, qua nimirum καθ᾽ ἕκαστα etiam noſcantur. Ambarum mētionem facit initio libri primi φυσικῶν ἀκροαμάτων Ariſtoteles. Nihil prodeſt in uniuerſum quidpiam noſſe, nulla cognitione adhibita diſtributionis in ſpecies ſeu καθ᾽ ἕκαστα: cùm rudimenta καθόλου doctrinarum, ſint propter cognitionem exquiſitam ſpecierum diſcenda. Quid profuerit, ſi tantum ſcias abſtinēdum eſſe biliosis à dulcibus & pinguibus: ſi interim quæ ſint illa in ſpecie ignores? Si optimi ſucci cibos prodeſſe noris: & qui tamen illi in ſpecie ſint, neſcias? Si omne totum eſſe maius ſua parte: & hoc uel illud, te fugiat eſſe totum? Si omne iuſtum placere Deo: & interim Legis & Euangelij iuſticiam eſſe, non habueris exploratum? Inchoata cognitio, pertinet ad καθόλου nota: perfecta, ad καθ᾽ ἕκαστα: quę ad extruendas adhibetur demonſtrationes (ut ſuo loco liquebit) per ἐπακτικοὺς. Nemo uerò quicquam (rudimentorum ignarus) diſcit. Prius enim quàm aliquis καθ᾽ ἕκαστα norit, cognita ſint oportet prius καθόλου uera. Diſcēdo autem, ſubinde noua καθ᾽ ἕκαστα, quæ prius incognita fuerunt, per inductionem, ſeu ἐπακτικοὺς ſyllogiſmos ſubijciuntur. Sic diſcendo, peruenimus ad ſyllogiſmum perfectum, nempe ἐπιστημονικόν, quo iam non diſcere, ſed ſcire aliquid exiſtimamur: cuius partes (ut paulo ante dixi) comparantur πρὸς ὅλον, πρὸς ὅλον: cum ſit concluſio nō minus καθόλου, quàm præmiſſæ, ſintq́ omnes inter ſe termini ſyllogiſmi Demonſtrantis, reciproci. ſed de hoc ſyllogiſmo deinceps. De illo nunc dicamus, quo καθ᾽ ἕκαστα addiſcimus participare eiſdē prædicatis; quibus participant nimirū illorū nota καθόλου. Vt Mel non prodeſſe biliosis, diſco: quia prius in uniuerſum nouerā, Nihil dulce prodeſſe biliosis: & illud mihi iā experientia primùm cœpit eſſe notū, φ ſit dulce. Nō abſurdè quiſpiā dixerit, etiā ante experientiā mellis, ſciſſe me, biliosis obeſſe mel. Sed diſtinguēdus eſt modus cognitionis. Quòd ſi exquiſitè et perfectè me prius etiā ſciuiſſe dixero, nihil ſane diſcet, quod prius cognitū non fuerit: quod ipſum tamē, diſcere nō eſt, ſed ea quę prius tenueris, memoria repetere, & prius cognitorum recordari. Quamobrē quod diſcis, quodam modo & nō

Qualia ſint καθ᾽ ἕκαστα ἀποφαντικά.

In Epagogicis duplex eſt notitia: quarum una eſt anticipata, altera aduentitia.

Qua ratione ſimul cognoſci καθόλου, & καθ᾽ ἕκαστα dicantur.

ſimpliciter

ſimpliciter prius nouera, ſed in uniuerſum & confuſè noſceba. Nam qui Omne dulce noſcit obeſſe biliosis, etiam quodãmodo mel nouit nocere. Sed exquiſitè tamen, & ſimpliciter de melle prius non nouerat. Quomodo enim nouiſſet, cùm omnino, utrum mel ſit dulce, incognitum ei fuerit antea? Simpliciter itaq; neſciet ipſum obeſſe biliosis: quod utrum dulce ſit, ſimpliciter ignorat. At nihilominus non omnino neſciſſe dicendus, cum in uniuerſum eius nõ fuerit ignarus. Nam ſimpliciter ignorat, qui ne καθόλου quidem nouit. Simpliciter ſcit, qui non confuſè tantum, ſed diſtinctè etiam aliquid percipit, & in ſpecie, ut uulgò loquũtur.

ἁπλῶς uocabulum, quot modis uſurpetur.

Vocabulum ἁπλῶς, ſic uſurpatur ab Ariſtotele & Philoſophia, ut interdum ſignificet, quod primum & perfectum eſt, in quoq; genere, cuius eſſentiæ nihil poſſit addi: ut Fœlicitatem, ſi quis ſimpliciter bonum dicat: & Demonſtrationem, ſi cognoſci quidpiam ſimpliciter dicatur. Nonnunquam ſimpliciter eſſe dicitur quid ratione καθόλου, continere omnia reliqua, & cui nihil poſſit detrahi: ut ſimpliciter Bonum, quod cauſa generis ſit bonum: & ſimpliciter Cognoſci, quod generatim tantum, & confuſè noſcitur, non perfectè & abſolute. Habet enim perfecta ſciẽtia omnes ſuos numeros.

Ariſtot. lib. 1. De ortu & interitu.

Hoc loco ἁπλῶς, perfectè ſignificat apud Ariſtotelẽ, ita ſcribentẽ: ὃ γὰρ μὴ οἶδεν, εἰ ἔστιν ἁπλῶς, τοῦτο πῶς οἶδεν ὅτι δύο ὀρθαῖς ἴσας ἔχει ἁπλῶς; Equidem quòd omnino ſeu ſimpliciter neſciat eſſe triangulum: quomodo ſciet ſimpliciter ipſum habere duobus rectis æquos? Quòd ſi t quæ diſcuntur, non aliquo modo ſciri, & aliquo neſciri fateamur, ſed omnino anticipatam antea nos illorum notitiam perfectam habuiſſe dicamus, in Menonis concedendũ nobis erit ſententiam:

Plato in Menone.

qui nos nihil diſcere, ſed ea quæ mens noſtra, antequã immigraret in corpus, tenuerit, recolere & recordari inquit. Aut ſi nihil cogniti prius habuerimus omnino, nihil diſcet certè: cùm iam antea ſit demonſtratum, nihil diſci, niſi præfuerit anticipata quædam notitia communis, ſyllogiſmo adhibita. Sed quomodo, inquies, in uniuerſum aliquid erit cognitum, cuius tamen partem aut ſpeciem ignoret? Vt ſi quis dicat, ſe omnẽ binarium noſſe, parem eſſe numerum. Si quis bina continens in manu, quæ Scientiam καθόλου profitens, ignoret tamen, negetq;, quod manu teneatur, eſſe parem numerum: meritò coarguat quiſpiam, neſcire ipſum, quemlibet binarium eſſe parem. Quò ſi reſpexerimus, nulla uidebitur eſſe καθόλου cognitio: quare nec diſciplina, aut doctrina aliqua erit. Nonnulli, ut aſſerant καθόλου notitiam, eam ſic limitandam, & hac conditione (nec hac inſtantia labefactetur ſcilicet) muniẽdam cenſent. Omne dulce, quod ſciat quiſpiam eſſe dulce, nocet biliosis. Omnem binariũ, quem ſciat quiſpiam eſſe binariũ, eſſe parem. Futilis & uitioſa eſt hæc determinatio. Non enim nos ſumus menſura καθόλου cognitorũ uerorum: nec ignorantia ſingulorum illorum, ueritatem labefactat eius cognitionis. καθόλου enim eſt, quod cõfundi poteſt, non quod eſt confuſum in ſingula. Et prædicatum per ſe dicitur de eo, cui primò & per ſe ineſt καθόλου ſubiecto: de partibus autem ſubiecti, per accidens, & propter καθόλου ſubiectum. Deinde, quæ monſtrantur καθόλου concluſa, non hac conditione monſtrãtur. ut uerbi gratia: Iso omnis triangulus, quem tu noueris eſſe triangulum, habet tres duobus rectis æquos. aut: Omnis, quem tu noueris binarium. aut: Quod tibi cognitum erit διάγραμμον. Ipſum enim per ſe καθόλου noſcitur uerum: nõ quatenus cognita parte aliqua determinatur, cùm partium ei cognitio accidat. Noſcitur enim quatenus confuſum, nõ quatenus diſtributũ καθόλου ὅλως. Quamobrem determinatione non indiget, quod in uniuerſum noſcitur. Sigillatim enim quid noſſe, non eſt noſſe in uniuerſum. Et qui uniuerſum nouit,

ſingula

ſingula quoq; nouit, & omnia: ſed confuſa tamen notitia. Alia itaq; eſt ſingulorum perfecta, & alia uniuerſi generis, abſoluta cognitio. Nec ex illis, nec de illis, quæ καθόλου dicuntur, quicquam demonſtramus, hac conditione limitatis. Quòd ſi omnia ſic καθόλου noſcerētur, ut nos ſingulorum nihil lateret: quid doctrina, aut diſciplina opus eſſet? Nā qui diſcit, aliquid norit oportet, & aliquid ignoret. Vniuerſum noſcit: ſed quatenus uniuerſum, & confuſum. Partē eius iam cognoſcit, quam antea ignorauerat: quæ eſt ratio diſcēdi. prius enim incognitum, iungens cum cognito, diſcit. Quatenus diſcitur quidpiam itaq;, cognoſci καθόλου prius eſt neceſſe: atq; eius cognitioni, rem ſingularem prius incognitam ſubijci oportet, qua ratione ſciens poterit etiā dici ignorare quodammodo. Nam qui diſcit, quodammodo ſcit, & ignorat: eo ſcilicet, quo antea dictum eſt modo. Abſurdum autem nequaquam eſt, eundē ſcire & ignorare quidpiam. Nam quod ſcire dicitur diſcens, id ſi quatenus diſcit, ſcire etiā exiſtimetur, perabſurdum erit dictu. Ergo ratione καθόλου, non diſcere, ſed ſcire: & ratione eius quod ſubeſt & ſingulare, non ſcire, ſed diſcere quempiam quod ignorabat, eſt exiſtimandum. Quib. rationib. certè huic controuerſię ſatisfactum arbitror. Liquet hactenus, quemadmodū diſcamus, prius incognita nobis. Cùm autem diſciplinæ nos demus, ut ſciamus perfectè: iam quid Scire ipſum ſit, nos planum facere oportet.

Qųid ſit Diſcere.

Nemo non exiſtimat, tum demū nos Scire quidpiam ſimpliciter, id eſt perfectè & uerè, non autē utcūq;, & eo modo quo Sophiſtæ gloriantur ſe ſcire quidpiam: quando nimirum per accidentia res cognitas habuerint (ut præcedente diximus libro) cùm cauſam rei, qua eſt quidpiam & ſubſiſtit, nouerimus ipſius eſſe cauſam, & talem, quæ ratione ueritatis aliter ſeſe habere nequeat.

Qųid ſit Sciri, quarum'ue rerum ſit Scientia.

Cōſtat itaq; inter omnes, id dūtaxat ſciri, cuius ratio eſſentię ſit immutabilis: ac pręterea, cuius eſſentiæ, cauſa quędam, argumentum & ratio intelligatur eſſe. Quòd autem tale quiddā ſit Scire, ex eo eſt euidens, quòd uidelicet & qui putant ſe ſcire, eo ſibi perſuadēt ſe gnaros eſſe rei, quia arbitrātur ſe comprehenſam habere eam rem, hoc quo dictum eſt modo: & qui uerè ſciunt, reuera etiā ita nouerūt, ut non poſſit aliter eius ueritas ſe habere, quàm prout proprijs ipſius, & uernaculis explicatur cauſis & argumentis. Sempiterna igitur erunt illa quæ ſciuntur, & ueritas earum, immutabilibus cauſis cognoſcetur. Nec aliud eſt Scire, quàm tales res hoc modo cognoſcere. Modus autem eſt huiuſmodi, quo liquet, aliud eſſe, quod: & aliud, quo cognoſcat̄: concluſum ſcilicet quoddā ſyllogiſmi, & eiuſdē quo cognoſcit̄ præmiſſæ. Nā præterea ſit alius quidā modus, quo SCIRE dicamur, alio loco & tēpore conſiderabimus, ut quando diſcrimen Demonſtrationis & Finitionis explanabimus: cùm quorūcunq; demonſtratio & ſyllogiſmus eſt, eorundē definitio quoq; uideatur eſſe. Nūc de ſyllogiſmo ſcientiæ diſſerendū: qui nimirū eſt, gratia cuius, demonſtratione ſcire quidpiā dicimur. Atqui Demōſtratio eſt, inquit Ariſtoteles, Syllogiſmus ἐπιστημονικός: quē habentes, aut cuius habitu præditi, ſcimus quidpiā: cùm ſcire ſit energeia iſtius habitus, ac ſyllogiſmi.

Qųid Syllogiſmus Demonſtrās ſeu ἀποδεικτικός.

Quòd ſi energeia (nempe ſcire ipſum) ſic comparatum eſt, uti diximus: neceſſe erit ſcientiam quoq; ἀποδεικτικήν (nam περὶ ὁρισμῶν, ſuo tempore dicemus) habitum talem eſſe, quo ſempiternæ concluſionis ueritas intelligatur & percipiatur: præmiſſis ueris, & concluſione prioribus, nullo medio demonſtrabilibus, notioribus etiam, & cauſis exiſtentibus concluſionis. Nam ſi tales fuerint præmiſſæ, accommodatæ & uernaculæ erunt concluſionum, geminaq; principia demonſtrationum. Alterius conditionis principia ſi adhibeantur, poteſt ijs quidem confici ſyllogiſmus, ſed demonſtratio

non

non conficietur. Syllogiſmus enim eſt, qui tamen non ſit demonſtratio: at ſine demonſtratione, ſyllogiſmus ſcientiæ nos non facit compotes. Quare de his ſuprà commemoratis conditionibus, diſſeramus paulo diligentius & copioſius, quib. eſt à nobis definita ἀπόδειξις. Omnino uera ſint, quibus demonſtratur quidpiam. Falſis enim pręmiſſis exiſtentibus, licet concludi uerum poſſit, tamen demonſtrari nullo modo poteſt. Illud enim quod eſt, ijs quæ non ſunt, ſciri nequaquam poteſt. Nulla eſt non exiſtentium cognitio, quare nec ſcientia: ut eius, quòd Diameter ſit commenſurabilis lateri quadrati, aut quòd naturale corpus ſit immobile: quatenus hæc non ſunt, ita nec cauſa, uel ratio aliqua exiſtit non exiſtentium. Nam ueritas, eſt ratio conſentanea rebus, quatenus eſſe uel non eſſe dicuntur. Falſa enim, & nulla eſt ratio, quæ quod non eſt, aſtruit: & quod eſt, tanquam ſi non eſſet, refellit. In primis itaq; uera erunt omnia, quæ pertinebunt ad ſcientiam: quod ipſum nihil aliud eſt, quàm ita res, quemadmodum ſunt, habere cognitas. Deinde ſecundum eſt, ut uera illa immutabilia (quoad nimirum res per ſe, & non ſecundum accidens cognoſcuntur) principijs, & primis ueris quibuſdam indemonſtrabilibus probētur. Nā ſi demonſtrabilia illa quoq; ſint, & non demonſtrata, quomodo ſcientur? His incognitis, nec concluſio ſcietur, cui demonſtrandæ talia ſolent adhiberi principia. Quare talia ſint oportet, ut demonſtrari nequeant. Si ἀποδεικτὰ erunt, & non demonſtrata: ignota ſcilicet erūt. At quod neſcitur, quomodo ex ignotis principijs cognoſcet? Nec eſt, ꝙ illa per ſe nota eſſe dicas, & per accidens incognita: ut quatenus nimirū illa per ſe mōſtrent quandā cōcluſionē, eſſe nota, ꝙ aūt ipſa ſuis etiā medijs nō mōſtrent, eo incognita eſſe: & id ipſis ut demonſtrātibus accidere. Cōcedamus ſanè, ipſis ut demōſtrātib. aliud, accidere iſtud: nihilominus eis, quoad demōſtrabilia ſunt, nō accidet demōſtratio: & hac ratione per ſe ignota erūt, & ſciētię expertia. Quoniā quorū nō ex hypotheſi, & per accidēs demōſtratio eſt, ſed per ſe: ea ſi quis ſcire dicat, nō alia ratiōe ſciet, quàm qua eius habet demōſtrationem. Ex quo concludendū, ſcientiā in principijs indemonſtrabilibus acquieſcere: & prima quædā eſſe, non modò ἀποδεικτικὰ, uerumetiam ἀναπόδεικτα. Sunt equidem πρῶτα ἀποδεικτικὰ, & πρῶτα ἀναπόδεικτα. At πρῶτα ἀποδεικτικὰ hæc ſunt, inter quæ & cōcluſionē, nullū eſt mediū: nō ſemper illa tamē quoq; ſunt ἀναπόδεικτα πρῶτα, ut quādo demonſtrabilibus præmiſſis quibuſdam propoſitum oſtēditur. Ex his quædā per ſe demonſtrabilia ſunt, nonnulla per accidens: & non quo ad naturam rei, ſed quo ad nos: ut ſi conuerſa demonſtratione, per concluſionem pręmiſſas, id eſt per effectum demonſtremus cauſam. Hæc ſecundum accidens duntaxat dicuntur ἀποδεικτὰ, per ſe uerò ἀναπόδεικτα. Exempla ſunt in promptu, de quibus alio loco plura ſumus dicturi. Pręterea ſuo loco dicemus etiā de his, quæ per hypotheſin ἀποδεικτῶν principiorū demonſtrant quidpiam: quę iam non ſimpliciter, ſed ex hypotheſi appellandæ demonſtrationes ſint. Cæterùm ne ſi prima quidem uera & ἀναπόδεικτα adhibeantur ad demonſtrationē, pronunciata ſeu axiomata, his tamen non limitatis ſubiecto propoſiti demonſtrandi: ſed communibus uſurpatis ut communibus, per accidens demonſtrari aliquid, quarto planum faciemus libro: quo, de uſu principiorum, & applicatione ad propoſita demonſtrabilia tractabimus: nunc eo explicando ſuperſedebimus. Ex his quæ diximus concludendum, ἀναπόδεικτα huiuſmodi principia eſſe: cauſasq; concluſorum & priores, & notiores ipſis concluſis. Cauſas quidem, quia tum demum Scire nos aliquid arbitramur, quando cauſam eius cognouerimus. Et quia cauſę ſunt, idcirco priores etiam ſunt, & pṙę concluſis

Falſorum non eſſe demonſtrationem.

Quare principia oporteat eſſe indemōſtrabilia.

Notiora dupliciter dicuntur: quo ad nos, & quoad ſimpliciter.

notæ

notæ: non uno duntaxat modo, quo Quid ſint intelligantur, uerumetiam altero, quo Quòd ſint: de quibus ſuprà dictum. Priora notioráq;, duobus dicũtur modis: Nobis ſcilicet, & Naturæ: id eſt, perfectè & ſimpliciter, quæ lõgiſſimo interuallo inter ſe diſcrepãt. Notiſſima ſunt nobis, quę proximè abſunt à ſenſibus, & rebus loco ac tempore circumſcriptis plurimis inſunt. Illud enim uerisſimum arbitramur, quod ſenſu rerum eſt teſtatiſſimum: quæ quo ad nos, ſunt maximè καθόλου: ſed rę ipſa & uera, ut ſunt confuſiſſima, ita maximè ſunt καθέκαστα. Talis eſt omnium rudimẽtorum cognitio, ac primorum pronunciatorum: quæ latiſſimè ſeſe proferunt in rebus ſingulis, & ob id καθόλου, & maximè atq; primò uera dicuntur: quia communiſſima & ſimpliciſſima ſint cognita, ſed nihilominus rudimẽta duntaxat, & quibus imperfectiſſimè res noſcuntur. Idcirco καθόλου dici ſolent, non ſimpliciter, ſed quoad nos ijs erudimur, & perfectè deinceps rerum καθόλου exiſtentium ſcientiam apprehẽdimus: quæ nimirum remotiſſima eſt à ſenſibus ſpecies, ut quæ perfecta ſit, nulloq; ſenſu, ſed ſola mente percipiatur. Ariſtoteles primas et confuſiſſimas notitias (fundamenta Demonſtrationum & primordia) in primo ἀκροαμάτων libro, καθόλου notitias appellat: quibus communiſſimè & confuſiſſimè res noſcantur. In his autem analyticis hæc ipſa appellat πρῶτα ἀποδείξεων: & omnibus numeris abſolutam ſcientiã καθόλου demonſtrationem nominat, de qua ſuo loco dicemus. Hanc τῶν πρώτων quia proxima eſt à ſenſibus, notitiam, minimè καθόλου notionẽ, ſed μάλιστα καθέκαστα nominat hoc loco Ariſtoteles. Contrà, ſecretiſſimam ab omnibus alijs ſpeciem, & quæ non niſi mente ac intelligentia, demonſtratione ſcilicet & definitione cognoſcatur, in præſentia nominat μάλιστα καθόλου: rei nimirum demonſtrabilis exquiſitiſſimam cognitionẽ, quoad ſine cõfuſione, inq; res ſingulas nullas diſtributa, ſeipſa noſcitur. Idea huiuſmodi, perfectione ac natura prior eſt: cùm autem quæ loci temporiſq; circumſcriptione uacent, ſint maximè καθόλου, hæ nimirum ſpecies maximè erunt καθόλου, quum nullo modo ſenſu poſſint percipi: qua ratione minimè erũt καθέκαστα, quæ καθέκαστα ſunt omnia compoſita, ſub ſenſum ut corporea cadunt, & loco circumſcribuntur, ac tempore. Ex quo perſpicuum, alia ratione, καθόλου dici rudimenta demõſtrationum, & alia, ſpecies perfectas demonſtratione: quarum cognitio longiſſimè à nobis abeſt, quia nullo adminiculo ſenſus apprehenditur. Rudimentorum autem, quorum in rebus ſingulis, & ſenſu notis, manifeſtiſſima eſt ratio, facilimaq; & expeditiſſima apprehenſio (quam ob cauſam etiam nobis proxima eſſe dicuntur) quòd latiſſimè ſeſe in rebus ſingulis eorundẽ ueritas proferat, ac non tam intelligentia quàm ſenſu, illorum teſtata ſit ueritas: cognitionem, natura & perfectione ſcientię, poſteriorem: quo ad nos autem, priorem eſſe fatemur. Initia demonſtrationũ, & Fines (quos ſuo loco oſtendemus eſſe ὅρους, ſeu Finitiones) contulit hoc loco tanquam extrema Ariſtoteles inter ſe. Primum hac diſtinctione, quòd ſimpliciter, ſcilicet priores ſint ὅροι: Rudimenta autẽ, quo ad nos, eſſe priora. Deinde nihil magis remotum à rebus ſingulis eſſe, quàm ὅρους: & ob id maximè καθόλου exiſtere terminos & fines demonſtrationũ, cùm ſimpliciter ſint extra mentem exiſtentium, τῶν ὄντων ἀρχαί. Rudimenta autem demõſtrationum, in rebus ſingulis & concretis, maximè conſpicua & nota eſſe: ac non eſſe ſimpliciter ὄντων ὅρων, ſed noſtræ duntaxat ſciẽtiæ principia, à ſenſib. orta, qui nõ niſi καθέκαστα apprehendant. Qua ratione, terminis ſeu finibus demonſtrationis καθόλου exiſtentibus, ſint maximè oppoſita confuſiſſima demonſtrationũ principia: illis nimirum exquiſitiſſimis & ſecretiſſimis principijs τῶν ὄντων ἁπλῶς,

Quæ cognitio μάλιστα καθέκαστα, & quæ μάλιστα καθόλου dicatur.

ea principia, quæ ratione ſingularium ſunt cõfuſiſſima. Tũc deinde ac poſtremò, difficilimã, ac lõgiſſime remotam Finium ſcientiæ à nobis cognitionem eſſe: ut quæ iam ad primum philoſophum pertineat potius, quàm ad inferiores ſciẽtias, his Finitionib. perfectis ſubiectas τῶν ὄντων, ᾗ ὄντα. Hanc ἀκρίβειαν cognitionis, poſtremam eſſe cognitione & difficilimam, aliàs Ariſtoteles etiã teſtatur, ad hunc ſcribens modũ: σχεδὸν δὴ καὶ χαλεπώτατα γνωρίζειν τοῖς ἀνθρώποις, τὰ μάλιστα καθόλου. πορρωτάτω γὰρ τῶν αἰσθήσεών ἐστι. Quia autem uerè & abſolutè hæc principia ſunt, ob id ipſum uerìſſima quoq; ſint: cùm principijs nihil ſit immutabilius, & magis (ut ſic loquar) adamantinum nihil: quorum cauſa ſenſiles quoq; res, eodem ſemper cardine procedant: quæ nobis uiciſſim etiã rudimenta per ſenſum ſuppeditant, quibus ad illorum abſolutorũ principiorum cõtemplationem perueniamus. Quo reſpiciens, primam philoſophiam conſiderantẽ ὅρους, ἀκριβεστάτην dixit Ariſtoteles: ὅτι τὰς τῶν ἀεὶ ὄντων ἀρχὰς ἀναγκαῖον ἀεὶ εἶναι ἀληθεστάτας. οὐ γάρ ποτε ἀληθεῖς, οὐδ' ἐκείναις αἴτιόν τι ἐστὶ τοῦ εἶναι, ἀλλ' ἐκεῖναι τοῖς ἄλλοις. ὥσθ' ἕκαστον, ὡς ἔχει τοῦ εἶναι, οὕτω καὶ τῆς ἀληθείας. Cui dubium porrò ſit, quin μάλιστα καθόλου ſint illa, quæ non modò cauſa notionis cõmunis extra locum & tempus ſunt poſita: ſed ut principia, cauſę quoq; ſint illarum rerum, quæ loci temporiſq; circumſcriptionis gratia, nominantur καθέκαστα; Extra mentem autem, principia hæc non ſubſiſtunt ſecreta, ſed concreta: qua ratione iam non intelliguntur amplius, nec aliorum principia, ſed conſtituta ex illis, dicuntur. Immutabiles ὅροι, ſunt (autore Ariſtotele) rectrices cœlorũ mentes, ex quib. immobilibus pendet cœlorum & naturæ mobilitas: quarum contemplatio, finis eſt abſolutiſſimæ philoſophiæ, longinquiſſima à ſenſibus, & ſcientiæ rudimentis (ut iam ſæpe diximus) oppoſitiſſima. Exordia ſunt ſcientiarum & demonſtrationum, principia ſenſu notiſſima, ſed tamẽ quibus rudiſſimè & confuſiſſimè cognoſcantur omnia, ac non niſi propter καθέκαστα (quibus plurimis inſunt) cognita: non autem ipſa per ſe, mentis contemplatione perfectæ, & abſolutæ rerum ἐπιστητῶν, notiones exiſtunt. Rudimẽta itaq; hæc propria, & uernacula, & omnino accommodata rebus demonſtrandis, ſint oportet. Fides illorum ac ueritas, penes ſenſum erit, & experientiam: aut penes autorem certè, cui propter diuinitatem plus fidei ſit habẽdum, quàm ullis ſenſibus, aut ulli experientiæ: qualis principiorum ſacrarum literarum fides eſt, quarum autores ſunt diuinitùs inſpirati Prophetę & Apoſtoli. Primo libro diximus, cauſa ueritatis, omnibus omnia dici conſentanea debere. Quare neq; ipſum fingere aliquid oportet, quo probare uerum conetur (quales cauſas, πλασματώδεις λόγους Ariſtoteles appellat) quo nomine Galenus Aſclepiadẽ ſæpe, Eraſiſtratum, & alios reprehendit. Neq; etiam alienas rationes adhibere tanquam proprias, neq; proprias rerum: errore aliquo aut homonymia confundere, & illis abuti potius, quàm uti. Circũſpectiſſimè igitur principia hæc definienda: quoniam error paruus initio, autore Ariſtotele, progreſſu ſit μυριοπλάσιος. Prima quæ cognoſcuntur, eadem ſunt principia quoq; demõſtrationum. Principia ſunt propoſitiones, quibus nullo argumento creditur, nec habẽt aliquod medium quo poſſint probari: ἀμέσους appellat Ariſtoteles. Eſt autem ἄμεσος, qua prior nõ eſt alia propoſitio. Sed propoſitio eſt orationis, qua aliquid de aliquo, unum ſcilicet & ſynonymum, de uno & ſynonymo (Gręci uocant ἀπόφανσιν) effertur. Dialectica propoſitio eſt, quãdo alterutrã, quamcunq; libuerit, accipimus. eius hæc eſt apud Ariſtotelẽ, libro octauo Topicorum, definitio: πρότασις διαλεκτική ἐστι, πρὸς ἣν ἐστὶν ἀποκρίνασθαι, ναὶ, ἢ οὔ. Demõſtratiua, quando definitè alteram oppoſitorũ enunciatorũ duntaxat cõſtituimus

pro

Metaph. li. α. μείζονι.

Metaph. α. ἐλάττονι.

Principia rudimenta, rebus demonſtrandis ſunt accommodata.

Cautio adhibẽda in principijs demonſtrationum.

De cœlo li. β.

Quid principia.

pro uera. Quia Dialecticus de his quæ ſunt ἔνδοξα diſputat, etiam argumentis quæ in utrãq; partem ualent, utitur. De communitate Topica primo libro dictum fuit. Nihil autem neq; conſtituit, aut proponit: neq; probat etiam, nõ aſtipulante auditore, aut eo quo cum diſputat, Dialecticus. ob id προβληματικὸς, & ἐρωτηματικὸς dicitur. In demonſtrationib. omnia ſunt neceſſaria, uera, et ſtabilia: nec ad reſpondentis nutum principia conſtituuntur. Diſcenti enim neceſſe eſt, ut credat principijs: alioqui idoneus non erit qui doceatur. τῷ γὰρ ἀποδεικτικῷ οὐκ ἔτι λόγος δεῖ πρὸς τὸν ἀνελόντα τὰς ἀρχάς, autore Ariſtotele in Phyſicis. Enunciatio porrò, ſeu ἀπόφανσις, pars altera eſt utra cõtradictionis. Contradictio, eſt oppoſitio, cuius per ſe non eſt medium. Ex neceſſitate contradictio (quia caret medio) uerum & falſum diuidit in rebus: ſemperq; pars eius una uera, altera falſa erit: nec falſę ſimul ambę poſſunt eſſe, multo minus ſimul ueræ. Nulla oppoſita ſimul uera eſſe poſſunt, ſed ſimul falſa poſſunt eſſe: quæ relatè, quæ contrariè, quæ ut priuantia oppoſita fuerint. Cauſa hęc eſt, quoniã oppoſita hæc communicant medio quodã, uel genere, uel ſubiecto, ut relata genere, & ſubiecto certis: Contraria non modò utriſq; his medijs, ſed etiam in nonnullis, medio ſpecies intercedunt: quo ob id ipſum ἄμεσα dicuntur contraria. Priuantia, ſubiecto tantum eodem participant. Dicuntur oppoſita hęc, de his quæ ſunt extra ipſorum genus aut ſubiectum, ut neutrum poſſit eſſe uerũ, ſed ambo ſint falſa: ut Anima, neq; alba eſt, neq; nigra, quia omnino non colorata: Lapis, neq; cæcus, neq; uidens. Determinata enim ſunt medijs quibuſdam oppoſita hæc, ſine quibus nulla ſunt. Sed affirmatio & negatio nullis medijs ſunt aſtricta. Quare latiſſimè ſe proferunt: & alteram partem in omnibus neceſſe erit ueram eſſe, & alteram falſam. Quòd ambæ ſimul non poſſunt ueræ eſſe, id commune habet cõtradictio cũ omnibus oppoſitis. Quòd ambę ſimul falſę nequeunt eſſe, id contradictioni peculiare eſt: quia ſcilicet nullo eſt determinata medio, uel genere, uel ſubiectio. Quare cũ neq; ſimul uera, neq; etiã ſimul falſa poſſint eſſe cõtradicẽtia: neceſſariò pars una uera, et altera falſa erit. Cõtradictio itaq; cùm ſit oppoſitio, per ſe nullũ habens mediũ, neceſſe erit ut uerum ſit, quicquid dicitur alterutra ipſius parte contineri. Neq; enim quicquam eſſe poteſt, niſi ſit unum. Simul itaq; duo, id eſt oppoſita expreſſa contradicendo, nihil erit, cum quiduis ſit unum. Neq; etiam quicquam neutrũ eſſe poterit: id eſt neq; ipſum unum, neq; non ipſum, ſed alterum ex neceſſitate: quia ſcilicet non adiungitur aliquod medium, determinans ipſum eſſe, & non eſſe unum ſimpliciter ens. Ex quo eſt euidens, oppòſitionem contradicentem habere partes infinitè pugnãtes, quoad ſcilicet nullo medio uel generis, uel ſubiecti ſunt definitæ: qua infinitate complexum ipſius, nullũ Ens effugere poteſt: eoq; fit, ut uerum à non uero, per contradictionem ſeparetur. Eius una pars dicitur Affirmatio, qua aliquid aſtruitur de aliquo: pars altera; Negatio, qua prędicatum remouetur à ſubiecto. Principium porrò ἄμεσον ſyllogiſmi, quoddam eſt θέσις: quam prius cognitam habere, aut ſecum afferre diſcentem, non ſit neceſſe. Aliud eſt, quod per ſe notiſſimum diſcentibus eſſe oporteat: uulgò Pronunciata ſeu Enunciata nominant, à Græcis dicuntur Ἀξιώματα. Quicunq; diſcit aliquid, eum neceſſe eſt intelligentem eſſe Axiomatum. Cognitione Theſεων plerũq; diſcentes erudiuntur à præceptoribus: non em̃ neceſſe eſt, Theſας diſcẽtibus, antequã ueniant ad præceptores, omnino eſſe cognitas. Ex his nonnullæ ſunt pars alterutra contradictionis, nẽpe propoſitiones quædam affirmantes aut negantes quidpiam: eas uſitato uocabulo Hypotheſes nominamus. Alię ſunt quibus ſimpliciter, quid ſit res, ſolet

Propoſitio Dialectica quid diſcrepet à Demonſtratiua.

ἀκροαμά. lib. α.

Quamobrem contradicentia ſint immediata, & infinitè diſtent, diuidantq; ex neceſſitate uerũ & falſum.

Principiorum diuiſio.

Pronunciata qualia.

Theſes duplices.

Hypotheſis:

 explicari:

Definitio. explicari: quæ oratio definitio eſt,& non propoſitio: ut quando Arithmeticus ponit Vnitatem,expers quiddam diuiſionis in quantitate diſcreta. Quia propoſitio non eſt,idcirco nec uera eſt oratio hæc, nec falſa. Si quis ſecretum ἀφαιρέσει, Vnum inſecabile eſſe dixerit, Hypotheſis erit. Et quanquã Finitio & Hypotheſis ſunt in principijs,quid ſentiendum de his,nihilominus à præceptore monentur diſcipuli. Quid tractus,quid retentio, quid alteratio, quid inutiliũ excretio: definiũt Medici. Quoad hæ energiæ de animato prædicanẽ corpore,aut negãtur (de quibus cõtrouerſia eſt inter ipſos) Hypotheſes cõſtituuntur. Facultatum naturalium animati corporis, has energeias eſſe, hoc titulo tribus literis inſcriptis, docet Galenus, neceſſarias cognitu Hypotheſes illas oſtendens. Plerorumq; enim ſine his operum naturæ, demonſtratio haberi nulla poteſt, tanquam ſine hypotheſibus: quas experientia operum naturæ præſertim Galenus aſtruit,alij negant eſſe. Conſtat de quibuſdã,quid ſint, λόγῳ (ut ſuprà diximus) ἐννοηματικῷ: quæ quòd certo cuidam inſint ſubiecto,per hypotheſin nõ ponuntur, ut principium, ſed cauſis & principijs medijs quibuſdam demonſtrantur potius. [illegible] ut ſine intermiſſione & defatigatione motus, de cœlo. De hypotheſibus diligenter cogitandum, deinde cætera demonſtranda: de axiomatibus nullum eſt periculum. Plato in Phædone, præcipit hypotheſes accuratiſſimè examinãdas, priuſquam ijs ad demonſtranda alia utamur: ut de earum ueritate liquidò nobis conſtet. Examen autem illud eſſe præcipuum, ſi poſita ea, diſſentanei nihil ſequatur: & alioqui cognitis ueriſſimis rationibus, ſi quadret hypotheſis. Putidum eſt, & agreſte, adhibere in diſputationibus ea ad probandum, de quibus ipſis dubium ſit, ueráne ſint, an falſa: & ſimul principiorum, & demonſtrandorum rationem atq; inquiſitionem confundere. Sophiſticam hanc eſſe con-

Phædone. fuſionem rerum & diſputationis, Plato ait: non minus illam quoq; pertinaciam reprehendit, quando falſa hypotheſi poſita, ut eam tueatur quis, & mordicùs defendat, ne abſurdiſſimis quidem conſectarijs patitur refelli ſeſe, ἀλλ' ὥσπερ φυλάττων: quod ἀπαιδευσίας, & ineruditorum proprium eſſe dicit. Multa quidem certè demonſtrabilia ſunt, quorum tamen non habentur demonſtratio-

Qualis ſacrorum demõſtrabilium principia. nes, propter incognitas hypotheſes. Omnium incognitorum uelle rationem reddere, inquit Ariſtoteles, καὶ παραλείπειν μηδὲν, τάχ' ἂν δόξειεν εἶναι σημεῖον, ἢ πολλῆς εὐηθείας, ἢ πολλῆς προθυμίας. Eorũ quæ ſupra captũ ſunt hominũ, argumẽtis & principijs probanẽ cõcluſa: nõ humanis tamẽ, ſed diuinis oraculis et reſpõſis, aut diuinitùs inſpiratis: quoniam (ut Plato ſcribit in Timæo) παρὰ δὲ τὴν ὑπὲρ ἄνθρωπον, τὸν κρείττω ζητητέον. Eſt eñ quibuſdã, ut humanitùs cognitis ueris, adhibenda fides: nonnullis, ut diuinitùs reuelatis. Ob hanc cauſam interdũ nõ tã quid, quàm à quo dicatur quidpiam, perpendendum. Plus enim fidei habendum diuinitùs reuelatis, quàm humano ingenio inuentis rationibus, ut ſcitè

De cœlo li. β. dictum illud ab Ariſtotele uideatur: οὐ δίκαιον γε πᾶσιν ὁμοίως ἐπιτιμᾶν, ἀλλ' ὁρᾶν δεῖ τὴν αἰτίαν τοῦ λέγειν, τίς ἐστιν. ἔτι δὲ πῶς ἔχων τῷ πιστεύειν, πότερον ἀνθρωπίνως, ἢ καρτερικώτερον. τὰς μὲν οὖν ἀκριβεστέρας ἀρχὰς, ὅταν τις ἐπιτύχῃ, τότε χάριν ἔχειν, δεῖ τοῖς

Phædone. εὑρίσκουσι. Veriſſimis omnibus principijs maxima fides habetur, & propter prin-

Maximè fides habenda Deo, & diuinis. cipia pro ueris etiam habentur demõſtrata. Principiorum λόγους diuidit Plato ὡς θείους, καὶ ἀνθρωπίνους: de quib. paulo antè dictum. Deo, quia ipſum principiũ, et ipſa ueritas, habenda ſumma fides eſt: quoniam, autore Platone: κομιδῇ ἄρα

πολιτείας lib. β. ὁ θεὸς ἁπλοῦν, καὶ ἀληθὲς, ἔν τε ἔργῳ, καὶ ἐν λόγῳ. καὶ οὔτε αὐτὸς μεθίσταται, οὔτε ἄλλους ἐξαπατᾷ, οὔτε κατὰ φαντασίας, οὔτε κατὰ λόγους, οὔτε κατὰ σημείων πομπὰς, οὐθ' ὕπαρ, οὔτ' ὄναρ.

Prima

Prima igitur fides habenda Deo & diuinis: quum Deo nihil ſit uerius, cacodæmone autem nihil mendacius & fallacius: cui minimè omnium credendũ. Fides, eſt habitus animi, quo ueritati cognitæ intimo aſſenſu aſtipulamur. Nã ut uerum amplectimur fide, naturali propenſione, ita bonum proſequimur appetitu. Vtroq; cauendum, ne amplectamur quod non eſt, ſed uidetur eſſe. Demõſtratis credimus, propter principia: quare magis principijs. quia notior nobis illorum ueritas, quàm concluſorum. propter quod enim aliud quid tale dicitur, id ipſum propter quod tale exiſtimatur, magis tale exiſtit. Vt ſi amo proximum propter Deum, neceſſe eſt ut Deum magis amem. Oportet ſynonymũ tamẽ eſſe quod ineſt utriſq;, & undiquaq; ac abſolutè cauſam: ſi quãdo cauſa magis dicitur talis, quàm effectus. Hoc modo calidiſſimum dicimus ignem: quia calidus ipſe, calidorum omnium ſit cauſa, ipſe à nullo accipiens calorem. Accidit autem quibuſdam, ut ſint urendo calidiora, propter ſpiſſitudinem materię: cuius caloris cùm nõ ſit ſynonymos cauſa, hoc modo calidior effectu non eſt dicendus ignis. Quamobrem cõparabilia hæc, ſynonyma ſint oportet. Idẽ teſtatur Ariſtoteles, cùm inquit: ἕκαστον δὲ μάλιστα αὐτὸ τῶν ἄλλων, καθ' ὃ καὶ τοῖς ἄλλοις ὑπάρχει τὸ συνώνυμον, οἷον τὸ πῦρ θερμότατον. καὶ γὰρ τοῖς ἄλλοις τὸ αἴτιον τοῦτο τῆς θερμότητος. Ipſa per ſe εἴδη, ac ſimpliciter ὄντα, extra mentẽ non ſunt: cùm penitùs ſint idem, νοῦς & νοητόν. Secretiſſimas huiuſmodi ſpecies, ὅρους ſeu terminos demonſtrationum, ſuprà appellauimus. Quoad non ſunt ipſiſſima (ut ſic loquar) εἴδη, ſed aliquid cum aliquo (quod non ſint ipſa) concretionis habent: iam non ipſa, ſed εἰκόνες appellantur εἰδῶν, huiuſmodi ὄντα. Verbi gratia, qui finitione mentis percipitur triangulus, ſinceriſſima ſpecies eſt, nihil alieni habens admixtum, gratia cuius ei accidat aliquid, quod accidens non ſit ipſe triangulus: ut in cõcreto triangulo extrinſecus, cui accidit, ut poſſit maior aut minor eſſe, aut poſſit in partes diuidi, quorum nihil ei qui intelligitur poteſt accidere: quo differre dicimus ipſiſſimam ſpeciẽ trianguli, ab illa, extra mentem in aliqua ipſius adumbrata ſpecie. Talis eſt omnium εἰδῶν ratio: quorum cognitio, quoad mens ea percipit, appellatur νόησις: quoad extra mentem adumbrantur, & ſub ſenſum cadunt, eorum opinio & εἰκασία dicitur. Senſibus teſtatæ, notiones cõmuniſſimæ ſunt, & latiſſimè ſe proferunt: & ob id μάλιστα καθ' ἕκαστα, prima intellectus noſtri rudimẽta exiſtũt. In his primis notionibus, ſenſus confirmatiſſimis experientia, & per mentem in unam quandam ſpeciẽ collectis, perſuaſio ineſt ſtabiliſſimæ ueritatis & immutabilis, quæ dicitur Fides. Conſiderans intellectus ueritatem in rebus, quatenus ſub ſenſum cadũt, Fidem ſcilicet his ut ſemper ueris non adhibet: ſed opinionem, ſeu coniecturam, & εἰκασίαν eorum cenſet ueram: nec ijs ut ſemper & abſolutè ueris, confidit. Quo pacto enim abſolutè fidem haberet ijs, quæ ſuapte natura mutabilia fallere poſſunt: cùm ne ſenſus quidem illa in omnib. & ſemper uera eſſe experiatur? Ex quo euidens, fidem primò in his eſſe primis ueris, nempe demõſtrationũ principijs. Coaleſcunt ex his aggregatis, complexionibusq; ſyllogiſmorum, notitiæ uetiſſimæ: quarum compoſitio & perceptio ſit penes mentem, adhuc tamen inſiſtentem hypotheſibus, fidem habentibus ſuam ex reb. ſenſu perceptis: quarũ perceptio ἐπιστήμη ἀποδεικτικὴ appellatur, ſeu διάνοια. Quia autem coaluerũt ex ſemper ueris principijs, idcirco his etiam, per illa demonſtratis, fidem habemus. Nam ut illorũ quæ demonſtrantur, διάνοια eſt: ita principiorum, ex quibus, eſt πίστις: & ſingulorum ſub ſenſum cadentium uerorũ, εἰκασία. Res ipſæ cognoſcuntur per διάνοιαν, contexentem principia & uera prima: quorum ſuo loco oſtendemus principium eſſe νοῦν, agentẽ per ſenſum,

Quid Fides.

Metaph. α. ἐλάττονι.

Maximè πιστὰ ſunt, ſecretiſſima à materia.

Prima Fides debetur, quo ad nos, principijs Demõſtrationum.

Principiorum principiũ, eſt νοῦς: ſed complexorũ, διάνοια.

uel ſenſus adminiculo fretum. Mens porrò ut per ſenſum prima uera architectatur, ita ſecundum genus uerorum perpetuorum, ex illis primis compoſitorum, nempe demonſtrationes ipſas conficit: adhuc non ſeſe remouens tamen ab hypotheſibus, cum ſenſu rerum externarum coniunctis: quam noticiam dixi eſſe διάνοιαν, quæ nimirum rerum cognitarum eſt intelligentia, in ſyllogiſmos complures, & principia eorundem, nempe propoſitiones primò ueras diuidua. Res, ſeu πράγματα, hoc modo ſcienter cognoſcuntur, nondum tamen ſimpliciſſimè & perfectiſſimè intelliguntur. Quartus & eminẽtiſſimus notitiæ Mẽtis gradus eſt, quo inſiſtit, quãdo ſciẽter cognita, ab hypotheſibus cũ ſenſu iũctis ſeparat, ad ſemetipſam reuocãs cognitorũ ueritatẽ ſecretiſſimã: cũ & ipſa ſit ſinceriſſima, & ab omni cõcretione remotiſſima ſpecies. Iã antea oſtẽſum eſt, penes apprehẽſionẽ eius ſolã, ueritatẽ & fidẽ cognitarũ rerũ ſubſiſtere: ſed eam cognitionẽ limans & expoliens deinde relicto ſenſu, ſeipſam ſcilicet ſcientijs rerum informatam intuens, diuiduas partibus ſcientias, ſimplicibus & indiuidiis ὅροις perſtringit: qua nulla poteſt cognitionis rerum exquiſitior eſſe ἀκρίβεια, nec qua ὄντως ὄντα, & ἀρχὰι aliarum omnium rerum intelligantur uerius. Faſtigium illud cognitionis appellat Plato νόησιν. Ariſtoteles σοφίαν, & his libris analyticis ἀναπόδεικτον ἐπιστήμην: & aliàs ἀκριβεστάτην ἐπιστήμην, ut in Ethicis, nominat. Quando demonſtratio & definitio, quid inter ſe differant, tractabimus, planius hęc & plenius explicabuntur.

Sciẽtiæ ut principiũ eſt νοῦς, ita quoq; perfectio eius eſt, ſine hypotheſi cõſiderans μάλιστα καθόλου.

Mens in rebus omnibus, & omnibus modis, notionum ſcrutatur ueritatem. Habitus aũt, ſeu παθήματα ψυχῆς, mente præditę, quibus uerũ cognoſcit, ſunt quatuor, gradibus & perfectione inter ſe diſcrepãtia. Primus & infimus, εἰκασία: ſecundus, πίστις: tertius, διάνοια: quartus, νόησις. Quæ diximus, pleraq; ſcripta reperientur apud Platonẽ, libro ſexto de Repub. in extremo libri: nũc ad inſtitutũ me reuocabo meum.

Gradus Notitiarũ animæ noſtræ, quatuor.

Qua ratione pro ueris habeantur principia Demonſtrationum.

Quia principia in omnibus immutabilia ſunt, etiam demonſtrationum erunt, quibus omnia ueriſſimè ſciuntur. Per ſe autem fides principijs habetur: & his quæ demonſtrãtur, propter principia. Veritatis aũt principiorũ, cùm non ſit cauſa demonſtratio ſeu διάνοια, ſed ipſa per ſe Mens: ſequitur, ut nihil uerius mente ſit, ac propter mentem etiam cognitis principijs ueris, ineſſe fidem: quatenus nimirum ipſa Mens eſt principium principiorum, non eorum quæ ſimpliciter ſunt principia, & φύσει prima ὄντα, ſed quoad nos, ac ratione demonſtrabilium rerum, & ſcientię. Nec ſolum inchoando ſcientiam, penes Mentem principatus eſt ueritatis, ſed perficiendo eã quoq; ὅροις: quibus reuera principia ipſa ſimpliciſſimè, & ἀναποδείκτως quoq; intelliguntur, oppoſita concretis & opinabilibus eſſentijs. Ex quo concludendum, principatum omnem, propter æternitatem & ueritatem, menti adſcribendã: nequaquam autem his, quæ ſub ſenſum cadunt ſubſtantijs, & eſſentijs rerum. πράγματα uocat Ariſtoteles hoc loco εἴδη rerum, quoad percipiuntur demõſtratione & ſcientia: quæ nimirum ſyllogiſmus quidam eſt, cuius principijs magis creditur, quàm concluſioni: & concluſioni, non niſi propter principia habetur fides. Propter fidem itaq; ueritatis, magis & prius nota eſſe principia oportet, quàm concluſa demonſtrationum, propter cauſam antea commemoratam.

Quare dicantur Principia priora & notiora.

Sed cùm nonnunquam in principijs etiam numerentur, per hypotheſin uera & credita, quæ alioqui ſint demonſtrabilia: iccirco aut omnia, aut pleraq; percognita, notiora & credibiliora cõcluſis eſſe oportet. Omnino eñ diſcentem, id eſt non opiniones de rebus, ſed ſcientiã conſectantem, credere (ut inquit in Elenchis Ariſtoteles) non autẽ opinari oportet, uera eſſe principia. In Dialecticis enim conflictibus, ſatis eſt ſi uideantur eſſe uera: qui non

propriis

proprijs utuntur & uernaculis,ſed communibus principijs,& in utramq; partem diſputare ſunt parati. Quin etiam ſcientiæ ſunt gradus, & propius alij alijs accedunt ad ſciẽtiam rerum, qui per ἀπαγωγὴν nouerunt quidpiam, etiam ſi perfectam non habeant ἀπόδειξιν. Eſt ἀπαγωγή, autore Ariſtotele, imperfecta demonſtratio: qua nimirum maiore nota, minor eſt tamen ignota: ſed tam credibilis, aut paulo etiam credibilior, quàm concluſio. aut ſi inter medium terminum & extremum, pauciora (quibus probetur) media, quàm inter primum & extremum, id eſt terminos concluſionis, intercedant. Quo etiam modo πιστότερα minor erit propoſitio, quàm concluſio. Ad ἀπαγωγῆς itaq; reſpiciens, dixit Ariſtoteles, aut omnia, aut pleraq; principia debere eſſe πιστότερα: ἀνάγκη inquiens, μὴ μόνον προγινώσκειν τὰ πρῶτα, ἢ πάντα, ἢ ἔνια, ἀλλὰ μᾶλλον. Quæritur, quàm concluſis demonſtrationum, quomodo ut uerioribus & notioribus, principijs maior fides habeatur? Cauſam enim eſſe oportet, propter quam his magis, alijs minus credatur. Magis certè creditur demonſtratis, quàm non demõſtratis: & quæ paucioribus medijs, quam quæ pluribus probantur. Si quid autẽ eſt, quod nullo perſpicitur argumento medio, quòd uerum ſit, nec ſit huiuſmodi, ut illo cognoſcendo, & fidem ei habẽdo, ſuapte natura melius afficiatur animus, quam ſi medio quodam demonſtraretur: obtineri illud certè non poterit (quod diximus) principijs demõſtrationum maiorem haberi fidem, quàm earum concluſis. Cui locus abſurdo erit dandus, ſi anticipatas demonſtrationum notitias nullas eſſe ſentiamus, quibus ſecundum naturam affectus animus, tanquã ueriſſimis, ſua ſponte aſtipuletur: ad quæ cognoſcenda ſic affectus ſit, quemadmodum ad percipiendos colores affecti ſunt oculi ſani. Nam ſi magis credit principijs quàm concluſis, melius etiã affectũ ijs cognoſcendis oportet eſſe, quàm cognoſcẽdis cõcluſis demõſtrationũ. βέλτιον γὰρ (ut Ariſtoteles inquit) ἔχομεν, ἢ λόγου εἰδότες. Nec alia eſt cauſa quàm quòd mentis δύναμις talis eſt in anima, quæ præſtare hoc poſſit, & principium ſit principiorum ſcientiæ, per ἀπαγωγὴν ſenſuum. Quarundã ſerius à nobis ſcientia percipiť, quòd eorũ principijs percipiendis longa experiẽtia ſit opus, ut animo ritè inoleſcãt per fidẽ: ut ſunt Phyſica & Ethica, quę ſubinde in ore habent, & de his loquunť etiã adoleſcentes: ſed(ut inquit Ariſtoteles) quia ſunt inexperti, idcirco ijs quę dicũt, non habẽt fidẽ, quoniã imperiti nõ ſatis ea intelligũt. Quidã tã alieno a ueritate ſunt animo, tã nõ inſtitui in aliqua certa ſciẽtia poſſunt, ut ne Lynceus quidẽ curare aciẽ obtuſam mẽtis illorũ poſſit, autore Platone in Epiſtola ad Familiares Dionis: quos ad ſtiuam potius relegandos, quàm in Scholas mittendos cenſet Quintilianus. Atqui ſatis non eſt ad comparandam ſcientiam, ut principijs maiorem fidẽ, quàm concluſis habeas: ſed præterea ſic confirmatum eam eſſe oportet, ut perſuaderi ei non poſſit, oppoſita his principia, ueriora & credibiliora eſſe: ex quibus conficiatur nimirum ſyllogiſmus erroris, ſcientiæ oppoſiti, quos Græci uocant μεταπείθοντας λόγους. Non enim ſolum ea quæ ſciuntur, firma & ſtabilia eſſe: ſed eum qui ſcit, etiã ita animo affectũ eſſe oportet, ut contrarijs rationibus, à ſua nequeat dimoueri ſententia: quod ipſum quoq; exigit ratio fidei, quę conſtanter ueris credit: quo differt etiam ab opinione ſcientia. Omnino autem neceſſe eſt, Scientem eſſe ἄπτωτον & ἀμετάπτωτον: id eſt, non modò ipſum in principijs non hallucinari, ſed uera ſentientem, ſic eſſe confirmatum animo, ut rationibus oppoſitis non commoueatur, et earum falſitatẽ uidere & coarguere poſſit: cùm eiuſdem ſit falſa deprehẽdere, cuius eſt uera cognoſcere. Polemoni perſuaſit falſis argumentis Epicurus, ut nullam fidem

Analyticῶν προτέρων lib. 2.

Qua ratione ueriora & credibiliora ſint principia.

ἀκροαμάτων φυσικῶν lib. 8.

Non omnium Mentes ſunt capaces diſciplinarum.

Epiſto. 7. circa finem.

Cicero in Academ.

haberet Geometricis, tametſi intelligentiſſimus eſſet Geometriæ. Non ergo Geometra fuit, cui perſuaſum fuit, falſa eſſe principia Geometriæ. nam ſine fide, quæ uera ſunt, exiſtimantur eſſe falſa. Quare neq; incognitis, neq; inſtabiliter cognitis principijs, ſciri quicquam poteſt: nec idoneus eſt diſciplinæ alicuius auditor uel diſcipulus, qui non capax eſt principiorum & rudimentorũ eius: quorũ ſcilicet, λόγος (ut Ariſtoteles ait) oportet eſſe ξυμφυεῖς. Experientia autem & habitus fiunt ξυμφυεῖς. Imbuti uirtutibus, uidere poſſunt ueritatẽ principiorum Ethicorum. διὰ γὰρ τὸ ἔχειν ἐκ τῆς ἐμπειρίας ὄμμα, ὁρῶσι τὰς ἀρχάς. In prima ętate propter imperitiã minus iſta intelligũtur. Confirmati in nequitia, & ἀκόλαστοι, corruptam & deprauatam malis moribus habent aciem mentis, ut principia non intelligant. Omnino (inquit Ariſtoteles) ἀρετὴ ἢ φυσικὴ, ἢ ἠθικὴ, αἰτία τοῦ ὀρθοδοξεῖν περὶ τὴν ἀρχήν. Et Plato in epiſtola ad Familiares Dionis, capacia diſciplinarum, & non capacia ingenia, his deſcribit uerbis: ἑνὶ δὲ λόγῳ, τὸν μὴ ξυγγενῆ τοῦ πράγματος, οὔτ' ἂν εὐμάθεια ποιήσειέ ποτε, οὔτε μνήμη. τὴν ἀρχὴν γὰρ ἐν ἀλλοτρίαις ἕξεσιν οὐκ ἐγγίνεται. ὥστε ὁπόσοι τῶν δικαίων τε καὶ ἄλλων, ὅσα καλὰ, μὴ προσφυεῖς εἰσι, καὶ ξυγγενεῖς. ἄλλοι δ' ἄλλων, συμαθεῖς ἅμα, καὶ μνήμονες. οὐδ' ὅσοι ξυγγενεῖς, δυσμαθεῖς δὲ ἅμα, καὶ ἀμνήμονες, οὐδένες τούτων μήποτε μάθωσιν ἀλήθειαν ἀρετῆς, εἰς τὸ δυνατὸν, οὐδὲ κακίας. ἅμα γὰρ αὐτὰ ἀνάγκη μανθάνειν, καὶ τὸ ψεῦδος ἅμα, καὶ ἀληθὲς, τῆς ὅλης οὐσίας. Cauſas oſtendimus, propter quas cõtingat aliàs nullam adhiberi fidem, aliàs inſtabilem & infirmam principijs: nunc porrò refellendi illi nobis ſunt, qui nihil ſciri poſſe arbitrantur, propterea, quòd nulla ſint ἀναπόδεικτα: quare nec principia eſſe, quibus ſublatis, è medio quoq; tolli ſcientiam rerum exiſtimant. Etenim cum principia ipſa etiam ſciantur infinito progreſſu, nullum fore primum cognitum: quare nec ſcientiam ullius rei nos habituros, cõcedendum erit. Alij demonſtrabilia omnia eſſe dicunt, ſed reciprocè. Neutra harum opinionum ueri quicquam aut neceſſarij obtinet: quod iã nunc oſtendemus. Sciri quidpiam priore opinione penitus negatur: quoniam infinitè putant in demõſtrando procedi, nec poſteriora ſciri propter priora cognita, quum nulla ſint prima. Hac hypotheſi freti, uera dicunt, & conſentanea. peragrari enim infinita non poſſunt. Sin conſiſtatur, & principia quędam eſſe dicantur: ignota tamen ſint nobis oportet, cum ſine demonſtratione ſcilicet nihil ſit cognitũ nobis. Iſtud enim ipſum Scire definiunt eſſe, quod participet demõſtratione. Quamobrem ſi omnia ſciuntur demonſtrando: ut nullum primum ſcietur, ita nec ultimum uerè & propriè, ſed ex hypotheſi, & quadã conditione: ut, Si uera hæc ſint: aut, Si ſint cognita illa. Enimuerò ſcientia eſt, qua ſcitur aliquid, nempe ratio quædam ἀποδεικτική: quarum unaquæq; ſuæ ac propriæ concluſioni demonſtrandæ adhibetur, ut nulli alij adhiberi poſſit. Prout autem illorum fert opinio, omne ἀποδεικτικὸν, etiam ἀποδεικτὸν erit: ut iam nullum primum & ἀναποδεικτὸν, ſit ἀποδεικτικὸν principium. Nos autem non modò principia ſcientiæ, ſed ipſam quoq; ſcientiam ἀποδεικτικὴν, id eſt eam, quæ definitur argumento, & non concluſione, ἀναπόδεικτον quiddam eſſe dicimus. Subinde Ariſtoteles mentionẽ facit ἐπιστήμης ἀποδεικτικῆς, quæ cõflata ſit ex propoſitionibus indemonſtrabilibus, & quæ medio careãt: propter quas, ἀναπόδεικτος etiam appelletur. Alia eſt ἐπιστήμη ὁριστικὴ, una comprehenſione definitionis intellecta, differens figura orationis duntaxat à demõſtratione: de qua ſuo loco dicemus. Huius, νόησιν dixit eſſe Plato: quemadmodum ἀποδεικτικῆς ἐπιστήμης noticiam, appellauit διάνοιαν: de quo ſuprà uerba fecimus. Itaq; conſtat, non omnem ſcientiam eſſe ἀποδεικτικὴν, ſed eam duntaxat, quæ conflata ex primis & medio multis carentibus præmiſſis, id eſt indemonſtrabilibus: ut

Qualis ſit λόγος principiorum.

Ethi. lib. ζ.

Νικομαχείων lib. η.

ἀπορία.

λύσις.

Demonſtrationẽ finitã eſſe, nec quamlibet propoſitionẽ eſſe demonſtrabilem.

hanc ob cauſam eam ἀναπόδεικτον dicamus, non eo modo quo ὁριστικὴ eſt ἀναπόδεικτος, non diuiſa propoſitionibus & ſyllogiſmis multis, demonſtratio ſcilicet. At nos uera hypotheſi ponimus, eſſe ἐπιστήμην ἀποδεικτικὴν, ἀναπόδεικτον: hi uerò falſa hypotheſi refellunt omnem ſcientiam, ac nullam eſſe dicunt, quū demōſtrari omnem poſſe propoſitionem affirmant. Dicere aūt, id quo ſcitur quidpiam, ipſum eſſe quoq; demonſtrabile: nihil aliud eſt, quàm tollere è medio ſcientiā. quaſi uerò omne quod noſcatur, id demonſtratione ſit noſcendū. Quód ſi omnino quædā adhibent demōſtrabilia principia, ut ferè fit, quādo priorib. iā antè demōſtratis, demōſtramus poſteriora: ut quædā, ita tamē non omnia certè demonſtrabilia erūt principia. Quippe prima, ut ἄμεσα, ita quoq; ſunt ἀναπόδεικτα. Sed demōſtrationes ſubſiſtunt in ἀμέσοις: quare hæc erūt ex neceſſitate, ἀναπόδεικτα ἀποδεικτικὰ principia. Nam ἀποδεικτικὰ, ſi prima quædam erunt: etiam prima erunt quædam ἀναπόδεικτα principia. Quæ ſi non fuerint, ἀποδεικτικὰ quoq; nulla erunt. ἀποδεικτικὸν enim nullum ex infinitis aggregatum erit. Illi uerò dicunt eſſe πρῶτα ἀποδεικτικὰ: ſed quia nunquam perueniatur ad ἀναπόδεικτα, iccirco nullā eſſe rerum ſcientiam. At nos iam oſtēdimus, niſi prima ſint ἀναπόδεικτα, nulla fore quoq; ἀποδεικτικὰ prima. Atqui nō ob id incognita erunt, quia ſunt indemonſtrabilia: ſed maximè cognita, & ſeipſis, non propter alia. Non enim medijs adſcitis, ſed ſuis proprijs terminis intellectis, conſpicua ſunt noſcentibus principia. Non enim alius eſt modus cognoſcendi ſimpliciſſima νοήματα, quorum cauſa nulla exiſtit alia cognitionis, præter intellectum ſimplicem: de quo dictum eſt ſuprà. Non ſunt ergo nulla prima, & ἄμεσα, quibus cōtexi oporteat demonſtrationes. Alij finita dicunt eſſe principia, ſed nihilominus non noſci niſi demōſtrata ab alio: & quæ demōſtrētur, eadē uiciſſim quoq; demōſtrare, quaſi per ambitū et circulū, cōcluſis demonſtrantibus uiciſſim præmiſſas: qua ratione dicantur omnia eſſe, ut demonſtrabilia, ita quoq; ἐπιστητά. Non poſſe quicquam circulo demōſtrari, & ſciri uerè ac ſimpliciter, hoc euidens eſt argumento: quo liquet ex definitione demōſtrationis, ſuprà propoſita, ex notioribus et prioribus, demonſtrari quidpiam. Sed nullo modo poteſt fieri, ut eadem, reſpectu eorundem, ſimul, eodē modo, priora ſint & poſteriora. Nā diuerſo modo poſſunt eſſe, ut quando differunt, ut ſimpliciter, & quo ad nos principia. Accidentia enim & effectus (quo ad nos) ſunt principia, quia notiora nobis ſunt cauſis: & per illa prius cognita, cauſas cognoſcimus. Verè priores nempe φύσει, ſunt cauſæ, effectus poſteriores: & ſimpliciter monſtratur quidpiam, ſi per cauſam oſtenditur effectus. Sed quo ad nos, oſtenduntur prius cauſæ, per effectus: quæ uera non eſt demonſtratio, ſed rudimentorum, quibus inueſtigantur cauſę, nobis neceſſaria apprehenſio. Accidentia enim & umbrę rerū atq; cauſarū, propter ſenſum notiora ſunt nobis, quàm res ipſæ: quę nimirum cauſæ & principia ſunt accidentium, ut lumē eſt umbrarum. Ariſtoteles φαινόμενα ὄντα, nominat accidentia: & in Metaphyſicis, φαύλως γνωριστὰ accidentia dicit, per quæ ἁπλῶς & uerè ὄντα cognoſcamus. Accidens enim uidetur eſſe, ſed non ipſa uerè res eſt cui accidit. De modo illo cognitionis ita ſcribit Ariſtoteles: ἡ γὰρ μάθησις οὕτω γίνεται πᾶσι, διὰ τῶν ἧττον γνωρίμων φύσει εἰς τὸ γνώριμα μᾶλλον. τὰ δ' ἑκάστοις γνώριμα, καὶ πρῶτα, πολλάκις ἠρέμα γνώριμα, καὶ μικρὸν, ἢ οὐδὲν ἔχει τοῦ ὄντος. ἀλλ' ὅμως, ἐκ τῶν φαύλως μὲν γνωριστῶν, αὐτῷ δὲ γνωστῶν, τὰ ὅλως γνωστὰ γνῶναι πειρατέον. Demonſtratio itaq; eſt, quando prioribus cauſis, effectus noſcuntur. Sed inductio eſt, quæ cauſas per effectus colligit, non demonſtratio: quo ad nos enim, prior notitia effectuū eſt, quàm cauſarum. Per ſenſus autem, cauſas &

Quæ ſint ἀναπόδεικτα ἀποδεικτικὰ principia.

Quomodo ἀναπόδεικτα cognoſcantur.

Non omnium Scientiam eſſe reciproca & circulari demōſtratione.

Naturæ accidentis explicatio.

οὐσίας mens apprehendit, corporeis aſtricta uinculis. Quòd ſi res ita habet, ut diximus: non ſatis apposité definitum à nobis erit Scire ſimpliciter. Cùm enim dupliciter priora & notiora uſurpentur, addendum, natura prioribus & notioribus conſtare ſcientiam: uel dicendum, ſi quid probetur, Nobis notioribus & prioribus, id non eſſe demonſtrationem ſimpliciter: & ἄμεσα illa, eo quo dictum eſt modo, eſſe quo ad nos priora. Qualis ea ſit demonſtratio, ſuo loco dicemus. Ex his quæ dicta ſunt, euidens eſt, demõſtrationum principia nõ eſſe reciprocè ἀποδεικτά, ſed φύσει & ſimpliciter eſſe ἀναπόδεικτα. Quòd ſi eam quæ ſimpliciter eſt, & dicitur, demonſtrationem reciprocã dixerint, aut ſi nullam inter reciprocas differentiam eſſe ſtatuant: demonſtratione nihilo magis ſcietur, quàm ſi cognoſcatur quidpiam eſſe, quia ipſum ſit: quo nihil dici poteſt abſurdius. Vt corpus ſenio confectum, non adoleſcere, non probatur hac cauſa, quia ſit corpus ſenio confectum. Equidẽ nihil ſeipſo demonſtratur, aut ſcitur. Quis nam tam ſtupidus, aut tam uecors eſt, qui demonſtrationem putet eſſe, ſi quis dicat: Si ipſum ſit, idcirco eſſe ipſum? Facilimum erit hoc modo omnia demonſtrare. At circulum iſtum, abſurdo illo rotari, tribus poſitis terminis reciprocis, euidens eſt. Nihil refert, pluribus an paucioribus reciprocatio hæc fiat, cùm idem euenire neceſſe ſit. Ac quod tribus poſitis euenit, idem quoq; accidit duob. poſitis reciprocis. Eſto, ut α exiſtente, neceſſe ſit ipſum β eſſe: & β quando ſit, neceſſariò γ eſſe. Cõſectaria hæc redigantur ad duo tantum, hoc modo: Si α ſit, neceſſe eſt β eſſe: & β ſi fuerit, neceſſe ſit etiam α eſſe. Circulus eſt, conſequentia hæc, cùm ſic ad idem reditus. pro γ in prima conſequentia, ponatur α: & pro eiſdẽ habeanť γ & α. Ergo ut α exiſtente, neceſſe eſt propter β ipſum γ eſſe, cum idem ſit γ quod α: per hypotheſin, ſi α erit, ex neceſſitate α erit. Ita ſimpliciter idem, ſeipſum efficiet demonſtratione reciproca notius. Tribus terminis conficitur ſyllogiſmus, itẽ propoſitionibus tribus. Quare ſi primũ, erit ſecũdi: & ſecũdũ, tertij cauſa: ex neceſſitate, primũ etiã erit tertij cauſa. Si reciprocatio locũ habebit, tertio, id eſt γ, exiſtẽte: neceſſe erit etiã α exiſtere, per ſecũdũ ſyllogiſmũ. Quare poſito γ rectè etiã ponetur α. Quare in primo ſyllogiſmo, loco γ, ponať α: et ponať, ut α ſi poſitũ ſit, ſequi β: ita poſito β, ſequi γ, id eſt α. Syllogiſtica neceſſitate ſequiť iam, ſi α ſit, ex neceſſitate eſſe α. quo abſurdũ paulo antè dictũ, cõcluditur. Sed quid facilius, quàm hoc modo omnia demonſtrare & ſcire? Simpliciter autẽ ſeipſo notius, & ignotius quidpiam ſimul erit: quod eſt longè abſurdiſſimum. Præterea reciprocatio hæc, qua ſimpliciter conuerſa reciprocantur, non poteſt habere locum niſi in proprijs: quorũ unũ genus, τὸ τί ἦν εἶναι σημαίνει, ut inquit in Topicis Ariſtoteles: alterum, quod uni, ſoli, & ſemper accidit. Veruntamen non niſi inter duo, aut duorum eſt huiuſmodi reciprocatio: ut definiti cum ſua definitione, et proprij cum ſuo ſubiecto. In demonſtratione autem tria ſint oportet, propterea quòd duobus poſitis, ex neceſſitate tertium concluditur. At in reciprocis ſimpliciter, uno poſito, ſequitur alterum ex neceſſitate. Vt poſita finitione uera, ex neceſſitate finitum quoq; erit: & proprium ſi ſit, ſubiectum quoq; erit neceſſariò. In ſyllogiſmo autem, non ſi una uera ſit, ex neceſſitate concluſio quoq; erit: ſed duas minimùm propoſitiones ueras eſſe oportet, ut ſit concluſio. In demonſtratione autẽ duo hæc ita comparata erunt, ut unum non ſit definitio, definitum alterum ſit. Quoniam omnia, definitione ſua cognoſcuntur (quæ cuiuſq; eſſentiam explanat:) idcirco neceſſe eſt quæ per demonſtrationẽ diſcuntur, ut non definitione (nam ſciuntur definitione) ſed partibus demonſtrationis ſigillatim collectis diſcantur: quę nimirum partes,

Vt nihil ſuijpſius eſt cauſa, ita nihil ſeipſum probat & demonſtrat.

Alio argumento refellitur reciproca demõſtratio.

τοπικῶν α.

principijs

principijs demonſtrationum colliguntur per ἐπαγωγικὸς, ut aliàs diximus. Etenim illa priora & notiora ſunt concluſione. Tota autem finitio, non prior eſt cognitione definiti, ſed definitionis pars. Quare partibus ut diſcitur, ita demonſtratur quoque tota definitio: quatenus nimirum demonſtratio, eſt ἐπιστημονικὸν ſeu ποιητικὸν ἐπιστήμης quiddam, & non ἐπιστήμη: quæ non niſi figura orationis, diſcrepat à finitione. ἐπιστημονικὸν enim eſt, non ipſa ἐπιστήμη, ſed ποιητικὸν ἐπιστήμης. Sed principia & prima nota, ſunt ποιητικὰ ἐπιστήμης, quoad ijs colliguntur & contexuntur partes finitionis: quæ finitio tota, perfecta ſcientia eſt, nempe ὁριστική. Quæ cùm ita ſeſe habeant, ἀποδεικτικὸς ſeu ἐπιστημονικὸς ſyllogiſmus, colligendis partibus definitionis, per ἐπαγωγικὸς, occupatus erit. Partes autem cum toto non reciprocantur, ut partes ſingulæ cum tota definitione, aut toto definito: ſed habēt ſeſe, ὡς μέρος, πρὸς ὅλον. At partibus huiuſmodi, propemodum omnes cōficiuntur demonſtrationes, quibus peruenitur ad ſcientiam: quæ iam ſit perfecta demōſtratio cum demonſtrabili propoſito reciproca, nulla re differens à definitione, niſi poſitu: cuius partes, ὡς ὅλον, πρὸς ὅλον, inter ſe comparantur. Rem exemplo declarabimus. Tonitru, conſtat eſſe ſonitum in nubibus. Si quibus cauſis efficiatur talis ſonitus, cognoſcamus, & finitionem, & ſcientiam eius conſecuti uidebimur. Cauſę, partes ſunt finitionis: quæ per prima nota quædam, ἐπαγωγικοῖς colliguntur. Cauſa ſoni, probatur hoc ἐπαγωγικῷ. Omnis uiolenta impulſio aeris, ſonum creat. In aere, quo audiuntur tonitrua, uiolenta eſt impulſio. Ergo, In aere ſonus exauditur. Deinde quæritur, quæ cauſa ſit uiolentæ huius impulſionis. Quia ſimul ignis emicat, oportet exhalationem inflammatam ſubitò per aerem penetrantem, eſſe cauſam. Exhalationem incenſam cum ſono prorumpere, eſt prima nota, per experientiam & ſenſum: ut incenſorum lignorum, & aliarum rerum, ut bombardarum quoque fragore. Syllogiſmus eodem modo, quo prior, conficietur. Tertij effectus cauſa deinde quæritur, nempe quæ ſit, ut in nubibus exhalatio inflammetur. Nota eſt ex libris μετεωρῶν, cauſa. Hi omnes ſyllogiſmi ἐπαγωγικοὶ, partes probant definitionis: quarum reſpectu dicuntur præmiſſæ ſeu prima nota, ſeſe habere ad concluſa, ὡς ὅλον, πρὸς μέρος: partes autem ſingulæ finitionis ad definitionem totam, ὡς μέρος, πρὸς ὅλον. Simul autem omnes, ὡς ὅλον, πρὸς ὅλον: id eſt, ut definitio ſe habet reſpectu definiti. Partes ſingulæ ſyllogiſmi, quo diſcimus ſcientiam, id eſt finitionem tonitru, non reciprocantur cū concluſione, nempe cum definito. Perfecta autem demonſtratio (quam horum Analyticorum altero libro Ariſtoteles συνεχῆ nominat ἀπόδειξιν) nihil aliud eſt quàm definitio, & eſſentia rei una, partibus his & ſyllogiſmis multis demonſtrata, quæ diſſoluitur in omnes ἀμέσους: & ob id ipſum dicitur ἀναπόδεικτος ἐπιστήμη, illa συνεχὴς quoque demōſtratio: quoad nimirum perfectio eſt, ſcire facientis demonſtrationis, ut huius συνεχοῦς, perfectio eſt deinde ὁρισμός. Cùm itaque ſingulæ prius, quàm ſimul uniuerſæ partes definitionis & demonſtrationis, ſint notæ, haud erit partibus his reciproca demonſtratio: quandoquidem totum cum partib. (ut dictum eſt) ſingulis non reciprocetur. Proinde per nota καθόλου pronunciata complura, colligūtur omnes definitionis partes: deinde collectæ illæ omnes, finitionem conſtituunt, quæ eſt medium in illo ſyllogiſmo, qui iam ἀπόδειξις dicitur ὁριστική: qua iam res perfectè ſcitur, nō ſecus atque definitione ſciri ſolet, quæ eſt cū definito ἀντίστροφος. Ac in tali ſyllogiſmo nihil aliud eſt, quàm definitio & definitum. Duo ſunt definiti termini nimirum, quorū alter eſt πάθος, ſeu ſubiectum, particeps cuiuſdam πάθους, ut Luna patiēs eclipſin: ſed terminus alter λόγος eſt πάθους ὀνομαζόμενος, aut uno uocabulo

Ἐπιστημονικὸς ſyllogiſmus principia habet, quibus diſcitur aliquid, & nondū ſcitur: quæ principia non poſſunt reciprocari cum demonſtrabili propoſito.

Diuiſa per partes ἀπόδειξις.

Quid συνεχὴς ἀπόδειξις.

uocabulo quodã πάθος expreſſum. Quæ ſunt ambo in præcognitis, & ſunt definitũ ipſum. Tertius et medius terminus eſt, definitio, cauſam explanãs τὸ πάθος: qui termini omnes ſunt, eo quo dictũ eſt modo, ἀντίστροφοι. Illa iã demõſtratio ἐπιστήμη eſt, nõ ἐπιστημονική: nõ eñ diſcrepãt, quod et quo mõſtrat̃ quid.

Scientia enim eſt habitus: nõ qui acquiritur, ſed qui acquiſitus eſt Demonſtratione.

At in ἀποδείξει, qua acquiritur ignotæ rei finitio ſeu ſciẽtia, diuerſum eſt quod ſcitur, ab eo quo ſcitur. Nã quo primũ cognoſcuntur partes definitionis, ſunt prima nota, à quibus omnis inchoat: perfectione aũt definitionis abſoluitur demõſtratio. De priore, hoc priore libro: de altera, poſteriore ἀναλυτικῶν ὑστέρων libro tractauit Ariſtoteles. Eſt tamen genus quoddam ἐπιστημονικῶν συλλογισμῶν: in quibus diuerſa de diuerſis demonſtrãtur reciprocè, & non tãquam definitio tamen reciprocantur et definitum. Tres autem terminos (quibus conficitur ſyllogiſmus) ita comparatos eſſe oportet, ut primus, uerbi gratia, α cõſequatur ad medium, & ad extremũ, ut ab β & ad γ reciprocos. Quibus ſic habentibus neceſſe etiam erit, non ſolum ipſos inter ſe, β & γ, ſed etiam cum α eſſe reciprocos. De reciprocis his ſyllogiſmis (quomodo ſe habentibus terminis conficiantur) ſcribit Ariſtoteles, libro altero priorum Reſolutionum.

Vt plurium. propriorum quorũdam, ita Demonſtrationum etiam eſt reciprocatio.

Sunt nonnulla ex æquo nota propria, ut de his, quæ uacant materia, rebus, quòd ſint æternæ, ſine ortu, item ſine interitu: quia uacant materia, tanquam cauſa quadam cognoſcuntur. Omne expers ortus, æternum eſt: atq; etiam Omne interitu uacans, nemo neſcit æternum eſſe. & cõtrà. Ipſa quoq; inter ſe ſunt ἀντίστροφα, expers ortus eſſe, & uacare interitu. Quamobrem cùm ſint omnes ἀντίστροφοι termini, haud dubiè reciprocis etiam demonſtrationibus, in prima figura, propoſitiones ex his conflatæ poterunt concludi. In his alterum non eſt alterius cauſa, ſed ſimul ſunt unius rei propter unam cauſam, propria, ex æquo nota: & uiciſſim concluſa eſſe poſſunt, & principia, ſeu præmiſſæ. Quare hac hypotheſi, poſtulati termini omnes, reciprocè per ſe mutuò in prima figura poſſunt demonſtrari. In reliquis non habet locum huiuſmodi trium terminorum aut propoſitionum reciprocatio. Nam in ſecunda, affirmans non poteſt demonſtrari: in tertia, non poteſt uniuerſalis. Sed de his dictum in prioribus Analyticis. Ergo non niſi ea, quæ de ſe mutuò & uiciſſim prædicantur, & ex æquo ſunt nota, hoc modo erunt demonſtrabilia: Cuiuſmodi illa quoq; tria ſunt, fœlicitas, ſummũ bonum hominis, αὐταρκέστατον bonum: quorum in homine, uirtus eſt una cauſa omnium. Ad poſteriora duo primum ſequitur, quæ cùm inter ſe, tum etiam cum ſuo conſectario reciprocè conuertuntur. Pauciſſima ſunt iſtiuſmodi ἀντικατηγορούμενα principia: pleraq; enim in demonſtrationibus principia latius ſe proferunt demonſtratis. Quare admodum futile eſt dictu, atque etiam impoſſibile, ut demonſtratio conficiatur omnis ex his quæ de ſe uiciſſim poſſint demonſtrari: & ob hanc cauſam exiſtimare etiam eſt abſurdum, omnia poſſe demonſtrari, quia ſint inter ſe omnia reciproca.

IACOBI

DEMONSTRATIONVM
Liber III.

HACTENVS oſtenſum eſt,neq; nulla,neq; cum extremis ἀντίστροφα,ſed ipſa per ſe ἀναπόδεικτα eſſe demõſtrationum principia. Ea quomodo comparata ſint,etiam reſpectu demonſtrabiliũ rerum, ſatis (ut opinor) copioſè & perſpicuè docuimus præcedente libro. Sunt autem hæ, quibus incognita ἐπιστητὰ demonſtrantur & ſciuntur (ut diximus) ἁπλῶς, & non utcunq;, & quo ad nos ſcilicet effectis cognoſcimus cauſas ſimpliciter, & priores φύσει cauſæ quædam. Conflatur proinde cognitione omnium principiorum, cognitio eſſentiæ, rei nimirũ demonſtrabilis definitio: quæ neceſſaria eſt, immutabilis,& æterna: cùm, quæ reb.utcunq; accidant,ut ea mutabilia,ita quoq; ſint opinabilia, & nõ ἐπιστητὰ. Omne itaq; ἐπιστητὸν,ex hoc genere erit,quod neceſſarium, aliterq; nullo modo ſeſe poteſt habere.Ad illud ἐπιστητὸν, propriè refertur ἐπιστήμη ἀποδεικτική: quod tamen non extra intellectum δυνάμει ἐπιστητὸν dicitur (quod opinabile quiddam eſt) ſed quod mente percipitur,rudi notitia quadam adumbratum, aut ὀνοματώδει λόγῳ expreſſum, quod poſtea cauſis ἀποδείξεως ſempiternum & neceſſarium eſſe intelligatur. Dicitur autem ſcientia hæc ἀποδεικτική, propter habitum ἀποδείξεως acquiſitum ex cognitione principiorũ: quibus prælucentibus,acie non oculorum, ſed mentis, τὸ ἐπιστητὸν cernitur, concluſio nimirum ἐπιστημονικῶ,cùm prius neſciretur. Ex quo concludendum, Demonſtrationem ſeu ἀπόδειξιν nihil aliud eſſe,quàm ex neceſſarijs propoſitionib.cõflatum ſyllogiſmum, aut potius ex neceſſarijs multis ſyllogiſmis conflatã ratiocinationem. Videtur enim Ariſtoteles uocabulo ſyllogiſmi generatim uti, & non pro forma collectionis, quæ tribus conficiatur propoſitionibus. Vnam etenim ἀπόδειξιν admodum multis conſtare interdum uidemus ſyllogiſmis: qui in unum non poſſunt coaleſcere,niſi concluſa omnium in unã aggregentur definitionem,ut pręcedente dictum fuit libro. Syllogiſmus itaq; ἐπιστημονικός, erit ratiocinatio,conflata ex multis concluſis,per ἀπαγωγικῶς. Per ſe res eſt nota,nec aliquod exemplum deſiderat. Reſtat, ut quæ nam neceſſariæ propoſitiones illæ ſint, quib. hi conſtituãtur ſyllogiſmi,doceamus. Triangulo ex neceſſitate ineſt,ut tres habeat,duobus rectis angulis æquales. Quo primùm illud proprium monſtratur & finitur,medium eſt: ſed non ἀναπόδεικτον, licet ſit πρῶτον,ſeu ἄμεσον ἀποδεικτικόν: quòd nimirum conſtet omnibus cõcluſis neceſſarijs,& eorundẽ tamẽ,nõ omnib.probationibus.quale eſt:Omnis figura, trib. determinata lineis,quæ duos oppoſitos externo angulo habet æquales, & externũ cũ interiore æqualẽ duob.rectis:ea tres habebit,duob.rectis ęquales. Sed omnis triangulus,eſt talis figura. Nõdũ perfecta ἀπόδειξις eſt, uſq; dũ partes huius medij (quod eſt primi termini quaſi definitio) probenẽ per prima ἀναπόδεικτα neceſſaria, quę ſeipſis,q; ſint uera & æterna, intelligunẽ: cuius generis Prima quædam ſunt nota,in qualibet ſcientia. Quoniam autem ſcientia opponitur opinioni, hoc nomine, quòd neceſſariorum & ipſa ſcientia ex neceſſarijs ſit, quæ cauſa ueritatis aliter habere nequeant: in primis conſiderandum,quæ nam prædicata ſint neceſſaria,& quæ nam ſecundum accidens de ſubiectis efferantur:ut exploratum habeamus , quæ aut cuiuſmodi propoſitiones pertineant ad demonſtrationes, & quæ ſint ab eiſdem remouendæ,

Quid ἐπιστητόν.

aut non demonſtrantes, aut in errorem nos inducentes. Nunc quæ, & quales propoſitiones illæ ſint, planum faciemus, ex quibus conficiuntur demonſtrationes.

Ad Demõſtrationum propoſitiones, tria requiruntur.

Obſeruantur his notis, & diſtinguntur Neceſſariæ propoſitiones, à non neceſſarijs. Prima eſt, ut prædicatum de omni ſubiecto dicatur. Secunda, ut prædicatum, per ſe efferatur de ſubiecto. Tertia, ut non modò de omni, ſed etiam omne prædicatum enuncietur: quod ipſum hoc loco καθόλου uocat Ariſtoteles. Nulla exceptione neq; loci, neq; temporis dicitur, quod de omni ſubiecto uerè prædicatur. Quare immutabilia hæc ſunt, & abſolutè uera, non propter accidens loci aut temporis: quæ cum ſunt extra οὐσίαν rerum, non poſſunt de omni prædicari.

Quid ſit, De omni dici.

Dicuntur autem de omni, quæ non ſic prædicantur de ſubiecto, ut cuidam eorum quæ ſubſunt ſubiecto, inſint, & cuidam non: aut aliquando, & aliquando non: ut animal, ſi effertur de omni homine, neceſſe erit ut de quocunque homo, de eodem prædicetur etiam animal: & quandocunq; homo, eodem tempore efferatur etiam uerè de ipſo animal. Eodem modo concreta ex punctis dicitur omnis linea (ut quorundam fert opinio) non ut hæc ſit, alia non ſit concreta: aut aliquando ſit, & interdum non ſit. Ex neceſſitate, & ſemper ueras illas eſſe, declarat etiam reprehenſio & inſtantia, quando de his interrogati propoſitionibus, occurrimus interroganti, oſtẽdentes nec cuiuis, nec ſemper ineſſe prędicatum. Vt ſi quis Eraſiſtrato dicenti, omnem plethoran corporis fieri repletione multa uaſorum: opponat, quandam eſſe, quæ non multitudine ſanguinis, ſed imbecillitate uirium ſit deſcribenda. Vera igitur & neceſſaria eſt, cui nihil poteſt opponi, propoſitio, & in uniuerſum uera omnis: quæ in numero ſcilicet eſt principiorum, accurrato ſenſu, ac diligenti experientia excutienda. Multa enim uidentur in uniuerſum uerè dici, quæ tamen uera non ſunt, quib. logica & fallacia argumenta conſtant: de quib. præcedente libro dictum, & ſuo loco plura dicemus.

De Omni propoſitiones, quales ſint in Phyſicis.

In concretis rebus, pleraq; ſic prædicãtur, ut de his omnibus ſubiectis non ſimpliciter, ſed pleriſq;, & plerumq; omnibus, referantur prædicata uera: ut in Phyſicis, & Artibus omnibus: in quibus res non conſiderantur ut perpetuæ, & eodem ſemper modo habentes. Demonſtrandis his, ſimilia ſunt adhibenda principia: ut ſi conſiderantur res quatenus cadũt ſub ſenſum, adhibenda quoq; ſunt opinabilia principia: id eſt, quatenus cõgruunt reb. nõ ſecretis à ſenſu, ſed quæ ſint accommodata ijs quæ ſentiuntur. Caducis ſi conſiderantur, quatenus mutabilia, eiuſdẽ generis principia & argumenta quoq; adhibenda, nẽpe quorũ ratio mutabilis ſit: & æternis, æterna: ὅλως δὲ ὁμογενῆ τοῖς ὑποκειμένοις principia eſſe oportet.

περὶ οὐρανοῦ lib. γ.

Quęcũq; ergo dicunt̃ de omni, aut ſimpliciter, aut pleriſq;, aut plerũq; omnibus: aut de omni, quod hoc loco ſit, aut hoc tẽpore uerũ ſit: aut alio quouis modo determinata dici cõſueuerũt. Sunt nonnulla quæ per ſe prædicari, de omni nequeunt, ſine inſtantia: ſed ſecundũ accidens poſſunt. Vt uerè non dicitur, Omnis homo eſt muſicus: at uerum nihilominus eſt, Omnem muſicum eſſe hominem. Nec uerum eſt affirmare, Omnem phreneticum, magnũ & rarum ſpirare. Sed uerum eſt, Omnem qui ſpiret magnum & rarum, illum eſſe phreneticum.

Galen. lib. περὶ δυσπνοίας β.

Iſtius generis propria Galenus dicit eſſe ἀναστρέφοντα, & nõ ἀντιστρέφοντα: de his, ut omnibus, per accidẽs prædicatur ſubiectum. Nihil porrò demonſtratur, nihil ſcitur, niſi adhibeatur ratio quædam in uniuerſum uera: cùm ex ſingulis nullus fiat ſyllogiſmus, ſine ſyllogiſmo autem non eſt demonſtratio. Vt quædam de omni, & nõnulla de quodam dicuntur ſubiecto: ita quoq; dici & eſſe Per ſe, diſtinguẽdum ab eo, quod dicitur ſecundum accidens: quandoquidẽ accidentium non ſit demonſtratio,

ſtratio,ſed ex his tantū & de his demonſtramus, quæ dicuntur per ſe eſſe aut prædicari. Illo em̄ uerè eſt quæq; res, quo per ſe eſt,nō quo per accidēs: cū per accidēs non ſit ὅπερ αὐτὸ, ſed quodāmodo, μὴ ὄν, id eſt non ipſum cui accidit. Vt homo, eſt ipſum animal: ſed non eſt, ipſum album. Quo igitur per ſe eſſe dicitur quidpiam, eodem quoq; uerè eſſe cognoſcitur. eſſentiā enim ſequitur ſcientia. Multi ſunt modi, nimirum quatuor, quibus Per ſe dicimus quidpiam eſſe. Primus eſt, quando id quod prędicatur de omni ſubiecto, pars eſt definitionis ſubiecti: ut genus uel differentia, ut de homine animal, aut rationis compos. Verè iſta, & abſolutè Per ſe dicuntur eſſe: quæ quidem dicuntur tantum, & non inſunt, ſed ſimpliciter ſunt. Ex his quoq; partibus conflata definitio, abſoluta eſt, nullius alterius eſſentiæ adminiculo indigens: qualis eſt ſubſtantiarum, & ſecretarum à mathematicis formarum, quæ ſeipſis, & nullo ſubiecto deuincta intelliguntur. Partes harum definitionum, accurratè ſunt inquirendæ: quoniam nihil eſt quod de eſſentia mōſtretur, quod non propriè alicui harum partium accidat, quæ Per ſe, id eſt in quid prædicari ſolēt de definito. Paſſim Galenus, οὐσίας finitionem, inueniendis omnibus proprijs neceſſariam atq; utilem eſſe teſtatur. Quòd ſi hoc modo Per ſe, dicitur aliquid, eius ſcilicet proprium etiam eidem inſit oportet. Vt ſi animal, per ſe de homine dicitur, cuius proprium eſt ut ſentire poſſit: id ipſum homini quoq; ineſſe cognoſcetur. Conſiderandum illud etiam, eſſentiam triplicem eſſe ſubſtantiarum Naturalium: Formæ nimirū, & Materiæ, & ex utriſq; Compoſiti. Differentes quoq; earum ſunt finitiones, quibus propriè quidpiam ſubiecto ineſſe aliàs demōſtrerͬ ratione Formæ, aliàs ratione Materiæ ipſius. Vt quòd Animal ſit Maſculinum aut Fœmininum, non formæ, ſed materiæ animalis ratione demonſtratur: quod poſſit ſentire, ratione formæ. Secundus modus Per ſe, eſt eorum quæ non prædicantur ſolum, ſed etiam inſunt in quodam ſubiecto, cùm ſint accidentia, ſed propria, quorum prædicatorum in finitionibus, illud ipſum ſubiectum includatur: nec ſeipſis, ſed deuincta & mancipata ſubiectis definiri ſolent. Has ἐκ προσθέσεως appellat finitiones Ariſtoteles. Per ſe dicuntur, quia illa de quibus dicuntur ſubiectis, in ipſorum includuntur finitionibus. Omnia hæc propria, aut prima ſunt quædā nota, aut demonſtrabilia quædam & ἀναπόδεικτα exiſtunt. Adminiculo autem ſubiectorum, quibus inſunt propriè, indigent. Vel differentiæ (quas conſtat eſſe qualitates generis) quæ ſine generibus non conſiſtere poſſunt, ὅτι συνεπιφέρουσι τὸ γένος, ut Ariſtoteles ait, & alio quodā loco ὅτι μετέχουσι τῶν γενῶν; ut propria ſunt accidentia, quæ non intelliguntur ſine ſubiectis. Differentia quidē, cùm ſit qualitas generis, quomodo erit aut intelligetur ſine genere, ſiquidem nulla ſeparata eſt qualitas à ſubiecto? Quamobrē per ſe ineſt quidē, & dicitur de genere differētia, de nullo tamē omni: cùm aliud ſit omni ineſſe, et aliud Per ſe eſſe. Per ſe uerò dicitur, quia finiri ſine genere differentia nequit: quanquā ne hæc quidem uerè finiatur, cùm differentię non ſit differentia, quare nec genus: ſed genere, tanquam ſubiecto tātum finitur ἐκ προσθέσεως. Rectitudo per ſe lineę, ut generi ineſt, ſine qua nō intelligitur. Species eſt lineæ, Recta & Inflexa, & Circulus. Ita quoq; Par & Impar, differētiæ numeri, nō ſine numero finiūtur. Par em̄, qualitas eſt numeri, qua diuiduus in duo æqualia dicitͬ: et cōtraria eſt, Impar. Itē primū eſſe, & cōpoſitū eſſe, differētię ſunt numeri, quas ſine ſubiectiōe numeri nō liceat explicare. Eiuſdē modi ſunt, habere ęqualia latera, uel alterū habere longius latus: quibus figuræ finiunͭ, differētijs. Ipſæ aūt generibus ſuis comprehenſæ noſcuntur. Atq; ut genera in finitionibus differētiarū,

Per ſe, modi quatuor.

Primus modus Per ſe.

οὐσίας ſubiecti demōſtrabiliū propoſitionū, accuratè cognoſcenda.

Secundus modus Per ſe.

Finitio ἐκ προσθέσεως.

Differentiæ de genere, et propria de ſubiecto, Per ſe prædicantur ſecundo modo.

Quomodo finiatur differentia.

ita ſubiecta in definitionibus propriorum inſunt: cùm eſſe illorũ, ſit alicui ineſſe. ut Simũ, ineſt naſo: Claudũ, pedi: Balbum, linguæ: Apoplexia, cerebro: itẽ eidẽ, Phrenitis: Febris, cordi: & omnia cętera συνδεδυασμένα, quibus cum ſubiecto certè definitur accidens. Nulla enim eſt accidentis, niſi cum ſubiecto definitio: ut differentiæ cum genere, proprij cum ſubiecto. Quæcunq; prętereа dicuntur ineſſe, ſimpliciter ſunt accidentia, ac nullo modo per ſe dicuntur eſſe. Propria uerò diſcrepant à differentijs, hac ratione: qua propria inſunt ſpeciebus, differentiæ autem generi inſunt, ut conſtituant ſpecies. Differẽtiæ priores ſunt ſpeciebus: poſteriora, propria. In quid, de ſpeciebus prædicantur differentiæ: propria autem, qualitates ſunt quædam ſpecierum, tanquam ſubiectorum. Vna eſt ſpeciem conſtituens differentia, ſed ſpeciei unius, multa poſſunt eſſe propria: ut, triãguli ſpeciẽ cõſtituẽs differẽtia eſt una, eius nihilominus proprietates ſunt multæ. Satis opinor liquet, quid inter proprium & differentiam interſit. Nunc de ſimpliciter & abſolutè accidentibus differendum: ex quibus neq; demonſtrari quicquam poteſt, neq; illorum ullã demonſtrationem & ſcientiam eſſe conſtat, cùm ſint ſuapte natura accidentia indefinita, & ἀόριστα. Neutro enim modo per ſe ſunt. Nam neq; prædicantur per ſe, cùm non inſint ut primi modi prædicata: quæ pars ſunt definitionis eius, de quo prædicantur. Neque etiam prædicantur & inſunt per ſe, quatenus illa de quibus prædicantur, ſubiecta in illorum finitionibus ſint incluſa: id eſt, neque propria ſunt, neq; differentiæ. Album enim, prædicatur de homine, equo, pariete: quorum nihil, albi includitur finitione. Sermones populares ſunt referti his accidentiũ prædicationibus: in his ſeſe iactat Rhetorica & Hiſtoria: quę nihil tractant ἐπιστημονικόν, ſed rerũ ſingularum accidẽtia explanant. Optimo iure hoc loco quæſierit quiſpiam, quæ nam cauſa ſit, quòd cum eodem prædicamento differentiæ contineantur, quo genera & ſpecies: quî fiat, ut non quo ſubiecta prædicamẽto includuntur, eodem etiam comprehendãtur propria. Cui quæſtioni reſpondendum cenſeo. Primum conſtat, duobus modis propria conſueuiſſe dici. Vnum genus eſt, cum ſubiectis reciprocorum, & ἀντιστρεφόντων propriorum: alterum, non reciprocantium: quæ Galenus, ut paulo antè fuit dictum, appellat ἀναστρέφοντα. Reciprocũ proprium ſimplex quoddam eſt, quoddam compoſitum. Simplex reciprocum, quoddam particeps contrarij, quoddam expers. Participantia contrario quædam propter ſpeciẽ ſubiecti eo participant, quædam ratione generis. Propria expertia contrariorum, in eodem ſunt prædicamento quo ſubiecta ipſorum, ut Mathematica propria. In eodem enim ſunt propria trianguli, quo triangulus ipſe, & circuli, quo circulus ipſe. Etenim habere tres interiores angulos, æquales duobus rectis, reciprocum eſt cum triangulo: eiq; cùm contrarium nihil ſit, nullo comprehẽdetur genere: quare duntaxat ratione ſubiecti huiuſmodi cognitum erit propriũ. Eſſe capax diſciplinę, poſſe ridere, propria ſunt hominis, in eodẽ prædicamento, quo homo, collocata. Accidentis enim genus nullum eſt, cuus etiam non eſt differentia, quę eſt quædam ἐναντιότης generis. Mobile eſſe, proprium corporis naturalis, in eodem prædicamẽto eſt quo ſubiectũ ipſum. Graue & leue ſimpliciter: quorum prius proprium terræ eſt, alterum ignis: in eodem, quo ipſa, prędicamento inſunt. Contraria hæc ſunt, reſpectu logici generis: ut iſtius, Omne corpus ſecũdum rectam lineam mobile, aut graue eſt, aut leue. differentię ſcilicet mobilitatis: & qua differentiæ, hac ratione contraria, nõ quatenus accidunt propriè. Alioqui enim leue & graue, contraria Phyſico genere non ſunt, cum eidem primo ſubiecto non inſint. Quare cum ſpe-

cie

cie ſubiecti ſui reciprocum eſt utrunq;:ut, Omnis terra, grauis ſimpliciter eſt: & omne graue ſimpliciter, terra eſt. Sed quorundam genus idem eſt contrariorum, eaq; contraria uiciſſim occupant ſubiectum: atq; alterutrum non ineſt ex neceſſitate. Accidentia certè huiuſmodi, non compoſitè, ſed ſimpliciter prolata, cum ſuis ſubiectis peculiaribus non reciprocantur: nec ſunt ἀντιστρέφοντα, ſed ἀναστρέφοντα: ut, Omne ſanum, animal eſt: ſed non uiciſſim, omne animal ſanum eſt. Compoſita uerò ſunt etiam ἀντιστρέφοντα: ut, Omne animal uel potius animatum aut ſanũ, aut ægrum eſt: & uiciſſim, Omne ægrum aut ſanum, animatum eſt. Quæ & ipſa compoſita in eodem ſunt, quo ſubiectum ipſum, prædicamento. Sed de his compoſitis paulo pòſt. Propria itaq; ἀναστρέφοντα ſunt, diſtributa generibus accidentium: nec eodem in prædicamento ipſa, & ſubiecta illorum collocantur. Animal enim, in genere ſubſtantiæ eſt: ſed ægrum & ſanum, continentur genere ἕξεως, ſeu qualitatis. Febris propriũ eſt ἀναστρέφον. eius ſubiectum Cor, in prædicamento ſubſtantiæ eſſe nemo ignorat: & in alio febrim ipſam. Idem de reliquis ſentiendum, quæ ſunt innumera, nouem generibus accidentium diſtributa. Quoad generibus & ſubiectis certis prædicata finiuntur, propria ſunt dicenda: & aliàs ex primis nótis ſunt, aliàs demonſtrabilia exiſtunt. Axioma eſt, quãdo dicitur: Omnis febris, eſt calor contra naturam in toto corpore, ab interna cauſa diffuſus. Aut ſi placet, hypotheſin principium illud dicito, cum ſit λόγος ὀνοματώδης, ſeu ὀνοματικός, Febris. Cauſa adiecta, demonſtratur πάθος illud de ſuo, quo cum reciprocatur ſubiecto. Eſt aũt cauſa, contra naturã calor, ſupra modũ afficiẽs cordis temperiem. Monſtrantur itaq;, & finiuntur ſuis proprijs ſubiectis & cauſis, quatenus ſunt propria. Sed quatenus nõ reciprocant cũ ſubiectis, accidentia ſunt: nec ex his, nec de his, demonſtrari quicquã poteſt, cùm loci dũtaxat, aut tẽporis cauſa inſint: quorum accidentium, ut indefinitorũ, nulla eſt Scientia. Nam ex quibus demonſtrationes coaleſcũt, finitiones ſunt, cum finitis rebus reciprocæ. tales enim finitiones omnes, hypotheſes ſuprà eſſe diximus. Et Axiomatum prædicata ſunt propria, ἀντιστρέφοντα cum ſubiectis ſuis. ut: Omne corpus Phyſicum, cùm dicitur eſſe mobile. Aut cùm prædicatur, Eſſe maius ſua parte, de quantitate tota. Illa omnia ἀντιστρέφοντα ſunt propria, ac uerè dicuntur per ſe, de ſubiecto, & etiã de Omni. Sed ἀναστρέφοντα, quatenus nõ dicuntur de Omni, accidentia ſimpliciter ſunt: nec pertinent ad ἀπόδειξιν, ſed ad populares orationes: quæ nimirum loci temporisq; gratia, habentur pro ueris. Propriorum rationem habet, in diſciplinis: Accidentium uerò, quoad de primis prędicantur ſubſtantijs, quibus indefinite inſunt. Accidentia enim *Metaphy.*
(quatenus accidentia) primó de ſingulis efferuntur rebus: per accidens autẽ, *lib. Δ.*
de καθόλου ſubiectis: ut Album, per ſe dicitur (quatenus accidens) de Socrate: per accidens, de homine, uel animali. Quoniam ut res ſingulæ, loci ac temporis cauſa, id eſt non abſolutè, ac per ſe exiſtunt, ſed indefinitè dicuntur eſſe: ita quoq; accidentia. Quare in his per ſe ſubiectis inerunt, nempe indefinita, in rebus ſuapte natura indefinitis, ac non niſi loci temporisq; gratia determinatis. Accidens autem non intelligitur aut definitur alio modo, quàm priuatione *Quid Accidens ſit.*
καθόλου notionũ: quæ notiones aut ſemper uerę ſunt, aut plerunq;. Quamobrẽ id omne accidit, quod neq; genus eſt rei, neq; differentia, neq; ſpecies, neque proprium: ac nihilominus rei ineſſe dicitur. Finitio hæc eſt Accidentis apud Dialecticos. At Phyſici, cum rerum cauſas conſiderent, Accidens finiunt ne- *Metaphy. li. 1.*
gatione cauſarũ, per ſe: ut per accidẽs illud factũ dicatur, quod neq; ſemper, neq; crebrò fieri conſueuit. Quod omne incertum & indefinitum eſt, nec ulla

poteſt comprehendi ſcientia. Cauſam accidentiū in rebus Ariſtoteles ait eſſe Materiam, quæ ſuapte natura ſit ἀόριστος. Sed de his dictum ſatis. Accidentia porrò dicũtur prædicamēta hæc á Dialecticis, propter orationes populares, quib. efferunt de rebus ſingulis: cũ oēs oratiōes huiuſmodi, ferè ex accidētib. & his quorũ demōſtratio nō ſit, ſint cōtextæ. Quoad finiunt aũt á Dialecticis accidētia, nō accidētia ſunt: ſed genera, differētiæ, ſpecies dicũtur accidentiũ. Quatenus eadē in diſciplinis porrò tractant, & demonſtrant ratione καθόλου, quorundā & certorũ ſubiectorũ propria πάθη ſolent appellari: atq; illorum, ut propriorũ, & non ut Accidentiũ, demonſtrationem eſſe dicimus. Neq; etiam dicuntur hac ratione, ἁπλῶς συμβεβηκότα, ſed καθ' αὑτὰ συμβεβηκότα. Vocabulum Accidentis, ſic bifariam uſurpari, docet Ariſtoteles his uerbis, in fine libri Δ. Metaphy. λέγεται δὲ καὶ ἄλλως συμβεβηκός, οἷον ὅσα ὑπάρχει καθ' αὑτὸ ἑκάστῳ, μὴ ἐν τῇ οὐσίᾳ ὄντα, οἷον τῷ τριγώνῳ, τὸ δύο ὀρθὰς ἔχειν, καὶ ταῦτα μὲν ἐνδέχεται ἀΐδια εἶναι. ἐκείνων δὲ οὐδέν, ſuprà dixerat de ſimpliciter Accidentib. remotis ſcilicet ſciētia.

Vocabulũ Accidentis, dupliciter uſurpari.

Tertius modus Per ſe.

Tertius modus, quę Per ſe dicuntur, eſt eorum, quæ neq; ipſa de aliquo dicuntur, neq; alicui inſunt: ſed ipſæ rerum, & abſolutæ per ſe ſunt eſſentiæ, ab omnibus alijs ſecretæ. Oppoſitè huic modo dicuntur omnia, Per Accidens, quæcunq; aut alij inſunt tantum, ut ſingula accidentia: uel prędicantur tantũ, ut quæ pertinent ad οὐσίαν ſubiecti: uel inſunt, & prædicantur, ut καθόλου accidentia. Quæcunq; enim prędicantur, aut per ſe prędicantur, aut per accidens. Quatenus καθόλου ſunt νοήματα, rebus extra intellectum, & ſub ſenſum poſitis accidunt. νοήματα enim, ſunt in mente qualitates, & energiæ quædam: quibus res noſcuntur, non quibus exiſtãt: quippe nullum καθόλου pars, eſt eſſentiæ rei ſingularis, autore Ariſtotele in Methaphyſicis. Hoc itaque tertio modo, ſingularis ſubſtantia, nempe unum ad numerum, καὶ τὸ τόδε τι, per ſe dicitur eſſe: quod de nullo dicitur alio, nec ulli alij poteſt ineſſe. καθόλου autem (quia prædicata) licet οὐσίαν quandã ſignificant: nihilominus, ut νοήματα, rerum extrinſecus ſub ſenſum uenientiũ dicuntur qualitates. Non enim ſignificant, τὸ τόδε, & rem numero unam: ἀλλὰ μᾶλλον, ποιόν τι, σημαίνει: non ut ποιόν, quod abſolutè accidens, ſignificat: ſed περὶ οὐσίαν ποιόν, ὅτι τὸ εἶδος, καὶ τὸ γένος, περὶ οὐσίαν, τὸ ποιὸν ἀφορίζει. ποιὰν γάρ τινα οὐσίαν σημαίνει. Extra intellectũ igit. primæ ſubſtantiæ hoc tertio modo dicũtur eſſe Per ſe. Sed in mēte atq; intellectu notio, qua ipſa Per ſe cuiuſq; rei eſſentia abſolutè per definitionē intelligit, Per ſe quoq; hoc modo tertio dicitur: quoad nimirum incommunicabilis, & ad numerũ una, nulli alij notioni poteſt cõmunicari. Quoniam extra Finitiones, omnes reliquæ notiones ſunt communicabiles: ſola finitio autem una ad numerum, & incommunicabilis exiſtit. Quamobrem nec dicitur de alia notione per ſe, nec per ſe ulli alij ineſt: ſed omnino idem eſt ipſum finitum et eſſe ipſius: quæ maximè dicuntur unum, nempe numero unum, & penitus indiuiduum, ut autor eſt Ariſtoteles libro ſeptimo Topicorũ. Prima omnia huius ſunt naturæ & conditionis, ut nimirum idem ſint, Ipſa & ipſorum eſſe, quæ participata eſſe nequeunt: cùm participantia, non ſeipſis, ſed propter participata, dicantur Eſſe. Prima ſubſtantia, ex numero primorum eſt: idem abſolutè enim ipſa eſt, & eſſe ipſius. Cum accidentibus concreta, non idem, cauſa accidentium, ipſa eſt, & eſſe ipſius. Nam quo eſſe dicitur aliquid, id ipſa non eſt: non enim Callias, eſt ſua albedo: aliud enim eſt eſſe Calliæ, & aliud Albedinis. Nec Per ſe, tertio modo, Callias albus eſſe dicitur, ſed Callias. Quo enim abſolutè, & per ſe tertio modo, eſt quidpiam, tale ſit oportet, quod ipſum nequeat de alio prædicari. Callias de nullo poteſt, ſed album poteſt de alio prædicari. Ita

Metaphy. ζ.

Ariſtoteles in prædicamento οὐσίας.

In his quæ intelliguntur, ſola Finitio eſt incommunicabilis.

Loco 1

in his quæ intelliguntur, primum atq; idem ad numerum eſt, Finitio: ipſaq;, & eſſe ipſius, omnino ſunt idē. Quare ex his (quæ intelliguntur) prima eſt: nec de aliquo per ſe dici, nec alijs ineſſe poteſt, finitio per ſe ἄτομος. Cauſa quidem partium aliud ipſa, aliud eſſe ipſius, dicendum. Ipſa enim finitio, ratio incommunicabilis eſt: ſed ratione partium quibus participat, communicabilis: quoniam partes eius de alijs prædicari poſſunt, finitio autem de nullo: quum ea intelligatur ut ὅπερ αὐτὸ, & αὐτὸ ἕκαστον, quod nec prædicari, nec eſſe in aliquo poteſt: quod ipſum, οὐσίας proprium eſt: cùm alia omnia, quæ ſeipſis nō ſubſiſtunt, aut non intelliguntur ſeipſis, aut inſint alijs, aut de alijs prędicentur. Finitiones itaq;, quia ipſę de nullo, ſed de ipſis alia prædicantur, οὐσίας uocabulo eas ſignificari, conſentaneum eſt hoc loco: & ſenſiles præterea ſubſtantias, uocula τὸ δέ τι, expreſſas. ἅπαντα δὲ ταῦτα λέγεται οὐσία, ὅτι οὐ καθ' ὑποκειμένου λέγεται, ἀλλὰ κατὰ τούτου, τὰ ἄλλα. Tertium hūc modum definit Ariſtoteles, ut ſit eorum quæ non de ſubiecto aliquo dicantur. Huius reſpectu dicuntur Accidere, quæ prædicantur de ſubiecto quodam: ut Callias, per ſe dicitur: ſed non Albū. Calor contra naturā in corde accenſus, per ſe eſſe intelligitur: ὅπερ αὐτὸ πυρετός. Sed calor (qui eſt genus) non ipſa eſt febris, ſed ei accidit differentia febris: ac dicitur non tantum de febri, ſed de alijs quoq; ſubiectis. Sed quia de alijs quoq; calor prędicatur, neceſſe eſt, ut non ſit ipſa Febris, ſed ei accidat, τὸ τί ἦν εἶναι febris. Suprà dictū fuit, perfectiones demōſtrationū, eſſe Finitiones: quibus iam oſtendimus, ἐπιστητὰ per ſe intelligi, & non ſecundū accidens. Per accidens, quid ſit Febris, nouit qui finitione eius generis eſt contentus: quo intelligitur, eſſe calor contra naturam in toto corpore diffuſus. Nō enim quid cauſa generis quidpiam ſit, ſed quid per ſe ſit, perfecta ſcientia apprehendimus. Omne igitur quod ſcitur, & uerè ac perfectè intelligitur, diuiduum nulla differentia erit (definitioni enim neq; addi quicquam, neq; detrahi poteſt) ac non niſi ſecundum accidens, ipſum prædicari de alio cōtingit. Ex quo concludendum, quicquid finitione ſciatur, idipſum ut ſpeciē, & non ut genus cognoſci: cùm ei quod ſcitur, & quatenus, nihil accidat. Quamobrem priori finitioni addita differentia, quæ eſt (incenſus feruor in corde) febris εἶδος conſtituetur: tametſi Febris alioqui ſit genus, reſpectu eorū de quibus prædicatur: quorum differentiæ etiam ei, ut generi accidunt, non autem ipſius perfectam conſtituunt intelligentiam, aut eſſentiam. Itaq; omne, quod hoc modo per ſe noſcitur, ἄτομον ſit oportet: atq; hoc modo etiā omne ἀποδεικτὸν ſeu ἐπιστητὸν, dicimus ἄτομον, & quod de ſubiecto, per ſe non dicatur (id ſuo loco, καθόλου εἶδος eſſe oſtendemus) ſed de quo aliud, quia ipſum, prædicetur: quod ipſum ſubiectum non prædicando de alio, ſed ſeipſo, quid ſit intelligatur: quæ nimirum definitio eſt ſubiecti. καθόλου propoſitionis, quod primò noſcitur, eo ſubiecto cauſa aliorum ſubiectorum, per accidens dicitur noſci. Haud longè ſecus Callias, quia Callias, primò eſt, & nōſcitur. At quia ambulans, aut quia albus, per accidens eſſe & cognoſci dicitur: cùm hæc ſint aliud quiddam, & nō ipſe Callias. Quartus eſt modus Per ſe, quando nec prædicatū in definitione ſubiecti ineſt, nec ſubiectum ſimpliciter in definitione prædicari: ſed propter accidens quoddam determinans ſubiectum, ineſſe conſueuit prædicatū ſubiecto, ac de eodem per ſe prędicari. Tria ſunt in hoc modo: Subiectum, Limitans ipſum, & Prædicatum. Multa ſunt, quæ prædicantur quidem per accidens de abſolutis ſubiectis, ſed de limitatis per ſe efferuntur: quæ tamen in ipſis limitantibus per ſe non inſunt, ſed in limitatis, propter tamen limitantia. Vt Ebrietas, per ſe homini non ineſt, ſed neq; uino: propter tamen immodicā

Nam ſi finitio prædicatur de aliquo: non ut finitio prædicatur, ſed quatenus ei accidit, ut ſit genus, uel ſpecies.

Metaphy. δ.

Quartus modus Per ſe.

ingurgitationem, homini ex neceſſitate ineſt. Quare per ſe dicitur uino ebrietas ineſſe: non ut ſubiecto, ſed ut cauſæ: ut hoc modo per ſe, ſignificet nihil aliud, quàm propter ipſum. pari ratione, Mobilitas per ſe neque corpori ineſt, neq; naturæ: ſed corpori ineſt, propter naturam. Inſania, non ineſt per ſe homini: ſed propter morbum, ut Phreneſin. Sic omnia ſymptomata, per ſe dicũtur ineſſe hoc modo corporib. propter morbos. Deniq; omnia ἀναστρέφοντα propria, de ſubiectis quib. inſunt, demonſtrari non poſſunt, niſi limitatis: qua limitatiõe fiunt ἀντιστρέφοντα, & ἀποδεικτά. Corpus aſpectabile eſt: ſed nõ quia corpus, ſed quia coloratũ. Nec color ipſe, primò aſpectabilis eſt, cùm ſit accidens corporis: ſed coloratũ ſecũdo modo, per ſe de corpore, ut ſubiecto proprio dici conſueuit, cùm in definitione coloris, corpus ſit incluſum. Accidens quinetiam eſt, eſſe aſpectabile: quod ineſt propriè corpori, quia coloratum. Ergo colori per ſe, id eſt propter ipſum, aſpectabile corpori ineſt. Corpus quidem per ſe, & primum ſubiectum eſt: ſed non ineſt ei τὸ ὁρατὸν, ut primo ſubiecto: ſed cauſa cuiuſdam accidentis, ei propriè ineſt, quod ratione tertij modi, non per ſe, ſed ſecundum accidens ſubiectum eſſe dicimus. Sic Ariſtoteles libro ſecundo De anima ſcriptum reliquit: τὸ γὰρ ὁρατόν, ἐστὶ χρῶμα. τοῦτο δέ ἐστι, τὸ ἐπὶ τοῦ καθ' αὑτὸ ὁρατοῦ. καθ' αὑτὸ δέ, οὐ τῷ λόγῳ, ἀλλ' ὅτι ἐν ἑαυτῷ ἔχει αἴτιον τοῦ εἶναι ὁρατόν. De ſubiectis primis, & uacantibus accidente, & quæ ſunt ὅπερ αὐτὸ, iam antè dictum eſt: eaq; quæ de alio nullo prædicentur, ſed alia de ipſis, per ſe tertio modo, eſſe diximus. Alia ſunt per accidens ſubiecta, ut quæ quatenus de alio prædicantur, aut alij inſunt, ſubijciuntur alicui proprio. Compoſita huiuſmodi ſunt ſubiecta, & prima ipſa atq; ſimplicia, non per ſe: & quia ipſa (quod Ariſtoteles his uerbis exprimere uoluit: καθ' αὑτὸ δέ, οὐ τῷ λόγῳ) quũ huiuſmodi accidens limitans, non ſit pars finitionis ſubiectorum ipſorum, ſed quia habent in ſemetipſis accidens illud, tanquam cauſam, propter quam prędicetur aliud de ipſis proprium accidens: dicuntur idcirco ſubijci per ſe prædicatis quarti modi. Omnia ἀναστρέφοντα propria, iſto modo fiunt, ut diximus, ἀντιστρέφοντα & καθόλου: de quibus paulo pòſt. Frequentiſſima ſunt illa quoq; in Mathematicis demonſtrationibus, quũ de limitatis ſubiectis demõſtratur quidpiã. Vt quando de triangulis quòd æquales ſint, quatenus ęqualibus baſibus, & eiſdem parallelis inſiſtant. Et eadem baſi inſiſtentibus triangulis, propter circũſcriptionem circuli, proprium eſt, ut uertex unius attingentis centrum, reſpectu eius qui περιφέρειαν attingit, duplum obtineat angulum. proprium illud non ineſt triangulo, quia triangulus abſolutè, & per ſe (tertio modo) ei ſubijciatur: ſed ineſt, propter accidens quoddam limitans ipſum, nempe quatenus circumſcribitur circulo. Innumera ſunt iſtius generis exempla: ut planè falſum & abſurdum ſit, quod dixit Themiſtius, modum hunc quartum magis accommodatum eſſe Rhetoricis rationib. & orationibus, nõ demonſtrationibus: qui, unà cum reliquis interpretibus, ſic expoſuit Analytica hæc, ut ferè nihil intellexiſſe mihi uideantur: quod noſtra interpretatione euidentiſſimũ erit, ut eorũ paſſim uitioſas interpretationes, quæ ſunt innumeræ, refellere nõ ſit opus in pręſentia. At unius prędicati ſi plures fuerint cauſę, limitatũ ijs ſubiectum, reſpectu prædicati, non erit reciprocum, aut ἀντιστρέφον: ut de Animali iugulato, ſi prædicatur interitus. Quoniam multis cauſis interire poteſt animal, etiam ſi aliquod primum prædicati erit ſubiectum, ſiquidem fuerit ſynonymum prædicatum: ut Interitus, tanquam in primo ſubiecto ineſt Animali, quoad eius corporis harmonia deſtruitur, cuius ſpecies eſt etiã Iugulatio. Sed quodnam ſit primum ſubiectum, cui primò prædicatum inſit, in hoc genere





Error Themiſtij, & aliorũ reprehẽditur.

ἀναστρ-

ἀναστρεφόντων, quæ pluribus monſtrantur cauſis, penultimo libro docebimus: quæ quidem quoad ſunt ἀναστρέφοντα, ſic ſunt comparata, ut in illorum ſubiectis includatur prędicatum: ut in finitione Iugulari animalis, includitur interitus. In alio genere ἀναστρεφόντων in definitione prædicatorũ, incluſa ſunt ſubiecta: ut in Finitione Sani, comprehenſum eſt animal. Huic quarto modo, oppoſitus eſt, Per Accidens is, quo ſubiectum limitatur per accidens cauſa quadam, reſpectu prædicati: ut ſi homine ambulante, fulgur emicuiſſe, quiſpiam dicat. Non enim, quia homo ambulat, fulgur: ſed eſt quia in nubibus cogitur frigore exhalatio. Eodẽ tempore accidit etiam, ut homo ambularet. Huiuſmodi ſunt, in orationibus popularibus, Prædicata pleraq;, cõplicantibus συμβεβηκότα uaria: quorũ alia nulla ferè eſt, quàm per accidens cauſa. Omnes illi ſunt modi, quibus Per ſe quidpiam eſſe dicitur. Vſurpari autem ſolent in horum quæ ſimpliciter ſunt ἐπιστητά, & non quo ad nos, demõſtrationibus, talia media, quæ ratione extremorum, PER SE ſunt: & propter ipſa hæc media Maius extremũ, Minori ineſt per ſe, & ex neceſſitate Medij, quod per ſe cũ extremis eſt cõnexum. Quippe maius extremũ, per ſe medio ineſt ut pars finitionis ſpeciei ſolet ineſſe. Sed in medio (quod eſt definitio ἀτόμως extremi Maioris) includitur ſubiectum, in Minore propoſitione ſyllogiſmi, ſecundo modo per ſe, non primo: Prædicato Medio ſcilicet, de ſubiecto. Horũ prius, ἐνυπάρχειν τοῖς κατηγορουμένοις, appellauit Ariſtoteles: poſterius uerò ἐνυπάρχεσθαι. Mediũ καθ' αὑτό, deinde interpretatus eſt, ratione quarti modi, ὡς δι' αὑτό. Illud uerò (ἐξ ἀνάγκης) referendum eſt ad modum concluſionis: cùm præmiſſis exiſtentibus PER SE, & neceſſariis propoſitionibus, concluſionem apprehendi ſcientia oporteat. Sine medio autem neceſſario, concluſio non eſt neceſſaria, ſed opinabile quiddam. Pauca hæc uerba, tam difficilem habẽt, & tam obſcuram interpretationem: τὰ ἄρα λεγόμενα ἐπὶ τῶν ἁπλῶς ἐπιστητῶν, καθ' αὑτὰ οὕτως ὡς ἐνυπάρχειν τοῖς κατηγορουμένοις: ἢ ἐνυπάρχεσθαι, δι' αὑτά τε ἐστὶ, καὶ ἐξ ἀνάγκης. id eſt: Conuenit κατηγορουμένοις, ut per ſe ipſa ineſſe dicãtur ſubiectis medijs: & uiciſſim ipſis alia, nẽpe ſubiecta, per ſe inſint medijs prædicanis per ſe ſecũdo modo: ut paulo antè declarauimus. Exemplo ἁπλῶς ἐπιστητῶ, oſtendemus uera eſſe quæ diximus. De Ecclipſi Lunæ uerè dicitur, quòd ea ipſam Lunam priuari lumine ſolis contingat. Medium eſt, in diametro amborum ſiderum, terrę in medio interpoſitus. Primus terminus, tãquã genus, & pars ὅλης prædicatũ: & eſt in finitione Medij, qua perfectè finitur Ecclipſis. Ac primũ quidẽ extremũ, λόγος eſt ἐννοηματικὸς Ecclipſis, eã generatim explanans. Idipſum mediũ, in ſua porrò finitiõe cõtinet ſubiectũ, ſeu minus extremũ. Definiri enĩ ſine luna Ecclipſis eius nequit. Proinde quę demõſtrant, aut per quę fiũt demonſtrationes, nõ poſſunt nõ ineſſe: neq; contingit unquã ea non ineſſe, aut ſimpliciter, aut ut in genere, quędã oppoſita ſeu cõtradicẽtia, ſed determinata tamẽ genere: quæ uel cõtraria ſunt, uel priuãtib. exprimunt uocabulis. Nihil aũt eſt in demõſtrationibus, quod nõ ut per ſe, ita quoq; de omni prædicet ſubiecto: quippe reijciunt à diſciplinis, quæ nõ omnib. aut nõ ſemper inſunt. Vt ſanũ, ineſt quidẽ animato corpori per ſe: ſed neq; omni, neq; ſemper. Cõpoſitũ ex oppoſitis in genere prædicatũ, omni, & ſemper ineſt. Omne enĩ animatũ aut ſanũ eſt, aut ægrũ. Omne corpus eſt aut mutabile, aut immutabile. De materiato corpore, dicitur alterũ tantũ: quia omne materiatum corpus, mutabile eſt. Ex quo perſpicuum eſt, prædicata omnia ἀντιστρέφοντα, aut ſimplicia eſſe, aut ex oppoſitis compoſita: communicantibus illis tamẽ quodam uno, uel genere, uel ſubiecto. Oppoſitis participant, Genus & Materia, & de his

Fortuitis cauſis, pleriq; effectus in uita cõmuni explicantur.

Per ſe prædicata, aut ſimplicia ſunt, aut cõpoſita.

his reciprocè:atq; omni ſubiecto ineſſe,compoſitum dicitur prædicatũ. Quæ ex neceſſitate inſunt, de omni prædicantur ſubiecto : eademq; inſunt etiã per ſe. Nec idem omnino eſt, per ſe eſſe, & de omni dici. Deinde quæ dicuntur de omni,quædam reciproca ſunt,quædam non. Quæ reciproca ſunt, quædã ſimplicia habent prędicata:ut,Omne materiatum corpus,mutabile eſt.Quędam compoſita: ut,Omne corpus uel mutabile eſt,uel immutabile. Cõpoſita uerò hæc non per accidens compoſita erunt,ut ex albo & dulci:ſed ex oppoſitis erunt compoſita, determinatis uno uel genere, uel ſubiecto. Quòd autẽ huiuſmodi compoſita,ex neceſſitate de omni dicantur ſubiecto, hæc ratio & cauſa eſt: quia omnia illa comprehendunt ἀντιφάσεα determinata genere, uel ſubiecto.Alioqui abſolutè ad omnia ſequitur ἀντίφασις:ut, Quicquid eſt, aut par eſt, aut non par. Omne aut album, aut non album. Et ut contradicentia, de omni abſolutè dicuntur : ita contradicentia in genere, id eſt determinata ἀντίφασις, de certo quodam ſubiecto omni dicetur : quorum ratio & cauſa, per genus aut ſubiectum commune poteſt explicari. Propter infinitatem ſubiectorum, de contradicentibus extra genus, nulla quæſtio eſt ſcientiæ. Nam negatio, cùm certum non implicet ſubiectum, non per ſe de aliquo efferetur. Nec affirmatio ſemper implicat: ſubiectum ſcilicet continente prædicato in ſe,nequaquam per ſe.Nemo enim quęrit de Cucurbita, utrum ſua ſponte, an non ſua ſponte decidua ſit.Sed de iactura in tempeſtatibus facta quęritur,utrum ſpontanea ſit,an non ſpontanea appellanda:quoad nimirum oppoſitæ ἀντιφατικῶς ἐνέργειαι, & priuationes ſequuntur uoluntatem:qua ſi determinentur hæc cõtradicentia,non de omni uerum erit,ipſum aut ſpontaneum, aut non ſpontaneum eſſe, Ad demonſtrationes ex hypotheſi,compoſitorum hoc modo prædicatorum, propoſitiones ſunt utiles:

Vſus reciprocorum prædicatorũ ex oppoſitis. [illegible] In Phyſicis, in Ethicis,etiam in Mathematicis, harum propoſitionum compoſitarum uſus eſt. Probant Mathematici aliquid eſſe æquale, quia non ſit inæquale. Omne enim quantum, aut æquale eſſe,aut inæquale.Quare ſi quid erit neq; maius neq; minus:ex neceſſitate erit ęquale.Ethicũ eſt pronunciatum : Omne bonum eſt aut uerum, aut non uerum, id eſt apparens. Omne βελτιὸν eſt bonum. Ergo omne βελτιὸν aut uerum eſt, aut apparens bonum.Phyſicum eſt:Omne materia præditum,aut ſecundum, aut contra naturam eſt mobile.Omne corpus Phyſicum,pręditum materia eſt.Ergo. Nonnunquam prædicatum ἐπιστητὸν, ex neceſſitate eſt compoſitum : ac ſimplex,non niſi per accidens de toto ſubiecto effertur:de quo ſumus in fine huius libri dicturi.Exemplis his liquet, quis compoſitorum ex oppoſitis prędicatorum, in Demonſtrationibus ſit uſus:& non ſatis eſſe,ut per ſe dicatur quidpiam,niſi de omni quoq; prædicetur ſubiecto. Omnium autẽ arctiſſimè prædicata ſubiectis aſtringuntur,ſi non modò per ſe,& omnibus inſint, ſed etiam ſi primò ipſis, & quatenus ipſa. Vt mobile eſſe, ineſt homini per ſe. Etenim mobile eſſe, per ſe ineſt corpori naturali, ſecundo modo : at corpus naturale, per ſe prædicatur de homine,primo modo per ſe.quare conſtat,mobile ineſſe *Quid ſit καθόλου ineſſe.* homini per ſe,atq; etiam omni:ſed non tamen, quia homo. Quæritur de ſubiecto,cui mobilitas propriè inſit omni, & per ſe,& quia ipſum. ut per ſe, hoc loco nihil aliud ſignificet,quàm quia ipſum,& nõ per aut propter aliud, prædicatum inſit ſubiecto: de quo ſcilicet prius monſtretur, aut de quo prius ſine demonſtratione efferatur,cùm quædam ſint ἀναπόδεικτα huiuſmodi, nonnulla

autem

autem ἀναπόδεικτα. prædicari hæc καθόλου, ab Ariſtotele dicuntur. καθόλου pronunciatum, & ἀναπόδεικτον eſt, quum dicitur, Omne totum eſſe maius ſua parte. prædicatum hoc, de ſubiecto illo effertur primò, & quia ipſum. De his quæ ſunt infra ſubiectū omnibus, & per ſe enunciatur: ſed non primo, & quia ipſa, & quodammodo per accidens. In primis itaq;, & maximè neceſſarium eſt καθόλου prædicatum: ſiue abſq; demonſtratione ſubiecto, ſiue per demonſtrationē ineſſe intelligatur. Nam propter ipſum etiam alijs per ſe, & ex neceſſitate ineſt: quare ipſum maximè erit neceſſarium. Quare illa erūt prima, ex quibus, & præterea etiam de quibus contexentur demonſtrationes. Nec ſcietur quicquam uerè, niſi de καθόλου ſubiecto demonſtratum fuerit: ut mobilitas, ſi non de homine, ſed de corpore naturali monſtretur: & tres habere duob. rectis æquos, non de ſcaleno, ſed de triangulo, quia triangulus, ſcienter concludetur. καθόλου Analyticum ſic definit Ariſtoteles, ut ſit quod de omni, & per ſe, & quia ipſum, prædicet̃. Neceſſaria igitur ſunt omnia καθόλου prædicata: & quatenus per ſe, eadem ratione etiam, quia ipſa, dicūtur ineſſe ſubiectis. Huic per ſe modo oppoſitus eſt quintus modus, quo aliquid per accidēs ineſſe aut prędicari dicitur: ut per accidēs de aliquo dici quidpiā ſolet, quatenus de ipſo, ut de non καθόλου ſubiecto, effertur. Suo enim Per ſe modo cuilibet, opponitur Per Accidens eſſe aut dici modus. Hoc modo καθόλου, dicitur & εἰδοποιὸς differentia, ὅτι συμπληροῖ τὸ γένος eſſe in ſpecie. Omni enim ineſt, & quia ſpecies: ut de linea, quia linea, quòd ſit cōcreta ex punctis. Et de recta linea, ratio rectitudinis. Genus autem de ſpecie dicitur: non quia ipſa, quare καθόλου hoc modo non prædicabitur: ſed duntaxat de omni ſpecie, & Per ſe. Propriorū prædicatorum eandem rationem eſſe, iam antè fuit dictum: quòd nimirum quędam καθόλου, nonnulla autem, de omni & per ſe efferantur duntaxat: ut tres habere, effertur de triangulo: & demonſtratur etiam καθόλου, de ſcaleno omni, & per ſe: ſed nō καθόλου, & quia ſcalenus. Itaq; cū ſcientia cuiuſq; rei ſit, quoad eſt αὐτὸ ἕκαστον: nihil ſanè demonſtrabitur, quoad uel ipſum alij, uel aliud ipſi accidit. Vt uerbi gratia, Triangulus Figuræ, quia Figuræ accidit: ipſi uerò ſcalenus accidit. quare de triangulo, quia figura, aut quia ſcalenus, non demonſtrabitur, tres habere duobus rectis æquos. Triangulo enim, quia triangulus, hæc proprietas primò ineſt, alijs per accidens: quorum uni ipſe triangulus, alterū ipſi triangulo (ut diximus) accidit: de neutro, proprium illud demonſtrabile exiſtit. Ergo non de quouis, quod in eſſentia eſt ſubiecti atq; definitionis ipſius, ſed aliquid unum & certum erit, de quo primò proprietas monſtretur. quæ extra primum illud ſunt, Ariſtoteles illa multa, τυχόντα, hoc loco nominat. Etenim demonſtrationis ſubiectum, multa eſſe, partim eſſentiæ, partim accidentium cauſa dicitur. Ab his multis omnibus ſeparandum id, cui primò proprium illud inſit, cuius inquiritur ſcientia & demonſtratio. Verba Ariſtotelis hæc: τὸ καθόλου δ' ὑπάρχει τότε, ὅταν ἐπὶ τοῦ τυχόντος καὶ πρώτου δεικνύηται. id eſt: Tum demum eſt καθόλου, quando ex multis, primo cuidam ineſſe oſtenditur. Vt multa dicitur eſſe Triangulus, quoniam & figura, & ſcalenus: ſed de figura, non demonſtratur prius dictum proprium: aut ut maximè demonſtretur etiam de figura, non tamen de ipſa, quia figura, ſed quia talis figura. Alioqui quadratū etiam figura eſt, cuius ſubiectione hoc propriè monſtrando, nemo utitur. Quare non demonſtrabitur de figura, quia figura. Nam Quadratū, figura quidem eſt: ſed ea non habet tres duobus rectis ęquos. Is modus eſt internoſcendi communia ſubiecta, à primis prædicatorum propriorum ſubiectis. Deinde ſunt alia, quę participant illo primo πάθους ſubiecto: ut Scalenus,

ſpecie

ſpecie trianguli. Quæ ſic comparata ſunt, ut de ipſis πάθος mõſtrari poſſit: uerùm non de ipſis primò, ſed de illo primo, quo ipſa participant: ut de triangulo, quo participat ſcalenus Ex multis igitur, quodcunq; primũ fuerit, cui conueniat tres habere duob. rectis æquales, id nimirum καθόλυ ſubiectum erit: & de eo per ſe, hoc modo quo καθόλυ prædicatum illud (de quo iam uerba facimus) ineſſe dicitur, demonſtratio habebitur, & ſcientia. Primi ſubiecti καθόλυ demonſtrabilis, in ſcientijs concretarum rerum, inuentio difficilior: tũ quòd ſenſibus illud conſpicuum non ſit, ut ſunt mathematica: tum quòd multis ſit quaſi mixtum & confuſum accidentibus, ex quorum aceruo, non ſemper liceat primum arripere ſubiectum. Difficile cognitu, quæ nam princeps cauſa ſit effectrix ſanguinis: de materia enim conſtat quæ prima ſit, ut chylus: & itẽ de fine, & forma ſanguinis. Efficiens non eadem ab omnibus aſſignatur. Ariſtoteles, cor eſſe dicit: Galenus, carnem Iocinoris. Sunt nõnulli, qui uenoſum genus primarium efficiens eſſe dicant. Videntur enim omnia hæc conferre quidpiam ad generationem ſanguinis: ſed prima tamẽ eſt uenoſum genus, reliquæ adiuuantes cauſæ. Quare prima? propter axioma Phyſicum, quo dicitur primum eſſe agens, quo proximè attingatur patiens. At chylum proximè attingit uenoſum genus. Ergo propriè quoq; alterat, ut tangentia quæq; alia in corpore κατὰ τὰ ἰδιώματα τῆς οὐσίας, alterant nutrimentum, ſicut in ſpeciẽ nonnunquam permutetur alterantium: calor tamen cordis, ut commune efficiẽs, cuiuſq; partis actioni opitulatur. Dixeris fortaſſe, Galeno uideri, eo carnẽ Iocinoris cauſam eſſe ſanguificam primariam, quia uis quædam ex ea influat in uenas: quæ iam non ſint primarium efficiens, ſed potius inſtrumentum primarij: ut nerui ſunt inſtrumentum cerebri ſentientis, & mouentis facultatis, non primum ſentiens. Si comparentur partes ſolidę & ſpermaticæ cum ſanguineis, autore quoq; ipſo Galeno, maior uis, & efficacior alterandi, penes ſolidas eſt, quàm ſanguineas. Quoniam concoquendi uis præcipua eſt humorum in
Comm. 46. uenis, quia ſolida corpora: ut ſcribit Galenus, in quodam commento libri ſecundi, in primum Epidemiorum Hippocratis. Præſtantius uerò, & eminentius agens, facultatem efficiendi non accipere ab infirmiore & ignobiliore, notiſſimum eſt. Quin etiam illud notum, & à Galeno conceſſum, tanqũ non ſanguinem quendam concretum eſſe hepar. Itaq; alteratricem facultatem, à ſe uenoſum gènus habebit: nec extrinſecus eam a Iocinore influentẽ accipiet, qua faciat ex chylo ſanguinem. Verùm id in præſentia attingere uolui: quod alio quodam loco, huic quæſtioni dicato, pleniſſimè ut opinor, pertractaui, nunc tantum exempli cauſa proferendum cenſui. Magnum certamen ſæpe inter Phyſicos eſt, de his quibus primò aliquid ineſt, nempe περὶ τῶν πρώτων δεκτικῶν: ut, in quo primo Febris inſit. Non enim eſt primo in animali, ſed in corde: & diſcrepantia ſubiecta generũ, aliàs in humorib. cordis, aliàs in ſpiritibus, aliàs ſolida ipſius ſubſtantia. Maſculinum & Fœmininũ, atq; utriuſq; priuatio, nempe πήρωμα, non ineſt animali, quia animal, ſed quia certa craſi generatũ. propter materiam enim aliquo modo temperatã, differentiæ ſexuum inſunt. Capax eſſe contrariorum, primò ineſt ſubſtantię: poſſe infinitè diuidi, de quantitate, ſed continua, ut πρώτου καθόλυ effertur. Æquale etiam & inæquale, de eadem: ut ſimile uel diſſimile, de qualitate eiuſdem generis. In quo primo inſit leue, graue, calidũ, frigidum, diſputant Phyſici. Et quid primò nutrimenti particeps, ſimiles ne, an organicę partes corporis? Cui item primò, ratio mixtionis congruat? Sed quid opus eſt uerbis & exemplis? cùm omnis ſciẽtiæ quæſtio in eo uerſetur, quid nam cui primò inſit, & propter quam cauſam. Quiſq;

ex

ex profeſſione ſua proponat ſibi exempla, & ſeſe aſſuefaciat ad contemplationem τοῦ καθόλου: ut intelligat, cui primò aliquid inſit: ne per accidens ſubiectum demonſtrandæ rei adhibeat, quod omnium primum eſt. Magna cognitionis omnium rerum eſt confuſio, propter ſubiectorum & accidentium indiſcretam unitatem. Quàm multa propriè accidunt uni rei naturali, uel materiæ ipſius, uel formæ, uel compoſiti ex utriſque, uel certorum accidentium (quibus ſunt affecta) gratia? deinde horum omnium, uel generum cauſa, uel differentiarum. Verbi gratia, de quibuſdam dicam, ut exemplo id quod dicimus non careat: ὅτι καθάπερ που φησὶν ὁ πλάτων, τὰ παραδείγματα ἔχομεν ὥσπερ ὁμήρους τοῦ λόγου. Sanum & ægrum, primò ineſt non homini, quia homo: neq; animali, quia animal: ſed animato corpori, quia animatū. Eiq; primò ineſt, duorum ſubiectorum gratia: quorum unum eſt, partes ὁμοιομερεῖς: quoad temperamento ſcilicet elementorum ſunt concretæ: quorum intemperies impediens energeian, morbus eſt. alterum uerò ſubiectum eſt, partes ἀνομοιομερεῖς: quæ primum ſunt, morbi ſubiectum, uel figuræ, uel numeri: uel quantitatis, uel cohærentiæ gratia. Mediocribus & moderatis his, ſanitas ineſt: deficientibus aut ſuperantibus, morbus. Non ergo habent idem primum ſubiectum, omnes morbi: cùm uni generi morborum, ſubiectum ſit corpus animatum, cauſa ſuæ materiæ: & alteri, cauſa accidentium quorundam. Iam formæ animati, nempe animæ ipſi, per ſe ac primò inſunt energeiæ nutricationis: quarum actio in anima tanquam ſubiecto primo ineſt, paſſio autem in animato (quia animatum) id eſt, ex anima & corpore conſtituto. Subiectū primum uirtutum Ethicarum, eſt Appetitus, cum ratione coniunctus: uirtutum contemplatricum, Mens ſine appetitu. Propter accidentia ſubſtantiæ quibuſdam primò ſubijciuntur: ut ſymptomatibus, propter morbos. Et corpus propter colores, primò dicitur aſpectabile. Deinde nutricatio non ineſt homini; quia homo: latius enim ſe profert. neq; quia ſubſtantia eſt: per ſe eñ nõ ineſt nutritio ſubſtantiæ (nullo eorum modorum, quos ſuprà expoſuimus, ei conueniente:) ſed per ſe ineſt, ac primò, quia corpus animatū. Dialecticus, cui primò inſit quidpiam, non conſiderat: populari enim notitia cõtentus eſt: ſed demonſtratori & ſcienti, aliud eſt propoſitum, nempe cauſas prædicatorum, & prima ſubiecta contemplari: quod nihil aliud eſt quàm ipſum cognoſcere, τὸ καθόλου. Reliquū eſt, ut de cauſis etiā dicamus, & modis quib. cõtingat nos peccare & hallucinari, in Vniuerſi ſeu καθόλου ipſius aſſignatiõe: quos eſſe, tres Ariſtoteles inquit. Primum, ſi quod prædicatum primò ineſt, non diuiduo alicui ſpeciebus, ſed plurib. ſpeciebus id ipſum, tanquam ſi diuiduo cuidam ineſſet, deſcribimus. Nõ ſunt ſynonyma prædicata huiuſmodi, ſed homonyma: quæ tamen pro ſynonymis habet Dialecticus, cùm (ut diximus) ſine proprijs ſubiectis res conſideret. Phyſicus accuratior, ſubiectis & cauſis adiunctis iſta noſcit prædicata, quæ ut nomine conueniant, ita definitionib. diſcrepēt: quæ homonyma eſſe nomina cõſtat. Simus ergo cauti, ne decipiamur: & quod monſtrat ut καθόλου, his modis, reuera καθόλου ne eſſe falſò nobis perſuadeamus. Sed obſecro, quomodo cauebimus, quod quale ſit nõ intelligimus? Primū hūc cautionis modū, omnes quotquot uidi, perperā ſunt interpretati. Sic Ariſtoteles errorem hunc, uerbis depingit: Fallimur, inquiēs, hoc errore, quando prçter ſingularia, aut ſingulare, ſuperius quiddā non licet accipere. Singulares, inquiunt, res ſunt iſtę ad numerum, quibus nõ plus uno eſſe poteſt: ut Vniuerſum eſt ipſum, & eius maximè partes, ut ſol, luna, cœlū ſtelliferum, terra, & ſimilia. De his, ut ad numerū unis & ſingularibus, nihil poteſt

Theæteto.

Tribus modis nos hallucinari cõtingit, in aſsignatione καθόλου.

Primus modus uitioſi καθόλου.

καθόλȣ monſtrari: cum ſingularium non ſit ſcientia, ſed ſenſus. Quibus reſpondendum accidere his, quorum ſcientia et definitio ſit, ut de pluribus numero & ſenſu differentibus, prædicentur. Materia enim, cauſa eſt huius multitudinis: quæ multitudo ſenſu tantum, & non mente percipitur. Alia ſunt καθέκαστα, quæ non ſenſu, ſed mente & definitione percipiuntur, nempe καθόλȣ prędicatorum ſpecies: quę nõnunquam ſunt differentijs indiuiduæ, & ἄτομα εἴδη ſolent nominari. Intelliguntur omnes ſpecies, detractis his quibus incurrunt in ſenſus, accidentibus: quib. nimirum loci temporisq; gratia aliquid eſſe, & non ſimpliciter eſſe intelligunẽ: quibusq; ſubinde non ab alijs tantũ, ſed etiã ipſæ à ſeipſis differunt. At quibus ſemper eędem & æternæ noſcũtur ſpecies, & ab alijs omnib. differunt, ea ſunt communia quædam ſeparatim nota, ut genera & differentiæ: quibus nihilominus indiuidua ſpecies, aggregatis conſtituitur: quæ ſpecies quatenus αὐτὸ ὄν, noſcitur, non quatenus de alijs prædicatur, differentibus ſenſu & numero. Quare non minus (autore Ariſtotele) finitio ſolis, lunæ, & ſimilium eſt, atq; etiam propriorum παθῶν demonſtratio, quàm quorumuis aliorum: quorum multa, ad numerum differentia ſingularia, eſſe cõtingit. Sigillatim cognitę partes finitionum, communicabiles ſunt: ſimul omnes, incommunicabilem & indiuiduam conſtituunt ſpeciẽ. De his uberius tractat Ariſtoteles in Metaphyſicis: nec ſunt huius inſtituti, ut ad uiuum (quod dici ſolet) reſecentur. καθέκαστα igitur hoc loco appellantur, non ad ſenſum res ſingulares, ſed prædicata propriorum: quæ non alicuius communis ſubiecti gratia, in ſpecies poſſunt diſtribui. Aliud eſt καθόλȣ εἶδος, cui primò ineſt proprium: & per illud multis ineſt poſtea καθέκαστα εἴδεσι. ut mobilitas, primò ineſt corpori naturali, quia ipſum: elementis & mixtis, quia tanquam genere, participantib. ipſis illo ſubiecto communi ineſſe dicitur. Sunt ergo propria quædã, quæ aut uni cuidã, ſed ſecundũ ſpecies indiuiduo ſubiecto inſunt: aut cùm propter homonymiã multis inſint primò, nihilominus tãquã ſi cõmuni & diuiduo per ſpecies ſubiecto ineſſent cuidã, pro καθόλȣ ſubiecto falſò habentur. Quãdo prædicatũ eſt καθέκαστον, id eſt, uni tantũ & indiuiduo ineſt ſubiecti ac ſingulari, & indiuidua quadã in ſpecies ratiõe definiẽ, illud falſa ratiõe ſic cõtingit explicari: ſi tanq; diuiduũ καθόλȣ, et nõ καθέκαστον, ut eſt, ita quoq; eſſe uideaẽ. Vt inſtrumentũ motus animalis ſanguinei in loco eſſe, propriè & unicè ineſt muſculis: quia muſculi, quod καθόλȣ ſubiectũ in ſpecies diuiduum non eſt, ſed ipſum eſt, hac ratione qua diximus, ſingulare, & καθέκαστον: nec propter cauſam, multis εἴδεσι communẽ alijs, motus in loco, animali ineſt. Iam ſi quis hanc ut communem quandam, etiam alijs motibus in loco aſſignet, nempe tanquam καθόλȣ quandam cauſam, quæ diſtribui poſſit in ſpecies quaſdam: hoc nomine hallucinatus, deſcribendo καθόλȣ cauſam, non iniuria uidebitur: quo nimirum cauſam καθόλȣ, incommunicabilẽ, & quæ eſt reuera ſpecie ἀτόμῳ καθέκαστον quoddam, permutauit communi quadam, & quæ diſtribui poſſit in ſpecies, deſcriptione καθόλȣ ſubiecti cuiuſdam. Ariſtoteles, imperitus Anatomiæ, motionis animalis in loco, cauſam καθόλȣ inſtrumentalem cenſuit eſſe ſpiritum inſitum. Nihil ad mouendum efficacius eſſe ſpiritu, & quęcunq; non ſuopte impetu citẽtur, ea impelli ſpiritu, & in omnes partes arbitratur moueri. At in animalibus, quendam etiam inſitum ſpiritum ineſſe: quo per animam & appetitum cõmoto, membra moueri cõtingat. Animalis motus, hanc cauſam eſſe fingit Ariſtoteles, ponẽs diuiduam καθόλȣ cauſam, pro indiuidua & incõmunicabili. Simili errore Galenus etiam eſt hallucinatus, quando tremuli motus, & nutabundi deorſum, cauſam dicit eſſe grauitatem

Ariſtoteles De Motu animalium.

uitatem membro inſitam. Decertare enim inter ſe, ſingulis quaſi momentis, & uim animalem ſurſum extollentem alternis, & pondus deorſum nutans in tremore eſſe exiſtimat. Quicquid enim deorſum feratur non ſponte, eius per ſe ac primò cauſam eſſe pondus, quo participent etiam noſtra membra. Nos uerò motionis tremulæ, non hanc cauſam arbitramur, quæ poſſit alijs etiam eſſe communis: ſed indiuiduum & καθέκαστον quoddam εἶδος, eius eſſe cauſam arbitramur. Quietis membrorum, non modò grauitas eſt cauſa, ſed etiam neruorũ & muſculorũ robur illud, quod uocãt tonicũ. Eius imbecillitas in cauſa eſt, ut ſic alternis, quaſi uacillẽt muſculi: cõtrarijs alioqui motib. deſtinati. Non ergo propter pondus membrorũ, ſed propter imbecillitatem tonicam muſculorum, contremiſcere tum membra, tum uniuerſum corpus, ſæpenumerò contingit. Videmus etiam hoc exemplo καθόλου diuiduum eſſe poſitum, cùm tamẽ reuera ſit indiuiduum, & καθέκαστον, & quo non ſit aliud ſuperius quiddam: cuius illud ipſum ſpecies eſſe poſſit. Nonnunquam ſunt καθέκαστα καθόλου, quæ ut diximus homonymia laborant propter ſubiectorum primorum diſcrepantiam: nihilominus ignota eorũ differentia, una quædã uidetur omnium καθόλου eſſe cauſa. Habere tres angulos duobus rectis æquos, prędicatum eſt homonymon: quoniam alia cauſa ipſum ineſt triangulo, & alia tribus lineis, quarum duæ inſiſtunt tertiæ cuidam unius puncti cõtactu. In Phyſicis, errores hi minus ſunt conſpicui, ſed tamen frequentes: quamobtem fit, ut καθέκαστα pro communibus nonnunquam uſurpentur. καθόλου ſubiectũ nullum commune atq; idem febris, quoad genus eſt omnium, obtinet. Nõ enim primò eſt in corde, quia cor: ſed quia partes habet cor, nempe humores, ſpiritus, ſolidam ſubſtantiam: putrida, in humoribus: diaria, in ſpiritu: hectica, in ſolida parte. Qui febrim omnem cenſuit eſſe putridam (ut Athenęus) καθόλου febris cauſam & ſubiectũ perperam deſcripſit: dum καθέκαστον unum alijs, quę itidem ſunt καθέκαστα, ſuperius facit & commune. Eodem nomine reprehendendus Galenus etiam: qui doloris cauſam καθόλου aſſerens, ſolutam unitatẽ, cuius duo καθέκαστα conſtituit, nempe inæqualem intemperiem unum, & alterum Vnius continui ſolutionem: alterum εἶδος tanquam commune & diuiduum καθόλου ſtatuit, cùm ſit reuera tamen καθέκαστον. Cenſet autem Galenus, inęqualem etiam intemperiem eſſe dolorificam: ideo dolorem tamen afferre, quia unitas continui ea diuellatur quoq;. qua ratione fretus, ſtatuit unam καθόλου in ſpecies indiuiduam doloris cauſam: in quo uehementer, mea quidem ſententia, hallucinatur. Etenim quemadmodum Vnum eſſe, homonymõ eſt: ita quoq; ſolutum & diuiſum eſſe, unum homonymon exiſtit. Alia eſt finitio, & aliud ſubiectum etiã primũ, eius quod mixtione & craſi dicimus Vnũ: quę unitas pertinet ad cõſtitutionem materię, quę pars eſt ſubſtãtię cõpoſiti: qua perfectè diſſoluta, perimi ſubſtãtiã cõtingit, & aboleri: quod in ſphacelo uidemus fieri, aut gangręna. Aliud porrò ſubiectũ Vnius cõtinui, nẽpe ſubſtãtia, quoad eſt quãtitate prædita: qua ſoluta, ſubſtãtiã tamẽ non ſemper neceſſe eſt corrũpi: ut uidemus fieri in uulnerib. Ex quo eſt euidẽs, has geminas ſolutiones unitatis, eſſe καθέκαστα quædã, non participantia ſuperiore quodã genere uno Phyſico: & ob id non ſubeſſe diuiduo cuidã differẽtijs εἴδη τοῦ καθόλου: nec alterum etiam ex his eſſe, quo ſolo & uno definiatur cauſa doloris, aut quod tanquam primum & commune utriſq; communicetur ſpeciebus. Satis (ut opinor) eſt exemplorum, quibus intelligatur primus modus, quo ratione falſa καθόλου, hallucinari nos, decipi, & errare contingat: πρῶτον καθόλου nimirũ, unum & diuiduum eſſe nequit, ſi proprium ſeu prædicatum, ſit homonymũ.



Galenus lib. 1. De differentijs Febrium.

Tum enim πρῶτα erunt plura, ſed καθέκαστα ἄδηλα καθόλου, aut καθέκαστον ἄδηλον quoddam unum, nō diuiduum habens ſuperius ſubiectum, nec prædicatum homonymō habens, diuerſis ſubiectis diuiſum. Quale eſt, ſi prædicetur de quadrato, quòd eius diameter ſit σύμμετρος lateri: aut de terra, quatenus primum graue dicitur. In talibus enim, καθόλου prædicata diuidua non ſunt in ſpecies: nec ſuperius aliquod his aſſignandum, cui prius prædicatum quàm ipſis ſpecie indiuiduis ſubiectis inferioribus inſit. His omnibus, unum καθόλου ἄδηλον quoddam diuiduum, eminentius & ſuperius, non licet aſſignare ſine errore. Frequentiſſimè illud (ut dixi) accidit in Phyſicis, & alijs, conſiderantib. res concretas, propter prædicatorum homonymian. Videntur hæc quidem nihilominus propter Dialecticam ſynonymian, καθόλου quoq; habere unū, cùm reuera ſint tamen καθέκαστα, & expertia communionis: ut ex eo ſit euidens, multa eſſe apud Dialecticos συνώνυμα, quæ in ſcientijs numerentur tamen & habeantur pro homonymis. Quapropter hoc loco καθέκαστα uocabulum, nihil aliud quàm nō cōmunicantia ſignificat: id eſt, rationē quidem καθόλου, ſed non participantem aliquo communi multorum. Id uſuuenit, quando præter ἄδηλα καθέκαστα ſuperius nihil idem erit, cui primò prædicatum inſit, & propter ipſum, deinde etiam participantibus eo communi, inferioribus. At Scaleno, Aequicruro, Aequilatero, tres habere duobus rectis æquos, propter triāgulū, cuius ſunt καθέκαστα, καθόλου prædicatum ineſt.

Secūdus error, quo hallucinamur in aſsignatione καθόλου.

Secundus eſt error, quando καθέκαστα participant quodam communi, cui proprium primò, et quia ipſum, inſit: ſed quia nomine uacat illud, & eſt commune ἀνώνυμον, idcirco exiſtimatur ſingulorum, quia ſingula, proprium illud eſſe: quod commune homonymon non ſit, ſed ſynonymon, cuius tamen ſubiectum commune non ſit uocabulo quodam expreſſum uno. Vt ſi quis proportionem ἐναλλάξ, tempori quia tempus, aut lineæ quia linea, aut corpori quia corpus, aut numero quia numerus, ineſſe propriè arbitretur. Non enim his, quia ſunt ſingula hæc, ſed quia participant quodam communi innominato, proportio hæc ineſt. Et ineſſe etiam, demonſtrandum: non quia καθέκαστα hæc ſint, ſed quia participent communi illo, quod ponunt eſſe, quamuis uocabulo non exprimant: primum uidelicet & diuiduum quoddam in καθέκαστα, καθόλου animo concipientes: non uerbo, aut uocabulo quodam exprimentes id ſubiectum cui demonſtrationem primò adhibent. Ergo illa uidentur eſſe multa, abſque ſuperiore quodam καθόλου nominatim expreſſo ſubiecto, καθέκαστα. Atqui reuera non ſunt, quum habeant quoddam commune ſcilicet καθόλου, ſed innominatum. Plurima uerò ſunt, quæ uidentur unam καθόλου rationem aut demonſtrationem habere, cum tamen non habeant: propterea quòd nonnunquam quæ aliquid idem obtinent, prorſus & penitùs pro eiſdem uulgò numerantur. Non enim, ſi quæ genere duntaxat eodem Dialectico comprehendantur, idcirco idem & commune etiam καθόλου re ipſa habebūt.

Duplex ποιητικὸν motionis eſt. unum, Quod: ut Anima. alterum, Quo: ut habilitas naturalis mēbrorum & corporis in naturalib. Quod, principium extra eſt: ſed Quo, intra rē mobilem.

Motus ſpecies eodem finiuntur genere Dialectico. At Phyſici, qui conſiderant ὄντα ἐκ προσθέσεως, ut nullum primum & unum ſubiectum mobilitatis eſſe intelligunt, ita rationem quoque nullam motionis eandem καθόλου eſſe dicunt: ſed tot diſtribuunt motum generibus, quot continentur nimirum generibus res primò mobiles. Non enim res naturalis, quia naturalis, eſt πρῶτον δεκτικὸν mobilitatis, quia ſubijciatur ſcilicet mobilitati: ſed quia cauſam, Qua, ποιητικὴν in ſe habet mobilitatis, nempe naturam. Deinde id ipſum, ſecundum quod mobilitas talis, ei tanquam πρώτῳ δεκτικῷ congruit, non eſt res unius, ſed diuerſorum generum: ut Quantitas, Qualitas, Vbi.

Ex

Ex quo eſt perſpicuum, mobilitatem, tametſi uideatur eſſe πάθος commune, & καθόλου, corporis naturalis: nihilominus ipſam non eſſe καθόλου πάθος, cùm ſubiectum eius primum ſit nullum. Haud longè ſecus, πάθος illud quod πέψις dicitur, καθόλου nullius proprium eſt ſubiecti, quamuis uideatur eſſe, Dialecticam rationem conſiderantibus: qui eius tanquam generis, ſpecies dicũt concoctionem ciborum, maturitatem fructuum, elixationem, aſſationẽ. Hęc omnia nullum habent idem primum ſubiectum, quare nec καθόλου εἶδος habere poſſunt: cùm ſint propter ἀναλογίαν, idem aliquid, nempe ſimilitudinis ratione, idcirco cenſentur aliquid idem ſimpliciter eſſe. At propter hanc unitatem, inquit Ariſtoteles, οὐ ταυτὰ, ἀλλὰ τοιαῦτα δεῖ νομίζειν εἶναι τὰ εἰρημένα εἴδη. ὅτι τοῖς πράγμασι οὐ κεῖται καθόλου, τοῖς ὁμοίοις. Decipit autem, non modò genus Dialecticum & Analogia, nos, ut καθόλου πάθος eſſe exiſtimemus quod nõ eſt: uerumetiam communia ea, quæ prorſus nihil habẽt idem, niſi unum nomẽ: aut quæ illud, in quo principaliter πάθος tale ineſt, aliquo modo attingunt, & ad ipſum quodammodo referuntur: ut ea quæ κατὰ τὸ πρότερον, καὶ ὕστερον, dicuntur communicare, πρὸς ἕν, uel ἀφ᾽ ἑνός ſignificantia aliquid. Hoc modo Contactũ Mathematicorum, & Phyſicorum, & aliorum, per metaphorã tangentium, unum dicimus. Et ἀκρασίαν ſic uſurpari, monet Ariſtoteles in Ethicis: & κρίσιως uocabulum Galenus, ſimilem habere uſum, docet libro primo De criticis diebus. Et Ariſtoteles propria πάθη Ciuis, non ſic deſcribi inquit in Politicis, quoad καθόλου quid, eius uocabulo ſignificetur: ſed quoad, ſecundum prius & poſterius rem exprimens ſignificatam, uſurpetur. Nam ut multæ ſunt ſpecies Rerumpublicarum, ſecundum prius & poſterius differentes: ita quoque ciuium, nec omnium eadem omnino propria eſſe poſſunt, ſed ſecundum prius & poſterius diſcrepantia, non minus quàm ſubiecta ipſa. De quo genere, in uniuerſum monet his uerbis: δεῖ μὴ λανθάνειν, ὅτι τῶν πραγμάτων, ἐν οἷς τὰ ὑποκείμενα διαφέρει τῷ εἴδει. καὶ τὸ μὲν αὐτῶν ἐστι πρῶτον, τὸ δὲ δεύτερον, τὸ δ᾽ ἐχόμενον, ἢ τὸ παράπαν οὐδέν ἐστιν (ᾗ τοιαῦτα) τὸ κοινόν, ἢ γλίσχρως. Hactenus de his, quæ uidentur cuidam uni & communi καθόλου rationi ſubiecta eſſe, & tamen non ſunt, diximus. Rurſus de his diſſeramus, quæ ſunt ſubiecta, ſed tamẽ non uidentur: propterea quòd commune illud nomine careat, & ſit ἀνώνυμον. ut: Perſpicuum eſſe, atq; διαφανὲς, cœlo ineſt: non quia cœlum. præterea pleriſq; etiam elemenris ineſt διαφανὲς: non quia elementa, ſed quia participant communi quadam φύσει, quæ principium & cauſa ſit iſtius qualitatis, quę tamen natura communis nomine uacat: atq; eius φύσεως gratia, καθόλου quadam ratione, corporibus his omnibus pellucidum ineſſe dicimus. Eodem modo πάθος, quo dicitur quidpiam ὁρατὸν ſeu conſpicuum, unam habet cauſam, in quibuſdam communem, ac nomine expreſſam. Alia ſunt conſpicua, non ut color, externo quodam indigentia lumine, ſed in tenebris, ſuo quodã ſplendore micantia: ut fungi quidam, & quorũdam animalium oculi, lampytides, putrida ligna: quæ omnia, communem quandam, & unam naturam obtinẽt, propter quam conſpici poſſint in tenebris, ſed nomine & appellatione carẽtem. Haud longè ſecus, trahentium quoq; ſine fibris, naturali ui præditorum, una eſt & communis natura, ſed innominata: ut Magnetis, Succini, Pharmacorum, certos attrahentium humores. Tractrix natura communis in his, nomine caret, qua natura, hæc omnia prædita, efficacia ſunt ad trahendum. Nec ſigillatim (poſſe attrahere) his propriè ineſt: ſed propter καθόλου quandã φύσιν, omnib. ineſt in uniuerſum, ueruntamen nomine carentem. Plurima ſunt huiuſmodi, quorum appellationibus quia deſtituimur, quod uniuerſi cuiuſdã

τῶν ὁμοίων, οὐκ ἔστι καθόλου. id eſt: Similium, non eſt idẽ καθόλου.

In priore libro De ortu & interitu.

Politicorum lib. γ.

De Anima libro β. ἀνώνυμον qualitatẽ, communẽ appellat Ariſtoteles.

generis proprium eſt, id ipſum ut καθ᾽ ἕκαστον quoddam demõſtramus. plures enim res ſunt, inquit Ariſtoteles, quàm uocabula: ſed penuria nominũ tamen, rationibus & ueritati rerum non debet officere. Tertius eſt modus erroris, quo hallucinamur: quando nimirum καθόλου prædicatum, non communi ſubiecto, ſed eius parti cuidã, & ſpeciei accõmodamus: de qua licet omni & per ſe prædicetur, nõ tamen primó, & quatenus ipſum prædicari ſolet. Iſtud uitij accidit propter ἐλλιπῶς διαιρέσεως uniuerſi ſubiecti in ſuas partes. ut ſi quis ignarus uniuerſi generis trianguli, ſolum ἰσοσκελὲς ſeu æquicrurum triangulũ arbitretur, tres habere: duntaxat æquicruro, quia æquicrurus, ineſſe arbitrabitur, & non quia triangulò. In hoc erroris modo, nec prædicatum homonymõ eſt, nec ſubiectum cõmune nomine deſtituitur: ſed quo minus ritè ſuo καθόλου ſubiecto, prædicatum adhibeatur, partium καθόλου ignorantia eſt in cauſa. Aliquando ſubiecti primi duntaxat pars nota eſt, interdum cauſæ pars quædam.

Tertius modus, quo hallucinamur aſſignando τὸ καθόλου.

Proprium eſſe παραλλήλων, ut perpetuò protractæ nunquam concurrant, & καθόλου proprium, res nota eſt Mathematicis. At ſi quis hac ratione monſtrare proprietatem hanc conetur, quia ſcilicet duo interiores anguli ſint duo recti: is parte cauſæ, & non καθόλου cauſa, rem imperfectè, ac propoſitum demonſtrauerit. Sed qui hoc modo, quia ſint interiores duo aut recti, aut duobus rectis æquales: is perfectè, & in uniuerſum rem propoſitam ueram eſſe ſciet. Tabes, πάθος eſt proprium corporis animati: qua cõtra naturam extenuatum, & gracile apparet corpus. Subiectum eius primum, & καθόλου eſt corpus, quoad patitur humidi natiui decrementum contra naturam. Cauſa καθόλου eſt, intemperies æqualis, humidum inſitum occupans. Species ſunt cauſarum tres, quibus etiam Maraſmi genus diuiditur in περιφρυγῆ, συγκοπώδη, & tertiam quę γῆρας παρὰ φύσιν appellatur. Tabis ſeu maraſmi cauſam καθόλου, conſtat eſſe intemperiem, afferentem decrementum contra naturam humidi natiui. Non enim calor, quia calor: aut frigus, quia frigus: nec ſyncope, quia ipſa: ſed quia tanta & tali intemperie afficiunt humidum inſitum, tabem conciliant corpori. Iam ſi quis περιφρυγοῦς duntaxat, quia περιφρυγὴς, ſymptoma hoc propriũ opinetur: eiusq́ cauſa dũtaxat, demõſtret ſymptoma illud corpori affecto ineſſe: reprehenſione erroris, iſtius tertij modi, nõ carebit, falſò deſcriptæ rationis καθόλου. Neruis propter breuitatem, accidit uerſus principium conuulſio. Si circũſcribatur breuitas hæc repletione ſola, καθόλου hoc modo uitioſum erit: cũ ſpaſmi non ſit ſimplex, ſed compoſita cauſa, autore Hippocrate. Nam uel inanitione fit, uel repletione. Quòd uniuerſum uenoſum genus, alterando ſecundum naturam ſanguinem, uires habet debiliores, ſi ipſe per ſe ſanguis, neq; διαφθορᾷ, neq; κακοχυμίᾳ laboret: καθόλου, & prima cauſa eſt, πληθώρα, ſeu multitudo ſanguinis, modum naturalem ſuperans. Exuperantia hęc, ſpecie gemina eſt: una, quæ dicitur & definitur comparatione uaſorũ, quæ multitudine hac diſtẽduntur: altera, uiribus infirmis æſtimatur uenoſi generis, etiam ſi non magnopere impleta & turgida ſint uaſa. Eraſiſtratus uniuerſum genus, priore ſpecie plethorę definire ac demonſtrare conatus eſt, propter ignorantiam τοῦ πλήθους differentiarum. Non autem καθόλου cauſa eſt (diſtendens uaſa multitudo ſanguinis) ſymptomatis plethorici, de quo diximus: ſed oppreſſio uirium eſt in uniuerſum cauſa, ut non poſſit uenoſum genus alterare ſanguinem. Deinde oppreſſionis cauſa eſt, aliàs maior quantitate, & copioſior ſanguis: aliàs imbecillior facultas uenarum, ut mediocri etiam copia ſanguinis uaſa laborent. Cauendi modus, ne quis hoc errore implicetur, ut conſideret, num prædicatum aliquod uni ſubiecto, & unius duntaxat ſpecie cauſa inſit: ut diame-

Eucli. lib. 1. pro. 28.





tro

tro quadrati, reſpectu lateris, propriè ineſt ἀσύμμετρον, propter unam cauſam,
qua definitur nimirũ illud ἀσύμμετρον. In ſubiectis primò diuerſis ſi inſit, ho-
monymon erit propriũ: de his ſuprà eſt dictũ. At ſi eidẽ ſubiecto primo, ſed
tamen non diſparibus & diſcrepantibus cauſis intelligatur proprium ineſſe,
cauſa proprietatis unius: una quoq; erit, aliàs diuiduis, nõnunquã per differẽ-
tias tamen ſubiectis ipſis primis: ut ſi triangulus, ſuis quibuſdam diſtribuatur
ſpeciebus: aliàs uerò cauſa ipſa καθόλου prima quoq; diuiſa per differentias, ut
paulo antè diximus de differentijs cauſarum Maraſmi, in ſpecies diuiſi. pro-
prietatis etiam genus, diſtrahitur in ſpecies. In eodem ſubiecto primo quodã
prædicatum proprium, utrum inſit, conſiderandum initiò. Cui primò inſit, a-
liàs ſenſu noſcitur: ut paralyſin ineſſe neruis, Anatomia eſt notum. Nonnun-
quam experientia percipitur: cui non minorem fidem habendam cenſet A-
riſtoteles, quàm demonſtrationi. Ratio quoq; ſcrutatur interdum, quod ſen-
ſus nequit attingere ſubiectum primum: ut ſunt diuina hæc, de quibus ſcire
aliquid poſſumus. Si diuiduum non ſit in ſpecies id, cui primò ineſt: in prom-
ptu ſanè eſt cognitio ſubiecti. Si multis ſpecie differẽtibus, inerit proprietas
hæc: quo primum ſubiecto cõmunicantibus contingat propriũ hoc ineſ-
ſe, conſiderandum. Nam extra illud unum, aut plurib. inerit, aut paucioribus.
Deinde ſi pluribus etiam cauſis, pluribus ſubiectis inſit, experientia aut ſen-
ſu colligendæ ſunt differentiæ cauſarum. Vt ſi tabidos ſim expertus, quoſdã
exhalare feruidum anhelitum: alios nonnullos, propter immodicam refrige
rationem, in hoc malum incidiſſe obſeruarim: nonnullos etiam, quando ue-
hementi ſyncopi ſint de uita periclitati: diſſimilibus cauſis in eodem ſubiecto
primo, effectus idem ſpecie prouenire nequit: quin prima quædam commu-
nis, & καθόλου cauſa exiſtet, quæ nimirum genus ipſum erit harum ſpecierum.
Suprà diximus, eſſe genus illud, æqualem intemperiem in ſolidis, exhaurien-
tem ſuccum natiuum. Quòd autem ſucci natiui gratia malè affecti, tabeſcat
corpus: ex contrario, & ratione notum. Quoniam eo incolumi adoleſcere, &
poſtquam adoleuit, conſeruari corpus uidemus. Contrariorum autem, con-
trarias eſſe cauſas, ratione notum eſt. Breuiter illa attingere, et delibare uolui
mus: quo conſtaret nobis de methodo quadam, qua iudicare & inuenire πρῶ-
τον καθόλου poſſemus: et ne deſcribendo ipſum perperam nos hallucinari con
tingat, incognitis errorũ omnibus modis & ambagibus. Quãdo itaque u-
num, cuidam uni & indiuiduo ſecundum ſpecies ſubiecto ineſt proprium:
cui primò, & quia ipſum inſit, facilè erit uidere. At ſi pluribus ſpecie differen
tib. idem proprium ineſt, eodem tamen medio & argumento: aut ſi proprie-
tas una diuidua in ſpecies, tamen uni ſubiecto alicui primò ineſt, non diui-
duo in ſpecies: in utriſq; his modis, unius καθόλου diuidui tam expedita non eſt
inuentio: ſiue nomine exprimi, ſiue non exprimi poſſit illud cõmune. Quam-
obrem accurratè circumſpiciẽdum atq; euigilandum, ne uel quod anguſtius,
uel quod latius ſe proferat ſubiectum καθόλου, in talibus aſſignetur: quando-
quidem utrũq; ſit alienum à comprehenſione ſcientiæ. Tametſi uerò de angu
ſtiorib. ſubiectis (quæ reſpectu τῶν καθόλου εἰδῶν, appellãtur καθέκαστα) quòd
omnibus, & per ſe inſint ipſis propria, cognoſci queat: ut quia tres habere, in-
ſit æquicruro, aut quia æquilatero, aut quia ſcaleno, uel ſingulis, uel omnibus,
ſigillatim tamen demonſtratis. Quibus cognitis, nihilominus expers quiſpiã
ſcientiæ erit, cùm ignorabit proprium hoc triangulo, quia triangulum, ineſſe.
Etenim de ſingulis, quia trianguli ſinguli, cognoſcens proprium illud ineſſe:
non niſi ſecundum accidens (eo modo, quo Sophiſtæ res norunt) id ipſum

Vt tres habere, ineſt triangulo ſubiecto, diuiduo in ſpecies.

Tabes ineſt uni ſubiecto, nẽ pe cordi nõ diuiduo in ſpecies: & tamen ipſa diuidua eſt per cauſas, in ſpecies.

Quomodo indagandum & indicandum in diſciplinis τὸ καθόλου.

 triangulo

triangulo proprium καθόλου ſubiecto ineſſe cognoſcet. Accidit enim differentia ſpeciei generi, nec non ſpecies & propria ſpecierũ, generi accidunt: ut neceſſe ſit & conſtet, quæ hoc modo propria ſpecierum cognoſcuntur, reſpectu generum, pro accidentibus eſſe numeranda, etiam ſi nulla ſit prætermiſſa ſpecies. Etenim καθόλου prædicatum, de omni ſcitur, quatenus primum eius ſubiectum, unum εἶδος eſt diuiduum, non quatenus diuiſum: quippe diſcrepantia ſecundum numerum, τῷ εἴδει καθόλου, accidit. Quoduis enim εἶδος ἀδιαίρετον eſt: nec ei quicquam accedere aut decedere poteſt, cùm ſit idem ipſum & eſſe ipſius, de quo dictum fuit ſuprà. Itaq; ſcientia eſt, non de omni numerato & diſtributo, ſed de omni collecto, & uno ſecundum ſpeciem: cui nõ per accidens ineſſe propriũ cognoſcetur, ſed quia ipſum: quotquot deinde illa ſint, nihil refert, quæ ipſius ratione participant, καθ᾽ ἕκαστα: quorum ratione diuiſio, ut dixi, accidit τῷ καθόλου εἴδει. Conſtat ex his quæ diximus, alias ipſius καθόλου, per accidens notitiam haberi: alias ipſum uere & ſimpliciter ſciri. Priore, cauſa partium: poſteriore, ſeipſo noſci dicitur καθόλου. Quando ſeipſo? Quando (uerbi gratia) idem eſſent, eſſe trianguli, & eſſe æquilateri, & reliquorum omnium: nihil retulerit, quod ad ſcientiam attinet, in hoc uel illo primo ſubiecto ſi proprium ineſſe demonſtretur aut dicatur. prima enim illa ſunt, quorum eſſe idem eſt, ac nihil inter ſe differunt. quare nec ipſa inter ſe different. καθόλου igitur hæc ſunt ſubiecta, differentijs eſſentiæ alterius indiuidua quædam, & ἄτομα εἴδη. Nam talium Eſſe, diſcrepat ab ipſorum numero differentium, & τῶν καθ᾽ ἕκαστα Eſſe: quorum, ut cum materia concretorum, ſenſum eſſe dicimus, quod nimirum cõcretum ipſa ſunt: quatenus uerò intelliguntur, non ipſa, ſed Eſſe duntaxat illorum, dicimus intelligi: propter ſecretionem ſcilicet materiæ. Autore enim Ariſtotele ὅλως ὡς χωριστὰ τὰ πράγματα τῆς ὕλης, οὕτω καὶ τὰ περὶ τὸν νοῦν. Quamobrẽ ſi καθόλου & καθ᾽ ἕκαστα, haberent idem quoddã Eſſe, quatenus haberent idem: de tali, & ita habẽte ſub uno καθόλου, propriũ ſimpliciter ſcietur. Sed quando aliud Eſſe fuerit τῷ λόγῳ ſingulorum καὶ τῶν καθ᾽ ἕκαστα, & aliud ipſius καθόλου ſubiecti: ut alia finitio eſt Æquicruri, & alia Trianguli: tametſi concretione quadam unum ſint, atq; idem, nihilominus τὸ καθ᾽ ἕκαστον accidit τῷ καθόλου. Si quia καθ᾽ ἕκαστον, non quia καθόλου, & triangulus, proprium hoc illi ineſſe opinetur quis: ſcienter noſcet nequaquam, cùm per accidens tantum ineſſe norit proprium hoc triangulo. Quando igitur ſubiectis duob. omni & per ſe, proprium conuenit, quorum non eſt idem Eſſe: ac uni eorum per ſe primò, alteri non per ſe primò, ſed propter aliud & ſecundum accidẽs, quatenus ignorat, cui per ſe primò conueniat: hac ratione etiam ignorare & neſcire, id eſt demonſtrationẽ non habere iſtius proprietatis, eſt exiſtimãdus. Ariſtotelis textus hoc loco obſcurus eſt, propter interpunctiones uitioſas: πότ᾽ οὖν οὐκ οἶδεν ὅτι καθόλου; uerba ſunt cũ interrogatione legenda. Deinde ſubſequens etiã periodus, cum interrogatione proferenda: καὶ πότε οἶδεν τοῦ ὑπάρχειν πρώτου; Hæc textus intelligendi gratia, monere uolui. Quando igitur proprium compluribus ineſt, per accidens, id eſt non per ſe primò: ſcire uerò cupias, cui primò, & quia ipſum, id eſt καθόλου inſit: hac experiũdum utiq; eſt uia. καθόλου εἶδος ſupra ſe, genera habet: intra ſe, καθ᾽ ἕκαστα. Deinde quoad cadit ſub ſenſum, atq; extra intellectum eſſe dicitur, concretum eſt cum certa materia, nec non cum plurimis confuſum accidentibus. Ea igitur, quibus detractis, & cogitatione atque intelligentia ſecretis, ipſum nihilominus proprium eſt, & permanet, nec perimitur ipſius eſſentia, primum illud ſubiectum non erunt. Vt ſi Æquicrurus ſubtrahatur, adhuc erit, quòd habeat tres duob. rectis

Quare Sciẽtia non ſit extra καθόλου ſubiectum.

Aliud ſunt ipſa ſenſilia, & aliud Eſſe ipſorũ. Sed νοητὰ, idem ſunt ipſa, & Eſſe ipſorum.

De anima li. 3. Idẽ habent Eſſe, quorũ una eſt, eademq; definitio. Vt καθ᾽ ἕκαστα numero differentia τῷ λόγῳ, idem habẽt eſſe καθόλου.

Quomodo καθόλου ſubiectũ proprietatis, diſcernẽdum à ſubiectis per accidens.

æquos:

æquos: quare Æquicrurus, primum ſubiectum modò eſt. Iam ſi æs, aut æreum quoq; detraxeris: nihilominus peremptum, haud erit propriũ. Cæterùm ſubtracto genere, ut figura perempta, aut ſuperficie ſublata: ſimul etiam propriũ illud quod diximus, è medio tolletur. Nam ſi non ſit figura, nõ erit etiã, quòd habeat tres duobus rectis æquos. primũ tamen illud nihilominus nõ eſt ſubiectum, cui primò proprium inſit: alioqui quadrato, & pentagono, & circulo quoq; idipſum ineſſet. Quid ergo eſt, cui primò: & propter ipſum, alijs dicitur ineſſe? Triangulus. Ei enim non propter aliud, ſed alijs omnibus propter ipſum ineſt, habere tres angulos, duob. rectis æquos. Primò autem ineſt: quia ipſum eſt primum quiddam. Primum autem, & nõ cum alio cõpoſitum: quia ipſum, & eſſe ipſius, ſunt idem. Illa ſunt unum, & idem ſimpliciter: non genere idem, aut ſubiecto, ſed numero: quo nullum eſt ſimplicius unum, nempe αὐτοέκαστον, de quo ſuprà dictũ: cùm aliorum quoduis ſit unum, eſſentia ſua diuiduum: ſed quoduis ἄτομον, ſuapte natura & finitione, eſt κυριώτατα ταὐτὸ, & ἐξ οὗ quo καθόλου rationem & demonſtrationem fundari, neceſſe eſt. Hactenus cuiuſmodi ſint quæ demõſtrentur, & de quibus: nunc qualia ſint, ex quibus contexantur demonſtrationes, deinceps conſiderandum. Liquet ex commemoratis ſuperius, ἀποδεικτικὴν ἐπιστήμην conflari ex neceſſarijs principijs. Nam quod ſcitur, cauſa argumenti tale erit, ut aliter ſeſe habere nequeat. Sed quæ ſunt cauſa ueritatis immutabilia & neceſſaria, ea per ſe in rebus inſunt, ijs quibus dictum eſt modis. Illa quidem, quatenus in quid prædicantur de ſubiectis rebus: hæc uerò, quoad in ſuorum prædicatorum finitionibus includuntur ſubiecta, de quib. ſolent prædicari: ſed omni nihilominus quatenus inſunt ſubiecto, prędicata, non tamẽ quatenus compoſita ex oppoſitis, quæ & quatenus, ſimul ineſſe non poſſunt: & alterum rurſus prædicatorum ſi inſit, nõ ex neceſſitate, ſed ſecundum accidens, id eſt, loci aut temporis gratia ineſſe oportet: quæ ex neceſſarijs equidem non ſunt. Quod diximus, exemplo illo noſcitur. Poſſe eſſe ſanum aut ægrum, corpori animato ex neceſſitate ineſt. Eſſe ægrum aut ſanum, itidem neceſſariò prædicatur, & demõſtrabile exiſtit. Affirmatione utriſq; compoſitis, impoſſibilem conſtitui uidemus propoſitionem, non modò non neceſſariam. Altero tantũ affirmato, contingentem, & quod ſubiecto per accidens inſit: quantumuis ipſius prædicati finitione includatur ſubiectum. Nam ſanum, nec de omni, nec per ſe, dicitur de ſubiecto, ut ea quę primo modo per ſe dicuntur: & hac ratione, per accidens eſt prædicatum. Per ſe uerò quiddam eſt, quoad ipſum, quid ſit intelligi ſine ſubiecto nequit: nec per ſe tamen prędicatum erit, niſi de quodã omni efferatur: id eſt, limitato aliquo modo & accidente corpore animato: ut, Omne corpus animatũ, ſuis integris fungens energijs, ſanũ eſt. Ex neceſſitate itaq; propter ἀντίφασιν, alterutrum oppoſitorum effertur: alterum autem compoſitorum prædicatorũ, nõ eſt neceſſe, ſed contingit prædicari. Cuiuſmodi propoſitiones remouentur à demonſtrationibus, quoad καθόλου de his nihil monſtratur, cùm non ſint neceſſarię: unà cũ alijs etiã prędicatis, quę nec in Quid de ſubiecto, nec ſubiecta ipſorũ prædicatorũ, includunt finitionib. quę ſunt innumera, & aliena à ſcientia: minimè propria rerũ ſcilicet accidẽtia. Ex talib. ergo quę per ſe prędicantur, ſyllogiſmi ἀποδεικτικοὶ conficiẽtur: cùm per ſe, & accidens, omnẽ amplitudinẽ ENTIS diuidant, nihilq; ſit tertium. Quare nulla accidentium, neque ex his quæ accidunt, erit demonſtratio. Vel igitur ita ſentiendum, & ei quam attulimus rationi acquieſcẽdum: uel proponenda alia, eiuſq; principium aliud faciendum: nec ex propoſitionum, ſed ipſius demonſtrationis natura, aſtruenda

Ariſtoteles in Topicis, quæ finitione ſunt unum, pronunciat numero unum eſſe.

Qualia ſint, ex quib. contexantur Demõſtrationes.

enda neceſſitas. Neceſſarium quiddam, conſtat eſſe demonſtrationem. Deinde perſpicuũ etiam eſt, ſi quid demonſtratum fuerit, ratione qua eſt demonſtratum, ipſum non poſſe aliter ſe habere. Quare ſi demonſtrationis cauſa concluſio dicitur neceſſaria, oportebit ſyllogiſmum illum ex neceſſarijs confici propoſitionibus. Non enim ſatis eſt, ex ueris. Quippe ex ueris etiam quãuis non neceſſarijs colligi neceſſaria poteſt concluſio: ueruntamen talis ſyllogiſmus demonſtratio non eſt. Ex neceſſarijs autem probamus nunquã, quin ſimul etiam demonſtremus: quum id peculiare ſit & proprium demonſtrationis ſcilicet, non concludere tantum neceſſaria, ſed ex neceſſarijs etiam concluſa oſtendere. Sed quòd peculiare & uernaculum ſit demonſtrationum, probare ex neceſſarijs, hoc ſigno eſt euidens: quòd uidelicet pręcipuè hac inſtantia eos refellimus, qui ſe demonſtraſſe quidpiam opinãtur, quando argumentis ipſorum hac reprehenſione derogamus fidem, negãtes ea neceſſariò eſſe uera, quæ ipſi pro neceſſarijs afferant. Et ijſdem propoſitum non eſſe cenſemus demonſtratum: quia nimirum cauſa ueritatis, aliter ſe habere argumẽta queant. Inſtantia uerò duplex eſt, quæ duplici modo ſeſe opponit errantibus, opinione neceſſariorum argumentorum. Nam uel in ipſa rerum intelligentia hallucinantur, & καθόλου, atq; neceſſarium uerum arbitrantur, quod tamen non ſit: uel in errorẽ inducuntur, propter homonymiam orationis, & uocabulorum. Refellitur & ſanatur illorum error, dum rerum ipſarum quas animo conceperunt, falſitas per inſtãtiam refellitur: horum autem quando in oratione aut uerbis, cauſa erroris ineſſe oſtenditur. Illi cauſa διανοίας dicuntur hallucinari, quibus ueritas ipſa rerum opponitur: cuiuſmodi falſa, hoc loco ſic deſcribit Ariſtoteles, ut quæ ſeipſis, id eſt ex toto contingat eſſe falſa, nõ propter orationis fallacem ſophiſticam. Vtrunq; modum his Ariſtoteles expreſſit uerbis: ἂν οἰώμεθα, ἢ ὅλως ἐνδέχεσθαι ἄλλως, ἢ ἕνεκα τοῦ λόγου. Re ipſa falſis principijs nitebatur Anaxagoras, cùm omnia in omnibus eſſe probare conaretur. Eſt enim re ipſa falſum, Quicquid fiat, ex eo quod actu ſit, fieri. Quoniam ex eo quod tale eſt potentia, & quatenus non actu, fieri quidpiam ferè dicimus. id eſt: Neq; ex eo fit aliquid, quod omnino eſt: neq; eo, quod prorſus ſit nihil. Parmenidis & Meliſſi errores, refelluntur correctione orationis & uerborũ Sophiſmatum, quibus ἕνεκα λόγου, argumenta illorum laborant: ut quando dicunt, Omnia eſſe, unũ ENS. Ex primo libro Phyſicorũ Ariſtotelis, ἐνστάσεις harum opinionũ requiri poſſunt: prolixius hoc loco tractari, nihil eſt opus. Tot inſtantiarum eſſe modos, quibus occuramus non neceſſarijs argumentis, Ariſtoteles non ſolùm hoc loco, ſed etiam in Metaphyſicis, his teſtatur uerbis: ὅσοι γὰρ ἐκ τοῦ ἀπορῆσαι ὑπέλαβον οὕτως, τούτων εὐίατος ἡ ἄγνοια. οὐ γὰρ πρὸς τὸν λόγον, ἀλλὰ πρὸς τὴν διάνοιαν ἡ ἀπάντησις αὐτῶν. ὅσοι δὲ λόγου χάριν λέγουσι, τούτων δ' ἔλεγχος ἴασις τοῦ ἐν τῇ φωνῇ λόγου, καὶ τοῦ ἐν τοῖς ὀνόμασι (ut Plato ait) non ſit habenda fides, quantumuis ſint ἔνδοξα, & uera in pleriſq; uideantur. Ingenio & moribus ſunt εὐήθεις, id eſt faciles ad credendum, qui talibus, tanquam neceſſarijs habent fidem: quo nomine reprehenditur ab Ariſtotele Democritus interdum. Accommodata enim, & uernacula, ſunt ad demõſtrationes adhibenda argumenta: non communes, καὶ ἐκ τριόδου petiti λόγοι, ut uerbo utar Ariſtotelis: cùm non ſit idem, κομψῶς & ἀληθῶς λέγειν: cuiuſmodi multa paſſim in ueteribus Phyſicis reprehendit Ariſtoteles. Exemplum unum, εὐήθως & futilis argumẽti afferam, quod eſt Democriti, apud Ariſtotelem in libris De cœlo. Cauſam quærit Democritus, qua fiat, ut eiuſdem naturæ & quantitatis, ponderoſa quædam dilatata, non ſubmergãtur in aquis: alia uerò eiuſdem ponderis,

Genera inſtantiarũ duo ſunt.

Metaphy. li. γ.

Futilibus argumentis non habenda fides.

deris,in anguſtum compreſſa,merganť.Pro cauſa affert,quia calida corpuſcu la,ſeu atomi,ſubinde ſeſe ex aquis efferant : quib. elatis,ſuſtineri (quo minus mergantur) bracteata grauia cenſet. Huic ἐνδόξῳ, occurrit Ariſtoteles : & quærit quî fiat, ut eadem cauſa non ſuſtineantur in aere,quando maior uis & copia calidorum corpuſculorum illic ſeſe efferat quàm in aquis. Ei μαλακῶς reſponderi inſtantiæ ait à Democrito, quia ſcilicet οὐκ εἰς ἓν ὁρμᾷ ὁ σοῦς. λέγει δὲ σοῦν, τὴν κίνησιν τῶν ἄνω φερομένων σωμάτων. Democriti igitur illud ἔνδοξον,& ex triuio petitum argumentum eſt.Quod Ariſtoteles deinde ſubijcit,proprium eſt,& uernaculum propoſito demonſtrando. Explicat autē cauſam proprietatibus διαιρετῶν σωμάτων,& διαιρετικῶν.Nam quæ merganť, promptè diuidere aquam:quæ multa ſint,ægrius diuidi quàm pauca:occupari uerò amplius ſpacium aquæ à latioribus, quàm quantitate contractis. Itaq; quamuis ex æquo ſint grauia,nihilominus dilatata,διαιρετικὴν hanc uim non habere, quā habeant compreſſa: quorum diuiſionem, paucitas aquæ ab ipſis occupatæ, non impediat. Merſionis & non merſionis, ponderoſorum eiuſdē naturæ & grauitatis,illæ ueræ ſunt, propriæ & peculiares cauſæ. Alię ſunt cauſę,quibus oſtendiť,quamobrē eiuſdē ponderis lignū & ſaxū:illi,ut non mergať:huic,ut mergatur,accidat.Eâdem hac καθόλου cauſa oſtenditur, quî fiat,ut æquali pondere auri & argenti,librato in aere,idipſum ſi libretur in aqua,ſubſideat tamē tanquam ponderoſius,aurum:ſed argentum,ut leuius, ſeſe efferat.Duæ maſſæ eiuſdem ponderis,quarum una auri,altera ſit argenti, ſi in aere librentur,ęqualem habebunt libram : in aqua libratæ, inæqualem. Quantitate maior argentea,in ſcyphum aqua pleniſſimum,& tantum non effluentem immiſſa,in cauſa erit ut plus effluat, quàm ſi pondere æqualis aurea, in eundem fuerit impoſita. Omnium eadem ratio eſt, & καθόλου uera atq; neceſſaria una eſt cauſa. Ariſtoteles hoc loco futiles ſeu εὐήθεις homines uocat,quibuſuis rationibus et argumentis utentes ad demonſtrandum, quæ ſpeciem quandam habent ueri (ſiue ἔνδοξα fuerint, ſiue παράδοξα: quibus interdum fidem habent homines propter autorem,aut quodam alio animis affecti modo) ſed neceſſariæ tamē rationes non ſunt, nec propriæ rerum demonſtrandarum,quas conſectantur Sophiſtæ : qui uenditant ſeſe ueriſimilibus, à demonſtrationib. & ſcientia remotiſſimi.Etenim non idem eſt opinione, & ex neceſſitate uerum: Sophiſticumq; & ἀποδεικτικὸν uerum, plurimum differū̃t. Omnia quæ reprehenduntū futilia à probatiſſimis autoribus, argumenta ferè ſunt ἔνδοξα: ut his exempli cauſa commemorādis, in pręſentia nō ſit opus.Ex illorū numero iſtud quoq; eſt, quum Sophiſtæ dicunt,Scire eſſe nihil aliud,quàm habere ſcientiam. Finitio hæc eſt in Theęteto Platonis, et præterea in Euthydemo : Veriſimile eſt, atq; etiam ex neceſſitate uerum,non niſi ſcientem,habere ſcientiam:& ob id, ſcire ipſum, eſſe nihil aliud quàm habere ſcientiam uidetur. Atqui falſum eſt, hoc illius eſſe finitionem.Nam ut maximè uerum ſit,& neceſſarium,ſcientem actu quidpiam, habitu & facultate ſcientiæ præditum eſſe: ob id tamen ipſum, hoc illius non erit definitio.Siquidē habere ſciētiam, ſi finitio ſit: actus ſcientiæ,qui nimirum eſt: Scire neceſſe erit, habitum & actum eundem eſſe. quod eſt abſurdiſſimum dictu. Et multi habitu quidem ſcientes, actu tamen *Ethicor. ad Ni* ignorant:uel ſomno,uel quacunq; alia re impediti.Ex quo ſit euidens,hoc il- *comach. lib. x.* lius non poſſe eſſe definitionem. Ex quo concludendum, non quoduis quod uideatur,ſed quod cum rei demonſtrandæ natura ſit deuinctum,& quodammodo connexum, pro demōſtrationis principio habendum : cuiuſmodi ſunt prima nota, pertinentia ad genus illud rei, cuius ſcientia queritur : cùm non

quoduis

quoduis neceſſarium, & per ſe uerum, cuiuſque generis ſit uernaculum. Quinetiam id alio poteſt probari argumento, neceſſarijs confici argumentis ἐπιστημονικὸν συλλογισμὸν, & propriè pertinentibus ad ſubiectum, & ad genus rei demonſtrandæ: & illis quidem prioribus, & non concluſo poſterioribus. Vt eius quod dicitur de latis ponderoſis, quòd uidelicet non mergantur. Si quis (nō merſionem) prædicatum ſcilicet cauſa ſua finiat, mentionem faciet impeditæ diuiſionis aquæ, prouenientis inde: quòd multa comprehenſa aqua per occupantis latitudinem, ſit indiuidua, propter maiorem reſiſtentiam: diuidua autem, propter anguſtiam ſpacij, ſimili pondere præditi corporis. Prima hæc ſunt, pertinentia ad eſſentiam prædicati: quib. demonſtratur etiam, quemadmodum definitur, αὐτὸ ἕκαστον. Prima enim ſunt αὐτὸ ἕκαστα: nec aliud ſunt ipſa, & aliud eſſe ipſorum: quare ex primis etiam demonſtranda, pertinentib. ſcilicet ipſis ad notionem eſſentiæ demonſtrandorū. Quòd ſi demonſtrata ſunt compoſita, & effectus quidam priora: quibus demonſtrantur, cauſas eſſe neceſſe eſt, cùm ſit nihil ſimplicius cauſis. Neceſſaria itaque illa, de quibus loquimur in demonſtratione, cauſæ erunt concluſorum: adeoque omnis διότι erit demonſtratio, nulla ὅτι ἐστὶ: quòd nimirum poſterioribus φύσει, priora adumbrentur potius quàm demonſtrentur, cùm accidentia ſint umbræ eſſentiarum. Sciuntur itaque res, non ex neceſſarijs tantum, ſed ex primis etiam neceſſarijs, & præterea, cum concluſione abſque medio demonſtrationis alicuius connexis, cum per ſe concluſorum ſint cauſæ: quatenus nimirum ſunt indemonſtrabilia, & ἄμεσα quædā: quippe non omnia prima, cauſæ ſunt proximæ concluſorum. Nec prius ſunt cauſæ, quàm immediatè cohæreant cū concluſis, prima illa & notiora, & quorum ratione αὐτὸ ἕκαστον quoduis demōſtramus. De neceſſarijs propoſitionibus, quæ nam illæ ſint, dictum eſt. At non ſatis eſt neceſſarias eſſe propoſitiones: his enim ſolis ita habentibus, nihil ſcimus aut demonſtramus, niſi præterea reliquæ conditiones affuerint, de quibus modò eſt dictum: quib. omnibus, διότι efformatur demonſtratio. Neceſſaria eſt hæc: Omnis qui ſcit, habet ſcientiam, uel præditus eſt habitu ſcientię: ſed ob id tamen nō eſt demonſtrabilis, aut talis, ut ex ea demonſtretur quidpiam. In definitione Energiæ, includitur neceſſariò tanquam cauſa: & prius φύσει quiddam, Facultas & Habitus. Idcirco per ſe prædicantur de præditis energia ſubiectis, habere facultatem ſeu δύναμιν, uel habere habitum. Sed tamen præpoſterè ſubiecta prædicantur de accidentibus, cùm prædicata (reſpectu ſubiectorum) non ſignificent abſolutum quid, ſed participatam eſſentiam quandam. Proinde cùm temporis cauſa, habenti ſcientiam, inſit Scire: & planè ſit eius accidens, definitionis habitus ſcientiæ: differentia non erit, ſcire actu, ſed poſſe ſcire: quod ipſum ſcilicet, Habitus eſt differētia. Scientia enim eſt Habitus, per quē ſcire poſſumus. Arcenē à demōſtrationib. et excludunē, propoſitiōes quāuis neceſſarię, in quib. prius φύσει de poſteriore, abſolutū de accidēte enūciaē. poſterius eñ (quod eſt magis cōpoſitū) nō poteſt eſſe cauſa, nō poteſt etiā mediū eſſe, nec præterea ſubiectū prioris: ut energia, habitus nō eſt ſubiectū: ſeu præditū energia, eius quod eſt, præditū eſſe habitu, nō eſt ſubiectū per ſe, uerùm ſecundū accidens. Sed de talibus neceſſarijs, quibus ὅτι ἐστὶ, cōficiunē demōſtrationes, paulo pòſt. Nūc oſtēdemus, neceſſaria concluſa, quoquo modo ſint comparata, ſcientia comprehendi non poſſe: cùm non neceſſarijs, atque temporis duntaxat cauſa ueris medijs, fuerint deuincta. His enim medijs ἐπιστητὰ fiūt δοξαστὰ: quatenus eorū ueritas ſcilicet nos effugit, & eſt inſtabilis, propter inſtabile argumentū. Plato in Menone præcipit, ut ἐπι-

στητὰ

κατὰ neceſſarijs aſtringamus argumentis: ne nos illa, tanquā Dædali effigies effugiāt. Fallaces ratiões cōparat errabundis Dędali imaginibus, quę uidentē diſcurſu illo uiuæ eſſe, ſed non ſunt. Fucū certè faciunt, alioqui non indoctis etiā, qui ſæpenumerò putant ſe ſcire, ꝙ tamē neſciūt. Verè & exquiſitè, quæ & q̄uo omnia ſcianē, dictū eſt. perfectiſſima aūt eſt διότι ſciētia. Aliud eſt ſcire, aliud putare ſe ſcire, aliud opinari. Putāt ſe ſcire, quicunq; neceſſariā cōcluſionē, et ἐπιστήμην, medio quod accidat, colligūt. Aut nō ἐπιστήμην quidē, ſed tamē neceſſariā: nēpe quādo per effectū, cauſam ſubinferunt concludendo ὅτι. Aut ἐπιστήμην quidem, & neceſſario medio cōcludunt, ſed imperfecto & ἄμεσον: quod nimirum cauſa per ſe non ſit concluſionis, cùm non ſit ἄμεσον argumentū. Obſcuris uerbis hęc Ariſtoteles, non tam expreſſit, quàm inuoluit. Interpretes, ut alijs omnibus, ita nec his intelligendis, ullam attulerūt lucem. Ac primùm de primo dicamus modo, quo putat ſe quiſpiam ſcire, quod tamen ignoret. Siquidem ſcire eſt, cuiuſq; rei ſpeciem quatenus eſt αὐτοέκαστον, cognoſcere (quoniam ἀπὸ τοῦ εἴδους, dicitur εἰδέναι) cùm accidentis ratione nihil, αὐτὸ ὄν, eſſe dicatur (de quo aliàs dictum) idipſum ut pars non eſt definitionis, ita nec demonſtrationis eſſe poteſt. Pars autē demonſtrationis, eſt medium: quod ipſum ſi fuerit accidens, temporis dūtaxat cauſa uerum erit. Quo perempto, nihilominus οὐσία rei, ſit concluſione neceſſaria expreſſa. At medio quodam cum ſciatur concluſio, & non ſeipſa, quòd ex neceſſitate, & ſemper certo cuidam inſit ſubiecto: quomodo per accidens quæſo quodam adſcito medio ſcietur? Eſto enim, ut α inſit γ, ex neceſſitate: ſitq; ἐπιστητὸν ipſum quodam medio, idipſum uerò ſit β. Quum non ſit medium neceſſarium, ſed accidat: certè propter quid, ſeu διότι, concluſionis ueritatem neſciet. Nō enim eſt neceſſaria, ratione ſyllogiſmi: nec cognoſcitur ut neceſſaria concluſio, medij ratione: ſed cùm ſuapte natura ſit neceſſaria, ratione accidentis medij, erit propter medium ex non neceſſarijs. Ergo tali medio, quod contingit (quia accidens) non eſſe, non poteſt cognoſcere id, & ſcire: quod non poteſt non ineſſe ſubiecto: quib. conflatur quidem neceſſaria concluſio, ſed non demonſtratio, aut ſcientia. Quòd ſi quis dicat, temporis cauſa, tali medio (& non ſimpliciter) neſciri quidpiam: ut aliàs nonnunquam quæ abſolutè ſciuntur, temporis gratia neſciuntur tamen: ut quando hallucinantur ipſi interdum ſcientes. At mehercle inter hunc errorem & illum, multum intereſt. Quoniam qui ſcientes temporis cauſa hallucinantur, non eo quo habent, ſed quo non habent ſcientiam, hallucinantur: ut ſenſu, quo non habent ſcientiā, qui eā mente tamen cōprehenſam habent: à uerò tamen nonnunquam aberrant, fallaci adducti medio: ut is, cui perſuaſum fuit ab Epicuro, fidem Mathematicis concluſis ut nullam haberet, cū tamen illorū eſſet peritiſſimus. Ac experimur ipſi quidem, quemadmodū ſenſus iudiciū aliquando præuertat animi noſtri anticipatas rationes, & ſyllogiſmos. Fieri itaq; poteſt, ut hoc modo ſint ijdē, ſcientes & ignorantes, ſed non reſpectu eiuſdem: ut habitu ſcientes, actu ignorantes: mentis cauſa ſcientes, ſenſuū aut affectuū ratione ignorantes: uniuerſorū ſcientes, ſingulorū quorundam ignari: ut gnari maioris propoſitionis in ſyllogiſmo, ſed minoris ignari: cuius minoris poteſt fieri ut ſit ita ignarus, ut eā uel omnino non habeat, aut habeat quidē eius notitiā, ſed eā actu & energia non exerceat, propter cauſas paulo antè dictas. His aſtipulantur ea, quæ ſcripta ſunt apud Ariſtotelē lib. ſeptimo Ethicorū ad Nicomachū, his uerbis: ἐπεὶ δ' ἡ τελευταία πρότασις, δόξα τε αἰσθητοῦ, καὶ κυρία τῶν πράξεων, ταύτην, ἢ οὐκ ἔχει ἐν τῷ πάθει ὤν, ἢ οὕτως ἔχει, ὡς οὐκ ἦν τὸ ἔχειν, ἐπίστασθαι, ἀλλὰ τὸ λέγειν, ὥσπερ ὁ οἰνωμένος,

αὐτὸ ὄν, uel αὐτοέκαστον, ſubinde εἶδος appellamus: id eſt, Finitione expreſſam ſpeciem quālibet.

Quot modis ſcire idem poſſit dici & ignorare.

 ·ui contulit antè

τὰ Ἐμπεδοκλέους. καὶ διὰ τὸ μὴ καθόλου, μηδ᾽ ἐπιστημονικὸν ὁμοίως εἶν δοκεῖν, τῷ καθόλου, τὸν ἔσχατον ὅρον, καὶ ἔοικεν, ὃ ἐζήτει Σωκράτης, συμβαίνειν. οὐ γὰρ τῆς κυρίως εἶν, δοκούσης, ἐπιστήμης παρούσης, γίνεται τὸ πάθος, οὐδ᾽ αὕτη περιέλκεται, διὰ τὸ πάθος, ἀλλὰ τῆς αἰσθητικῆς. Eodem & pari modo, uerũ falſo non permutatur, nec ſcientia cũ inſcitia, temporis gratia: cùm neceſſariũ concluſum, per accidens medio quodam colligitur. Non enim ut ſuperiore, habens ſcientiam, neſcit: ſed hic non habens, neſcit: cùm ſimpliciter ſit, habens ὅλως ἐπιστήμης, expers ſcientiæ habitus. Perempto enim medio, pro tẽpore duntaxat uero (quum ſit accidẽs neceſſarij concluſi) permutatur ſcientia eius in ignorantiam ſeu inſcitiam, nulla tamen exiſtẽte cauſa (excepto fallaci medio) permutationis. Quoniã nec ratio eius obliuione labefactata eſt prior, cùm ſcilicet eandem habeat: nec res ipſa cõcluſa aliter habet, ꝙ prius; immutabilis enim eſt: quando quidem concluſum ſit neceſſariũ (ex hypotheſi) nec permutati oppoſito poſſit prędicatũ. Quinetiam (ut dixi) oblitus non eſt, & idem quod antea, comprehenſum tenet animo. Non ſunt certè aliæ cauſæ, quibus ſcientia permutari ſolet inſcientia. Sed perempto iam accidente medio, quomodo neſcire iam cenſebitur, quod prius ſciuerit, ſi nulla apparet cauſa, qua prius ſciens quiſpiam, poſterius neſcire dicitur: quum nec priſtinum amiſerit habitum, nec ἐπιστητὸν ipſum ſit mutatum (mutari enim non poteſt) nec obliuione, aut alio quodam affectus modo hallucinetur? His enim duntaxat cauſis, energia uera ſcientiæ, permutari contrario conſueuit. Quare hac hypotheſi accidentis medij poſiti, quemadmodum perempto medio iam neſcire, ita prius etiam, adhuc incolumi & ſaluo medio, neſciuiſſe cenſendus: cùm nulla cauſa ſcilicet alia appareat, propter quã aliquis prius ſciens, factus deinde dicitur inſcius. Sin autem præſente & ſaluo adhuc, ſecundum accidens medio, ſcientem appelles, quum omne ſit mutabile, ac non neceſſarium accidens: fieri non poteſt, ut quicquam eo ſciatur aut demonſtretur: cùm ſcientia omnis ſit immutabilis, cauſa ueritatis, ratione qua ueritas rei eſt immutabilis, non qua res ipſa quæ eſt extra mẽtẽ. Ex his quę diximus liquet, neceſſaria cõcluſa, medio per accidẽs neq; ὅτι, neq; διότι monſtrari poſſe: quãdoquidẽ quo ſcitur quidpiam, nõ minus ſit neceſſarium, quàm ipſum quod demonſtratur & ſcitur, concluſum. Iſtius generis plurima ſunt accidentia: propria quidem, ſed χωριστά, quibus plerique putant ſe ſcire quidpiam: cum tamen huiuſmodi accidentibus, tanquã medijs, nihil poſſit, ne ὅτι quidem monſtrari, cùm non ſint ἀντιστρέφοντα. Quale eſt illud, ſi quis omnem phreneticũ perpetuo delirio, cum frebi continua infeſtari, hoc medio conetur demonſtrare: Omnis qui rarum & magnum ſpirat, delirio cum febri continua affligitur. Omnis phreneticus rarũ & magnũ ſpirat. Quod temporis cauſa poteſt eſſe uerum, non abſolutè uerum eſt. Concluſio neceſſaria, tali medio nequit demõſtrari, propter cauſam iã antè dictã. Quare non ſatis eſt ad neceſſariam propoſitionem conſtituendam, per ſe ſubiectum ineſſe prædicato : niſi etiam omni inſit, & niſi quatenus ipſum ſubiecto inſit prædicatum. Quo excluditur omnis ratio accidentis, quo nimirum propoſitum dicitur indemonſtrabile uerè & ſimpliciter. Nec eſt dictu abſurdum, ſequi ex non neceſſarijs præmiſſis, neceſſariam concluſionem: quemadmodum ex falſis etiam, poteſt uera ſequi concluſio. At ſi medium ſit neceſſarium, ex neceſſitate concluſio quoq; erit: ut ueris præmiſſis, ex neceſſitate uera etiã ſequitͬ cõcluſio. Vt ſi de omni phrenetico, probare neceſſarijs pręmiſſis uelis, quòd laboret delirio & febri continua: definitione iſtud φρενίτιδος aſſequêre, qua intelligitur per ſe, & neceſſaria cauſa horum ſymptomatum.

Aliud eſt ὅλως, aliud ὅπως ſcientiæ.

Nam

Nam ſi ex neceſſitate, α dicit̃ de omni β, & β de omni γ ex neceſſitate efferẽ: neceſſe erit, ut α quoq; omni γ inſit. Quòd ſi concluſio non ſit neceſſaria: nec præmiſſę neceſſariæ eſſe poſſunt. Vt ſi neceſſe non eſt, omnẽ phreneticũ ſpirare rarũ & magnũ: nec mediũ aliquod erit, quo conficiantur neceſſariæ præmiſſę. Nã ſi ex neceſſitate, ut α de β, ita β de γ prędicetur, etiam α ex neceſſitate de γ efferetur: quod eſt contra hypotheſin. Sed quî fit, inquis, ut neceſſarijs præmiſſis exiſtentibus, nõ poſſit non concluſio eſſe neceſſaria: ſi non ſint neceſſariæ, quî fit, ut ex neceſſitate concluſio quoq; non ſit, ſed contingat, eã nõ eſſe neceſſariam? Ita ſi concluſio ſit non neceſſaria, non poteſt fieri, quin prę-miſſę etiã ſint non neceſſariæ. At ſi ſit neceſſaria, non itẽ præmiſſas eſſe oportet neceſſarias, ſed contingit, eas interdũ quoq; non neceſſarias eſſe. Reſpondet huic quæſtioni & dubitationi Ariſtoteles, libro ſecundo Priorũ Analiti-κῶν: Idem, inquiens, ſi ſit, atq; non ſit, non neceſſe eſt euenire idem: imò uerò impoſſibile eſt, ut ex neceſſitate aliquid ſequatur idem. Si concluſio ſit neceſſaria, non ſequitur, ut ex neceſſitate præmiſſæ etiam ſint neceſſariæ: & eadem ſi fuerit non neceſſaria, ut identidem præmiſſę quoq; eius ſint nihilominus ex neceſſitate neceſſariæ: ita, ut ſiue concluſio neceſſaria ſit, ſiue non neceſſaria, neceſſe ſit prẹmiſſas eſſe neceſſarias. Liquet ex Analyticis prioribus, ſi neceſſaria non ſit concluſio, non poſſe præmiſſas eſſe neceſſarias. Quinetiã illud, ſi præmiſſæ ſint neceſſariæ, concluſionem non poſſe non eſſe neceſſariam. At ſi eędem ſint non neceſſariæ, non ſequitur ex neceſſitate idem quod prius: nempe, ut nihilominus concluſio non poſſit non eſſe neceſſaria. Quoniam idem, ſi ſit & non ſit, idem ex neceſſitate non poteſt ſequi. Vt ſi α ſit Album, neceſſe ſit β eſſe Magnum: & β ſiquidem ſit Magnum, neceſſe ſit α non eſſe Album. Iam ſi α non ſit Album, fieri nequit, ut ex neceſſitate nihilominus β ſit Magnum, hoc argumento. Ponatur, ſi α ſit Album, ex neceſſitate β eſſe Magnũ: & rurſus, ſi β ſit Magnũ, ex neceſſitate γ non eſſe Album. Nam ſi β exiſtente Magno, contingat (quod opponitur neceſſario) γ nõ eſſe Albũ: ſequitur, ut ſi γ non ſit Albũ, nihilominus β poſſit eſſe Magnũ quod eſt cõtra hypotheſin, qua ſtatuitur, γ ſiue ſit Albũ, ſiue non ſit, ex neceſſitate β eſſe Magnum. Quare ſi β ſit Magnum, ex neceſſitate γ erit non Album: quod ipſum γ, eſt itidem negatio ipſius α. Itaq; ſequitur, ſi α ſit, ex neceſſitate γ eſſe: id eſt, ſi α, nempe Album, ſit, ex neceſſitate γ, id eſt non Albũ eſſe quod eſt, contradicentia ſimul eſſe uera: id eſt, α exiſtente Albo, ipſum ſimul etiam non eſſe Album. Eadem elucet abſurditas, duobus poſitis terminis, perinde atq; tribus poſitis. Verum eſſe conſtat, ſi α ſit, id eſt neceſſariæ præmiſſæ ſi ſint: ex neceſſitate, β quoq; eſſe, id eſt concluſionem eſſe neceſſariam: & β ſi non ſit, ex neceſſitate etiam α non eſſe. pro his cõſectarijs, poſuit Ariſtoteles, Album & Magnum. Quòd ſi β non exiſtente magno, neceſſe eſt α non eſſe albũ: & α ſi non ſit album, nihilominus neceſſe ſit, β eſſe magnum: ſequitur, duob. ut tribus poſitis terminis, ſi β ſit magnum, ipſum ex neceſſitate non eſſe magnum. quod eſt impoſſibilile. Quamobrẽ, idem ſi fuerit & non fuerit, ut ex neceſſitate idẽ ſequatur, eſt impoſſibile. Itaq; ut præmiſſis neceſſarijs, & medio neceſſario, neceſſe eſt concluſionẽ ſequi neceſſariam: ita ſi medium fuerit acccidens, non neceſſe eſt, ut concluſum ſit etiam neceſſarium & ἐπιστητὸν: ſed poteſt, & contingit ipſum eſſe ἐπιστητὸν. Nam ſi quo modo concluſio eſt neceſſaria, eodem quoq; prẹmiſſæ eſſent: facile eſſet admodum ἀναλύειν. Quare ex concluſione, demonſtrationis coniectura non erit facienda. Si quid ergo ſcitur ἀποδεικτικῶς, cùm ipſum quod concluditur, neceſſarium quiddam: tum ea ex quib. probat̃

Quãobrẽ præmiſsis neceſſarijs neceſſe ſit concluſionem etiã eſſe neceſſariã. At ſi concluſio ſit neceſſaria, nõ ex neceſsitate etiam præmiſſæ ſint neceſſariæ.

Quamobrẽ ſi neceſſariæ præmiſſæ ſint, neceſſe erit concluſionẽ etiam eſſe neceſſariã. Sed ſi non ſint neceſſariæ, nõ eſt neceſſe, ſed cõtingit cõcluſionem eſſe neceſſariã. Alioqui cõtradicentia ſimul eſſent uera.

etiã & demonſtrat̃, neceſſaria principia erunt. Nam niſi mediũ ſit neceſſariũ, demonſtratio nõ erit: & cauſa medij per accidens, neceſſitas cõcluſi, neq; ὅτι, neq; διότι percipiet̃: & nihil aliud, quàm putabit quiſpiã ſcire ſe, quod tamẽ reuera ignoret & neſciat, pro neceſſario non neceſſarium arripiens. Reſtant duo modi, huic primo diſſimiles, quo per accidẽs medio, neceſſariũ cõcluditur. His modis duobus, neceſſarijs pręmiſſis quidem cõcludit̃ quidpiã, ſed nihilominus nõ perfectè demõſtrat̃ tñ. Prior eſt quãdo demonſtrat̃ ὅτι, per medium, ꝙ eſt effectus, & propriũ, ſed cũ extremis ἀντιστρέφον. Alter eſt, quando mediũ eſt cauſa, ſed ἔμμεσος, & non proximè cõiuncta cõcluſioni. Ille alter eſt modus demõſtrãdi, ὅτι δὴ. Vnus eſt, ꝗ διότι dũtaxat mõſtrat̃: quãdo nimirũ et pręmiſſis neceſſarijs, & prioribus φύσει, & cauſis proximis concluſioni, quidpiam noſcitur. Duos proinde illos neceſſarijs præmiſſis monſtrandi, ὅτι δὴ, modos his expreſſit uerbis Ariſtoteles: ἢ οὐδ' οἴονται ὁμοίως, ἐάν τε τὸ ὅτι αἰδῇ, διὰ μέσων, ἐάν τε τὸ διότι, καὶ δι' ἀμέσων. Deprauata aũt hęc ſunt uerba, et corrupta, quæ ſic emendanda cẽſeo: ἐάν τε τὸ ὅτι αἰδῇ δι' ἀμέσων, ἐάν τε τὸ διότι καὶ δι' ἐμμέσων. Effectus, quibus tanquam φαινομένοις conſtat & liquet de rerum cauſis, medium ſunt: quibus cauſæ, id eſt principia, ὅτι δὴ, monſtrantur. Quòd enim propriè quiddã inſit ſubiecto, ex primis eſt notis, & ſenſu teſtatũ, quo per accidẽtia noſcimus ſubiecta prima: per propria tamẽ nõ ut Phyſica, ita Mathematica etiam deprehẽduntur media demõſtrationum. Vt ſtirpes eſſe ἔμψυχα corpora, & non tantũ phyſica corpora (ut uiſum Stoicis fuit) conſtat medio quod eſt effectus ἐμψύχων, & φαινόμενον, nempe nutricatione & adoleſcentia, quib. uigent etiã ſtirpes. Eiuſmodi propria accidẽtia, cum ſuis ſubiectis, & medio (quod eſt, finitio ἐννοηματικὴ primi termini: ut uegetari nutrimẽto, Nutricationis eſt λόγος ἐννοηματικός) nõ ratiõe, ſed ſenſu ſunt explorata: & hac ratione qua ſunt nobis notiora, etiã ἄμεσα exiſtũt. Omne quod uegetat̃ nutrimẽto, ἔμψυχον eſt. Omne φυτικὸν uegetat̃ nutrimẽto. Omne φυτικὸν, eſt ἔμψυχον. Sunt omnia ἀντίστροφα & ſenſu nota, perq; φαινόμενον πάθος cognoſcit̃ cauſa: qui primus eſt modus demõſtrãdi, ὅτι δὴ. Quia uerò ſunt ἀντίστροφα, pro medio, ſi fuerit cauſa poſita, incluſione ponet̃ effectus: eritq; διότι demõſtratio, ſed ἔμμεσος & imperfecta, quãdoquidẽ cauſa nõ ſit proximè cum effectu cõiũcta: qui modus eſt alter imperfectæ demõſtrationis, et hac ratiõe etiã, ὅτι δὴ, demõſtratio ſolet appellari: de quibus differentijs, alio loco ſumus plura dicturi. Ex his liquet, me præcedentem textum Ariſtotelis, non ſine cauſa correxiſſe: & uerè quidem. Conuertamus ſanè priorem ſyllogiſmum, & pro medio ſumatur cauſa: Omne ἔμψυχον, nutrimento uegetatur. Omne φυτικὸν, eſt ἔμψυχον. Ergo, omne φυτικὸν, nutrimento uegetatur. Cauſa hæc imperfectè eſt deſcripta, quippe cùm effectui non ſit proximè coniuncta. Principalis quidẽ eſt Anima, nutricationis cauſa: ſed tamen non nutrit abſq; cibo, & inſtrumentis quibuſdam ſanitate pręditis. His cauſis omnib. perfectè nutricatio finitur: quæ propria eſt corporis animati, quia animatũ. Putãt etiã his ſyllogiſmis, multi ſe ſcire quidpiã, cùm tamẽ reuera neſciãt: nõ tamẽ ſimilis ratio, ſiue illos inter ſe, ſiue ambos, cũ ſuperiore modo cõferas: de quo dictũ eſt paulo antè. Inter perfectas & imperfectas demõſtrationes quid interſit, & quod' nã earũ ſit diſcrimẽ, nouiſſe multum prodeſt: præſertim quando pro medijs aſſumuntur, uel accidentia cauſarum, uel remotæ, & ἔμμεσοι uſurpantur loco proximarum. Fames, proprium eſt animalis πάθος: cuius λόγος ἐννοηματικός, eſt appetitus cibi. Hac ratione autem & cauſa proprium eſt animalis, qua percipit moleſtum ſenſum indigẽtiæ: aliàs ſi abſq; hac determinatione & limitatione animali accidit,

Duo modi, quibus per media neceſſaria non tamen demonſtratur διότι, ſed tantũ ὅτι.

Differunt gradibus imperfectæ ἔμμεσοι demonſtrationes, quas Ariſtoteles appellat ἀπαγωγάς.

cidit, non ei per ſe ineſt. Cauſa διότι eſt, & medium ἄμεσον, ſuctus uenarũ meſaraicarum: quo ſuctu, ſpoliant chylo uentriculum uenæ. Suctus, eſt cauſa efficiens indigentiam, quæ doloris & moleſtiæ ſenſum excitat: quo deinde incitatur appetitus, qui eſt fames. Multum refert, ut cauſę connexę ſint omnes, ordine legitimo. Quæcunq; fuerit omiſſa, propter ἄμεσον cauſam, demonſtratio imperfecta erit. ἀπαγωγὰς dici tales ſyllogiſmos, & non ἀποδείξεις, aliàs oſtendimus. Remouenda ſunt etiam accidentia cauſarum, quæ nonnunquam offundunt tenebras inſcientiæ, in demonſtrationibus. Nam ut accidentium, quamobrem ſubiectis inſint, nullas afferimus demonſtrationes: ita nec per accidentia, quæ propriè inſunt, demonſtramus. Propria ſuis circumſcribuntur ſubiectis, quibus primò & unicè inſunt: cauſis autem uernaculis (ſi ἀποδεικτικὰ ſint) medium cõtexitur, omni excluſo accidente, ipſis uerò per ſe cauſis omni numero completis. Horror ſeu rigor, proprium eſt πάθος Animalis, quoad dolorifico frigore afficitur neruoſum genus. Eius πάθους, primũ illud eſt διόλου. Animali enim, quia animal, non propriè accidit rigor. Cauſæ efficientes frigus illud, multæ ſunt, quibus differunt etiam inter ſe ſpecies rigoris. καθόλου cauſa, eſt Frigus, ut dixi, dolorificum. Rigoris ὀνοματικὸς eſt λόγος, quaſſatio & uibratio corporis totius, cum ſenſu dolorifico neruorũ iuncta. In omni frigore Animalis moleſtãte neruos, cõcuti inuoluntario motu corpus cõtingit. In omni horrore, frigore Animalis moleſtãtur nerui. Ergo in omni horrore concuti, & quaſſari inuoluntario motu corpus contingit. Cauſam hanc & demonſtrationem, Galenus cõmemorat in libro De motibus quatuor inuoluntarijs. Idem, in ſecũdo libro De cauſis ſymptomatum, aliã quandam cõminiſcitur cauſam, & καθόλου huius cauſæ obliuiſcitur. Quo in loco, propter obliuionem, ſcientiam priorem cum inſcitia permutatam in Galeno arbitramur. Acribus humoribus, ut in tertiana febri, rigorẽ moueri, Galenus hac ratione oſtendit: Punctos nimirum & infeſtatos neruos talibus humoribus, exitari ad motum excretionis: quo ſeſe quatientes nerui facultate excretrice, ut nimirum à ſe repellant humores, ita cõcuti rigore corpus ait. Sed quæro à Galeno, quamobrem in ulceroſa laſſitudine, acribus humorib. moleſtantibus neruos, nõ etiam tum ſeſe uibrent nerui, excretrice earum facultate ſtimulata? Itaq; πλασματίας eſt λόγος: uera eſt autem ratio antè à nobis, & ab ipſo Galeno primò expoſita, ad quam etiam hæc poteſt reuocari. Quippe propter dolorem & afflictionem neruorũ, ſanguine ad interiora confluente, neruos exangues & refrigeratos contingit etiam cum ſenſu huius moleſtiæ frigoris afferre horrorem. Nihil enim æquè atq; frigus, neruis eſt infeſtum. Simulac uerò rurſus, impetu facto, calor cũ ſanguine ab internis ad exteriora prorumpit: recalfactis neruis, ſimul horrorẽ et frigus deſinere experimur, & materiã aut frigus, circa neruos moleſtãtia, diſcuti. In corpore animalis, humidiſſimum & calidiſſimum ſanguinem eſſe, negat Galenus, contradicens Hippocrati, argumento alieniſſimo. Proprium dicit eſſe putridorum corporum, ut ſint humidiſſima & calidiſſima. Fateor, & intemperatiſſimam hanc eſſe κρᾶσιν quidem, qua celerrimè cõtingat perimi ſubſtantiam. Iam quis non uidet, contraria eſſe cauſam contrariorum, aut in ſubiectis ineſſe contrarijs? Temperamentum ergo, quo maximè conſeruatur οὐσία, aut erit ſiccitas, & frigus: quod priori contrarium eſt. Aut ſi illud quoq; temperamentum, uía eſt ad mortem, eius oppoſitũ, uitæ & eſſentiæ maximè accõmodatũ ſit oportet. Quare humidiſſimum & calidiſſimum, aduerſum quoq;, & contrarium humido & calido putreſcẽtium (quatenus illud ſecundum, hoc contra naturã

Aliud exẽplũ.

corporibus ineſt) quatenus autem naturæ congruens & natiuum: optimum ſcilicet erit, & præſtantiſſimum uitæ conſeruandæ temperamētum. Quaſi uerò non poſſit exuperantia calidi et humidi eſſe, quædam ſecundum naturam, quam ipſe fateatur etiam eſſe in pueris: & quomodo in ſanguine non erit? Eadem ratione, aer & uer, quomodo non erunt per exuperantiam calida &

Galenus cauſa per accidens probat, ſanguinem nō eſſe calidum & humidum.

humida, ſecundum naturam ipſis congruente hoc temperamento? Medio igitur ſecundum accidens confiĉto, pugnat Galenus, exuperantiam hanc negans ſalubrem: quoniam accidit huic κράσει (tanquam generi) ut quædam ſecundum, quædam contra naturam, rebus inſit. Argumentum & mediū per accidens eſt, ſi grauius ſonare dicatur animal, quia ſit maſculini ſexus. Non enim quia maſculini ſexus eſt, ſed quia ampliore arteria maior uis, & copia aeris impellitur. Accidit aūt maſculino, quia maſculinū, ita formatā eſſe arteriā: nec cauſa eſt, ſed ſignū grauioris ſoni, eſſe maſculinū. Non piguit, exercitationis gratia, talia in mediū proponere argumēta. In ſimilibus ſe quiſq; exerceat, ut quod primū ſubiectum cuiuſq; proprij, uidere poſſit: deinde quibus cauſis, & medijs ueris & neceſſarijs, probetur & concludatur propoſitū: ut certiſſima ex his conſtet, primum definitio proprij accidentis: deinde ut dubia omnia ſolui poſſint: tum quæcunq; cauſa iſtius πάθος inſunt, inuenta illa certa & euidenti ratione, appareat ineſſe: poſtremò etiam, cōſpicuæ ut ſint cauſæ, quibus impulſi, qui ſecus opinarentur, ſeſe talibus abſurdis implicuerint, & difficultatibus impediuerint alienarum rationum, & non congruentium rei pro-

Ariſto. lib. 4. Phyſicor. de Loco.

poſitæ. οὕτω γὰρ, inquit Ariſtoteles, ἂν κάλλιστα ἀποδείκνυιτο ἕκαστον: cùm cauſa ueritatis & ſcientiæ, omnia debeant cōſentaneè dici. Itaq; in demōſtratione, cùm non modò concluſa, uerumetiam media ſint neceſſaria, conflatis ſyllogiſmis ex propoſitionibus, quibus intelligatur, per ſe prædicatū ineſſe ſubiecto, confici omnem demonſtrationē oportet. Ex quo ſequitur, nullū accidens demonſtrabile eſſe, quum nullum horum ſit neceſſarium accidentium: quæ nimirum intelligi uolumus priuatione modorū, per ſe. Nam hęc alterius generis & modi ſunt accidentia. Eiuſmodi uerò ſunt, quæ contingit non eſſe: nec ſemper, & per ſe inſunt ſubiectis: quorum opinio ſit nōnunquam, & coniectura, nō aūt

Quid interſit inter propoſitiones Demonſtratiuas, Dialecticas, & Sophiſticas.

Topic. lib. 8.

Quæſtio eſt Dialectica, nō de Accidentib. Phyſicis, quæ ſunt ſingularia, ſed Logicis, quæ ſunt cōmunia: nēpe ſecūdæ quædā Notiōes, quod accidūt primis.

ſcientia aliqua cōprehēdi poſſunt. Cauſam antea diximus. Nā ſi cōcluſum aut propoſitū ſit cōtingens, & quod aliter cauſa ueritatis poſſit ſe habere, oſtēdimus fieri nō poſſe, ut id ipſum neceſſario quodā medio & argumento demonſtreī. Etenim ſi argumentū ſit neceſſariū, cōcluſum etiā nō poteſt nō eſſe neceſſariū. quod cū hypotheſi pugnat, qua ponit̄ ipſum cōcluſum eſſe nō neceſſariū: & accidens non per ſe, ſed cōtingēs accidēs. De neceſſarijs, & per ſe accidētibus, nēpe proprijs, in præſentia nos loquimur. Sunt porrò autem problemata Dialectica, quæ poſſunt argumētis in utrāq; partē diſputari: nec uerò licet diſputatori, uel latū unguem (ut dicitur) ſine cōſenſu reſpondentis, & nō annuente ipſo, progredi: & ob id ipſum ἐρωτηματικὸς eſt Dialecticus: & Dialectica propoſitio eſt (autore Ariſtotele) πρὸς ἣν δεῖ ἀποκρίνασθαι, ναὶ, ἢ οὔ. Non enim tam quid ſibi, quàm quid reſpondenti uideatur uerum, Dialecticus obſeruat & ſciſcitatur: nullius certi generis, ſed communiſſimis, nempe Topicis rationibus & principijs utens, ad aſtruendum & deſtruendum propoſitū accommodatis: Diuerſus ab utroq; Sophiſta eſt, falſum fallacibus tuens argumentis. Veri ſtudioſus eſt Dialecticus, non minus atq; Demonſtrator: ſed ueri tamen eius quod notionib. Accidit, non quod PER SE, rebus ineſt per eſſentiam ſubiectis, quod ſibi demonſtratio uendicat. De multis ſic quæri ſolet, num illud de quo quæritur, uerè poſſit de ſubiecto dici, ſiue affirmetur, ſiue

negetur,

negetur, ſed tamen indefinito, & non conditionibus quibuſdam determinato ſubiecto: quæ argumentis nimirũ diſceptantur deinde & determinantur Dialecticis, & problematum obtinent indeterminata hæc appellationem: quòd de his ſcilicet indefinitis, in utrãq; partem poſſit rationib. communibus diſputari. Eiuſdem generis illa quoq; ſunt, quæ in diſciplinis ac ſcientijs, propter ἀπορίας, cõtrouerſiam habent, ut modò hoc, modò illud uideatur eſſe uerum. Multa ſunt exempla apud Ariſtotelem, Theophraſtum, alioſq; eruditos & Methodicos ſcriptores, qui conflictu probabilium argumentorum, uera & neceſſaria inueſtigant ac rimantur argumenta. Exempli cauſa quædam proponemus in medium, quib. perſpicuum ſit, ſubiecto indeterminato prædicata accidere: nec ei per ſe ineſſe, quæ Dialecticè, aut προβληματικῶς in utrãq; partem diſputari ſoleant. Nec ſunt tamen quæſtiones illæ talium accidentium, quæ pro tempore & loco rebus inſunt: ut quando quæritur, utrum aut quare Callias aut Socrates ægrotet: ſed de his, quæ in uniuerſum reb. inſunt: ut ſunt quæ καθόλου ratione prædicari ſolent, aut ſimpliciter, quia inſunt duntaxat, ut Accidẽtia: aut quia inſunt in ratione ſubiecti, ut genus: aut prędicantur de eo, ut proprium: aut prędicantur, ut ipſa eſſentia, & definitio. Differentię tot ſunt omnium problematum Dialecticorum, quorum in utrãq; partem diſputãdorum, in Topicis ab Ariſtotele tradita eſt doctrina & Methodus. Quæſtio, uerbi gratia, generis eſt. ut quando de uirtute quæritur: Vtrum eius genus, ſcientia ſit, an non. Socrates cùm multis in locis apud Platonem, tum præſertim in Protagora, uirtutem cenſet eſſe ſcientiam. Ariſtoteles non mentis, ſed appetitus habitum eſſe oſtendit uirtutem, in Ethicis. Non deſunt in utrãq; partẽ argumenta, ut eſſe & non eſſe ſcientia, uirtus uideatur. Subiecto determinato, ambiguum eſſe definit, quod dubitationem habebat, indefinitè propoſitum: Virtus, quia uirtus, cauſa generis, habitus eſt appetitus, non mentis: ſed tamẽ cum recta ratione coniunctus. Quoad uerò ei habitui perfectio accidit, cauſa Prudentiæ, quæ iam ſit Architectonica, & omnibus numeris abſoluta Virtus, ſcientia nimirũ erit quædã rerum agendarũ, cũ uirtute tamen coniuncta. Idcirco Ariſtoteles, de Socrate loquens, nõ ex toto, ſed ex parte ipſum à uero aberraſſe ſcribit. Eiuſdem modi & generis quæſtio eſt, de Medica facultate, quãdo quęrit̃, ſciẽtia´ne, an ars ſit appellanda. Iactura, ſub genere ſit actus uoluntarij, an inuoluntarij, in utrãq; partẽ argumẽtis contendit̃. Innumera ſunt, quorum de genere quæritur, quando in his aliquid ineſt, cuius cauſa participare eo, & aliquid, gratia cuius, eius uideantur expertia: qua ratione pro indefinitis habentur problemata, & non per ſe, prædicatum dici de ſubiecto; ſed ſecundum accidens uidetur: quoad uidelicet in utramq; partem propoſitis argumentis, aliàs ineſſe, aliàs non ineſſe prædicatum ſubiecto probetur. Nam quæ per ſe inſunt, aut ſeipſis, tanquam principia ſunt nota: aut per ſe notis quibuſdam demonſtrantur, nec in diuerſum trahuntur hæc argumentis. Similes ſunt de Accidentibus quoque, Dialecticorum altercationes, ut quãdo quæritur: Diuitiæ potius κτητὰ, an χρηστὰ ſint æſtimandæ? Virtus poſſit doceri, nec ne? Sponte, an inuiti peccent homines? Haud longè ſecus, pro & cõtra proprium atq; definitionem, poteſt diſputari. Referti ſunt dialogi Platonici quæſtionum, & diſputationum Dialecticarũ: & nullus certè paſſim in diſciplinis controuerſiarum eſt finis, pro quibus, & contra quas, Dialecticè diſputari ſolet. Quæ ſine demonſtratione, in utranq; partem probabilibus aſtruuntur et refelluntur argumentis: quæq; argumenta communia ut ἀποφάσεις, per ſe & propriè exiſtunt nullius generis rerum, ſed communiter accidũt

g 4 omnibus

Ad quid proſit problematica diſputatio, & cõtentio argumentorum.

De quibus problematicè quæritur, huiuſmodi ſunt, ut de ſubiecto prædicatum affirmatum et negatũ, poßit probari: cùm ſubiecto aliquid accidat, gratia cuius poßit uideri ineße: & aliquid, gratia cuius non uideatur. Vt cũ quæritur de incontinente, utrum ſciens, an ignorans peccet.

omnibus (ut primo libro diximus) ita ut ijs argumentis ex æquo & adhiberi, & ſummoueri prædicata à ſubiectis, tanquam accidentia quædam poſſint: qua ratione differat etiam Dialecticus ab Apodictico, ἔνδοξον quoq; uerum à neceſſario uero diſcrepet. Alioqui ſimpliciter accidentium, non modò demonſtratio nõ eſt, ſed ne ſyllogiſmus quidem. Nam quum ſint penitùs accidentia hæc ἀόριστα, de omni dici nequeunt: ſine quo nullus eſt ſyllogiſmus. Diuerſum ab illo ἀόριστον eſt problematicum, quod ſyllogiſmis quidem concluditur & tractatur, ſed non καθ' αὑτὸ propoſitionibus conficiuntur tamen tales ſyllogiſmi: quo nimirum differunt problematicæ rationes, à demonſtrationibus. Exempli gratia, ſyllogiſmus talis eſto Dialecticus · Cuiuſcunq; contrariũ, non eſt ſub contrario genere, nec ipſum ſub propoſito erit genere. Sed uitiũ, non eſt ſub genere contrario, nempe ſub inſcientia: alioqui pueri etiam eſſent uitioſi. Quare nec uirtus, erit ſub genere propoſito, ut ſub Scientia. Hypotheticus eſt. Eiuſdẽ modi eſt is quoq; · Quorum habituum diuerſi ſunt fines, eorundem diuerſa quoq; ſunt genera, nec unum continet alterum. Sed fines ſunt diuerſi habitus uoluntatis, qui eſt uirtus: & mentis, qui eſt ſcientia. illius enim finis eſt, agere: huius uerò, ſcire: quorum unus altero, tanquã ſpecies genere, non continetur. Quare nec habitus ipſi ſic comparati erunt. A coniugatis generum, ductum argumentum. Sunt deinde alia argumenta, quibus aſtruitur oppoſitum, nempe uirtutem eſſe ſciẽtiam. hęc in Platonicis quibuſdam reperiuntur dialogis. Vt ſi quis hoc modo argumentetur: In quo primo ſubiecto inſunt ſpecies, in eodem primo, genus etiam ineſt, At uirtutis ſpecies quælibet, inſunt in mẽte: qua docẽtur & diſcuntur, quia mediocritatis ſunt quædam notitiæ, in his quæ pertinent ad uoluptatem & dolorem: ut Socrates inquit, apud Platonem in Protagora. Quòd ſi ſpecies, propter ὀρθὸν λόγον, ſunt notitiæ in mente, ipſarum ſpecierum genus quoq; erit: nempe ſcientia uirtutum, in hoc ſubiecto inerit. Virtus igitur, genere ſcientiæ comprehendetur. Præterea ſi uitium improborum & malitioſorum hominum, item intemperantium & incontinentium hominum ignorantia finitur: contrariũ ut uirtutem finiri oportet ſcientia. Ratio eſt communis, & Topica. Sed ignorantiam, αἰτίαν εἶναι τῆς μοχθηρίας, καὶ τὴν ἄγνοιαν τοῦ καθόλου, autor eſt Ariſtoteles in Ethicis: & ignorantiam minoris quidem propoſitionis, deprauare incõtinentes, alio quodam libro Ethicorum ſcriptum reliquit. Deinde prudentiam, idem ſcribit perfectricem omnium eſſe uirtutum: eamq; ſcribit eſſe ἕξιν ἀληθῆ, μετὰ λόγου πρακτικήν: cuius ſubiectum primum eſſe mentem, nemo ignorat. *Ethicorum ad Nicoma. ζ.* Huiuſmodi argumentis pro & contrà poteſt à Dialectico diſputari, quando de genere uirtutis controuertitur. Perſpicuum eſt autem, in his argumentis Dialecticis, nec prædicatum, nec ſubiectum maioris, & Dialectici pronunciati (quod uulgò Maximam propoſitionem appellant) de ſubiecto aut prædicato Problematis prędicari, per ſe: cum ſint logica quædam rerum accidentia, ac multis, imò uerò omnibus (eo modo quo dixi) communia exiſtãt. Controuerſiam hanc Dialecticam componit demonſtrator, propria rerum conſiderans: communibus enim his nihil propriè & exquiſitè cognoſcitur. Tametſi autem uera ſint, quæ probantur Dialecticè, quo diſcrepant etiã à Sophiſticis argumentis: nihilominus τῷ μεταβιβάζειν, aliàs quod uerũ eſt, falſum eſſe oſtendunt: aliàs falſum, probant eſſe uerum. Enimuerò uerum eſt quod dicitur: In quo primo ſpecies, in eodem quoq; genus ineſt. Quinetiam illud eſt uerum, ſpecies uirtutis, propter ὀρθὸν λόγον, primò ineſſe in mente. Quare cõcluſio quoq; uera, genusq; uirtutũ, in eodẽ primo inerit ſubiecto. Quanquã

aliquid eſt, cùm ſpecierum, tum generis uirtutis, quód primò menti tanquam ſubiecto inſit: tamen id ipſum, genus non eſt, ſed cauſa quædam generis: & ut generis, ita quoq; ſpecierum eſt cauſa: & non genus tamen uirtutis exiſtit ipſum. Cauſarum autem in ſpecie, generalem cauſam quandam nihil eſſe pro hibet: ut λόγος ὀρθὸς uirtutis, quatenus genus, diſtribuitur in ſingularum uirtutum ὀρθὺς λόγυς, tanquam in ſpecies: ob id tamen ipſum non ſequitur, ut id quod cauſa eſt, & pars effectus, pro genere aut ſpecie totius effectus ſit habendum. Etenim Virtus, non quia ipſa, ſed quia aliquid ipſius ut differentiæ ratione, ſcientia participat. At ſpecies, ipſum genus, καὶ ὅπερ γένος αὐτὸ, eſſe dicitur. Effectus autem, & totum ipſum, non ipſa dicitur eſſe cauſa. Topicũ eſt pronunciatum, τὸ εἶδος, κατά τι, τοῦ γένους οὐ μετέχει. Differentia autem non participat genere. Quare cùm Virtus, per ſe ſit habitus uoluntatis: habitu intellectus ſeu mẽtis non participabit ut genere, ſed ut cauſa perficiẽte, nempe ſub ratione differentiæ. Atqui cùm nõ niſi pars altera ἀντιφάσεως poſſit eſſe uera, Dialecticus eam probabilibus, Demonſtrator neceſſarijs argumentis confirmabit. Alteram partem, non minus etiam Dialecticus ueris aſtruet rationibus: ſed μεταβιβασμῷ poſtea & applicatione non legitima, non uerum, tanquam uerum probabit, falſumq; uerisimilibus argumentis aſtruet: quod γυμνασίας, & πείρας gratia nõnunq; faciũt Dialectici, cum per ſe ſint ſtudioſi ueritatis: non autem, ut Sophiſtę, fallere fruſtra cupiãt, captantes honorẽ aut lucrum. Diximus de communibus & Dialecticis rationibus, quo pacto ijs diſputando, prædicata tanquam accidentia (ut ſunt ea quæ non per ſe, & ex neceſſitate inſunt) aliàs ſubiectis ineſſe, aliàs non ineſſe probentur, aut uerè, aut probabiliter. Aliud eſt genus diſſerendi in utramq; partem, magis didaſcalicon, quo utuntur in diſciplinis προαπορῶντες: quo minus difficultatis habeat nimirum inuentio neceſſariorum, quum ſolutio τῶν ἀπορειῶν inuentio ſit argumentorum uerorum, quibus demonſtratur propoſitum. Extant multa paſſim apud Ariſtotelem exempla, quando de re propoſita diſſerit in utrãq; partem, implicans prius lectorem ambiguis rationibus, deinde certis & neceſſarijs ipſum rurſus explicans. Vel in ſeptimo Ethicorũ (ut alios omittã locos) quàm ſpecioſis & uerisimilibus argumentis contendit, uideri poſſe, non modò neſcientem peccare incontinentem, uerumetiam ſcientem? Poſtea explanat, quomodo ſciens, & quomodo ignorans. Diuerſorum quidem reſpectu, particeps eſt ſcientiæ & ignorantiæ: ἀπορίαν autem parit, quòd reſpectu eiuſdem, contrariorum uideatur particeps. Aliàs oppoſita de eodem prædicata uidentur probari, in quibus ambo non poſſint, ſed neceſſe ſit alterutrum duntaxat eſſe uerum: [illegible]

τοπικῶν. δ.

Initium loci eſt ὅτι εἰ κατά τι τὸ εἶδος μετέχει τοῦ ἐρημένου γένους.

Ariſto. τοπικῶν libro η.

Aut ſecundum diuerſa, aut in diuerſis primis ſubiectis inſunt oppoſita, alioqui ineſſe non poſſunt: nec ſunt contraria, aut contradicentia: quæ ſimul ambo rebus inſunt. Dialecticus autem contrà diſputans, non utitur apparentibus redarguentibus, ſed ueris rationibus: de quibus paulo antè dictum fuit. Sophiſta autem, ambiguitatis in uerbis & oratione captator, refellere aduerſarium omnino uidetur: cùm tamen planè non refellat, cùm ſit eius φαινόμενος ἔλεγχος, quippe qui nec ad πράγματα, nec ad διάνοιαν πραγμάτων propriè pertineat. Exquiſitè contradicens demonſtrator, res ipſas conſiderans, contrariam ſententiam refellit. Dialecticus non quidem res ipſas, ſed magis opinionem & διάνοιαν, quæ habetur de rebus, penſitans contra propoſitum diſputare ſolet. Sophiſta uerò, non niſi λόγου ἕνεκα, ſeſe opponit repugnātibus: nec rerum, nec opinionis probabilis rationem habens, ſed refellens cuiuſq; modi uera, φαινομένῳ ἐλέγχῳ: manifeſtè falſum & abſurdum, tendiculis uerborum pro uero conans defendere. Nunc de tertio genere dicendum, quod frequentiſſimum & uſitatiſſimum in diſciplinis: in quo ipſo propter argumenta in utramq; partem, aliàs prædicatum ſubiecto ineſſe uidetur, aliàs non ineſſe: propter limitationes ſcilicet quaſdam ſubiectorum.

Vt prudentia eſt una ſpecies, unusq; habitus ad numerum, quo dicitur aliquis prudens. Et una uirtus, qua bonus & honeſtus: quibus utriſque ſolis, ille prudens, hic honeſtus eſſe dicitur: & non uel prudentia honeſtus, nec uirtute aut honeſtate prudens: cùm prudentia & uirtus diuerſæ ſint ſpecies, quarum una de alia non poſſit prædicari. Si quis bonus ſit, ſola uirtute bonus erit: et ſi perfectè bonus, et omnibus numeris honeſtus, ſolius prudentiæ cauſa talis erit. Quamuis autem ſola prudentia, perfectè ſit quiſpiam honeſtus, et uirtus id ipſum non ſit: non tamen ſine uirtute, perfectio prudentię poteſt intelligi, cùm ſit ἕξις ἀληθείας, ſed μετὰ λόγου πρακτική. Nō enim eſt prudentia, ocioſa cognitio ueritatis. Ex quo eſt euidens, multa ſic definiri, ut quamuis diuerſa ipſa ſpecies, id eſt, αὐτὸ εἶδος aliud non eſſe dicantur: tamen cum ea, ſpeciem propoſitam nihilominus intelligi oporteat. Vt prudentia, licet uirtus Ethica non ſit: tamen cum uirtute, quod eſt, eſſe intelligitur. quoniā, ut Ariſtoteles ait: συνέζευκται ἡ φρόνησις, τῇ τοῦ ἤθους ἀρετῇ. Et uirtus, tametſi ὀρθὸς λόγος ipſe non ſit (ut uiſum Socrati fuit) nihilominus definitur, habitus eſſe quidam, μετὰ λόγου ὀρθοῦ. Nec idem eſt ſi quis dicat, ipſum eſſe aliquid, & ipſum eſſe cū alio quodam coniunctum.

Ethicorum 6.

Atque ac prudentia ſola ſumus perfectè boni (cum nullus alius ſit habitus) ſed ea tamen uirtutem includente. Et uirtute ſola boni, quæ eſt mediocritatis habitus in affectibus: ſed non ſine recta ratione. Alij ſunt, qui ſeparant ſophiſmatibus quibuſdam incluſa, & fidem ſine charitate, prudentiā ſine uirtute finiri poſſe exiſtimantes: & maximo quidem errore, finitionem

utriuſq;

utriuſq; labefactant. Alij coniungunt, ſed perperam, quum dicunt continens à contento perfici: ut à uirtute prudentiam, .Ambo dicunt, quòd ex parte quadã ſit uerũ, ſed non quòd omnino, & ex toto uerũ ſit, quo nomine ſæpenumerò Ariſtoteles, diſſentiẽtes inter ſe ueterum errores reprehendit. Etenim ueris argumentis quibuſdam poſſunt in utramq; partem propugnari propoſita, quæ tamen aliquo modo, & ex parte quadam ſint uera, ex toto falſa ſint: ut quando Democritus, Agens & Patiens, ſimilia eſſe dicit: & alij contrà quando contraria inter ſe eſſe affirmant Agentia & Patiẽtia: dũ id ex toto uerum defendunt, hallucinantur ex utraq; parte, contrarias defendẽtes opiniones. At nihilominus ex parte quadam uerũ eſt, quod ab utriſq; dicitur, uitioſa exiſtente ad totum applicatione, erroris merẽtur reprehenſionem. Contraria, quia contraria, participant eodem genere & materia. Agentia & patiẽtia quidem omnia, ſunt contraria: & hac ratione non idem aliquid ſunt, aut ſimilia. Sed quia contraria, participantq; eodem aliquo: hac ſunt etiam idem aliquid, & ſimilia. Limitatione igitur eſt opus, ut intelligatur, qua ratione ſint ſimilia, & qua diſſimilia: ne fruſtra in utramq; partẽ diſputetur, nullo reſpectu totius habito. αἴτιον γὰρ τῆς ἐναντιολογίας, ὅτι δέον ὅλον τι θεωρῆσαι, μέρος τι, τυγχάνουσι λέγοντες ἑκάτεροι. Ita dicuntur multa in utrãq; partẽ, uera quidem aliquo modo & conſentanea, ſed quæ falſa deinde ſint, applicatione ſcilicet ad alienum ſubiectum: de quo paulo antè etiam dixi, cùm de rationibus Dialecticis uerba facerem. Sed de his iam loquimur, de quibus non argumẽtis Dialecticis, ſed ex ipſa diſciplina petitis principijs contenditur, utrũq; oppoſitum uerè dici, limitationibus adhibitis poſſit. Eiuſdẽ generis eſt quęſtio, quando diſputatur: Vtrum ſimile an diſſimile ſit, quo nutriuntur corpora? Nutrimentum enim quatenus nutritiuum, diſſimile eſt: ſed quoad iam nutrit, ſpecie ſimile. Paſſim in receptis autoribus occurrunt exempla, quæ ſibi pro ſuo uſu quiſq; poteſt conquirere: quibus perſpicuum ſit, ſecundum accidens prædicata, quo pacto non per ſe neceſſarijs propoſitionibus aſtruantur, & refellantur diſputando. Vt uerbi gratia: Agentibus & Patientibus, quia Agentia & Patientia, accidit ut ſint idem & ſimilia: eiſdemq;, quia talia, ut ſint contraria & diſſimilia. Toti enim accidit, quod ei tamen partium & limitationũ cauſa propriè ineſt. Agentibus enim & Patientibus, quia participant eodem genere aut materia, propriè ineſt ut ſimilia dicant̃. Nã propter cõmune illud, δυνάμει ſunt ſimilia, licet actu ſint contraria. Sed quoad participant contrarijs, oportet ut habeantur pro diſſimilibus. Vtrumq; de toto, quia totum, & non ratione quadam limitatum, per accidens prædicatur proprium, quod ſyllogiſticum accidens ſeu problematicum, iam antea diximus eſſe, quod nimirum ſit oppoſitum his, quæ per ſe & omni, prædicantur de aliquo. Probetur, omne Agens & Patiens eſſe ſimile, tali Syllogiſmo: Omnia contraria, ſunt ſimilia. Omne Agens & patiens, ſunt cõtraria. Ergo Eſſe ſimilia, de contrarijs nõ dicitur, quia contraria, ſed quia participant eodem genere uel ſubiecto. De contrarijs per accidens ergo dicitur ſimile, non per ſe: quum nec ſimile, in definitione includatur actu contrariorum: nec contraria actu in definitione ſimilis. Haud longè ſecus, diſſimile eſſe, propriè non dici de tota eſſentia cõtrariorum, ſed partis duntaxat, nempe actus differentia gratia, perſpicuum eſt, non ratione ſubiecti δυνάμεως. Nam ſi de toto non limitato, quia totũ, prædicaretur: oppoſitum (nempe ſimile) prædicari non poſſet. Ergo quę de genere per ſe, illa ſecundum accidens inerunt rebus, cauſa differentiæ: & quæ per ſe, propter differentiam, generis identidem ratione accident: et quicquid toti

ineſt

περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς, α.

Limitabile ſubiectũ eſt in cauſa, ut uerè de eodem ſubiecto contraria dici uideantur.

Limitatũ ſubiectum, & per ſe, huius Maioris tale eſt: Omnia contraria, ratiõe ſubiecti δυνάμει exiſtentis, ſunt ſimilia.

ineſt propter partem & limitationem aliquam, id ei per accidens ineſſe dicẽdum. Compoſitum,1 ratione partium definitionis ſubiecti, proprium, propriè & per ſe, toti ſubiecto ineſt: ut ſimile ac diſſimile, de agentibus & patientibus per ſe, ut uno ſubiecto utrumq; dicitur. Simili & diſſimili nutriri, de nutrimento, ratione corporis animati. De cõpoſitis proprietatibus, aliàs diximus. Dictum ſatis hactenus de his ſyllogiſmis, quorũ propoſitiones non per ſe prædicatis, ſunt conſtitutæ, quibusq; in utrãq; de propoſito poſſit diſputari partem: quod tamen alieniſſimum ſit à demonſtratione, cuius nimirum omnes partes ſint per ſe, & neceſſariæ propoſitiones. Quid ſi nulla neceſſitas eſt argumentorum & ſyllogiſmorum Dialecticorum (inquies) aliorumq́; quib. per accidens oſtenditur aliquid: ex interrogatis igitur, & poſitis præmiſſis, nihil concludetur ex neceſſitate? Ac præmiſſæ quidem reſpectu concluſionis, ſi nõ ſunt neceſſariæ propoſitiones: quid eas fruſtra interrogamus, ſi quibuslibet etiam poſitis, nihilominus cõcluſio uera & neceſſaria poteſt ſequi? Diſtinguenda eſt hoc loco neceſſitas neceſſariarũ concluſionum, nẽpe quoad cauſa materiæ, & terminorum, & quoad ratione conſecutionis ſunt neceſſariæ. In demonſtrationibus, non modò propter conſecutionem & formam ſyllogiſticam, ſed etiam propter materiam, neceſſarius dicitur Syllogiſmus. Poteſt autem fieri, ut concluſionis materia ſit neceſſaria: ita nimirum, ut per ſe prædicatũ efferatur de ſubiecto: & nihilominus præmiſſarum non ſit, καθ᾽ αὑτὸ, medium. Poteſt etiam fieri, ut talibus exiſtentibus præmiſſis, concluſio quoq; non ſit neceſſaria, & Per ſe propoſitio: quæ propoſitiones à demonſtratoribus probari non poſſunt, à Dialecticis poſſunt. Quod ad præmiſſas

πραγμάτων neceſsitas. attinet, quædam eſt πραγμάτων neceſſitas: quę conſideratur, quatenus in pręmiſſis prædicata, per ſe ſubiectis inſunt. Alia eſt, pertinens ad logicam formulam ſyllogiſmorũ: gratia cuius neceſſe eſt, poſitis quibuſdam, propter ea quæ

Logica neceſsitas. poſita ſunt, ſiue uera ſint, ſiue falſa, per ſe ſequi concluſionem. Hanc itaque logicam & ex hypotheſi, non rerum ipſarum & abſolutam, in ſyllogiſmis non demonſtrantibus etiam ineſſe dicimus neceſſitatem. Quare præmiſſis quidẽ ueris, ſed tamen non neceſſarijs, neceſſe eſt ueram concluſionem eſſe: & minimè neceſſariam tamen, cauſa terminorum. Vt falſis præmiſſis, cauſa terminorum, ex neceſſitate falſa ſequitur concluſio: non quia ipſa ſit neceſſaria, & per ſe propoſitio (falſa enim eſt) ſed quia logico complexu præmiſſarum poſito, neceſſe ſit hanc inferri concluſionem: quæ eſt ex hypotheſi, logica neceſſitas. Quã his expreſſit uerbis Ariſtoteles: ἀλλ᾽ ὅτι λέγειν ἀνάγκη, τῷ ἐκεῖνα λέγοντι. quam diſtinguit contra neceſſitatem τῶν πραγμάτων, καὶ ἀποδεικτικὴν εἶναι.

IACOBI

DEMONSTRATIONVM Liber IIII.

QVAE ſciantur, & etiam ex quibus, omnia eſſe neceſſaria, excluſo omni modo & ratione accidentis, ſuperiore libro planum fecimus. Neceſſaria porrò illa oſtendimus eſſe duntaxat prædicata, quæ aut ipſa in ſubiectorum finitionibus includerẽtur: aut in quorum finitionibus ſubiecta, & de omni quidem ſubiecto illa enunciarentur. Accidentia uerò his neceſſarijs oppoſita, hac eſſe conditione & natura, ut neq; de his demõſtrari & ſciri quicquam poſſit, neq; etiam ſi pro medijs adhibeantur, quantumuis neceſſarijs concluſis, confici idcirco ijs demonſtrationẽ, dictũ eſt. Quæ per accidens inſunt, omnino per accidens medijs, & quòd inſint, & quòd non inſint, probabilia exiſtunt. Sed quæ per ſe, & ex neceſſitate, poſſunt nihilominus per accidens, & quòd inſint, & quòd nõ inſint, probari: ſed nequaquam demonſtrari & ſciri, per accidens argumẽtis & medijs adhibitis. Et Sophiſta & Dialecticus (tanquam circulatores) μεταβάλλουσι τοῖς λόγοις: ſed ille quidem falſis, hic autẽ ueris: ſed tamen non proprijs, neceſſarijsq́;, eoq́; modo quo præcedente dictum eſt libro, communib. & Topicis. Itaq; ex neceſſarijs, & de neceſſarijs, cùm ſit omnis demonſtratio: neceſſaria autẽ concluſa argumẽtis & rationibus nõ ſint, niſi ea quę per ſe, & quatenus ipſa, quouis in genere rerum inſunt & prædicãtur: non ut Dialecticus, per accidens, & non uernaculis medijs, utrãq; partem contradictionis tueri ſolet: ita Demonſtrator etiam, pro & contrà, neceſſaria poteſt proferre argumenta: cùm qua neceſſarium aliquid ſit, eadem ratione ſit etiam immutabile. Ex quo par eſt intelligi, ea quæ per ſe, cum extremis nõ ſint deuincta, tanquã Accidentia remoueri à demonſtrationibus, quibus διότι concluſorum monſtramus: quòd nimirum principia & cauſæ eſſentiæ, cum effectu (ex ipſis cauſis conſtituto) ſint adamantinis uinculis colligatæ: quibus etiam accidentia ipſa, nempe effectus, ſint cauſis poſteriores φύσει: qui effectus tametſi proprij ſint, non niſi ὅτι δὲ, cauſam demonſtrare tamen poſſunt. Alia ſunt accidentia, quibus neq; ὅτι, neq; διότι demonſtrare poſſumus, neceſſariorum concluſorũ. Si concluſa non ſint neceſſaria, non poteſt fieri, quin medijs ſecundum accidens, & non per ſe, propoſitionibus probemus ipſa. De his omnib. iam antea ſatis ſuperq́; dictum. Et quanquam ὅτι δὲ demonſtrationibus, uſurpantur per ſe propoſitiones: nihilominus per accidens eſt prędicatio, qua ſubiectũ enunciatur de proprio, nempe ἴδια de accidente: quod non fit in demonſtratione διότι. Per ſe enim accidens, de ſubiecto dici cõſueuit: non contrà. Propria accidentia ἀναστρέφοντα, quòd neq; ὅτι, neq; διότι probent, antea diximus. Quòd ſi concluſione neceſſaria, medium ſumatur, quod per ſe cum extremis non ſit connexum, ac nihilominus ſemper tamen ſit cum his coniunctum: quo in genere ſunt ſigna, quæ τεκμήρια appellantur: tamen eo ſigno, demonſtratio διότι non conficietur, quantumuis concluſione effectus exprimatur neceſſarius: cùm tali ſcilicet medio, per ſe, propoſitiones ſeu præmiſſæ non conſtituantur. Quare concluſionem, in qua per ſe prædicatum dicitur de ſubiecto, quam ob cauſam Per ſe prædicetur, tali medio neſciet. Illud autem nihil aliud eſt, quàm neſcire διότι: & διότι quidem noſſe, eſt rem per cauſas habere cognitam: quæ media quomodo per ſe, cum extremis concluſionis ſint connexa, iam antea diximus.

Rationes Dialecticæ ſunt mutabiles, ſed nõ Demõſtratiuæ.

In omni enim demonſtratione, ſiue ὅτι, ſiue διότι, καθόλου præmiſſæ ſumuntur.

Per τεκμήρια uidentur confici demonſtrationes, ſed non conficiuntur.

Ἀναλυτικῶν προτέρων β.

diximus. At quæcunq; ſignis probantur, alioqui demonſtrationum ſpecimē quoddam præ ſe ferunt, ſed tamen non ſunt demonſtrationes. Etenim neceſſaria ſigna, τεκμήρια appellantur: ex quo conſtituta propoſitio, βούλεται εἶναι πρότασις ἀποδεικτικὴ, inquit Ariſtoteles, ſed tamen non eſt, cauſam iam nunc explanabimus. Cauſis per ſe, monſtrantur neceſſaria concluſa, in quibus per ſe, de ſubiecto dicit̄ prædicatum. Vt: Cruditate & morbo laborāte ſanguine intra uenas, recuperari eius ſanitas nequit, niſi concoquatur, & ſecundum naturam à uenis alteretur. Neceſſaria igit̄, & per ſe propoſitio hæc eſt: Omnis motus, quo ſecundum naturam ſanguis prauus alteratur, morbidum ipſum ſanguinem reſtituit ſanitati. Cauſa per ſe eſt, uis alteratrix uenarum, concoquens prauum ſanguinem. Prædicatum (quod eſt) morbidum ſanguinem reſtituere ſanitati, per ſe dicitur de cauſa, ut definitū de definitione, ſeu pars definitionis de tota definitiōe, λόγος ὀνόματος τοῦ οὐσιώδους. Omnis uis alteratrix uenarū, cōcoquens ſanguinē, morbidū ipſum reſtituir ſanitati. Deinde in minore, in definitione cauſæ, id eſt prædicati, includitur ſubiectum propoſiti ſeu concluſi: Omnis motus, quo ſecundū naturā alterat̄ ſanguis, adminiſtratur à facultate alteratrice uenarū, concoquente ſanguinem. Signum cauſæ iſtius, reſpectu effectus, eſt concocta urina: & τεκμήριον quidē, ſemperq; cum utroq; extremo cōiunctū, ſed quo διότι demonſtrati nequit tamē. Argumentorū hoc genere, quod ſimilimū eſt Demōſtratiōi, multa nōnunquā probāt Philoſophi: in primū Ariſtoteles, quādo medijs demōſtrationū deſtituit̄, ad ſigna τεκμήρια, tanquam ad ſacram anchoram (ut dicitur) confugit. Talia enim, cùm ſint ἴδια ἀχώριστα, cum demonſtrandis proprietatibus cōiuncta, indiſſolubili quodam nexu: quid uetat, quo minus ut notiore uno, alterum ignotius, etiam ſi eius cauſa non ſit, cognoſcamus uère aliquid eſſe, licet non ipſum eſſe demonſtremus? Finitum eſſe, proprium eſt corporis naturalis: cuius per ſe cauſa eſt Natura, nempe Forma, infinitatem materię circumſcribēs. Proprium etiam corporum naturalium eſt, ut propter Materiam participēt contrarijs. Quatenus contrarijs, participant etiam definitis formis Accidentium. Itaq; loca etiam in quæ feruntur, ut contraria, ita ſpecie interualli definita quoque erunt. Argumentum igitur illud, τεκμήριον erit: Quęcunq; feruntur ſuapte natura ad loca contraria, finita ſunt. Omnia corpora naturalia, ad huiuſmodi loca ferūtur. Quare, finita ſunt. Quinetiam ex hypotheſi ſyllogiſmus, δι' ἀδυνάτου concludens, corpus naturale finitum eſſe, hoc ſigno poteſt colligi. Si poteſt infinita celeritas eſſe corporis naturalis, poteſt etiam eſſe intercapedo loci infinita, & grauitas infinita, & cum grauitate corpus infinitum. Sed nullū eſt infinitum corpus. Quare nec illa poſſunt eſſe. Quòd ſi finita celeritas eſt, interuallum quoq;, & locus finitus erit. At ſigno oſtēditur, infinitatem celeritatis, coniunctam eſſe cum infinitate loci & interualli. quo nimirum eſt euidens, corpora naturalia quo magis appropinquent ſuis locis, eò motu celeriore ferri, atque magis ex tarditate incitari. Quamobrem ſi locus, cauſa eſt finitæ celeritatis: negatio loci, cauſa erit negationis finitæ celeritatis. Argumenrum illud, Ariſtoteles dicit eſſe τεκμήριον, finitatis elementorum. Proprium eſſe temporis, ut eo tanquam numero, omnes motus numerentur, proprio numeri tanquam ſigno oſtenditur. Proprium eſt numeri, plus & minus eſſe. Sed plus & minus propriè adſcribitur motibus, propter tempus. Quare temporis proprium erit ut ſit numerus quidam motuum, quatenus motus ſunt numerabiles. Plus & minus, ſignum eſt, non cauſa proprietatis huius, quæ adſcribitur tempori. In cōcretarum rerum, & præſertim naturalium proprijs noſcendis, magnā uim habent

Quando confugiamus ad ſigna τεκμήρια.

Motus ad loca cōtraria, ſignū eſt corporum quantitate finitorum: quorū tamen neq; effectus ſit per ſe, neq; cauſa. Nā per ſe effectus eſt corporis, quoad formā naturali eſt præditum.

περὶ οὐρανοῦ α.

Ita fit, ut quod unius propriū eſt, id alterius ſignū eſſe poſſit.

Τεκμήρια in Phyſicis tan tũ ſunt uſui.

Hippo. prima Sectio. part. 3.

habent τεκμήρια: in ſecretis & Mathematicis, nullum habent uſum. Boni habitus Athletici proprium eſt, ut quando ad ſummum perductus fuerit, ex optimo ualetudinis ſtatu, in periculoſiſſimum permutetur. Cauſa per ſe eſt, facultatum naturalium propter plenitudinem oppreſſio. Signa, id eſt effectus conſummatæ repletionis, ſunt: πολυαιμία, πολυσαρκία, & ſimilia: quæ, ut τεκμήρια, ſignificant, propter imbecillitatem naturalium facultatum, periclitaturum hunc habitum, & collapſurum in deterius. Habitus periculoſiſſimus eſt corporis, & plane letifer, quo extenuatur eius ſubſtãtia ſubitò, intra biduum aut triduum: cuius extenuationis τεκμήριον, eſt deſcriptũ ſtatim ab initio Prognoſticorum, ab Hippocrate. Cauſa eſt, ſed non ſignum, huius peſtifęre extenuationis, humorum ſubtilitas, & ſpirituum uitalium paucitas, cum imbecillitate facultatis retentricis totius habitus corporis coniuncta. Extenuatio hęc, & occulta totius corporis expiratio, ſenſu euidens non eſt, ſed ne cauſa quidẽ cauſę paulo antè dictæ. Quòd autem utriſq;, cauſę ſcilicet & effectui, iungitur ex neceſſitate, nempe cadauerosa illa corporis ſpecies, cauſam & effectum, tanquam τεκμήριον quoddam, corpori ineſſe ſignificat. Vrina aquea in phrenitide, grauioris mali ſignũ eſt, ſed nõ cauſa. Incrementi enim phrenitidos, per ſe cauſa eſt, humoris biliosi in cerebro incrementũ: cuius cauſa eſt, uitiũ excretricis facultatis uenarũ: eius uerò ſignum & τεκμήριον eſt, urinæ aqueæ in hoc morbo excretio. His ſimilibusq; exẽplis liquet, tametſi neceſſaria ſint ſigna, & ſemper concluſis ſyllogiſmo rebus adſint: tamẽ eo modo neceſſaria nõ eſſe, quo illa quæ per ſe, & quia ipſa rebus inſunt ſubiectis: cùm uidelicet pars eſſentiæ (nempe cauſa) non ſint prædicatorum propriorum ſigna, quantumuis neceſſaria ſigna propria & inſeparabilia uideantur. Vt incremẽtum phrenitidos, non albicante & limpida urina, ſed incremento flauę bilis definimus. Eadem ualet τεκμηρίων in reliquis ratio. Cauſis enim propria prædicata, non ſignis definiuntur: & cauſis ipſis, ſubiecta propriè implicantur. Quo fit, ut extra genus prædicati & ſubiecti, in demonſtrationibus irrepat nihil quod accidat ullo modo, ſed omnia ſint, quibus quid ueriſſimè quæque res ſit, exquiſitiſſimè cognoſcatur, nihil prorſus habentia alieni admixtum. Pertinente cauſa igitur ad eſſentiam pręedicati proprij, qua quid ipſum per ſe ſit intelligitur: non poteſt fieri, ut pro medio demonſtrationis uſurpetur, quicquid tandem prædicato nõ propriè accidit. Quare propter ipſum ut cauſam, & non propter aliud interueniens & medium, tertio termino, nempe ſubiecto propoſiti ſeu concluſi, et primum, nempe pręedicatum, medio ineſſe oportet. Etenim prædicati, ante demonſtrationem, confuſa eſt notitia, tanquã generis: & quod ſine càuſa, duntaxat ὀνοματικῷ λόγῳ cognoſcatur. Explicatione deindè cauſę, eius εἶδος totum noſcitur. Sed cauſa non ſimplex, multis cõprehenditur partibus: noſcunturq; pluribus ſubiectis partes illæ proprietatis uerę eſſe, ſyllogiſmis Epagogicis: de quibus Libro ſecundo fuit dictũ. Pręedicata horum ſyllogiſmorum omnia (in quos nimirum demonſtratio diſſoluitur) gen ere prædicati continentur: cùm ſint differentiæ nimirum perfecti εἴδους proprietatis. Subiecta autem, ſunt partes definitionis quædam, eius ſubiecti, de quo mõſtrãt quidpiam: aut intelligi certè nõ poſſunt (quoad applicantur, aut potius implicãt in ſe, quod determinet) abſq; ſubiecto illo demõſtrationis. Habere tres angulos, duobus rectis æquales, proprium eſt trianguli. Demonſtratur id, quibuſdam antea demonſtratis proprietatibus: quibus omnibus aggregatis, conflatur εἶδος cauſæ. Primum eſt cognitu neceſſariũ: exteriorem ſcilicet, cũ interiore triãguli angulo, facere duobus rectis æquos.

Quid differãt τεκμήρια media, à demõſtratiuis.

h 2 Pars

Pars hæc eſt prima cauſæ, quæ adhibetur, tanquam medium ad demonſtrandum. Per Epagogicum, prius demonſtratæ cuidam propoſitioni hæc ſubijcitur, hoc modo· Omnis recta conſiſtẽs ſuper rectam, facit aut duos rectos, aut duobus rectis æquales. Sed latus trianguli, creans exteriorem & interiorem angulum, eſt talis linea. Ergo. Deinde alterum probandum, nempe exteriorẽ trianguli angulum, eiuſdem duobus interioribus oppoſitis, eſſe æqualem. Implicat etiam illud proprium, quandam partẽ trianguli, & cum partibus, ipſam οὐσίαν trianguli: cùm partes huiuſmodi, ſint poſteriores toto: quod totum exprimitur definitione ὅλου. At exteriorem illum, æqualem eſſe duobus oppoſitis, alio prius demõſtrato planum facio: ut coalternorũ, itẽ interioris & exterioris, in parallelis, linea quadam recta interſectis, angulorum æqualitate. Hæc ipſa proprietas per Epagogicũ, eiuſdemq́; ſubiectum, applicatur etiam ad triangulum, ratione exterioris ipſius anguli diuiſi, per lineã parallelam ei lateri, quo continentur duo oppoſiti anguli. Hactenus nullius proprietatis mentio facta à nobis eſt, quin ea, pars eſſet propoſitæ antea & demonſtrabilis proprietatis trianguli: neq; etiã ſubiecti, quod non participaret partibus etiã trianguli his, quarum cauſa hæc ei proprietas ineſt. Quorũ καθόλου ſubiectorũ, cùm ſint ſpecies, partes illæ, quarũ cauſa proprietas hæc ineſt triangulo: quid mirũ, ſi proprietatis quoq; totius ὅλου, ſingulæ illæ proprietates, quaſi partes exiſtãt? Phyſico exemplo idem adumbrare conabor. Venoſi generis propriũ eſt, eſſe αἱματοποιητικόν. Definitur proprium illud, cauſa, cuius ὅλον conflatur nonnullis partibus: quæ & ipſæ ſint propria quædam certorum ſubiectorum, quæ ſubiecto huic propoſito applicant, uel tãquã genus quoddã, uel tanquã cõcreti pars, ipſius ſubiecti ſpeciẽ in ſe cõprehendũt. ποιητικόν certè proprium non eſt uenarũ, quia uenę: ſed quia corpus concretũ ex elemẽtis, tangẽs aliud corpus, ratione qua eſt παθητικόν. Genus illud eſt uenarũ, & pars ſubiecti, de quo monſtratur aliquid: quare propriũ quoq; eius, propoſiti ὅλου genus erit. Deinde cauſa eſt alia, nempe ἰδίωμα ſubſtantię: quo ſie uenæ ſanguinem efficiunt, quo uentriculus chylũ. Cõmunis eſt hæc quoq; cauſa, quã nimirũ ſpermaticis partibus præcipuã uim alterandi humores adſcribimus. Sunt autẽ uenæ, ſpecies ſpermatici generis. Tertia eſt cauſa, nempe pars ὅλου, ſpecie poſterior, & quaſi inſtrumentum facultatis ſubſtantiam conſtituentis: quod ipſum uidelicet, eſt temperies propria uenarum, ſeu ſanitas. Quæ tametſi nec genus, nec differentia eſt: pars nihilominus eſt, quæ intelligi aut definiri nequit ſine ſpecie & eſſentia uenarum: ut ſolent partes omnes poſteriores toto, ſecundũ eſſentiam & formam definito. Cauſa hæc definitur, ut ſit uis quædam uenarũ, alterandi ſecundum qualitates primas. Vt autem ſanguifica ſit alteratio, iſtud ad ἰδίωμα pertinet οὐσίας. Autore enim Galeno, αἱ τῶν οὐσιῶν ἰδιότητες, οἰκείας ἑαυταῖς ἔχουσι καὶ τὰς τῶν δυνάμεων ἰδιότητας. Iam antè diximus, ea quæ pertineant ad οὐσίαν, uel ſic prædicari, ut ipſa ſint in eſſentia ſubiectorũ: uel ſic, ut ſubiecta ſint in eſſentia prædicatorum: quemadmodum paulo antè diximus, τὸ ὅλον contineri in rationibus partium earum, quæ poſteriores ſint eſſentia definiti: eorum ſubiectorum ὅλον ſcilicet, quibus propriè aliquid ineſſe proponitur demonſtrandum. Vt hæ ſunt lineæ parallelæ, quarum una deſcribitur diuiſione anguli externi: altera, latere oppoſitorum angulorum: quales παράλληλοι nõ poſſunt intelligi ſine ſpecie triãguli. Et ſanitas ſeu tẽperies, qua alteratur ſanguis, ſine uenoſo genere non poteſt explicari (cùm ſit ipſius propriũ accidẽs.) Quę nimirũ ſubiecta, certorũ generũ ſunt quędã ſpecies: quandoquidem cuiuſmodi quoq; ſubiecta, non niſi cauſa ſubiectarum proprio κα-

De placitis Hippo. li. ζ.

θόλα

ὅλα ſpecierum, quarum ſunt partes, tanquam καθέκαστα inter ſe diſcrepent. Vt παράλληλοι lineæ, genus quoddam eſt: ſed tales παράλληλοι, ut quæ deſcribuntur, aut potius circumſcribuntur ratione partium trianguli, ſpecies, & καθέκαστον generis παραλλήλων exiſtunt. Hoc modo prius demonſtrata, poſterius demonſtrandis adhiberi ſolent: cùm ſint communiora quædam, reſpectu eius quod demonſtratur, habentia rationem uel generis, uel partis eſſentiæ formæ poſterioris, ut diximus. Exemplis id paulo antè poſitis, eſt euidēs. Cùm itaq; nec ſubiecta ἐπαγωγικῶν ſyllogiſmorū, ſint extra genus ſubiecti, de quo eſt monſtrandum quidpiam: nec prædicata ſint extra genus proprij demonſtrabilis: fieri nullo modo poteſt, ut demonſtretur quicquam, ex diuerſo genere translatis. Vt (uerbi gratia) quæ generis ſunt Arithmetici, ad genus Geometricum transferri demonſtrando nequeunt. Genus enim ſubiecti Arithmetici eſt: Quantum diſcretum, quia diſcretum: ſed Geometriæ: Quantum continuum, quia continuum. Quorum generum ſpecies, quid ipſis propriè inſit, huiuſmodi diſciplinæ contemplantur. Propria quæ inſunt diſcretæ quantitati, quia diſcreta, eadem per ſe nullo modo poſſunt ineſſe continuæ, quia continua. quod enim uni per ſe ineſt proprium, id alij, non niſi ſecundum accidens poteſt ineſſe. Termini ergo & fines Scientiarum, generibus, tāquam limitibus ſunt circumſcribēdi quibuſdam: quos confundere, ſumma ſit in demonſtrationibus temeritas. Interſepſit Ariſtoteles tribus finibus, omne contemplabile uerum. Omne enim aut ἐκ προσθέσεως ὄν conſiderari, in quo generè uerſetur Phyſica: aut ἐξ ἀφαιρέσεως, in quo Mathematica: aut ratione qua eſt ἁπλῶς ὄν, in quo prima Philoſophia. Primum illud eſt, & quod latiſſimè patet τῶν θεωρητῶν diſcrimē: quod ueterum nonnulli confundentes, abſurdiſſimè de rebus dixerunt. Quæ conueniebant ὄσι, τὰ ὄντα, Parmenides & Meliſſus cùm nihil putarēt intereſſe, inter ſincera & ſecretiſſima ὄντα, & Phyſica illa atq; cū materia concreta, rationes Phyſicas transferentes ad alienum genus: ſunt ob id ipſum uehementer hallucinati. Nam ut inquit Ariſtoteles (loquēs de Parmenide & Meliſſo) μετενηνόχασιν ἐπὶ ταῦτα, τοὺς ἐκεῖθεν λόγους. Mathematica tranſferentes ad Phyſica Pythagorei, quaſi omnia hæc eadem eſſent, quàm longè aberrarint à uero, Timæi reprehenſio apud Ariſtotelē in tertio libro de Cœlo teſtatum facit. Concretas figuras cum materia & corpore, exiſtimans Protagoras eaſdem eſſe cum Mathematicis, magno errore opinatus eſt falſa eſſe, quæ Mathematici demonſtrarēt: ὅτι ἐπὶ τ̄ αἰσθητ̄ κύκλ⊕ ἅπτεται τ̄ κανόν⊕, οὐ κατὰ στιγμὴν, ὥσπερ ἔλεγεν ὁ Πρωταγόρας, ἐλέγχων τοὺς γεωμέτρας. Hāc ergo legem præſcribimus primam diſciplinis, ut ne qua una in alterius irruat poſſeſſionē: aut ne extra terminos ſuos, ſophiſticè ſe proferat. Diſtinguūtur aūt genera rerū, & ſubiecta ἐπιστητῶν, quoad unūquodq; quatenus ipſum cōſideratⁿ quid ei propriè inſit, autore Platone in Phædone: ὃς ἂν μάλιστα ἡμῶν, καὶ ἀκριβέστατα παρασκευάσηται, αὐτὸ ἕκαστον, διανοηθῆναι, περὶ οὗ σκοπεῖ, οὗτ⊕ ἂν ἐγγύτατα ἴοι τοῦ γνῶναι ἕκαστον. Separatio hæc propria eſt Mentis, autore Anaxagora, chaos confuſorum ἐπιστητῶν ſecernendo: illuſtrans ſcientia, in confuſis autem ignorans, cæcutiens, hallucinās. Modum & rationem, atq; etiam uarietatem & multitudinem ſecretorum generum, & quo pacto, licet ſeparata nō ſint, reuera τὰ ὄντα, nihilominus mentis & ueritatis gratia ſint ſeparabilia: quoad nimirum conſideratur αὐτὸ ἕκαστον: Ariſtoteles eruditiſſimè explanat Metaphyſicæ libro μ. quæ breuitatis cauſa prolixius commemorare nolui. duntaxat epilogum adſcribam, huic inſtituto noſtro præcipuè accommodatum: ἄριστα δ' ἂν οὕτως θεωρηθείη ἕκαστον. εἴ τις μὴ κεχωρισμένον, θείη χωρίσας, ὅπερ ὁ ἀριθμητικὸς ποιεῖ, καὶ ὁ γεωμέτρης.

In Demonſtrationibus, de genere in genus nō eſt trāſitus.

Genera ſumma ἐπιστητῶν ſunt tria.

Metaphy. ε.

De cœlo, γ.

Metaphy. β.

Prima lex Demonſtrationis.

Quomodo ſingula genera ἐπιστητῶν ſeparentur, cùm alioqui cauſa materiæ ſint concreta.

Qua ratione τὰ ἐπιστητὰ dicantur ſecreta. Secreta genera dicuntur hac ratione, qua conſiderantur per ſeſe, & qua remouentur omnia quibus ipſa accidunt, & item quæ ipſis: nec alia ipſis ineſſe uel cognoſcuntur, uel demōſtrantur, quàm quia ipſa: quæ ueriſſima quidē ſunt, & cauſa ueritatis habere aliter nunquam poſſunt. Ad iſtum modum uera, & neceſſaria, atq; ſempiterna ſunt omnia, quoad percipiuntur mentis cōplexu, nullis adulterata accidentibus. Nam quod extra mentem aliter ſint comparata, concretio materiæ & accidentium, eſt in cauſa. Lineæ mathematicæ nihil accidit: ſed ei quæ eſt extra mentem, accidit ut ſemper terminet ſuperficiem: & ſuperficiei accidit, ut corpus. Vt certis qualitatibus, motibus, alijsq; quibuſuis accidentibus ſit præditum, corpori accidit: ſed hæc omnia, non quia cū alijs concreta, ſed quatenus ſecreta, & αὐτὸ ἕκαστα, in ſcientijs noſcuntur. Accidit lineæ, ut extra ſecretionem mentis, circulum in puncto non attingat: quoniam nec linea, nec circulus eſt Phyſicus, cui nō accidat latitudo. Sed propter accidens, non debet aliquid uideri falſum. quòd enim nō circulum attingit in puncto, ſed ſuperficietenus, accidens eſt in cauſa. Aer, quia aer, calidus & humidus eſt: quod friget, iſtud ei propter cōtagionem frigidorum accidit. Ignis, quia ignis, non feruet, cùm ſit elementum, & cōſtituens mixtum: feruidus autem ille, non conſtituat res, ſed potius corrumpat. quòd igitur quidam feruet & urit, id ei accidit, quoad eſt in aliena materia. Maſculinum & fœmininum, quia hæc, facultates ſunt animaliū generatrices. Quòd interdū gignendo ſunt inefficacia, id ipſis propter habitum materiæ accidit. Quid uerbis opus eſt, & exemplis? nihil eſt, quod cauſa accidentium non falſum uideri poſſit: quæ nō ſunt res ipſæ, nec eas Demonſtrator cōſiderat: ſed Sophiſtarum latibula ſunt, & ludibria. Hæc autem demonſtrabilia ob id non ſunt nulla, quia ſenſibus ſincera nōn percipiuntur. Quo magis ea quę intelliguntur, habēda ſunt pro principijs, ſimplicia, uera & ſincera: quòd ea nimirū quæ ſunt extrà, & ſenſui ſubiecta, non niſi compoſita eſſe poſſunt: id eſt effectus quidam principiorū, nō ipſa per ſe principia. Certiſſimum illud eſt argumentum, Mentem antiquiorē eſſe Natura, ut quæ hauddubie ſit principiorum principium. quod ipſum Ariſtoteli quoq; uiſum, quum de Mentis principatu & eſſentia ſic ſcribat: ἄλογον γάρ, ἢ τῶν προγινώσκειν, καὶ κύριον τῇ φύσει. Hactenus de ſubiectorum, & generum demonſtrabilium ſecretione, quib. limitantur ſcientiarum fines, diximus: ſed non ſolū huius unius habenda ratio, cùm præterea ſint duo quędam obſeruanda, quibus conficiantur demonſtrationes. Vnum eſt, prædicatum proprium, & quod per ſe de tali effertur ſubiecto: quod ipſum ἀποδεικτὸν ſcilicet eſt, & ἐπιστητόν. Alterum eſt, ex quibus ducunt demonſtrationes, & arceſſunt: nempe principia communia ἀναπόδεικτα ſunt adhibenda uernacula, quæ diximus appellari Axiomata. Nec ſubiectum, nec prædicatum demonſtrationis in demonſtrationibus multis eadem eſſe poſſunt. Quælibet enim demonſtratio habet ut ſuum proprium ſubiectum: ita prædicatum etiam, nullo alio quàm ſuo medio prædicatis proprijs demonſtrabilib. At eadem ſunt nihilominus multarum demonſtrationum principia, & communia: quo nimirum ipſo differunt principia ab ipſis demonſtrationibus, quæ demonſtrationes uni duntaxat ſubiecto & prædicato unicè adhibentur. Verùm quòd nonnunquam ſubiecta quoq; & prædicata, unà cum demonſtratione, communicari ſolent ſubiectis etiam alijs, quę ſunt extra generis & ſubiecti ambitum: ut Arithmeticæ nonnullæ, Geometricis ſubiectis demonſtrationes adhibentur: id ipſum alia ratione non fit, quàm qua participant Geometrica numeris. Eadem enim nec propria prædicata, nec demonſtrationes eædem, applicantur Geometrico

Accidētibus ſucum facit Sophiſta, hominibus indoctis.

περὶ ψυχῆς, α.

Tria requiruntur ad omnem Demonſtrationem: Subiectū, Propriū, Principia.

Qua ratione, ex diuerſis generibus demonſtrationes aſſumi poſſunt.

Geometrico ſubiecto quia ipſum,ſed quia participat numero. Quare nō eſt, ut exiſtimet quiſpiā hac ratione demonſtrationes tranſire, ex genere in aliud genus. Non enim quia ipſa, ſed quia participant aliàs demonſtratis ſubiectis, participare etiam eodem proprio, & eadem demonſtratione cenſeri debent. Tranſitus ille, ſeu μετάβασις, non modò habet locum in ſcientijs & demonſtrationibus, uniuerſo genere diſcrepātibus, cuiuſmodi ſunt genera ſubiectorum Arithmeticæ & Geometriæ, paulo antè commemorata: ſed etiam ſingulis ſingularum demonſtrationum ſubiectis, quæ ad alia demonſtranda propria aliorum ſubiectorum, particulatim ſolent adhiberi. Vt ratio proprietatis παραλλήλων linearum, adhibetur ad demonſtrandum de triangulo, quòd habeat tres duob. rectis æquales. Non enim quia triangulus, hæc ei ratio proprietatis congruit: ſed quia participat propter diuiſionem externi anguli, parallelis. Non ergo ut principia demonſtrationum, ita demonſtrationes quoq; ipſæ, multorum communes eſſe poſſunt: nec eadem ratio cōmunitatis eſt eorum ex quibus fiunt demonſtrationes, nempe Axiomatum indemonſtrabilium, & demonſtratorum concluſorum: quæ nimirum μεταβάσει, & participatione quadam, ad genus diuerſum demōſtrabile ſolent applicari: quod ipſum ἐφαρμόττειν Ariſtoteles hoc loco nominat. Sed cauſa participationis, ex genere in genus aliud demonſtrationis & ſcientiæ, quomodo fiat tranſitus, ſuo loco ſumus dicturi. Illud iam cōſtet nobis, Arithmeticam demonſtrationē perpetuò ſuum habere genus ſubiectum, intra quod contineatur, tanquā crepidine quadā incluſum: & quod de hac, idem ipſum intelligi uolumus de omnib. reliquis ſcientijs & demonſtrationibus. Quare uel idem omnino genus ſubiectum demonſtrationis ſit oportet, nempe ſubiectum quoduis ipſum, quia ipſum: & non quia extra genus ſuum participans aliquo, uel ab alio participatum. Vel aliquo modo idem: ut ſi participationis cauſa adhibeatur ad diuerſum quoddam genus, καὶ εἰ μέλλει ἡ ἀπόδειξις μεταβαίνειν. Alioqui fieri nullo modo poteſt, ut una & eadem demonſtratio, diuerſis adhibeatur generibus & ſubiectis: quod tamen argumentis & rationibus Dialecticis & Sophiſticis accidit, utpote communibus, & nullo certo genere aut ſubiecto rerum aſtrictis: de quibus dictum fuit aliàs. Quælibet igitur ſcientia, uno comprehenſa genere, quæcunque complexu generis alterius continentur, ea tanquam aliena, & συμβεβηκότα quædam excludet. Quæcunque autem demonſtrabuntur, eorum extrema & media, intra ipſum genus ſubiectum cōtineri eſt neceſſe. Alioqui per ſe, ad ipſum ſubiectū no pertinebunt, quæ ſunt extra propria: qua ratione cùm accidant, demonſtrationis eo in genere erunt expertia: cùm quod accidit omne & quatenus, ſit indemonſtrabile. Itaq; generis ſcientiæ limitati, uel differentia quadam, uel quodam accidente, complexu quæcunque continentur: de his uel genus ipſum, nempe primum, & commune ipſius ſubiectum, per ſe prædicabitur: ut quantitas continua de linea, de triangulo, de pyramide. Corpus naturale de mixto; de animato. Vel propria (quæ demōſtrant̄) intra generis illius cōmunis propria communia continebuntur, tanquam ſpecies quædam: ut eſſe maius, minus, æquale, & ſimilia communia quantitatis propria, tanquam ſpecies ſub ſe habent: demonſtrabiles nimirum apud Euclidem, quantitatum & figurarum proprietates. Vel ſi demonſtrabiles non ſint, ſuperiorum quorundā propriorum indemōſtrabilium quaſi ſpecies quædam (quale eſt hoc pronunciatum: Omne corpus naturale graue, deorſum eſt mobile) nihilominus ad propoſitum ſuperius genus pertinere quoddam uidebuntur: quoad propria ſub his demonſtra-

Participatæ proprietates quæ ſint.

Quomodo cõſerta & contexta res ſint, quę demõſtrabiles uno complexu generis ſcientię contineantur.

bilia huiuſmodi etiam, ſine genere illo demõſtrari nequeũt, aut definiri. Aut etiam ſi ipſa interdum non implicent genus ipſum, demonſtrari tamen & definiri abſq; eo non poſſint: quod in ſe contineat genus illud propoſitæ ſcientiæ. Vt (uerbi gratia) ἀκροαμάτων φυσικῶν Ariſtotelis, ſubiectum primum eſt, Corpus naturale, quia naturale & mobile. Ad eius argumenti ἀποδεικτικὴν μέθοδον, pertinet primum principiorum ſubiecti huius quibus conſtituitur, quia ipſum, explicatio. Deinde cauſarum iſtius proprietatis (quæ eſt mobilitas) interpretatio. Mobilitatis enim plures ſunt cauſæ, partim per ſe, partim ſecundum accidens. Tum uerò motus ipſe nequit explicari, ſine ſubiecto illo cui per ſe ineſt, ac primò, nempe ſine corpore naturali, quia ipſum. Iam locus etiam τόπος communiſſimum corporis eſt naturalis, quoad ei motus & quies alicubi congruit. Quinetiam Finitum eſſe, proprium eſt corporis naturalis, quia naturale. Propriè enim ipſi ineſt, ut ſit quantum. Finitio autem & Infinitas, propria ſunt quantitatis. At finitum conuenire propriè quanto concreto, id eſt Phyſico, non niſi rationib. & argumentis liquet Phyſicis. De Mathematica enim quãtitate quæri non ſolet, quemadmodum de Phyſica, utrũ finita ſit, an infinita ſimpliciter & actu. Quęſtio infinitatis non tantum de magnitudine rerum, ſed etiam de motu & tempore agitari ſolet inter Phyſicos. Quare finiti & infiniti demonſtrationes, pertinebunt ad Phyſicum, quoad actu ipſum eſſe dicitur. Nam potentia infinitum, ſubiectum cuius primum ſit quantitas, quia quantitas, Mathematicis argumentis trãſcribit Phyſicus. Tẽporis quoq; contemplatio eôdem eſt referenda: cùm tempus non ſine motu, motus non ſine corpore naturali poſſit explicari. Et quamuis tempus in ſua finitione non implicet corpus naturale: implicans tamen motum, corpus etiam naturale includere uidetur: quum motus ſine illo ſubiecto, non intelligaẽ. Ita cohærent omnia, quibus tractatio & ſcientia ἀκροαμάτων abſoluitur, ratione primi generis & ſubiecti. Motiones deinde (quod eſt commune πάθος corporis naturalis, quia naturale) reliquis ἀκροαμάτων libris, propria accidentia demonſtrãtur: quos nonnunquam titulo περὶ κινήσεως, Ariſtoteles alijs in libris ſolet allegare. Iam ſi quis propria corporis naturalis, quia ſimplex, aut quia mixtum, aut quia animatum, eôdem transferat: per accidens, & alienis à priore genere argumentis, conabitur de corpore naturali monſtrare quidpiam, quia naturale. Conferam in pauca, quę hactenus prolixè commemoraui. Accidunt, & extra genus ſunt ſubiecti, de quo monſtratur quidpiã, quæcũq; de eo per ſe non prædicantur, aut in quibuſcunq; prædicatis, ipſa non includũtur ſubiecta. Etenim demõſtrationis gratia, qua definitur proprietas, multæ ſunt partes includentes in ſe ſubiectum: ut παραλλήλους, quoad adhibentur ad demonſtrandum, quòd triangulus habeat tres duobus rectis ęquos, in hac demonſtratione non definimus abſq; triangulo. Nam niſi ἐκ προσθέσεως, finitio talium παραλλήλων participaret ratione & ſubiectione quadam triãguli, per ſe, παραλλήλων proprietas, pars proprij iſtius prædicati (quo triangulus dicitur tres habere duobus rectis æquos) nequaquam exiſteret. Satis (ut opinor) intelligitur, quæ ſint intra, & quæ ſint extra genera & ſubiecta, demonſtrabiliũ proprietatũ: itẽ, ꝙ extrema cũ medijs eiuſdẽ generis Scienniæ cõnexa eſſe oporteat. Nam ſi ſubiectum ſit figura ſeu planicies, proprietates ei corporis ineſſe, nunquam demonſtrabitur: nec media Stereometriæ, adhiberi ad Geometrica ſubiecta poterunt. Vt ergo Figurę propria nulla inſunt, quæ ſunt extra genus Figuræ, quę nimirum nec de Figura prædicantur in QVID, nec in definitione horum prædicatorum Figura includitur: ita nec de triangulo, per

ſe

ſe quicq̃ prędicaẽ, q̃d nõ per ſe de ipſo enũciẽ, aut in quib. prędicatis ipſe nõ includaẽ. Cuiuſmodi prędicata, nec ipſa ꝓferũt ſe extra genus triãguli: ut maius, minus, æquale, totũ, pars, et ſimilia, quę efferunẽ de angulis figurarũ, ſeu ſuperficierũ q̃a ſuperficies: ſed hoc modo æquales, de triãgulo q̃a triãgulus, duntaxat enũcianẽ. Media cũ participẽt extremis (quatenus prędicatũ de ipſis in quid, in maiore ꝓpoſitiõe efferẽ: ſubiectũ aũt ipſius, medij ἐκ προσθέσεως finitiõe implicẽ: qua ratiõe prędicaẽ per ſe de ſubiecto in minore) eãdẽ q̃q; cũ extremis habebũt rationẽ, id eſt extra ea ſe nequaq̃ ꝓferẽt. Diligẽter itaq; cõſiderãdũ, cuius generis & ſubiecti ſit prędicatũ, præſertim ſi fuerit ὁμώνυμον. Vt Iuſticia & Iniuſticia (q̃ad ſunt habitus ethici) nõ ex neceſſitate alterutra ineſt, ſed ex neceſſitate uel alterutrũ ineſt, uel neutrũ. Omnis eñ homo iuſtus, aut iniuſtus, aut neutrũ eſt: ut pueri, qui neutrũ ſunt, utroq; priuati habitu. Theologi nõ habitu, ſed origine naturę & facultatũ animę, finiẽtes iniuſticiã, ꝓnũciãt omnẽ hominẽ uel iuſtũ, uel iniuſtũ eſſe. Vt ergo prædicata hęc eiuſdẽ generis nõ ſunt, ita nec eiuſdẽ ſciẽtiæ media ſunt adhibẽda: cũ aliter de his reb. Ethicus, aliter Theologus diſputet. Ex alieno genere ſumunẽ argumẽta, qñ motus animatos Aſclepiades et Eraſiſtratus ꝓuenire dicunt, nõ ab anima, ſed à natura: quę nimirũ diuerſorũ generũ ſunt principia. Motũ tractus humorũ atq; excretiõis, quẽ anima exercet facultatib. inſitis. hũc illi autores principio naturali adſcribunt: q̃ fit, ut nec medijs demõſtrationũ eiſdẽ utanẽ, ſiquidẽ argumẽta illorũ falſa ꝓ demõſtrationib. ſũt habẽda. Multorũ generũ cõtraria ꝓpria, Phyſici cõſiderãt: quinetiã Geometræ, oppoſitos & maximè diſtãres diametro angulos, aut maximè oppoſita puncta, ſecũdũ quæ cõtrarius motus reb. accidit, cõtẽplanẽ. At cõtrariorũ illorũ ꝓpria, ꝓ ſubiectorũ ratiõe & natura demõſtranẽ quidẽ ſuis quibuſdã, & huic generi accõmodatis argumẽtis: ut ꝓpria ſanitatis, ꝓpria morbi, ꝓpriũ arctici poli, itẽ antarctici: nec nõ ortus & occaſus, oppoſitorũ. At cõtrariorũ, nõ quia in aliq̃, ſed q̃a ipſa, ꝓprietatũ cõtẽplatio alterius generis et ſubiecti eſt: nẽpe ὄντος, ᾗ ὄν, q̃d ſibi primus philoſophus uẽdicat. Hoc in genere ꝓpriũ eſt, inter alia cõtrariorũ, ut eorũ una ſit ſciẽtia: q̃d ipſum nõ alterius generis medio demõſtraẽ, ſed ꝓpoſiti generis uernaculo argumẽto. Cõſideranẽ q̃dẽ cõtraria abſolutè, & quatenus ὄντα: quorũ hac ratiõe ꝓpriũ eſt, ut eorũ una ſit ſciẽtia: quamuis ipſis minimè una cõſtituaẽ eſſentia, participantib. ipſis uno genere, aut uno cõmuniq; ſubiecto. Quæuis alia participãt ſubiecto q̃dã ꝓpria, cui nõ, quia ipſum ſimpliciter Ens ſit, cõſideranẽ ſubiecto ineſſe: ſed q̃a, uel quatenus ſubiectũ mobile eſt (qualia cognitionis ſunt Phyſicæ) uel quatenus diuiduũ in partes: q̃ ſibi ſumũt Mathematici. Prima aũt philoſophia, nulla determinatiõe ὄντα, ᾗ ὄντα cõſiderãs, eorũ ꝓpria cõtẽplaẽ eiuſdẽ generis medijs, nõ alterius. Cõgruit cõtrarijs, q̃a cõtrarijs, & quatenus ſunt ex numero ſimpliciũ et principiorũ, ut percipianẽ eadẽ ſciẽtia. Genus illud ἁπλῶς ὄντων, definiẽ Mẽte: nẽpe quatenus principia, & ſimpliciſſima quęq;, nõ ſunt aliud q̃ mẽs intelligẽs ipſa: quũ ὄντα, ᾗ ὄντα, neq; mobilia ſint, neq; partib. diuidua: ut ſunt, quę extra mẽtẽ aliud ſunt ipſa, aliud ipſorũ eſſe. Quòd aũt nõ cõtrarijs. ſed una ſciẽtia, percipianẽ cõtraria logica mẽs & facultas eſt in cauſa. Etenim δυνάμεις oẽs ἄλογοι, ita ſunt cõparatę, ut una ſit unius dũtaxat. Calidũ eñ nõ niſi calefacere põt, et frigidũ dũtaxat refrigerare: pręſtare unũ q̃duis iſtorũ nequit cõtrarias energias per ſe. Sed habitu ſciẽtię uno, cognoſci cõtraria poſſunt: ut ſciẽtia eadẽ eſt recti & curui, paris & imparis, motus et quietis, ſani & ęgri, iuſti & iniuſti, peccati & gratię. αἴτιον, inquit Ariſtoteles, ὅτι λόγος ἐστὶν ἐπιστήμη. ὁ δὲ λόγος ὁ αὐτὸς, δηλοῖ τὸ πρᾶγμα, καὶ τὴν στέρησιν, πλὴν οὐχ ὡσαύτως, καὶ ἔστιν ὡς ἀμφοῖν, ἔστι δὲ ὡς τοῦ ὑπάρχοντος μᾶλλον. Nã cũ alterũ cõtrariũ intelligaẽ, negatiõe alterius: unius per ſe notitia, alterius ſecũdũ accidẽs erit: cũ priuatio, ſine habitu nõ noſcaẽ, et ſine ſubiecto habitus. Ex q̃ eſt euidẽs, λόγον principiũ eſſe cõtrariorũ. ἔστι γὰρ δὴ τὸ ἀρχὴν εἶναι, τὸ αὐτὴν ἢ αἰτίαν εἶναι πολλῶν. propter eãdẽ cauſam, nẽpe ꝓpter λόγον, anima principiũ eſt ἐνεργειῶν cõtrariorũ. Quãtũ eñ ad ſcientiã ſpectat, cõſeruare põt Medicus,

Galenus in lib. de Facultatibus naturalibus.

Metaphy. 4.

Metaphy. 9.

Ζώων γενέσεως

dicus,& perimere: Iurecõſultus, æquitatẽ impertiri, & iniuria afficere. λόγος γὰρ ὁ αὐτὸς ἀμφοῖν μὲν, οὐχ ὁμοίως δὲ, καὶ ἐν τῇ ψυχῇ, ἣ ἔχει κινήσεως ἀρχήν, ὥστε ἄμφω ἀπὸ τῆς αὐτῆς ἀρχῆς κινήσει πρὸς τὸ αὐτὸ συνάψασα, διὸ τὰ κατὰ λόγον δυνατὰ, τοῖς ἄνευ λόγου δυνατοῖς, ποιεῖ τἀναντία. μία γὰρ ἀρχὴ περιέχεται τῷ λόγῳ. Alius deinde eſt habitus, q determinat potẽtiã hãc habitus ſciẽtiæ: nẽpe is, gratia cuius nõ tã ſciẽtes appellent, q̃ artifices: q nimirũ ad finẽ, & ad bonũ referunt omnia: eoq; habitu non mẽs, ſed informat uolũtas. Artifices em̃ nõ modò peritos, ſed etiã bonos uiros eſſe oportet. Hactenus q̃uo una ſit ſciẽtia cõtrariorũ diximus. Si q ſunt alia q̃q; effectuũ contrariorũ principia, ea uident eſſe, ſed nõ ſunt cõtrariorũ per ſe efficiẽtia. Vt ſol dicit tanq̃ cauſa una, liqueſaciẽs cerã, et indurãs limũ: cõtrarios effectus, cõtrariasq; exercẽs, ut uidet, energias. Cùm ſint in diuerſis, & ꝓpter diſſimiles naturas hæc fiãt, ꝓ cõtrarijs ob id nõ ſunt habẽda. Sol em̃ ipſe per ſe nõ eſt principiũ cõtrariorũ, ſed diſſimilitudo patiẽtiũ rerũ: q̃rũ diuerſitatis motus, natura principiũ eſt, in rebus mobilib. inſita, mouẽs aũt principiũ ſol, nõ ſine naturali tñ principio mouẽs. Nõ agẽdi porrò ſed patiẽdi cõtraria, principiũ eſt Materia. Sed de his, ὡς ἐν παρέργῳ, ſatis dictũ: quib. ꝓpter exẽplũ Ariſtot. explicãdis ſuperſedere nõ potui. Oſtẽdit deinde alio q̃dã exẽplo, pertinere ad genus idẽ, extrema & media demõſtrationũ, nec extra illud ſciẽtiã euagari: cũ quę ſunt extrà, reb. accidant ſubiectis, & ꝑ ſe nullo modo poſſint ineſſe. Itaq; Geometra ꝓprietatẽ cubi, qua duo poſſunt eſſe unus cubus, nõ cõſiderabit: quãdoquidẽ Geometria generis ſuperficiei ꝓprietatũ ſit contẽplatrix, quẽadmodũ Stereometria generis corporis. Tria em̃ ſunt genera quãtitatis cõtinuę: linea, ſuperficies, & corpus: quorũ ꝓpria, ut non ſunt eadẽ, ita nec principia demõſtrationũ ſunt eadẽ. Quãobrẽ quę Stereometriæ erunt uel ꝓpria uel media, ad Geometricũ genꝰ nõ trãsferent, ꝓpter eãdẽ, de qua prius diximus, cauſam. Plato lib. 7. de Repub. hoc nomine diſtinguit Geometriã & Stereometriã, q;

Stereometria quid. nimirũ diuerſorũ ſint generũ. τὴν δὲ γὰρ πρὸ τῆς ἐπιπέδου πραγματείαν γεωμετρίαν ἐτίθης; Et paulo pòſt: ἑξῆς γὰρ ὅλον τὴν βάθους αὔξης μέθοδον: quib. uerbis Stereometriã intelligi uoluit.

Quo pacto duo cubi, poſſint unus eſſe cubus. Cęterũ demõſtratio duplatiõis cubi, ꝓdita eſt ab Apollonio Pergęo, & Herone in Mechanicis, q ſanè extat: & poſſet hoc loco nõ incõmodè explicari, niſi perplexior eſſet, & difficilior q̃ ut ab inexercitatis in Mathematicis queat intelligi. At q cupidiorib. ſciẽdi ſatis etiã in hoc fiat, in annotatis hãc demõſtrationẽ ſubijciã: cuius ignari

Vitruuius. inſulę Deli quondã incolæ, quũ oraculo Apollinis moniti eſſent ut aram duplarẽt, ſi uellẽt placata numinis ira, ſęuiſſimã ꝓfligare peſtẽ: q̃uo duplãda eſſet, cõſiliũ à Platone accepiſſe ferunt. Cauẽdũ ergo, ne aliena ꝓpoſito generi accõmodemus uel accidẽtia, uel media: deinde ne ꝓpria fictis, & cõmẽtitijs argumẽtis, & medijs demõſtremus. Abſtinẽdũ em̃ nõ minus à falſis principijs (qualia ſũt pleraq; ueterũ Phyſicorũ) q̃ ab alieno genere trãslatis. Ariſtoteles in Ethicis, de ſũmo hominis bono diſputãs, cẽſet abſurdũ eſſe, ſi qs eius rationes mõſtrare conet, argumẽtis τοῦ αὐτοῦ ἀγαθοῦ: q̃d ipſe Ideã boni nominat. Eius em̃ nõ ad Ethicũ, ſed ad primũ philoſophũ cognitio ꝑtinet: nec eiuſdẽ generis eſt bonũ humanũ, et bonũ ipſũ: nec illorũ eadẽ ꝓpria, et media. Diſputationẽ q̃q; partiũ & facultatũ animæ, nõ pertinere ad Ethicũ oſtẽdit, exceptis eius partib. duab. ratiõis ui, et appetitu: quæ tñ ipſę nõ abſolutè tractationi adhibeant Ethicę, ſine limitatiõe hac, qua uirtutis poſſint eſſe participes. Quid multis opus? nemo methodi q̃ Ariſtot. eſt obſeruãtior, ſciẽtior, exquiſitior argumẽtãdo, nemo accuratior et ſubtilior probãdo, ipſo: ut pręcepta et exẽpla demõſtrationũ, rectiſſimè peti ex illo mihi uideant. Hactenus nõ diuerſo ex genere extremis & medijs cõquiſitis, demõſtrari quicq̃ oſtẽdimus. Verũtamẽ genera, q̃ad participãt ꝓpriè ſubiectis aliorũ generũ, ut eiſdẽ ꝓprietatib. participẽt, neceſſe eſt. Vt quãtitates cõtinuę, quatenus participãt cauſa diuiſiõis, numero: eadẽ ratione participãt etiã proprijs numerorũ, & medijs demõſtrationũ. Lineę, q̃ad participãt ratiõe parallelogrãmorũ, aut triãgulorũ ſimiliũ, ꝓbant participare quadã analogia: q nõ poſſit eſſe niſi linearũ taliũ, qui-

bus

bus queāt huiuſmodi εὐθύγραμμα cōſtitui, cuiuſmodi lineis etiā definiri ſoleāt ęqualia εὐθύγραμμα. Quapropter ratiōe ſimiliū εὐθυγράμμων, cōparabiles ſimili ꝓportiōe lineas demōſtramus: et uiciſſim cōparabilib. ſic lineis, ſimiles figuras poſſe cōſtitui oſtēdimus. Ita fit, ut lineis multa ꝓpriè inſint, cauſa figurarū quarū ſunt partes: & uiciſſim figuris, quia tali ꝓprietate prędítis lineis participāt, aliquid cauſa linearū ꝓpriè accidat. Enimuerò multa reb. inſunt per ſe, nō primo aut ſecūdo modo, ſed quarto, nēpe cauſa participatiōis alterius generis: in quib. καθ' αὑτὸ perinde interpretari licet, ac ſi diceret, δι' αὑτό. Valet eadē ratio, ſi linearū & ſuperficierū ꝓpria quędā trāsferunt ad demōſtrationes Stereometricas. Nam quia ſuperficies, participāt lineis ſimiliū figurarū (ſed quātitate inæquali) qua ꝓportiōe inter ſe latera, eadē geminata, quātitates figurarū inter ſe cōparant: ut latus unius, reſpectu alterius, ſi ſit duplū, εὐθύγραμμον maius: reſpectu minoris, quadruplū erit. Si triplex linearū ꝓportio, iā non figurę, ſed corporis reſpectu alterius exuperātia generis magnitudinis cognita erit. Vt ſi cubus ſit habēs octo partes, q duplo ſit maior, habēte quatuor: & quatuor, eo q duas: et qui duas, eo q unā partē: dupla linearū quatuor cōtinua ꝓportione, primus reſpectu ultimi (triplicata ꝓportiōe) cubicus erit: et octies grandior cubus, ultimo & minimo. Vt ergo lineæ inter ſe cōparant, ita ex his ꝓcreati cubi inter ſe cōferent: ac ſemper proximus, reſpectu præcedētis, ſubduplus erit cubus. Minimi ſunt hîc cubici, primus & ultimus. Medij, cubici nō ſunt numeri, et radices haberē ἀλόγους lineas, & nō niſi δυνάμει: cubicorū ſcilicet inde ex illis excitatorū ratiōe συμμίξεως. Atqui lineæ tales duæ medię, ꝓportiōe ſimili et cōtinua cōparabiles, quō ſint inueniēdę, demōſtratiōe hac Apollonij, cuius paulo antè feci mētionē, docet. Radices nominabiles duorū extremorū, nēpe primi & ultimi cubi, ſunt binarius & unitas. In medio, ꝓportione hac incōparabiles ſunt lineę: ſed ꝓducti tñ ex his cubi, cōparabiles. Huiuſmodi lineę, & radices cuborū, ꝓportiōe cōtinua cōparabiles, rationib. linearū (æqualiū παραλληλογράμμων) inueſtigant, necnō rationib. etiā ſimiliū triāgulorū. Ex quo ſit euidēs, ꝓpria εὐθυγράμμων, ad demōſtrāda linearū propria accidētia adhiberi, & ꝓprijs accidētib. linearū (ut harū mediarū inter duas radices cuborū) ꝓportionē duplā cuborū demōſtrari applicatiōe ad quātitatē cubicā. Propriū certè eſt taliū cuborū, ut talib. & hoc modo demōſtratis excitent lineis: nec ſine his duplus cubus pōt definiri. Et linearū taliū ꝓpriū eſt ut ex ipſis cōtinua ꝓportiōe cōparabiles cubi, tāquā radicib. quibuſdā efflorescāt. Experimur his exēplis, q̄ latè pateat illud ἐφαρμόζει, q̄ ſubiecta certa ſciētiarū, diuerſorū generū ſubiectis participāt alijs Per ſe ꝓpriorū cauſa: quæ ipſis ꝓpter alia inſunt participata ſubiecta, ut cubis illis (ꝓpter participatas has lineas) duplatio: per quæ, uel propter quę participata, aut ex toto, aut ex parte quadā, ipſis propriè quidpiā ineſſe demōſtramus. Sed uidēdū tamen ut μετάβασις hæc temeritate careat, turbāte & uiolāte limites ſcientiarū: quā uiolatione irrepit accidens in demōſtrationes, nō cōueniente nimirū alieni generis applicatione. Vt propriū eſt animati corporis, ſanū eſſe uel ægrum, quoad ambo accidūt ὁμοιομερέσι partibus, propter elementa quib. concretę ſunt partes illæ. Qui elemēta dicūt atomos, cauſam huius ꝓprij, cēſent συμμετρίαν & ἀσυμμετρίαν τῶν πόρων καὶ ὄγκων. Qui quatuor nota hęc, qualitatib. primis, prima corpora, tēperiē & intēperiē allegāt. Illi ex alieno, hi minimè ex alieno genere, diſſimilima conditione ducunt demonſtrationes: quoniā illorū ratio non quadrat (quū nō ſit Phyſici generis) demōſtrando propoſito, horū uerò congruit et accommodata eſt. Quidam roſam calefacere dicunt, quia ſit rubea, fre- *Exempla falſorū et alienorū principiorum.*

ti hoc

ti hoc argumento: Omne quod flammeũ habet colorẽ, id calet. Omne rubeũ, flammeum habet colorem. Eodem modo decipiuntur, qui amara omnia, calida eſſe dicunt: cùm nec omnia amara ſint calida, ut ſalices, lactuca ſylueſtris, opiũ: nec omnia calida ſunt amara, cùm ſint quædã acria ſalſa, dulcia. Quamuis enim ipſum, per ſe, amarũ ſuccũ calore generari cõſtet: nõ tamẽ pro medio ritè uſurpaẽ, ut monſtreẽ quidpiã calefacere, aut calidum eſſe eo ꝙ ſit amarũ: cùm aliud ſit amarũ eſſe, aliud ſit calefacere. Vt ẽm amarũ calefaciat per ſe, nihilominus tamẽ quo minus id poſſit, *ἀνομοιομερείας* ſuccorũ interdũ impediẽ, aut proprietate ſubſtãtiæ, quæ maiorem uim habeat, ꝙ̃ manifeſtæ qualitates. Applicatio & *μετάβασις* falſa ex genere deprehenditur, quando uel præſente & participato genere, proprij deprehenditur nihilominus expers eſſe: uel proprij particeps, nihilominus expers generis illius exiſtat ſubiectũ, de quo participatum proprium eſt demonſtrandũ. Iam antea oſtẽdimus, multa ſubiectis ineſſe propriè: non quia ipſa, ſed quia participant quodam. Vt ſanum & ægrum, inſunt Animato: non quia Animatum, ſed quia participat accidentibus, quibus per ſe congruit *ἔμμετρον* & *σύμμετρον*. Duo cubi, ut ſint unus cubus, à Geometra conſiderari negat Ariſtoteles, quia diuerſa ſint genera, ſuperficies & corpus: quorum unũ ſubeſſe alteri nequeat. poteſt id intelligi (ut diximus) de duplatione cubi, qua nimirum ratione unus poſſit eſſe æqualis duobus: quæ demonſtratio pertineat ad Stereometriam. Aut poteſt ſic intelligi, ut duo cubi dicantur ſpecie & definitione unus: quemadmodum aliàs, multa ad numerum, nihilominus ſpecie dicuntur Vnum: quale Vnum, ſcientiæ contemplantur, & eſt *αὐτοέκαστον*: cuius cognitio non pertineat ad Geometram, ſed potius ad Metaphyſicum. Aut ſic, quo nimirum pacto, duo actu cubi poſſint fieri, & eſſe unus actu cubus. Etenim duo quæ ſunt actu, eſſentiã unius actu non cõſtituunt. Quare neceſſe erit, ut duorum cuborum materia, unus cubi ſpecie informetur. Non enim niſi ſub ratione *δυνάμεως* & *ἐντελεχείας*, ex duob. fieri unum poteſt, ut Ariſtoteles docet in Metaphyſicis. Si hoc modo exemplum illud interpretemur, de duobus cubis quæritur, non ut de ſubiecto Mathematico, ſed quoad participant ratione generis, uel ſubiecti Metaphyſici. Verùm nihil refert, quocunq; modo id interpretẽre. Illud ſatis eſt intelligi, certo genere quodam, cuiuslibet ſcientiæ ſubiectum eſſe limitatũ. Deinde quæ propriè ei, & quibus medijs atq; cauſis inſint, inueſtigari conſueuiſſe. Poſtremò, ut nulla ei alterius generis proprietas ineſſe poſſit, ita nec demonſtrationes ex uno genere poſſe transferri in aliud genus, niſi quoad unum participat alterius genere: ut Phyſica nonnulla, participant Mathematicis accidentibus, quorum ratione proprietates de ipſis Mathematicæ etiam monſtrantur. Qua limitatione, Phyſica *πάθη* Mathematicis demonſtramus rationibus: quatenus nimirum, ſubiecto etiam generis Mathematici limitantur. Hac ratione, Optica ſub Geometria, Muſica ſub Arithmetica: ſub utraq;, Aſtronomia. Conſiderantur aũt hęc, non quia ſimpliciter Phyſica, ſed quoad participant quantitate, & eiuſdem proprietatibus. Qua ratione fit, ut in Phyſicam argumenta transferantur etiam Mathematica, quatenus *πάθη* quoque in illis ſunt Mathematica. Contraria fit ratione, ut Mathematica ſubiecta nõnunquam participent proprietatibus Phyſicis, limitatione ſubiectorum. Vt lineę rectę propriè ineſt, ut pulcherrima ſit linearum: non quia linea, ſed quia maximè una & ſimpliciſſima, & quæ propter perfectionem, aliarum linearũ tanquam menſura exiſtat. In omni uerò genere, unum quiddam perfectiſſimum exiſtit, quodcunq; nimirum aliorum eiuſdem generis fuerit mẽſura. Ergo lineæ

go lineæ

go lineæ rectæ, proprietas hæc ineſt, non quia linea, ſed quia menſura: quæ limitatio, eſt generis metaphyſici. Sic diametro accidunt ſurſum & deorſum: non quia diameter, ſed quia participat poſitu & loco corporum naturalium. Deinde etiam quando quæritur, utrum rectæ contraria ſit circularis? Nõ de recta quęritur, quia recta, ſed quoad participat communi quodam accidente, nempe repugnantibus & contrarijs: quod ipſum quoq; communib. & Dialecticis explicatur argumentis. Quomodo autem duo hæc contraria erunt, quũ ſint ſub diuerſis generibus? Circulus enim, ſuperficies eſt. Sed contraria, ſub eodem ſunt genere: circulus & recta linea, nõ ſunt ſub eodem genere. Genera ὁμογενῶν iam antea oſtendimus eſſe tria, prædicatisq; & medijs eorũdem generum, cõtexi demonſtrationes: nec transferri ex alio genere, uel prędicata propria uel media, niſi limitatis aliquo modo ſubiectis, talium quoq; translatorum generum quibuſdam accidẽtibus: quibus limitationibus, ex uno genere in aliud, fiat tranſitus. Participatione enim alterius generis, et propria participatorum et media ſolent tranſmigrare: quæ alioqui ſubiecto non ſic limitato, per accidens ei inſunt: ut, Fœlicitas homini, non quia homo, ſed quia uirtutę prædito ineſt: & Rigoris ſymptoma, quia nerui frigore affecti. In Hemitritæo, horrorẽ quodãmodo mixtũ rigore, ineſſe Galenus ſcribit: quia uidelicet pituita ſit mixta cum bile flaua. Deinde Hemitritęam febrim, quatenus ſit continua, neq; rigorem habere, neq; horrorem: quoniam id proprium ſit continuarum, eſſe autem quotidianam in hemitritęa cõtinuam. Sed quòd horroribus ſubinde continua quædam, ut Hemitritæus, interpelletur, id fieri participatione intermittentis tertianæ inquit. Veruntamen non modò toto genere diſcrepantes ſcientiæ, hac ratione dicta, in fines immigrant aliarum, ſine confuſione propriorum limitum: ſed etiam priores quæq; demonſtrationes, adſciſcuntur in proximè ſequentes, hac quaſi adoptione, qua participant earum ſubiectis tanquam quibusdam proximis generibus. Nec definitio etiam proprietatum confici ex alijs poteſt, quàm communibus, cauſaq; participationis: quãquã eiuſdẽ interim generis ſupremi, nempe Geometrici (uerbi gratia) omnia exiſtunt. Primũ, & ſimpliciter eſt unũ genus Geometricorum propriorũ & mediorũ, Quantum continuum, quia continuũ. Aliquo modo idem genus eſt, non ſimpliciter tamen ipſum, ſed aliquo accidente determinatum: ut quando de continuo, non quia continuum, ſed quia numeri particeps, demonſtratur quidpiam. Propria enim, quę ſic limitato inſunt, cõtinuo, quia ipſum, accidunt (qua ratione non dicitur ἀπόδειξις ad genus alienũ μεταβαίνειν, & diuerſi generis explicari principijs) ſed quia particeps numeri, propriè ei demonſtrantur ineſſe propria huiuſmodi: qua ratione continuũ quãtum, non ſimpliciter, ſed πῇ, & aliquo modo, generi numeri limitatione hac dicitur ſubeſſe, eiusq; proprietatibus & medijs ſubijci. Vitioſarũ μεταβάσεων exempla ſunt plurima, apud omnis generis ſcriptores, refellentes aliorum errores in demõſtrationibus: quæ breuitatis cauſa cõmemorare nolo. Diximus hactenus, quomodo ex ſui generis principijs uernaculis, quęlibet demonſtratio probet ſuum propoſitũ: nec euagari ullã ſcientiã oporteat extra limites illorũ ſubiectorũ, aut prædicatorũ propriorũ, niſi diuerſi generis limitatio quędam accedat. Deinde etiam, quo pacto prius demõſtrata ſubiecta & propria, poſteriorum demonſtrationibus adhibeamus, ex quibus, tanquam partibus conſtituantur demonſtrationes perfectæ. Nunc de ipſis diſſeramus demonſtrationibus, ex huiuſmodi conflatis & conſtitutis principijs. Quia uerò earum καθόλου ſunt propoſitiones: & primum extremum, nempe prædicatum,

Participãtium alio genere, proprietates.

Gal. li. β. De differẽ. Febriũ.

Quid inter Phyſica, id eſt concreta genera, & ſecreta à materia interſit genera Scientiarum.

medio ineſt per ſe, & quia ipſum: deinde medium ultimo, nempe ſubiecto propoſiti, eodem ineſt modo: neceſſe erit primum ultimo quoque καθόλου ineſſe. Sic demonſtrantur omnia ſempiterna & neceſſaria uera, quorũ ſimpliciter dicitur eſſe demõſtratio & ſcientia. Decæterò eadem eſt differentia ſcientiarum, qualis aut cuiuſmodi eſt eorum quæ ſciuntur cum ſint mutuò relata, ἐπιστήμη & ἐπιστητόν. Omnino & ſimpliciter neceſſaria ſunt omnia, quoad conſiderantur ſecreta à materia: ut Mathematica ſunt, nec non quæ ad contemplationẽ primi Philoſophi pertinent. Participantibus materia rebus, nõ idẽ perpetuò ineſt: nec in uniuerſum prorſus uera, ſic demonſtrari poſſunt, ut ex neceſſitate ſemper ita ſeſe habeãt, ſed quatenus plerumq; , etiam quando demonſtrantur καθόλου: ut fieri ſolet in Phyſicis diſciplinis, quæ nondum profe-runt ſeſe ad rerum ſingularum ποίησιν, aut πρᾶξιν. Quo ſanè multum inter πρόπους ἐπιστημῶν intereſt, quos diſtinguere & internoſſe debeant eruditi, ut ſuis principijs, & ſuo modo, quamque rem propoſitam norint demonſtrare.

In Phyſicis nõ quatenus ſemper, ſed plerũque ita ſe habẽtia, cõſiderantur.

Metaph. α. ἐλάττονι.

Autore enim Ariſtotele, τὴν ἀκριβολογίαν τὴν μαθηματικὴν, οὐκ ἐν ἅπασι ἀπαιτητέον, ἀλλ' ἐν τοῖς μὴ ἔχουσιν ὕλην. ἅπασα γὰρ ἡ φύσις ἴσως ἔχει ὕλην. De hac differẽtia quoniam aliàs diximus, in præſentia non nimis prolixè eam tractandam cenſeo: præſertim cùm Methodum tractandorum uerorum ἐνδεχομένων, Ariſtoteles etiam in primo Ethicorum ad Nicomachum libro, eruditè admodum et breuiter perſtrinxerit. Igitur non quod ex neceſſitate ſemper, ſed plerumq; inſit πάθος materiatis rebus, καθόλου ſolet demõſtrari: cùm ſint multa, quę motus & fines rerum naturalium poſſint impedire, quæ alioqui non impeditis propriè ineſſent. De neceſſitate cauſarum naturalium, ſuo loco diſſeremus. Plerumq; igitur contingentia non neceſſarijs, ſed ſimilibus, id eſt plerumq; ita habentius medijs ſunt demonſtranda. Oportet enim, autore Ariſtotele, τῶν αἰσθητῶν αἰσθητὰς, καὶ τῶν φθαρτῶν φθαρτὰς, τῶν ἀϊδίων ἀϊδίους εἶναι ἀρχάς. ὅλως δὲ, ὁμολογῶν τοῖς ὑποκειμένοις. Parmenides & Meliſſus, demõſtrandis naturalibus rebus cùm principia adhiberent non αἰσθητά, ſed νοητά: nec iſtius generis principia, quorum cauſa res mutabiles eſſent & caducæ, afferrent in medium: neceſſe ipſis fuit dicere, omnia eſſe unum, nec eſſe quicquam mutabile, ſed uideri tãtum omnia multa & mutabilia. In Phyſicis aũt, rationes cõſtare nobis debẽt mutationis rerũ: quę cõſentaneę eſſe nequeũt niſi ſimiles ſint effectibus, nẽpe cõtingentes & mutabiles eodẽ modo, quo effectus ſunt cõtingentes & mutabiles.

περὶ οὐρανοῦ, γ. circa finem.

Quonã ponderãda ſit ueritas Phyſicarũ demonſtrationum.

Veritas quidẽ rationũ, et argumentorũ Phyſicorũ, põderanda φαινομένοις: ſed euẽtu & fine operũ, æſtimãda ueritas artificioſę aut practicę ſcientiæ: ὅτι τέλος μὲν τῆς ποιητικῆς ἐπιστήμης, τὸ ἔργον: τὸ δὲ τῆς φυσικῆς, τὸ φαινόμενον ἀεὶ κυρίως, κατὰ τὴν αἴσθησιν. Ariſtoteles appellat hoc loco φθαρτά, quę ſubiectis nõ ſemper, nec omnibus inſunt propria prędicata, quæ nec ſimpliciter & καθόλου demonſtrari, nec definiri etiam poſſunt ſimpliciter: quòd nimirum propter materiam, limitationib. oppoſitis, ſubiecti talis ſpecies ſit obnoxia. Etenim nulla cauſa eſſe poteſt per ſe, aut ſecundum accidens, qua impediente, triangulus non ſit particeps ſuæ iam ſæpius cõmemoratæ proprietatis. Vt uerò corpus naturale moueatur, aut ut quieſcat, ut illo uel alio tempore & loco exiſtat, ut hoc uel alio modo ſit affectum, nullam ſimpliciter id καθόλου limitationẽ obtinet. Nam quod ſimpliciter ratione καθόλου limitatur ſubiectum, temporis aut modi gratia alterius, nequit aliter eſſe comparatum: quare ſempiternum eſt, & neceſſarium quoq; ſimpliciter, quod abſolutè καθόλου exiſtit. Quæ uerò rebus propriè, ſed motus (nempe materię) cauſa inſunt, non ſimpliciter ipſis quia ipſæ, ſed temporis cauſa, aliquo modo affectis, ineſſe conſueuerunt. Pau

καθόλου uera, ſimpliciter & abſolutè ſunt uera.

lo antè dictū eſt, ἐπιστήμας πρακτικὰς καὶ ποιητικάς, huiuſmodi ſyllogiſmis uti, quum ſeſe proferant ad cognoſcenda καθ' ἕκαστα, atq; ea quæ temporis cauſa, re bus inſunt propria accidentia: quum quatenus καθόλου cognita, ſint extra locū & tempus. At quicquid temporis cauſa uerum eſt, id omne φθαρτὸν exiſtit: & qua ratione φθαρτὸν, hac ſcientia eius eſſe nequit per ſe, cùm ſcientia ſit eorum quæ ſemper ſunt. Nihil uetat tamē, quo minus eorum ſecundū accidens ſcientiam eſſe dicamus: quo differunt ab his, quę temporis quidem cauſa uera ſunt: quorum tamen nulla nec per ſe, neq; ſecundum accidens, ſcientia eſſe poſſit, ut ſimpliciter accidentium: quorum etiam penitùs nulla ſit neq; ſcientia, neq; demonſtratio. Quòd autem ſub ſenſum cadentium, & ſingularum rerum, per ſe ſcientia nulla ſit, malo id ut lectores Ariſtotelis, quàm meis uerbis, cognitū habeant, qui Metaphyſicæ libro ζ. ita ſcriptum reliquit: διὰ τοῦτο καὶ τῶν οὐσιῶν τῶν αἰσθητῶν, τῶν καθ' ἕκαστα, οὔτε ὁρισμὸς, οὔτε ἀπόδειξίς ἐστιν, ὅτι ἔχουσιν ὕλην, ἧς ἡ φύσις τοιαύτη, ὥς ἐνδέχεσθαι, καὶ εἶναι, καὶ μή. διὸ φθαρτὰ πάντα τὰ καθ' ἕκαστα αὐτῶν. εἰ οὖν ἥ τε ἀπόδειξις τῶν ἀναγκαίων, καὶ ὁ ὁρισμὸς ἐπιστημονικός, καὶ οὐκ ἐνδέχεται, ὥσπερ οὐδ' ἐπιστήμην: ὅτε μὲν ἐπιστήμην, ὅτε δ' ἄγνοιαν εἶναι, ἀλλὰ δόξα, τὸ τοιοῦτόν ἐστιν, οὕτως οὐδ' ἀπόδειξιν, οὐδ' ὁρισμὸν, ἀλλὰ δόξα ἐστὶ τοῦ ἐνδεχομένου ἄλλως ἔχειν. δῆλον, ὅτι οὐκ ἂν εἴη αὐτῶν, οὔτε ὁρισμὸς, οὔτε ἀπόδειξις. ἄδηλά τε γὰρ τὰ φθειρόμενα, τοῖς ἔχουσι τὴν ἐπιστήμην, ὅταν ἐκ τῆς αἰσθήσεως ἀπέλθῃ, καὶ σωζομένων τῶν λόγων ἐν τῇ ψυχῇ τῶν αὐτῶν, οὐκ ἔσται, οὔτε ὁρισμὸς ἔτι, οὔτε ἀπόδειξις. Huiuſmodi tamen rerū φθαρτῶν per accidēs eſſe ſcientiam, quoad nimirum illis καθόλου ratio quadrat, quam nimirum mens illis per ſenſum applicat, non difficile eſt cognitu. Nunc enim & temporis cauſa ſcit eſſe uerum, quod iam antea ſimpliciter & omnino ſciebat eſſe uerum, priuſquā hanc καθόλου, & indefinitam atq; confuſam notitiam ſcientiæ, ſingularis rei adiuncto ſenſu, notitia quadam determinaret. Etenim duplex omnis eſt cognitio rerum, confuſa nimirum, qua noſcitur καθόλου uerum, quod ἀόριστον eſt, quatenus accommodari ad καθ' ἕκαστα poteſt: & determinata per applicationē rei ſingularis, quæ per ſe opinabile quiddam, quoad uerò cū ratione καθόλου notitia ipſius iungitur, per accidens eſt ἐπιστητόν. Quare ut ἐπιστήμη, ita quoq; τὸ ἐπίστασθαι, duplex eſt: indefinitum ſcilicet, ratione ſingularis: & definitum καθόλου applicatione ad rem ſingularem: quæ determinatio, accidit καθόλου ſciētiæ. Ex quo perſpicuum etiam ſit, artes quomodo pro ſcientijs ſint habendæ, & qua ratione in ſcientiarum numero non ſint eædem reponendæ. Ariſtoteles hoc loco, καθόλου concluſorum per ſe ſcientiam eſſe dicit, ſed non καθόλου, ſecundum accidens: quæ ſcientia ſubiectis, quatenus ſint καθ' ἕκαστα καὶ φθαρτά, quadret. Non expers eſt καθόλου ſcientia, δυνάμεως: quoad nimirum energía ipſius determinabilis eſt ratione ſingularis rei cuiuſdam, infinitatem eius tempore & loco circumſcribentis: quæ nimirum ei, tanquam materiæ cuidam non definitæ loco & tempore accidat, non per ſe inſit. Senſus enim per ſe, ſingularium eſt: per accidens, τῶν καθόλου notionum. Et contrà, ſcientia quidem καθόλου notitia rerū per ſe, ſed ſingularum per accidens exiſtit. Proferam teſtem Ariſtotelem, ne quis me iſta comminiſci arbitretur. ἡ γὰρ ἐπιστήμη, ὥσπερ καὶ τὸ ἐπίστασθαι, διττόν. ὧν τὸ μὲν δύναμις, τὸ δὲ ἐνέργεια. ἡ μὲν οὖν δύναμις (ὡς ὕλη) τοῦ καθόλου οὖσα, καὶ ἀόριστος τοῦ καθόλου, καὶ ἀορίστου ἐστίν. ἡ δ' ἐνέργεια ὡρισμένη, καὶ ὡρισμένου, τόδε τι οὖσα, τοῦδέ τινος. ἀλλὰ κατὰ συμβεβηκὸς ἡ ὄψις, τὸ καθόλου χρῶμα ὁρᾷ, ὅτι τὸ δὲ τὸ χρῶμα ὃ ὁρᾷ, χρῶμά ἐστι, καὶ ὃ θεωρεῖ ὁ γραμματικός, τὸ δὲ τὸ ἄλφα, ἄλφα. Liquet ex his quæ diximus, quomodo ſubiectorum φθαρτῶν ſit ſcientia: nempe non καθόλου, ſed ποτὲ καὶ πῶς. Quibus ſic habētibus, neceſſe erit talium ſyllogiſmorum alteram propoſitionem eſſe φθαρτὴν, quandoquidem cōcluſio etiam ſit. Nequit enim

Quomodo καθόλου demonſtratiões, quadrent reb. ſub ſenſum uenientibus.

Quo pacto per accidens, ſingularia ſciantur.

ἐπιστήμη & ἐπίστασθαι, dupliciter uſurpatur.

Artes quomodo participent ratiōe ſciētiæ.

Metaphy. μ. in fine libri.

fieri, quin talium ſyllogiſmorum, quibus non ſimpliciter ſcitur quidpiam, ſed per accidens, altera præmiſſarum non ſit καθόλου, ſed φθαρτά: nimirum tempore circunſcripta eius ueritate, non autem exiſtente neceſſaria abſolutè. Subiecta itaq́, quæ cauſa temporis limitantur, ita ſunt comparata, ut de his per ſe καθόλου proprium non efferatur: propterea quòd cauſa materiæ, his propriorũ limitationes accidunt: quę aut plerunq́ & ſępe inſunt ipſis, aut raro, paucisq́, & infrequentius, quoad conſiderantur ἐν πράξει, ἢ ποιήσει. Illorum autem quæ ſæpe fiunt, cauſæ etiam ut θεωρητῶν καθόλου exiſtũt, propter quas fiant ſæpius: ut quamobrem ſub canicula maximi calores, cùm eorum quæ rariſſimè fiunt, abſolutè, non niſi ſecundum accidens cauſæ exiſtant. Huius generis, ut θεωρητὰ καθόλου, ferè ſunt omnia, quæ ſecundum naturam fiunt. Alia ſunt infrequentiora, ut pleraq́ quæ fiunt contra naturam: aut non ſecundum eam, quorũ cauſa eſt ſola materia, ſi quidem nulla ratione definiri poſſint accidentia: ut ſunt, quę caſu aut fortuitò fiunt, autore Ariſtotele, ad hũc ſcribente modum in Metaphyſicis: ὥστε ἡ ὕλη αἰτία, ἡ ἐνδεχομένη παρὰ τὸ ὡς ἐπὶ τὸ πολύ, ἄλλως συμβεβηκότος αἰτία. Proinde quorundã (ut in rebus ſub ſenſum poſitis) fortuitæ ſunt cauſæ: quas tamen non fortuitum, ſed neceſſarium ſymptoma ſequatur. ut fortè fit, quòd ille corripiatur Apoplexia, alius non. Apoplexiæ προηγουμένη cauſa, fortuita eſt ſymptomatis, nempe amiſſionis ſenſus & motus: cauſa per ſe eſt Apoplexia, & neceſſaria. Accidit quidem, ut huic homini, ut hoc loco & tempore, iſtud morbi eueniret: ſed ut priuaretur ſenſu & motu, neceſſaria & continens fuit cauſa. Prædicatum itaq́ de medio, καθόλου & ex neceſſitate, uerum erit, ſi affirmetur. Medium autem, eſt definitio Apoplexiæ: quæ nimirum cauſa eſt ſymptomatis, ut hoc modo. Omnis cui cerebrum eſt obſtructum, priuatur ſenſu & motu. Minor, eſt temporis cauſa uera: ἐνδεχομένη ſcilicet & φθαρτά. Sed cuidam homini, ut Calliæ, obſtructum eſt cerebrum. caſu eſt uera. Concluſionis ſcientia eſt, ſed per accidens: quum ſubiectum ſcilicet ſit φθαρτόν. ratio paulo antè à nobis eſt expoſita. Propter cauſam continentem & ὁμόγονον, neceſſaria eſt concluſio. Alioqui ſi cauſa non ſit continens, cõiectura eius potius erit, quàm ſcientia (de qua dixi) per accidens, quæ habetur de ſingularis rei accidente. Etenim opinio & coniectura eſt eius, quod in ſingulis, non ex neceſſitate euenit, rametſi ut καθόλου, demõſtrabile eſt: quod quidem plerũq́, etiamſi ex neceſſitate, non ſemper eſt uerum. Vt omnem Apoplecticum plerumq́ mori, demonſtrabile eſt. Sed utrum Callias apoplecticus ſit moriturus, ad coniecturam pertinet: quæ (ut Galenus ait) medium locum, inter perfectam ſcientiam & perfectam ignorantiam obtinet. Omnino & perfectè neſciuntur, quorum indefinitæ cauſæ, & καθόλου cognitum nullum exiſtit: ut ſunt omnia fortuita: ut Petrum aut Calliam in Sardinia moriturum. Quorum qui coniecturam poſſe capi putant, ualde deſipiunt: qui uerò ſciri poſſe arbitrantur, manifeſtè inſaniunt: cùm ſoli Deo hæc ſint nota, ac ſuapte natura ſint incerta & contingentia, nulla cauſarum neceſſitate deuincta. Effectus quidem naturales neceſſarios, & quorum ſunt continentes cauſæ, Ariſtoteles appellat ἐσόμενα: ſed contingentes, & qui poſſunt impediri, μέλλοντα nominat. Nam quod futurum eſt, poteſt etiam omnino non fieri: ſed quod erit, id non poteſt non cauſam ſuam tanquam effectus neceſſarius, ſequi. ὅλως γάρ, οὐ γίνεται πᾶν τὸ μελλῆσαν, οὐδὲ τὸ αὐτό, τὸ ἐσόμενον, καὶ τὸ μέλλον. Syllogiſmos Ariſtoteles, quorum una propoſitio καθόλου & neceſſaria eſt, altera ſubiectionem habet φθαρτοῦ cuiuſdam, diſtinguit bifariam. Quibuſdam concludi accidens quoddam ait, cuius ſit coniectura quędam: nonnullis alijs, concludi quid, cuius ſit per accidẽs

ſcientia:

De ſubiectis ſingularib. nihil per ſe ſcitur, ſed per accidens.

Metaphy. 1.

De hac cauſa, alio dicetur loco.

Quę non στοχασμῷ noſcũtur artificioſo.

Quorũdã nulla omnino eſt ſcientia.

Ariſto. περὶ τῆς καθ' ὕπνον μαντικῆς.

ſcietia: ſed de utriſq; paulo antè dictũ. Obſcuriſſimis et breuiſſimis uerbis his, ſentẽtiã ſuã cõplexus eſt Ariſtoteles, quæ ſic habent: ὅσοις μὴ καθόλου δὲ, ὅτι ὁ μὲν ἔσται, ὁ δ᾽ οὐκ ἔσται, ἐφ᾽ ὧν. id eſt: Si pręmiſſarũ altera, nõ fuerit καθόλου: manifeſtũ, q; in nõnullis id quod prędicaẗ, ex neceſſitate in cõcluſione, cauſę erit effectus. In quibuſdam non erit neceſſarius effectus, ſed talis, cuius in rebus ſingularibus ſit coniectura. Syllogiſmi tales non concludunt καθόλου, ſed duntaxat temporis cauſa uerum: cuius ἁπλῶς tamen non ſit demonſtratio. Et ut demonſtratio talium non eſt ſimpliciter, ita nec definitio: quæ & ipſa per accidens intelligitur quandoque propter res ſenſu cognitas & perceptas. Vt uidens hunc colorem per accidens, etiam καθόλου colorem noſcit: & uidens hoc Alpha Grãmaticus, ſimul Alpha καθόλου quoq; ipſum intelligit. Sic Artifices ſua eruditis ſenſib. cognita habent, cùm ſingula nõ ſine καθόλου ſpecie agnoſcant: quæ ſpecies aut finitio eſt, poſitu duntaxat à demonſtratione differens: aut medium demonſtrationis: aut eiuſdem, ut λόγος ἀποδεικτικός, concluſio. In his ſolis (nempe demõſtrationibus & finitionibus) neceſſitas ineſt, & perpetuitas ſempiternæ ueritatis omniũ rerũ, quoad percipiuntur à nobis. Nunc de demonſtratione, ſed ſuo loco dicturi etiam ſumus de definitione: de utriſque uerò nunc, quomodo rebus ad ſenſum notis quadrent, ſatis dictum opinor. Quæ porrò καθόλου ſubiectis inſunt, ac propriè de his prædicãtur, aut ſemper inſunt, aut plerumq;: ut Phyſica diximus eſſe accidentia: in quibus materia eſt in cauſa, ut non ſemper eodem modo fiat quidpiam. quanquam in uniuerſum & καθόλου plerumq; fieri iſta demonſtrantur, et hac ratione ſimpliciter ſciuntur. quæq; enim res, autore Ariſtotele, ut eſt, ita quoq; cognoſcitur. Accommodata uerò καθόλου ad ſingularia ſubiecta, per accidens ſciri, aut per cõiecturam cognoſci dicuntur: ut paulo antè fuit commemoratum. De iſtius generis demonſtrabilium (ut diximus) rerum ſubiectis non quia ipſa, ſed quia participant accidente limitante quodam, prædicamus propria, & demonſtramus: quæ tamen quoad illis propria ſemper ineſſe intelligũtur, in uniuerſum ſciuntur, & ſimpliciter. Quoad uerò adhibẽtur eadem rebus ſingulis, per accidens ſcientia, aut certè coniectura percipi ſolent propria eorundem: nec tanquã ſimpliciter & καθόλου priora ſciuntur. Propria porrò, rebus inſunt propter materiam, ratione ſingularum ad numerum rerum, uniuerſo quoq; generi dicuntur ineſſe cauſa quadam contingente determinato: quæ cauſa nimirum, nõ ſemper, neq; omni ſubiecto inſit. Vt priuatio ſenſus & motus, homini uel animali ineſt, propter Apoplexiam: quę Apoplexia temporis cauſa, & non eſſentiæ, accidit homini. Et quamuis accidentia huiuſmodi, per ſe reb. ſingulis inſunt, & non ſubiectis καθόλου (ut aliàs docuimus:) nihilominus eorundem accidentium proprietates, quoad ſunt in ſingulis, demonſtrare nullo modo poſſumus (infinita enim comprehendi ſcientia nequeunt) ſed quoad de ſubiecto limitato tali accidente, effertur proprium. ut priuatio ſenſus & motus, de homine, quoad eſt homo affectus Apoplexia. Et ægrotũ, tenui diæta tractandum, de homine, quoad acuto laborat morbo. Et pluribus cibis indigere, ineſt animali: quia cauſa ætatis, in eo calidum natiuum magis abundat. Præceptorum hæc, & regularum, in Artibus ſcientia eſt: quæ nulla eſt, neque in infinita ἐμπειρίᾳ, nec in rudimentis, & inchoatis quibuſdam communibus notitijs: quas in Medicina, pro ſcientia uenditant Methodici. Accidentium limitantium porrò diſcrimen illud eſt, quòd uidelicet in quorundam definitionibus, ſubiectum limitatum includitur: ut in Apoplexiæ finitione, cerebrũ, quod ſine homine nequit intelligi, uel potius ſine animali.

Quid interſit inter ſimpliciter uerum, & nunc uerum.

Quo ſenſu Artifices, καθόλου notũ percipiant.

Vel non includitur: & ſecundo modo per accidens eſſe dicitur, non autem quarto. Vt continuæ febri quotidianæ neq; ἐπαναδίπλωσις ineſt, neq; φρικώδης εἰσβολὴ, propter accidens quoddam, cuius in definitione includatur quotidiana continua: ſed propter accidens, quod nec primo, nec ſecundo modo per ſe dicatur, ratione ſubiecti. Etenim Tertiana interpolata, nec in definitione Quotidianæ: nec Quotidiana includit̃ in definitione Tertianæ. Talia accidentia, ſunt cauſa & principium exceprionum, quo minus proprie quidpiã inſit in uniuerſum ſubiecto. Vt Quotidianæ continuæ, quia continua Febris, proprium eſt, ut ἐπισημασίαν acceſſionis nullã habeat, neq; φρικώδη εἰσβολὴν. Sed quia in Hemitritæo complicatur quotidiana continua cum tertiana intermittente, contrariũ ob id ei accidit: & hęc ei ſymptomata ambo propriè accidunt. In paroxyſmis nõ præbendũ cibũ, καθόλου notum eſt apud medicos, ſi nihil accidat. Quòd ſi eo tẽpore accidit imbecilles eſſe uires, ſubminiſtrandum cibum præcipiunt. Sic perpetua non ſunt propria illorum accidentium, quæ alio accidente poſſunt impediri aut limitari. Si propter cacochimiã corpus alioqui robuſtum infeſtetur morbo, propriè ei accidit, ut quo magis nutriatur, eo afficiatur deterius. Ei ſi accidat etiam humorum διαφθορὰ, quo minus nutries, eo plus erit periculi. Referti ſunt libri omnes, quib. ἐπισημειωτικῶς explicantur propria ἐνδεχομένων: ut Theologorum, Medicorum, Iuriſconſultorum: nec alia eſt harum profeſſionum difficultatis cauſa, quàm quòd accidentibus diuerſis, modò hoc, modò diuerſum propriè ineſt ſubiecto: quod ipſum, in ſecretis à materia rebus, uſuuenire nequit. Quarto modo per ſe, dicuntur hęc neceſſaria eſſe, & ἐπιστητά: cui modo oppoſitum Accidens, à ſcientia alieniſſimum eſt, & prorſus indemonſtrabile: ut ſi quando ambulante homine, accidat moueri terram, aut lunam uel ſolem deficere: aut ſi dormiente, accidat ruina domus [illegible]. Nullas hæc in natura cauſas habẽt, quantumuis Deo certiſſimè ſint cognita, & reſpectu prouidẽtiæ, Fatalia. Alioqui & quòd profecta eſt, cauſam habet: item quòd peperit. Sed quòd proficiſcens illuc peperit, diuinitùs fatalem habuit cauſam: ſecundum naturam nullam per ſe, ſed per accidẽs, & fortuitam habuit cauſam. Proinde nõ ſolum in caducis, ſed etiam æternis mobilibus corporibus propria inſunt: non quia ipſis, ſed quia accidente quodam limitatis: ut lunæ defectio luminis, non quia luna, ſed quia propter motum, in oppoſitis diametri ſunt punctis, ſol & luna. Et celerius aut tardius moueri, accidit planetis: non quia ipſis, ſed quia per motum contingit ipſos eſſe in apogeo, uel perigeo certorum orbiũ uel circulorum: quorum ſunt demonſtrationes apud Aſtronomos. Nec ita ſemper inſunt, ut triangulo ineſt, tres habere duobus rectis æquos: aut terræ, grauitas: & leuitas, igni: quæ propter formam, & non propter materiam aut motum rebus propriè inſunt. Et quamuis per ſe (ut dictum eſt) materia & motus, rebus inſit ſingulis: & propter tales cauſas, propria etiam πάθη rebus ſubiectis adſcribãtur: nihilominus de ſingulis rebus ipſis per ſe non demonſtrantur, ſed quatenus ſunt & dicuntur ſubiecta, tale aliquid in uniuerſum, & non quia hoc aliquid, & ſenſibus ſubiectum: quum ſingularum nulla per ſe ſit ſcientia rerum, ſed duntaxat ſecũdum accidens ſcientia: de quo dictum ſuprà. οὐδεμία γὰρ τέχνη σκοπεῖ, τὸ καθ᾽ ἕκαστον. οἷον, ἡ ἰατρικὴ, τί Σωκράτει τὸ ὑγιεινόν ἐστιν, ἢ Καλλίᾳ, ἀλλὰ τί τῷ τοιῷδε, ἢ τοῖς τοιοῖσδε. τοῦτο μὲν γὰρ ἔντεχνον, τὸ δὲ καθ᾽ ἕκαστον, ἄπειρον, καὶ οὐκ ἐπιστητόν. Idipſum teſtatur quoq; Galenus in Arte medica, ſcribens hoc modo: τὸ δ᾽ ὁποίων, τεχνικόν τε ἅμα, καὶ διαρκὲς εἰς ἅπαντα τ᾽ τέχνης τὰ κατὰ μέρος. Limitationes

Galenus in libello περὶ τῶν ἐν νόσοις καιρῶν.

Galenus commẽ. 17. in primo lib. Aphoriſ.

Quæ ratio ſit & cauſa difficultatis, in diſciplinis & artibus, quarum finis eſt στοχασμός.

Fatales cauſæ, ſunt diuinitùs ordinatæ: non autem εἱμαρμένη φυσικῇ cõſertæ et contextæ, ut uiſum Stoicis.

De Subiectorũ in Demonſtrationibus uarietate, et natura.

Ariſto. lib. 1. Rhetoricorũ.

tationes porrò huiuſmodi, eiuſdem non ſunt generis cum ſubiectis, quibus certa proprietas ineſt, propter eas. Vt poſt uehementem rigorem, conſequēs calidiſſima febris, propriè ineſt homini, propter biliosam ſeu tertianā febrim. At Tertiana, in genere eſt habitus ſeu qualitatis: Homo, in ſubſtantiæ genere. Tarditas ſolis, in perigeo maior. Sol cui accidit hoc propriè, ſubſtantia eſt: ſed limitatio propter quam, in prædicamento eſt Situs. Aliorū propria ſubiectorum inſunt, quia ipſa principia & cauſæ, non ex diuerſo genere aſſumuntur, ſed eodem quo ſubiecta illa, de quib. demonſtratur quidpiam, includuntur ſubiecta quoq; illorum principiorum. Vt principiorum ſubiecta, quib. monſtratur quòd triangulo inſint tres duobus rectis æqui: & quòd trianguli in ſemicirculo deſcripti, angulus in peripheria ſit rectus. Subiecta et limitationes, eiuſdem ſunt generis, nempe Quantitatis continuæ. Quæcunq; enim rebus ſubiectis inſunt, quoad participant prædicatis eiuſdem generis, nempe quia ipſa, & non quia participant quodam accidente diuerſi generis, ſimpliciter neceſſaria hæc erunt propria: nec temporis cauſa aliter habebunt unquam, nec in quibuſdam inerunt, in alijs non inerunt. Iſtius modi complura in Phyſicis etiam tractātur propria: ut mobile eſſe, infinitum, in loco, in tempore eſſe: quæ propter εἶδος ſubiecti, ſunt propria ſemper, nec permutari poſſunt oppoſito. Et quæ deinde corporib. inſunt, quia ſimplicia: & quæ mixtis, quia mixta: & quæ animatis, quia animata: ut poſſe uegetari, poſſe ſentire, item moueri loco, & poſſe intelligere: quæ compoſito inſunt propter εἶδος. Quæ porrò materiæ cauſa, & temporis itē ſeu motus gratia, corporibus propriè accidunt, ea tractantur in Meteoris. Ita nonnulla quoq; πάθη, propter materiam animatis inſunt, quæ propter formam & ſpeciem οὐσίας non inſunt: in quibus quidem cognoſcendis plurimis, occupata eſt ars Medica, & præterea quarumuis aliarum rerum Artes. Subiectorum itaq; conſideranda hæc differentia, utrum ſcilicet propriū aliquod inſit ſubiecto, ratione αὐτῆς: an uerò, non quia ipſa ſubſtantia, ſed quia ſit quiddam τοιόνδε τι: quorum nonnunquam ſcientia eſt & demonſtratio, non quia ſemper, ſed quia plerumq; uera ſint. ἐπιστήμη γὰρ πᾶσα, ἢ τοῦ ἀεὶ, ἢ τοῦ ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. Quæ ſemper, & omni inſunt, ſimpliciter ſunt ut neceſſaria, ita quoque ἐπιστητά. Alia ex hypotheſi accidentis cuiuſdam: alia ut ſingularia, per accidens ſunt ἐπιστητά: alia nec per ſe, nec ſecundum accidens ſciri poſſunt. Quinetiā Sciētia quędā eſt Sciētiarū: ea nimirū quę reuocat per ἀναγωγὴν, reliquas omnes ad ſuprema principia: in quib. etiā ſunt, Materia et Forma. De hac paulo pòſt: nūc de principijs ſciētiarū, nō cōmunibus, ſed uernaculis & proprijs certarū rerū diſſeramus. Dirigēda hęc ſunt, & metiēda etiā principia ijs quę cōtinenť intra genus ſubiecti, de q̃ mōſtrať aliqd. Quę aūt Materiæ aut Accidētis cuiuſdā gratia, ꝓpriè ſunt in ſubiectis Phyſicis, fieri nō poteſt, quin talia quoq; ſubiecta, principale illud ſubiectū, q́ eſt Forma et οὐσία ipſorū, in ſe contineant. Equidem Materia & Accidens, ſuapte natura ἀόριστα, nō niſi determinatione οὐσίας cuiuſdam ἐκ προσθέσεως definita intelliguní. Ambo enim (nempe Materia & Accidens) reſpectu eius ſubiecti, non ſunt ἐκεῖνο quiddam, ſed ἐκείνινον. Non ſunt enim uerè, ſimpliciter & abſolutè: nec abſolutè etiam & ſimpliciter ijs οὐσίαι definiuntur. Quamobrē de his ſuapte natura indefinitis, nulloq; ſubiecto determinatis, propriè nihil poteſt demonſtrari. Vt de calore, quòd uim habeat concoquendi cibū, nō monſtratur, niſi determinato ſubiectione corporis animati. Non enim quia calor, ſed quia animatum corpus calidum, poteſt eo confici aut concoqui cibus. Nec ſymmetria, ſeu κρᾶσις ipſa, per ſe tertio modo: ſed quatenus ineſt, & determinať οὐσία quadam,

Compoſita, ſeu limitata ſubiecta eiuſdem generis partibus, ſimpliciter neceſſaria habent Propria.

Metaphy. 6. Scientiarum, ſecundum gradus perfectionis & imperfectionis, diſcrepantia.

dam, actionum & perpeſſionum certarum ſubiectum eſt. Nec ipſa rerum οὐ-ſία, eſt κρᾶσις (ut quibuſdam uidetur) cū ſuapte natura indefinitū ſit accidens κρᾶσις. Quòd non animaduertens Galenus, plurimùm à uero aberrat, quando ſcribit, εἶναι τὴν ἑκάστου τῶν σωμάτων ἰδίαν οὐσίαν, ἐν τῇ ποιᾷ τῶν στοιχείων κράσει. Etenim κρᾶσις, indefinitum & commune quoddam principium eſt: nec ea definiri ullius rei proprietas poteſt, niſi prius certo quodam οὐσίας ſubiecto, ipſa fuerit definita. Alia enim eſt uentriculi craſis, alia cordis, alia iocinoris, alia reliquarum ὁμοιομερῶν partium: quarum ſingularum κράσεων, quia tales, propria quædam eſſe dicimus: ſed non quia ſine determinatione ſubiecti ipſę, καὶ ὃ εἶναι: cùm non poſſint eſſe ἐκεῖνο, ſed duntaxat, ἐκείνου quiddam ſint reſpectu ſubiectorum. Veruntamen determinatæ κράσεις ſubiecto quodam, quatenus illis propriè quidpiam ineſt, hac ratione, nō ſunt ἐκείνου, ſed ἐκεῖνο quiddā: ut uentriculo ritè temperato, quia ipſi, concoctio ineſt ciborum: non quia tantum uentriculo, ſed quia bene & ritè temperato uentriculo. Nihil in demonſtrationibus ullis, non ipſum, & quod ſit per accidens ſubijcitur: quum proprium omne, ſubiecto ſuo inſit: quatenus ipſum ſiue ſimplex, ſiue cum quodam accidente limitatum fuerit. Vt (uerbi gratia) de Animali, quia Animal, nonnulla propriè prædicantur: quædam non quia Animal, ſed quia Maſculinum, aut quia Sanum, aut quia Sanguineum, aut quia Melancholicum. Non enim eſt idem (inquit Galenus) eſſe ſimpliciter carnem: & eſſe carnem melancholicam, aut eſſe carnem pituitoſam. Quædam certè inſunt, non quia carni, ſed quia tali carni. Similis ratio eſt omnium accidente quodā proprio limitatorum ſubiectorum. Demonſtrationes porrò, & definitiones, non ſunt ſubiectorum, quoad per accidens de ipſis dicitur quidpiam. Vt de Animali, quoad ei accidit maſculinum, non demonſtratur quidpiam: quoniam ut maſculinum accidit animali, ita quoq; proprietates maſculini, accidūt eidē. Sed quoad Animal in finitione Maſculini, per ſe includitur, pars nimirū eſt quædam ſubiecti: de quo propria maſculini, quia ipſum, demonſtrari ſolent. Propria eñ inſunt his ſubiectis, quoad ſunt αὐτοέκαστα, & καθ' αὐτὰ, tertio modo: quatenus nimirum ipſa & eſſe ipſorum, non differunt. Prima quidem omnia, & quę per ſe dicunt̄ tertio modo, ſunt ſubiecta, quibus primò aliquid & propriè ineſt: quatenus nimirum ipſa ſunt prima, & non de alio quodam prædicantur: ſed ipſa, ipſorumq; eſſe, omnino ſunt idem. Simpliciter per ſe hoc modo, & prima, ſunt ἁπλῶς ſubſtantiæ, de quibus omnia ſolent prædicari. Reliqua ſunt quæ aut ipſis accidunt, ut ſanū Animali: aut quibus ipſa, ut Animal corpori. Species enim generi accidit, nec eſt αὐτὸ εἶδος ὄν: ſed participatum quiddam cauſa eſſentię, genus eſſe dicimus, nō ipſam ſpeciē. Primū autem & ſimpliciſſimum Eſſe, eſt quod intelligitur, quando ipſum, & id gratia cuius Eſſe intelligitur & dicitur, idem omnino ſunt: non τῇ μετοχῇ idem (ut paulo antè diximus de genere) neq; τῷ πάθει quiddam proprium, nec alioqui ſecundum accidens inhærens quoddam: ſed ratione hac, qua ipſius eſſentia definitur, qua quāq; rem primò, uerè & ſimpliciter eſſe intelligimus unā, & per ſe, καὶ αὐτοέκαστον quiddam. Alioqui quicquid & quocunq; alio modo dicatur eſſe, non ſimpliciter, ſed aliquid erit: & quo eſſe, eodem dicitur modo Vnum. Sola ratio, τὸ τί ἦν εἶναι eſt, qua quid ſit ſimpliciter, quęq; res noſcitur: qua primùm ſubſtantiæ, quatenus ſubſtantiæ, intelliguntur eſſe: deinde aliquid etiam eſſe intelliguntur, quatenus nimirum participant quodā accidente. Eſt enim quędā etiā cōpoſitorū definitio, quantumuis ſubſtantiæ non ſint ipſa accidentia: ſed tamen finitio erit huiuſmodi, quæ eſſentiā definiti compoſiti, per aliquid quod

Galenus in lib. περὶ πλήθους. Methodi libro 7. & multis alijs locis.

Modi, quibus aliquid nō ſimpliciter eſt, quod eſſe dicitur. κατὰ μετοχὴν, πάθος, συμβεβηκός.

Qua ratione αὐτοέκαστον cognoſcatur.

quod ipſa non ſit, explanet. Quæ enim definiuntur accidentia, abſq; ſuo ſubiecto, quod eſt οὐσία, non poſſunt aut definiri, aut demonſtrari. Vt enim accidentia ſeipſis non ſunt, ita nec definiuntur. Nō loquor autem de infinitis accidētibus, ſed illis certis, & definitis certo quodam ſubiecto: de quo poſſunt aut propria demōſtrari, aut ſubiecto addito ipſo prædicata finiunt. Vt Maſculinum abſq; Animali definiri nequit: ita neq; ſanū ſine animato, nec ſimū ſine naſo. deniq; Phyſica omnia, ut ſanum & ſimum, finiuntur ἐκ προσθέσεως, ut aliàs diximus. Ariſtoteles uocabula hæc accidentium, appellat συνδεδυασμένα. Ergo ut primo & principali genere finitionum, ἁπλῶς ὄν: ita hoc altero, ποιὸν & ποσὸν, aut πρός τι ὄν quoddam, ſolet definiri: quæ ut per οὐσίαν certam ſunt ὄντα, ita adminiculo etiam eius definiuntur & demonſtrantur. Etenim nihil demonſtratur de ſubiecto, quod per accidēs proprietati ſit ſubiectum: ſed quatenus ipſum, & quatenus αὐτὸ ἕκαστον, uel ἐκεῖνο ἢ ἐκείνῳ: id eſt quatenus ipſum & eſſe ipſius, nō inter ſe diſcrepant. Vt de Maſculino, quia Maſculinum: de Sano, quia Sanum: de Triangulo ſuper diametro circuli habente conſiſtentem rectum angulum ad peripheriam, quia talis triāgulus. Definitur enim ſic compoſitus triangulus, eiuſdem generis et prædicamenti partibus, ut aliàs oſtēdi. Quę ſanè omnia ἐκ προσθέσεως, quid ſint, cōſueuerunt intelligi: & reſpectu ſuorum propriorum accidentium, dicuntur etiam per ſe, & πρῶτα quędam eſſe: quæ nimirum demonſtrari de ipſis ſolēt, & iiſdem quoq; ſic compoſitis ſubiectis definiri. At quæcunque per ſe non dicuntur hæc ipſa: nec prima quædam ſubiecta cenſeri debent, ut Homo albus: nec eorum ſcientia, aut demonſtratio, aut definitio ulla exiſtit: quum uidelicet, ipſa & ipſorum Eſſe (ut definitotum ἐκ προσθέσεως) idem nullo modo poſſint eſſe: quoad unū, alterius definitione nequaquam incluſum, nullius proprietatis eſt cauſa. Quippe album & homo, συνδεδυασμένα, nullius proprietatis ſunt ſubiectum: quemadmodū triangulus, circulo inſcriptus: aut cauitas, quæ naſi figuram deprauat, & eius morbus eſt, cuius propriū quoddam ſit ſymptoma: ut etiam curuitatis, quæ accidit pedi, claudicatio proprium eſt. Cauſæ harum proprietatum, ſubiecta ſunt huiuſmodi determinata accidentibus, aut accidentia, certis aſtricta ſubiectis: ſuntq; & dicuntur per ſe quiddam, & αὐτὸ ἕκαστον eſſe: non ut ſubſtantiæ ſimpliciter, ſed relatione ad certam ſubſtantiam: cuius ſubiectione finiuntur quoq; ἐκ προσθέσεως ὄντα propria huiuſmodi, & accidētia συνδεδυασμένα. Nec ullius proprij ſine tali ſubiecto, ſcientia aut demōſtratio eſſe poteſt. Et quamuis compoſita quoq; illa ſubiecta ita ſint cōparata, ut aliud ſint ipſa, aliud uerò eſſe habeant ratione accidentis: ut quantitas tota, aliud ipſa quātitas, aliud quo dicitur eſſe aliquid ratione accidentis: quo tamen accidēte, non ipſa per ſe, quid ſit intelligitur. Nihilominus reſpectu proprij quod ei congruit, nempe eſſe maius ſua parte, συνδεδυασμένον illud (Quantum totū) idē eſt ipſum & eſſe ipſius: cùm ſit πρῶτον quoddam, cui ſempiternum illud inſit proprium (nempe eſſe maius ſua parte) quia ipſum. Alioqui ſolis ſubſtantijs peculiare illud eſt, ut ipſę & eſſe ipſarum, ſit prorſus idem atq; unum. At uerò quicquid accidentiū cauſa dicuntur ſubſtantię eſſe, diſcrepant: nec ſimpliciter idē ſunt, homo & homo albus, aut quantitas tota, aut ſanum animal: ſed τῷ πάθει unū & idem dicuntur, homo & ſanus homo, animal & ſanum animal, quantitas & tota quantitas. Harū συνδεδυασμένων non eſſe ſimpliciter finitiones, quū non ſint ſimpliciter, ſed aliquid in aliquo ὄντα: nec uere unum, ſed per accidēs eſſe unum, copioſè docet Ariſtoteles in Methaphyſicis. Nos iam non quærimus, *Metaphy. li. 7.* quomodo ſubiecta demonſtrationum genera ſint definiēda: ſed ut ſub-

ijcienda

ĳcienda ſint demonſtrandis proprĳs, ne quod irrepat accidens, planũ facere ſtudebimus. Quæ cauſa Materiæ uel Accidentis rebus inſunt, eorũ ſubiecta ſic ſunt definienda, ut uera ἐκ προσθέσεως conſtet finitio: propter infinitatẽ ſcilicet utriuſq; generis, de qua paulo antè fuit dictũ. Concoctio enim cibi, uentriculi propria eſt: ſed neq; quia uentriculus tantum, nec quia calor: ſed quia calore eſt prȩditus, qualis propriè calor uentriculo eſt inſitus. Sic ipſa per ſe temperies, non eſt cauſa propriarum actionum & perpeſſionum cuiuſque corporis animati, ſed cuiuſq; οὐσία, determinata temperies: cùm accidens inde terminatum ſuo ſubiecto, nullius proprietatis ſit ſubiectum. Reprehenſi hoc nomine ſunt ueteres Phyſici ab Ariſtotele, qui principali cauſa omiſſa, duntaxat inſtrumentalibus ſint uſi, nempe Materia & Accidente: ut quando ſcribit: ὅτι καὶ τὰς δυνάμεις ἀποδιδόασι τοῖς σώμασι, δι' ἃς γεννῶσι λίαν ὀργανικῶς, ἀφαιροῦντες τὴν κατὰ τὸ εἶδος αἰτίαν. Primum ergo eſt, ut ſuo & ritè deſcripto ſubiecto, proprium ineſſe ponatur: deinde ut ex eo genere ductis argumẽtis, demonſtratio ſeu definitio proprietatis conficiatur. Abſtinendum à ſubiectis per accidens: inueſtiganda autem ſunt uera & genuina, per experientiam, & per φαινόμενα: quo in genere cognitionis, etiam eſt ἀνατομία. Initia hæc ſunt, & fundamenta: quibus bene & firmiter iactis, à principio uſque ad finem, ſine offenſione & errore procedit demonſtratio. Alioqui, autore Ariſtotele, τὸ μικρὸν παραβῆναι τῆς ἀληθείας ἀφισταμένοις, γίνεται πόῤῥω μυριοπλάσιον. καὶ τὸ ἐν ἀρχῇ μικρὸν, ἐν τῇ τελευτῇ γίνεται παμμέγεθες. Veriſſima quidem omnia propria, ſuis determinata ſubiectis eſſe oportet. quomodo enim ex alienis ſubiectis, & non uernaculis, argumenta demonſtrationis ducentur? Qui elementorum materiam deſcribunt angulatarum figurarum concretione (ut facit Timæus) cauſas proprietatum, quæ apparent in elementis, nulla ratione expedient: ὅτι (ut Ariſtoteles ſcribit) πρὸς τὰ πάθη γε, καὶ τὰς δυνάμεις, καὶ τὰς κινήσεις ἀσύμφωνα τὰ σχήματα τοῖς σώμασι. Quàm multa ſunt apud Stoicos paradoxa, quando de Virtute, & proprĳs eius diſputant: cuius ſubiectum dicunt hominem, quia mente ſit præditus dũtaxat, nõ etiã quia affectibus ſit turbulẽtis obnoxius? Sed nihil eſt opus hæc, exẽpli cauſa, commemorare plurib. & prolixius: in eo ſunt omnia ut ne quid alieno ſubiecto propriè ineſſe dicamus. Quid cui propriè inſit in Phyſicis cõſtat per φαινόμενα, quȩ diligentiſſimè primũ conſideranda Phyſico. Nã (ut inquit Ariſtoteles) καθάπερ οἱ μαθηματικοὶ, τὰ περὶ τὴν ἀστρολογίαν δεικνύουσι, οὕτω δεῖ καὶ τὸν φυσικὸν, τὰ φαινόμενα πρῶτον περὶ τὰ ζῶα θεωρήσαντα, καὶ τὰ μέρη τὰ περὶ ἕκαστον, ἔπειθ' οὕτως λέγειν τὸ διὰ τί. πρῶτον οὖν τὰ συμβεβηκότα διελεῖν περὶ ἕκαστον γένος, ὅσα καθ' αὑτὰ πᾶσι ὑπάρχει τοῖς ζώοις, μετὰ δὲ ταῦτα τὰς αἰτίας αὐτῶν πειρᾶσθαι διελεῖν. Exempli gratia proponamus energías, quæ proprè inſunt corpori animato, quib. nutricatio adminiſtratur. Eas ſubiecto cauſæ, materiæ rationem habentis, deſcribentes Aſclepiades & Eraſiſtratus, demõſtrare nequeunt. Galenus ĳs energĳs corpus animatũ ſubĳciens, quia Animatũ, id eſt, quoad facultate inſitas ſeu ἐμφύτους, ratione formæ & animæ habet, cum corporis conueniente κρᾶσιν διὰ τί, nulla reprehenſione erroris demonſtrat. Tantum eſt, non alieni generis ſubiecto rem propoſitam demonſtrare: quod ante omnia curȩ nobis eſſe debet. Duas cauſas Ariſtoteles eſſe dicit, propter quas peccetur, genere ſubiecti perperam poſito. Vnam eſſe cauſam ignorantiam & temeritatem, inquit: alteram, arrogantiam & eorum φιλαυτίαν, qui nihil putant eruditum, niſi ſit remotum à ſenſu populari, & παράδοξον. Priori uitio ſunt obnoxĳ, qui neglecta experientia, ad logicas & cõmunes rationes omnia reuocant. de-

quibus

De ortu et interitu, libro 6.

Ariſto. lib. α. de Cælo.

περὶ οὐρανοῦ, γ.

De partib. Animalium lib. α.

quibus Ariſtoteles περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς, ita ſcribit: οἱ δ' ἐκ τῶν πολλῶν λόγων, ἀθεώρητοι τῶν ὑπαρχόντων ὄντες, πρὸς ὀλίγα ἐπιβλέψαντες, ἀποφαίνονται. Alterius ui tij reprehenſionem incurrunt, qui quoduis diſcrimen adire malunt, ꝙ ſemel ſuſceptā & defenſam opinionē deponere, propter ἀλαζονείαν & φιλονεικίαν. Hi non ueritatis, ſed ſuarum hypotheſεων rationem habent, ne cogantur eas falſas fateri. Talibus, autore Ariſtotele, συμβαίνει περὶ τῶν φαινομένων λέγουσι μὴ ὁμολογούμενα λέγειν τοῖς φαινομένοις. τούτου δ' αἴτιον τὸ μὴ καλῶς λαβεῖν τὰς πρώτας ἀρχάς, ἀλλὰ πάντα βούλεσθαι πρός τινας δόξας ὡρισμένας ἀνάγειν. οἱ δὲ διὰ τὴν φιλίαν τούτων τ' αὐτὸ ποιεῖν ἐοίκασι, τοῖς τὰς θέσεις ἐν τοῖς λόγοις φυλάττουσι. ἅπαν γὰρ ὑπομένουσι τὸ συμβαῖνον, ὡς ἀληθεῖς ἔχοντες ἀρχάς. Ab his non diſcrepant, quæ ſunt apud Platonem in Phędone, quando inquit: ὥσπερ οἱ πάνυ ἀπαίδευτοι φιλονείκως ἔχουσι, καὶ οὐ φιλοσόφως. καὶ γὰρ ἐκεῖνοι, ὅταν περί του ἀμφισβητῶσιν, ὅπῃ μὲν ἔχει περὶ ὧν ἂν ὁ λόγος ᾖ, οὐ φροντίζουσιν. ὅπως δὲ, ἃ αὐτοὶ ἔθεντο, ταῦτα δόξει τοῖς παροῦσι, τοῦτο προθυμοῦνται. Qui propter ἄγνοιαν peccant, hi moneri ſe, & redargui patiuntur: qui per ἀλαζονείαν, ſua decreta & principia omni modo propugnāt, nulla ratione ſunt curabiles, propter indoctam pertinaciam. Suis principijs & uernaculis, omnia uera ſcienter explicari, iā antea diximus: quib. reiectis, nōnulli abhorrentia quædam à communi ſenſu comminiſcuntur, ut uideātur ſupra uulgus aliquid ſapere: à quib. ut caueamus, monet nos Ariſtoteles libro primo Ethicorum ad Eudemum, ſic ſcribens: εἰσὶ γάρ τινες, οἱ διὰ τὸ δοκεῖν φιλοσόφου εἶναι τὸ μηθὲν λέγειν, ἀλλὰ μετὰ λόγου, πολλάκις λανθάνουσι λέγοντες ἀλλοτρίους λόγους τῆς πραγματείας, καὶ κενούς. τοῦτο δὲ ποιοῦσι, ὁτὲ μὲν δι' ἄγνοιαν, ὁτὲ δὲ δι' ἀλαζονείαν. ὑφ' ὧν ἁλίσκεσθαι συμβαίνει, καὶ τοὺς ἐμπείρους, δυναμένους πράττειν, ὑπὸ τούτων τῶν μήτ' ἐχόντων, μήτε δυναμένων ἔχειν διάνοιαν ἀρχιτεκτονικὴν, ἢ πρακτικήν. πάσχουσι δὲ τοῦτο, δι' ἀπαιδευσίαν. ἀπαιδευσία γάρ ἐστι, περὶ ἕκαστον πρᾶγμα, τὸ μὴ δύνασθαι κρίνειν τοὺς οἰκείους λόγους τοῦ πράγματος, καὶ τοὺς ἀλλοτρίους. νῦν δ' ὅταν λύειν μὴ ἔχωσι, ἀναγκάζονται πιστεύειν τοῖς εἰρημένοις, καὶ διότι πολλάκις τὸ μὲν ὑπὸ τοῦ λόγου δεδεῖχθαι δοκοῦν, ἀληθὲς μέν ἐστι, οὐ μέντοι διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν, δι' ἣν φησιν ὁ λόγος. ἔστι γὰρ καὶ διὰ ψεύδους δεῖξαι, ὡς δῆλον ἐν ἀναλυτικοῖς. Eſt tamen quædam inter eos, qui falſis poſitis utuntur, differentia: ꝗ nimirū quorūdā error, in primo quaſi limine deprehendit̄: aliorum, non niſi longius argumentando progreſſis. Vt principia Democriti, licet falſa, tamen minus abhorrent à ueris, quam Timæi: cùm pluriū utcunque probabiles rationes illis, quàm his, poſſint in Phyſicis explicari. Διό, inquit Ariſtoteles, ὅσοι συνῳκήκασι μᾶλλον ἐν τοῖς φυσικοῖς, μᾶλλον δύνανται ὑποτίθεσθαι τοιαύτας ἀρχὰς αἳ ἐπὶ πολὺ δύνανται συνείρειν. Cæterùm idem autor, omne illud rationum genus, fictis & falſis principijs ſubſtructum, πλασματώδεις appellat, ἅπαν πρὸς ὑπόθεσιν βεβιασμένον. Sed de ignorantia demōſtrationi oppoſita, ſuo loco plura ſumus dicturi. Hactenus de manifeſtorum generum principijs diximus, quæ ſub ſenſum cadunt. Sed quid de his fiet, quæ ſenſum effugiunt: & ἐπιστά quidem ſunt, ſed eorum incognitis principijs, à nobis ignorantur tamen: aut certè quorum argumentis qualibuſcunq; non ſatis confidimus? propter hanc cauſam (inquit Ariſtoteles) pleraq; quæ pertinent ad res diuinas & æternas, à nobis aut omnino ignorantur, aut utcunq; noſcũtur. καὶ γὰρ ἐξ ὧν ἄν τις περὶ αὐτῶν, καὶ περὶ ὧν εἰδέναι ποθοῦμεν, παντελῶς ἐστιν ὀλίγα τὰ φανερὰ κατὰ τὴν αἴσθησιν. Tales ſunt quæſtiones de mundo, utrum ſit æternus, an non? Quare quidam planetę pluribus, quidā paucioribus rotentur motibus? Mortalis, an immortalis ſit anima, eiuſdē generis quæſtio uidetur eſſe Socrati apud Platonem in Phædone. Iſtorum generum principia, nonnunquā autoritate & fide antiquitatis aſtruūtur, diuiniſq; oraculis, & ſcripturis cōfirmanť

libro α.

De cælo, γ.

Falſa principia, alia ſunt alijs probabiliora.

De ortu et interitu, lib. α.

Ariſto. De partibus animal. lib. α.

uetuſtiſſimę

uetuſtiſſimæ religionis: procꝫ certiſſimis hoc genere teſtimoniorum, habentur. Quoniam, autore Platone in Timæo, ἀδύνατον τῶν θεῶν παισὶν ἀπιστεῖν, καίπερ ἄνευ τε εἰκότων, καὶ ἀναγκαίων ἀποδείξεων λέγουσι, ἀλλ' ὡς οἰκεῖα φάσκουσι ἀπαγγέλλειν, ἑπομένους τῷ νόμῳ πιστευτέον. Idem loquens de diuinis: περὶ δὲ τῶν ὑπὲρ ἄνθρωπον, τὸν κρείττω λόγον ζητητέον. Quòd ſi diuina nõ ſint, de reb. diuinis teſtimonia: ſecũda hæc eſt, ut Græcorũ dicit̃ ꝓuerbio, nauigatio, ut uerisimilimis humanis acquieſcamus rationib. quibus fretus Socrates apud Platonẽ, perſuaſiſſimũ ſibi de immortalitate animę eſſe dicit: εἰ ταῦτα ἀδύνατον, τὸν γοῦν βέλτιστον τῶν ἀνθρωπίνων λόγων λαβόντα, καὶ δυσεξελεγκτότατον, ἐπὶ τούτου ὀχούμενον, ὥσπερ ἐπὶ σχεδίας, κινδυνεύοντα διαπλεῦσαι τὸν βίον, εἰ μή τις δύναιτο ἀσφαλέστερον, καὶ ἀκινδυνότερον, ἐπὶ βεβαιοτέρου ὀχήματος, ἢ λόγου θείου τινὸς διαπορευθῆναι. Quid ſi principia quidẽ ſint demõſtrationũ, ſed quæ nã aut qualia ſint illa, non ſatis cõſtiterit, cùm in utrãcꝫ partẽ dubitari poſſit? Põderanda ſunt atcꝫ penſitãda principia ex ueritate cõſectariorũ, aut falſitate: quacũcꝫ enim poſita falſa hypotheſi, ſi ſequat̃ falſum, ipſam quocꝫ falſam eſſe oportebit, & eius oppoſitã ueram. Ita fieri põt, ut falſis poſitis, uerũ inueniat̃. Modũ & formã hãc examinãdarũ hypotbeſeon, Plato in Theæteto his adumbrat uerbis: εἰ δέ τις αὐτῆς τῆς ὑποθέσεως ἔχοιτο, χαίρειν ἐῴης ἂν καὶ οὐκ ἀποκρίναιο, ἕως ἂν τὰ ἀπ' αὐτῆς ὁρμηθέντα σκέψαιο, εἴ σοι ἀλλήλοις ξυμφωνεῖ, ἢ διαφωνεῖ· ἐπειδὴ δὲ ἐκείνης αὐτῆς δέοι σε διδόναι λόγον, ὡσαύτως ἂν διδοίης· ἄλλην αὖ ὑπόθεσιν ὑποθέμενος, ἥτις τῶν ἄνωθεν βελτίστη φαίνοιτο, ἕως ἐπί τι ἱκανὸν ἔλθοις. ἅμα δὲ οὐκ ἂν φύροιο, ὥσπερ οἱ ἀντιλογικοὶ, περί τε τῆς ἀρχῆς διαλεγόμενος, καὶ τῶν ἐξ ἐκείνης ὡρμημένων, εἴπερ βούλοιό τι τῶν ὄντων εὑρεῖν. ἐκείνοις μὲν γὰρ ἴσως οὐδεὶς περὶ τούτου λόγος, οὔτε φροντίς. ἱκανοὶ γὰρ ὑπὸ σοφίας ὁμοῦ πάντα κυκῶντες, ὅμως δύνασθαι αὐτοὶ αὑτοῖς ἀρέσκειν. In talibus, Ariſtoteles in Meterorīs inquit, ſatis eſt, ſi non ſit, quo uerius et cõſtantius poſſit probari. ἐπεὶ δὲ περὶ τῶν ἀφανῶν τῇ αἰσθήσει νομίζομεν ἱκανῶς ἀποδεδεῖχθαι κατὰ τὸν λόγον, ἐὰν εἰς τὸ δυνατὸν ἀναγάγωμεν. Nõnuncꝫ utracꝫ pars ἀντιφάσεως uera eſt, argumẽtiſcꝫ ueris in utrãcꝫ partẽ diſputatur: quibus contingit dubitare quempiam, quid ſentiendum ſit. Vt argumenta ſunt quędam & principia, quibus oſtenditur, incontinentem peccare ſcientem: ſunt etiam, quibus ignorantem ipſum probamus. Deinde continentẽ permanere in eadẽ ſentẽtia, cõſentaneũ arbitramur. Nõnũquã uerũ eſſe, habemus exploratũ, ut eã quã cõtinens omnino cõceperit, mutet ſententiã, & hac ratione ſit incõſtãs. Sunt etiã argumẽta quæ ꝓbare uident̃, fidẽ eſſe in cauſa, ut nos charitate ſimus iuſti: ſunt alia, quib. charitas uidet̃ in cauſa eſſe, ut fide iuſtificemur. Tales ἀπορίαι ſunt ualde utiles, ad inuenienda principia demonſtrationũ. Eadem enim ſunt, quibus ſoluuntur ἀπορίαι argumentotum, & quibus ueritas concluſorum oſtenditur: quoniam, autore Ariſtotele: ἡ γὰρ λύσις ἀπορίας, εὕρεσις ἐστί. & alio quodã loco: αἱ τῶν ἐναντίων ἀποδείξεις, ἀπορίαι περὶ τῶν ἐναντίων εἰσί. Et alio quodam loco: οἱ τῶν ἀμφισβητουμένων ἔλεγχοι, τῶν ἐναντιουμένων αὐτοῖς λόγων ἀποδείξεις εἰσίν. Et in Metaphyſicis: ἐστὶ τοῖς εὐπορῆσαι βουλομένοις προὔργου, τὸ διαπορῆσαι καλῶς. ἡ γὰρ ὕστερον εὐπορία, λύσις τῶν πρότερον ἀπορουμένων ἐστί. Qui probat incontinentem eſſe ſcientem, is profert eius confeſſionem delicti, & pœnitentiam: qui neſcientem, is argumento nititur, quo conſtet, neminẽ ſcientem ſibiipſi nocere. Ergo quodam modo ſciens, & quodam ignorans peccat. Horum modorum inuentio, non tam ſolutio eſt ἀπορίας, quàm demonſtratio quæſiti. Ratione quidem habitus, dicitur ſciens: ſed reſpectu actus ſcientiæ, neſcire incontinens exiſtimari debet. Continens, non per ſe in eadem ſententia permanet, ſed ſecundũ accidens. Per ſe uerò in bono propoſito perſeuerare cenſetur: quare mutabili etiam eſt propoſito, quando ſcientiam (cognita

Quomodo põderãda ſint dubis diſciplinarũ principia.

Interdum ueris principijs oppoſita concluſa probari, quæ tamẽ in ſpeciẽ uideantur oppoſita.

Ethicorum ζ.

De cœlo, li. α.

Ad Eudemum lib. α.

Ariſto. lib. 7. Ethi. ad Nico.

gnita prauitate eius) mutat. Si per ſe (non mutare propoſitum) pertineret ad continentem: nunquam mutaret, ſed in eadem quacunque ſemper maneret ſententia.

In ambiguis, media & principia inueſtiganda, propter quæ utrumque uideatur uerum: & ob hanc cauſam, dubitare de obſcuris quæſtionibus, non eſt inutile: & de his in utramque partem contentione uti argumẽtorum, ualde prodeſt ad inueſtigationem ueri. Qui ab ea abhorrent, eamque fugiunt, inquit Plato in Parmenide, ἀγνοοῦσι· ὅτι ἄνευ ταύτης τῆς διὰ πάντων διεξόδου τε, καὶ πλάνης, ἀδύνατον ἐντυχόντα τῷ ἀληθεῖ, νοῦν σχεῖν. In talibus enim controuerſijs, ἐὰν λύηται τὰ δυσχερῆ, καὶ καταλείπηται τὰ ἔνδοξα, δεδειγμένον ἂν εἴη ἱκανῶς. Videor mihi hactenus dixiſſe omnia, quomodo nimirũ generis propoſiti principiorum, quæ intra ipſum ſunt genus, ratio habenda, & obſcuriora atque ambigua, quo pacto ſint inueſtiganda: quandoquidem autore Platone, δεῖ περὶ τῆς ἀρχῆς παντὸς πράγματος παντὶ ἀνδρὶ ἱκανῶς τὸν πολὺν λόγον εἶναι, καὶ τὴν πολλὴν σκέψιν εἴτε ὀρθῶς, εἴτε μὴ ὑπόκειται, ἐκείνης δὲ ἐξετασθείσης ἱκανῶς, τὰ λοιπὰ φαίνεσθαι ἐκείνῃ ἑπόμενα. Iam ſæpe diximus, primũ illud eſſe, ut cognoſcatur, uerum aliquid alicui ſubiecto proprie, id eſt quia ipſum, inſit. Id proinde neſcitur, ſi principijs ſubiecti generis demonſtratio non contexatur: quorum principiorum ſubiecta, cum ſubiecto demonſtrandi πάθους proprij, ſint per ſe rationibus deuincta: & quorũ principiorũ etiã prædicata, ipſis ſubiectis, eorumque proprietatibus demonſtrandis inſint per ſe, & quia ipſa. Qua cohærentia, ipſa quoque proprietas demonſtranda ſubiecto attexetur ei, cui proprie ineſt: nec extra limites propoſiti generis demonſtratio euagabit, cùm nihil alieni admixtum fuerit. Aliquando proprij πάθους (propter ἀπορίαν) ſubiectum alienũ fingitur: ut quando Ariſtoteles ſomni ſubiectum primum ſomniat eſſe cor: quare nõ potuit nõ illud inanibus aſtrui ratiõibus, καὶ πλασματώδεσι, τοῦτ' ἐστὶ, πρὸς ὑπόθεσιν βεβιασμένοις λόγοις. Interdũ ſuo quidẽ ineſſe ſubiecto noſcit, ſed illegitimis, & alieni generis adhibitis argumentis aſtruit: ut mutari & moueri in uarias ſpecies, uere & proprie ſubſtantiæ naturali ineſſe nouerũt Phyſici: principijs & cauſis tamen non eiſdem conantur monſtrare. Alieniſſimis utuntur principijs, qui propter figuras, πάθη naturalia corporibus dicunt ineſſe. Nam quid quæſo coniunctum habent, uel cum genere corporeo figuræ, quum mutatis illis, nihilominus eadem corporis maneat eſſentia: uel cum his qualitatibus patibilibus & formis, quarum cauſa mobiles res naturales eſſe dicimus? Minus habent abſurditatis Democriti corpuſcula, quòd nimirum ijs (cùm ſint eiuſdem generis cum ſubiecto) commodius paulo cauſæ mutationum explicari queant. Veriſſima autem, & accommodatiſſima ſunt Ariſtotelis principia: cum eſſentia ſcilicet ſubiecti generis cõiuncta, nempe eiuſdem ſubſtantiæ primordia. Ea uerò principia non quantitate minima erant deſcribenda (quum ea quantitas ἄτομος rebus non quia ſubſtantia, ſed quia participant quantitate, inſit) uerùm ea ſimplicitate, quæ compoſitioni ſubſtantiarum (quia ſubſtãtiæ) eſſet oppoſita: quæ iam iſtius generis, Phyſicæ nimirũ ſubſtantiæ peculiaris ſit ratio principiorum, & eodem quo ſubiectum ipſum, contineãtur genere: ut ſunt Materia & Forma, quæ continentur genere ſubiecti, nempe ſubſtantiæ corporis naturalis. Et quatenus limitatum ſubiectum ſubſtantiæ naturalis ponitur: ut quando monſtrandum eſt corpus particeps nutrimẽti, quamobrẽ adoleſcat. Adoleſcere, corpori animato ineſt, non quia animatum, ſed quia nutritur tempore adoleſcẽtiæ ætatis. Quoniam per ſe primo modo, non eſt in ratione Animati, ſeu finitione, particeps eſſe ætatis ado

Ethicorum ad Nicomachũ lib. 7.

In Cratylo.

Si proprietatis, propter ἀπορίαν alienum quoddam fingatur ſubiectũ primũ, quibus aſtruatur rationibus.

uetuſtiſſimæ religionis:proq; certiſſimis hoc genere teſtimoniorum, habentur. Quoniam, autore Platone in Timæo, ἀδύνατον τῶν θεῶν παισὶν ἀπιστεῖν, καίπερ ἄνευ τε εἰκότων, καὶ ἀναγκαίων ἀποδείξεων λέγουσι, ἀλλ' ὡς οἰκεῖα φάσκουσι ἀπαγγέλλειν, ἑπομένους τῷ νόμῳ πιστευτέον. Idem loquens de diuinis: περὶ δὲ τῶν ὑπὲρ ἄνθρωπον, τὸν κρείττω λόγον ζητητέον. Quòd ſi diuina nõ ſint, de reb. diuinis teſtimonia: ſecũda hæc eſt, ut Græcorũ dicit̃ ꝓuerbio, nauigatio, ut uerisſimilimis humanis acquieſcamus rationib. quibus fretus Socrates apud Platonẽ, perſuaſiſſimũ ſibi de immortalitate animę eſſe dicit: εἰ ταῦτα ἀδύνατον, τὸν γοῦν βέλτιστον τῶν ἀνθρωπίνων λόγων λαβόντα, καὶ δυσεξελεγκτότατον, ἐπὶ τούτου ὀχούμενον, ὥσπερ ἐπὶ σχεδίας, κινδυνεύοντα διαπλεῦσαι τὸν βίον, εἰ μή τις δύναιτο ἀσφαλέστερον, καὶ ἀκινδυνότερον, ἐπὶ βεβαιοτέρου ὀχήματος, ἢ λόγου θείου τινὸς διαπορευθῆναι. Quid ſi principia quidẽ ſint demõſtrationũ, ſed quæ nã aut qualia ſint illa, non ſatis cõſtiterit, cùm in utrãq; partẽ dubitari poſſit? Põderanda ſunt atq; penſitãda principia ex ueritate cõſectariorũ, aut falſitate: quacũq; enim poſita falſa hypotheſi, ſi ſequat̃ falſum, ipſam quoq; falſam eſſe oportebit, & eius oppoſitã ueram. Ita fieri põt, ut falſis poſitis, uerũ inueniat̃. Modũ & formã hãc examinãdarũ hypotheſeon, Plato in Theæteto his adumbrat uerbis: εἰ δέ τις αὐτῆς τῆς ὑποθέσεως ἔχοιτο, χαίρειν ἐῴης ἂν καὶ οὐκ ἀποκρίναιο, ἕως ἂν τὰ ἀπ' αὐτῆς ὁρμηθέντα σκέψαιο, εἴ σοι ἀλλήλοις ξυμφωνεῖ, ἢ διαφωνεῖ· ἐπειδὰν δὲ ἐκείνης αὐτῆς δέοι σε διδόναι λόγον, ὡσαύτως ἂν διδοίης: ἄλλην αὖ ὑπόθεσιν ὑποθέμενος, ἥτις τῶν ἄνωθεν βελτίστη φαίνοιτο, ἕως ἐπί τι ἱκανὸν ἔλθοις. ἅμα δὲ οὐκ ἂν φύροιο, ὥσπερ οἱ ἀντιλογικοί, περί τε τῆς ἀρχῆς διαλεγόμενος, καὶ τῶν ἐξ ἐκείνης ὡρμημένων, εἴπερ βούλοιό τι τῶν ὄντων εὑρεῖν. ἐκείνοις μὲν γὰρ ἴσως οὐδεὶς περὶ τούτου λόγος, οὐδὲ φροντίς. ἱκανοὶ γὰρ ὑπὸ σοφίας ὁμοῦ πάντα κυκῶντες, ὅμως δύνασθαι αὐτοὶ αὑτοῖς ἀρέσκειν. In talibus, Ariſtoteles in Meteoris inquit, ſatis eſt, ſi non ſit, quo uerius et cõſtantius poſſit probari. ἐπεὶ δὲ περὶ τῶν ἀφανῶν τῇ αἰσθήσει νομίζομεν ἱκανῶς ἀποδεδεῖχθαι κατὰ τὸν λόγον, ἐὰν εἰς τὸ δυνατὸν ἀναγάγωμεν. Nõnunq; utraq; pars ἀντιφάσεως uera eſt, argumẽtisq; ueris in utrãq; partẽ diſputatur: quibus contingit dubitare quempiam, quid ſentiendum ſit. Vt argumenta ſunt quędam & principia, quibus oſtenditur, incontinentem peccare ſcientem: ſunt etiam, quibus ignorantem ipſum probamus. Deinde continentẽ permanere in eadẽ ſentẽtia, cõſentaneũ arbitramur. Nõnũquã uerũ eſſe, habemus exploratũ, ut eã quã cõtinens omnino cõceperit, mutet ſententiã, & hac ratione ſit incõſtãs. Sunt etiã argumẽta quæ ꝓbare uident̃, fidẽ eſſe in cauſa, ut nos charitate ſimus iuſti: ſunt alia, quib. charitas uidet̃ in cauſa eſſe, ut fide iuſtificemur. Tales ἀπορίαι ſunt ualde utiles, ad inuenienda principia demonſtrationũ. Eadem enim ſunt, quibus ſoluuntur ἀπορίαι argumentorum, & quibus ueritas concluſorum oſtenditur: quoniam, autore Ariſtotele: ἡ γὰρ λύσις ἀπορίας, εὕρεσις ἐστί. & alio quodã loco: αἱ τῶν ἐναντίων ἀποδείξεις, ἀπορίαι περὶ τῶν ἐναντίων εἰσί. Et alio quodam loco: οἱ τῶν ἀμφισβητουμένων ἔλεγχοι, τῶν ἐναντιουμένων αὐτοῖς λόγων ἀποδείξεις εἰσίν. Et in Metaphyſicis: ἐστὶ τοῖς εὐπορῆσαι βουλομένοις προὔργου, τὸ διαπορῆσαι καλῶς. ἡ γὰρ ὕστερον εὐπορία, λύσις τῶν πρότερον ἀπορουμένων ἐστί. Qui probat incontinentem eſſe ſcientem, is profert eius confeſſionem delicti, & pœnitentiam: qui neſcientem, is argumento nititur, quo conſtet, neminẽ ſcientem ſibijpſi nocere. Ergo quodam modo ſciens, & quodam ignorans peccat. Horum modorum inuentio, non tam ſolutio eſt ἀπορίας, quàm demonſtratio quæſiti. Ratione quidem habitus, dicitur ſciens: ſed reſpectu actus ſcientiæ, neſcire incontinens exiſtimari debet. Continens, non per ſe in eadem ſententia permanet, ſed ſecundũ accidens. Per ſe uerò in bono propoſito perſeuerare cenſetur: quare mutabili etiam eſt propoſito, quando ſcientiam (cognita

Quomodo põderãda ſint dubia diſciplinarũ principia.

Interdum ueris principijs oppoſita concluſa probari, quæ tamẽ in ſpeciẽ uideantur oppoſita.

Ethicorum ζ.

De cœlo, li. α.

Ad Eudemum lib. α.

Ariſto. lib. 7. Ethi. ad Nico.

gnita prauitate eius) mutat. Si per ſe (non mutare propoſitum) pertineret ad continentem: nunquam mutaret, ſed in eadem quacunque ſemper maneret ſententia.

In ambiguis, media & principia inueſtiganda, propter quæ utrumq; uideatur uerum: & ob hanc cauſam, dubitare de obſcuris quæſtionibus, non eſt inutile: & de his in utramq; partem contentione uti argumẽtorum, ualde prodeſt ad inueſtigationem ueri. Qui ab ea abhorrent, eamq; fugiunt, inquit Plato in Parmenide, ἀγνοοῦσι· ὅτι ἄνευ ταύτης τῆς διὰ πάντων διεξόδου τε, καὶ πλάνης, ἀδύνατον ἐντυχόντα τῷ ἀληθεῖ, νοῦν σχεῖν. In talibus enim controuerſijs, ἐὰν λύηται τὰ δυσχερῆ, καὶ καταλείπηται τὰ ἔνδοξα, δεδειγμένον ἂν εἴη ἱκανῶς. *Ethicorum ad Nicomachũ lib. x.* Videor mihi hactenus dixiſſe omnia, quomodo nimirũ generis propoſiti principiorum, quæ intra ipſum ſunt genus, ratio habenda, & obſcuriora atq; ambigua, quo pacto ſint inueſtiganda: quandoquidem autore Platone, δεῖ περὶ τῆς ἀρχῆς παντὸς πράγματος παντὶ ἀνδρὶ ἱκανῶς τὸν πολὺν λόγον εἶναι, καὶ τὴν πολλὴν σκέψιν, ἄτε ὀρθῶς, ἄτε μὴ ὑπόκειται), ἐκείνης δὲ ἐξετασθείσης ἱκανῶς, τὰ λοιπὰ φαίνεσθαι ἐκείνῃ ἑπόμενα. *In Cratylo.* Iam ſæpe diximus, primũ illud eſſe, ut cognoſcatur, uerum aliquid alicui ſubiecto propriè, id eſt quia ipſum, inſit. Id proinde neſcitur, ſi principijs ſubiecti generis demonſtratio non contexatur: quorum principiorum ſubiecta, cum ſubiecto demonſtrandi πάθους proprij, ſint per ſe rationibus deuincta: & quorũ principiorũ etiã prædicata, ipſis ſubiectis, eorumq; proprietatibus demonſtrandis inſint per ſe, & quia ipſa. Qua cohærentia, ipſa quoq; proprietas demonſtranda ſubiecto attexetur ei, cui propriè ineſt: nec extra limites propoſiti generis demonſtratio euagabit, cùm nihil alieni admixtum fuerit. Aliquando proprij πάθους (propter ἀπορίαν) ſubiectum alienũ fingitur: ut quando Ariſtoteles ſomni ſubiectum primum ſomniat eſſe cor: quare nõ potuit nõ illud inanibus aſtrui ratiõibus, καὶ πλασματώδεσι, τοῦτ' ἐστὶ, πρὸς ὑπόθεσιν βεβιασμένοις λόγοις. *Si proprietatis, propter ἀπορίαν alienum quoddam fingatur ſubiectũ primũ, qualibus aſtruatur rationibus.* Interdũ ſuo quidẽ ineſſe ſubiecto noſcit, ſed illegitimis, & alieni generis adhibitis argumentis aſtruit: ut mutari & moueri in uarias ſpecies, uerè & propriè ſubſtantiæ naturali ineſſe nouerũt Phyſici: principijs & cauſis tamen non eiſdem conantur monſtrare. Alieniſſimis utuntur principijs, qui propter figuras, πάθη naturalia corporibus dicunt ineſſe. Nam quid quæſo coniunctum habent, uel cum genere corporeo figuræ, quum mutatis illis, nihilominus eadem corporis maneat eſſentia: uel cum his qualitatibus patibilibus & formis, quarum cauſa mobiles res naturales eſſe dicimus? Minus habent abſurditatis Democriti corpuſcula, quòd nimirum ij (cùm ſint eiuſdem generis cum ſubiecto) commodius paulo cauſæ mutationum explicari queant. Veriſſima autem, & accommodatiſſima ſunt Ariſtotelis principia: cum eſſentia ſcilicet ſubiecti generis cõiuncta, nempe eiuſdem ſubſtantiæ primordia. Ea uerò principia non quantitate minima erant deſcribenda (quum ea quantitas ἄτομος rebus non quia ſubſtantia, ſed quia participant quantitate, inſit) uerùm ea ſimplicitate, quæ compoſitioni ſubſtantiarum (quia ſubſtãtiæ) eſſet oppoſita: quæ iam iſtius generis, Phyſicæ nimirũ ſubſtantiæ peculiaris ſit ratio principiorum, & eodem quo ſubiectum ipſum, contineãtur genere: ut ſunt Materia & Forma, quæ continentur genere ſubiecti, nempe ſubſtantiæ corporis naturalis. Et quatenus limitatum ſubiectum ſubſtantiæ naturalis ponitur: ut quando monſtrandum eſt corpus particeps nutrimẽti, quamobrẽ adoleſcat. Adoleſcere, corpori animato ineſt, non quia animatum, ſed quia nutritur tempore adoleſcẽtię ætatis. Quoniam per ſe primo modo, non eſt in ratione Animati, ſeu finitione, particeps eſſe ætatis adoleſcentiæ:

leſcentiæ:ſed in prædicato illo limitante, per ſe ſecundo modo ineſt ſubiectũ illud,nempe Animatum,in participe ætatis adoleſcẽtiæ. Quatenus, inquam, limitatum ſubiectum ponitur,eiuſdem, quia ipſum,principijs quoq; limitatis contexenda demonſtratio erit eius proprietatis. Eſſentia igitur ſubiecti,ſuppeditat demonſtrantibus accommodata principia,quibus proprie quidpiam ei ineſſe intelligatur: ut nutricatio corporis animati in prima ætate,in ſe continet cauſas adoleſcentiæ,quia ex minore fit grandius. Principia & cauſæ ſunt, quòd corpus animatum cauſa ſuæ materiæ nutrimẽti capax, plus ex eo ui nutricãte reponit,quàm per ἀδιόρατον διαπνοὴν diffluxerit. Deinde quòd tenuiſſimis meatibus nutrimentum penetrans, materia corporis nutriti, cum nutrimenti (propter mollitiem & abundantiam humidi inſiti) tota,cum tota alia miſcetur: quum ſit utriuſq; materia concreta ex agentibus & patientibus corporibus mutuò,nempe ex elementis. Tum uerò, quia ſic mixtis, materia nutrimenti,tactu ὁμοιομερὲς corporis,ſic alteratur, ut depoſita forma nutrimenti, adſciſcat formam animati corporis:qua facta aſſimilatione,ſimul nutritum & auctum corpus,animatum eſſe dicatur. Vnde ducta ſint principia & argumẽta,quiuis eruditus perſpicit, ex quibus prænotionum fontibus deriuata:nihil adeò ut extra genus ſubiecti aſſumptum eſſe, liquidò appareat. Ex materiæ et formę rationibus,non tam communibus, quàm uernaculis propoſito ſubiecto, proprij illius de quo diximus, conflata eſt demonſtratio. Phyſicum dedimus exemplum,dabimus etiam Mathematicum. Angulus exterior,quo determinatur triangulus (nempe triangulus,limitatus angulo exteriore) diuiſione per lineam parallelam in duas portiones;oſtenditur æqualis eſſe duobus oppoſitis angulis. Argumento proprietatis παραλλήλων,ſed quoad triangulo applicantur,demonſtratur propoſitum. Quòd ſi diuiſus exterior angulus per lineam παράλληλον nihil cum triangulo coniunctum haberet, hac ratione qua diuidẽs linea ipſum, lateri oppoſitorum angulorum trianguli ex ęquo diſtaret:argumento eo tanquam alieno,propoſitum nõ demonſtraretur. Eſt autem nõ ſimpliciter παράλληλος linea hæc, ſed lateri trianguli παράλληλος. His exemplis uidemus, quomodo principia demonſtrationum ſint deuincta cum eſſentia ſubiectorum: & quo pacto item extra genus ſubiecti, non contingat nos euagari, dum partes omnes demõſtrationis (nempe principia, cũ partibus eſſentiæ ſubiecti aliquo modo deuincta) cum extremis cohæreant, ſubiecto nimirum & prædicato demonſtrabilis propoſiti. Menſura quidem eſt ſubiectum ipſum principiorum, ut proprietatum quoq;: quòd ſine ſubiectis nequeunt definiri propria: ſubiecta autem ſeipſis, ac ſine proprijs, quid ſint, definiuntur. Quare ἐπιστητοῦ, ſeu ἀποδεικνυμένου, menſura eſt ſubiectũ: quatenus proprium ipſi conuenit, quia ipſum. Principia quidem cõmunia ſunt: ſed nihilominus determinata ſubiectione demonſtrandæ proprietatis communis ſubiecti, propria & uernacula fiunt. Vt ſi de angulo ſit demonſtrandũ quidpiam, & uſus ſit huius propoſitionis: Omne totum, eſt maius ſua parte: determinandum erit ſubiectum,ratione anguli,hoc modo: Omnis totus angulus, maior eſt ſua parte. Qua ratione,non extra ſubiectum genus principium illud euagabitur. Communia uerò pronunciata, non alia ratione pertinẽt ad demonſtrationes, quàm ratione uſus:quum alioqui principiorum ut communium abſoluta cognitio,ad Metaphyſicum ſpectet,non ad ſingulas ſcientias:autore Ariſtotele, quum in Metaphyſicis ad hunc ſcribit modum: ἐπεὶ δὲ ὁ μαθηματικὸς χρῆται τοῖς κοινοῖς ἰδίως, καὶ τὰς τούτων ἀρχὰς ἂν εἴη θεωρῆσαι τῆς πρώτης φιλοσοφίας. ὅτι γὰρ ἀπὸ τῶν ἴσων ἀφαιρεθέντων, ἴσα τὰ λειπόμενα, κοινὸν μὲν ἐπὶ πάντων τῶν ποσῶν.

Subiecta, ſunt menſura priorum prædicatorum.

Quomodo cõmunium Pronũciatorũ ſubiectis aſtringantur, & deuinciantur demonſtrabilis propoſitionis ſubiecto.

Metaphy. κ.

τῶν ποσῶν. ἡ μαθηματικὴ δ' ἀπολαβοῦσα, περί τι μέρος τῆς οἰκείας ὕλης ποιεῖται τὴν θεωρίαν, οἷον περὶ γραμμὰς, ἢ γωνίας, ἢ ἀριθμοὺς, ἢ τῶν λοιπῶν τι ποσῶν. Itaq; communia, aſtringenda etiã ſunt ſubiectis demonſtrandorum. Nam ſi toti quãtitati, quia tota quantitas, propriè ineſſet eſſe maiorem angulum ſua parte (quum adhibetur ad demonſtrandum aliquid de angulo) tranſibit hauddubiè proprietas hæc in diuerſiſſima genera: quo nihil dictu eſt abſurdius. Quare eſſe maiorem angulum ſua parte, per accidens inerit toti quãtitati: ſed per ſe καὶ ᾗ ἐκεῖνο, inerit toti angulo, ſeu quantitati toti, quoad angulus. Idem ſentiendum de omnibus communibus: quæ alioqui proprietatib. demonſtrandis non hoc modo determinata, nõ quadrãt. Ergo ſubiecta principiorũ ſunt, nõ quoad prædicatis alijs etiam poſſunt ſubeſſe (quatenus ſunt ſcilicet cõmunia & indefinita) ſed certè quoad limitata, & determinata, quib. unicè quadrẽt certa & propria prędicata, cùm propoſitorum demonſtrandorum, tum principiorum etiam definita eſſe debent. Quippe aliter habentibus ſubiectis, non niſi ſecundum accidens inerit prędicatum proprium. Principijs autem communibus, ſi quis utatur ut communibus, facilè in paralogiſmos incidet ſophiſticos. Quoniam ut Dialectici ueris utuntur communibus, ita Sophiſtæ abuſu communium decipiunt & fallunt. Iidem quandoq; proprijs principijs inſcios ludificant diſciplinarum, conficiuntq; ψευδογραφήματα: ſed de his Ariſtoteles in Elenchis. Tametſi autem communia illa uerißima ſint, ſi ritè quiſpiam ijs utatur: ita falſißima, ſi quis abutatur: id eſt, ξυγγενῆ ſubiectis principia non accõmodet. Oportet enim (ut Libro ſecundo diximus) τὰς ἀρχὰς οἰκείας εἶναι τῶν δεικνυμένων. Nec ſatis eſt, ſi ſint uera ἀναπόδεικτα & ἄμεσα principia, niſi fuerint etiam οἰκεῖα: ſine qua conditione nequeunt eſſe cauſæ concluſionum, principia in demonſtrationibus. Etenim communia ut communia, poſſunt transferri ad diuerſum genus: qua translatione, corrumpitur ueritas pronunciati à Sophiſtis. quod fecit Bryſon, quum Tetragoniſmum, abuſu ipſius Axiomatis, conaretur oſtendere: Quocunq; poteſt dari maius & minus quiddam, eidem poteſt etiam aſſignari æquale. Sed dato circulo, poteſt maius deſcribi quadratum, poteſt itẽ minus. Ergo ei æquale etiam quadratum poterit quoddam aſſignari. Siquidẽ pronunciatum illud adhibetur ad genus idem ſubiecti, uerißimum eſt: ſed ab uno in aliud translatum, falſißimum. In eodem genere & ſubiecto, hoc modo uſurpatur: Quocunq; quadrato poteſt maius, itemq; minus dari, eidem conſtituetur etiam æquale quoddam quadratum. Et quocunq; circulo poteſt dari maior, itemq; minor, eidem æqualis etiam quidam erit. Et quocunque angulo recto circulari, datur maior & minor, eidem datur etiam æqualis. Subiectis ita limitatis in hoc Axiomate, minimè fallax erit uſus ipſius in demonſtrationibus. At ſi quis ad diſcrepantia ſubiecta ſimul, adhibeat eius proprietatem, falſum concludet. quód euidens eſt præcedente Bryſonis ſyllogiſmo, quo quadratum maius & minus comparatur, non quadrato, ſed circulo: quorum ut diuerſorum ſubiectorum, idem proprium per ſe eſſe nequit. Simili modo & ratione hallucinantur, qui ſic in Geometria argutantur: In circulo maior poteſt, itẽq; minor angulus deſcribi rectilineo recto angulo. Ergo poteſt etiam æqualis ei deſctibi in eodem, freti hoc axiomate indefinito: Vbicunq; maior, itemq; minor, recto rectilineo angulo poteſt deſctibi angulus, illic etiã poteſt æqualis deſcribi. Sed in circulo. Reliqua ſunt nota. Fieri certè nullo modo poteſt, ut intra circulum duo depingantur: aut unus etiam rectus in ſemicirculo angulus, æqualis recto, contento intra duas rectas lineas. Quo minus enim ſit hoc modo rectus in circulo, id nimirum fit defectu acuti anguli,

Quo pacto Sophiſtæ nonnũquã abutantur cõmunibus, ad ψευδογραφήματα.

Euclides 16. pro. Elementorum lib. 3.

 qui

qui intercedit inter peripheriam & lineam rectam, diametri extremitatem in puncto, & ad perpendiculum attingentem extrinſecus circulum. Iam antea diximus de ſyllogiſmis Epagogicis, in quibus Maioris propoſitiōis termini, latius ſe proferunt quàm termini ſubiecti demonſtrationum in concluſionibus, de quibus per ſe prædicatur ſubiectū Maioris propoſitionis. Tales ſi nō nunquam probantur Axiomatibus, ſubiecta nimirum Axiomatum, limitanda erunt ſubiectis propoſitorum demonſtrandorum: quādoquidem ſubiectū Axiomatis (quod eſt ſyllogiſmi medium) ſi quatenus commune uſurpetur, propter communitatem hanc, etiam alij cuidam ſubiecto aut generi, proprietas quadrabit. At in demonſtratione unum duntaxat uni, & quatenus ipſum, ineſſe ſumitur & in concluſione, & præmiſſis. Alioqui quod propter καθόλου cuidam ſingulari ſubiecto ineſſe oſtenditur, non per ſe, ſed ſecundū accidens: id eſt nō ipſi, quia ipſum, ineſſe demonſtratur. Nā quatenus cōmune, trāsferri etiā ad genus diuerſum poſſe, paulo antè dictū fuit: quo nō tantū neceſſitas ſyllogiſmi demōſtrantis, ſed etiā ueritas interdū corrūpat & degeneret in paralogiſmū demōſtrationi oppoſitū. Secūdo libro dictū fuit, mediū demōſtratiōis, reſpectu extremorū, eſſe ἀναπόδεικτον quiddā. Omne porrò ἀναπόδεικτον, primū eſt, & per ſe notū. Prima aūt, et per ſe nota, cōmunia ſunt, & Axiomata quędam, ſine quibus medium demonſtrationis applicari extremis nequit. At ſubiectum Axiomatis commune niſi limitetur, & quaſi aſtringatur ſubiecto propoſiti demonſtrandi, proprium propoſiti demonſtrandi ei per accidens tantum inerit, & non quia ipſum: cùm alioqui ſi ſubiecto inſit quia ipſum, poſſit propter communitatem hanc alijs quoq; quadrare ſubiectis demonſtrabilium propoſitorum. Qualem uſum uel potius abuſum Axiomatum, paralogiſmorum Sophiſticorum cauſam eſſe iam antè diximus: ſiquidem ſimul cōmunitas eius diuerſis applicetur ſubiectis, & non uni cuidam καθόλου ἁπλῶς accommodetur. At ſi ſimpliciter uſurpetur per accidēs, medio tali primus extremo oſtenditur ineſſe termino præmiſſis ſyllogiſticis. Exemplis quod uolumus (quoniam obſcurè ſatis dicūtur) planum facere conabimur. ſic enim præcepta illuſtrari oportet, & ſic facturos nos initiò polliciti fuimus. Propoſitum ſit, immediatis prēmiſſis demonſtrandum, nempe, omnem triangulum habere tres duobus rectis æquales. Ad id demonſtrandum, Axiomate illo utimur: Quæcūq; uni & eidem ſunt æqualia, ea ſunt etiam inter ſe æqualia. Sed tres anguli trianguli, & duo recti anguli, ſunt unis & eiſdē æquales. Ergo tres anguli, & duo recti, ſunt inter ſe ęquales. Duobus rectis angulis, probandum eſt, tres angulos eſſe æquales in triangulo. De tribus angulis trianguli (per ſe prędicatur) quòd ſint ęquales duobus rectis angulis: probaturq; hoc quodam Axiomate. Sed id ipſum quatenus non aſtringitur ratione angulorum, communius eſt, & quadrare alijs etiam ſubiectis poteſt. Ergo (inter ſe æquales eſſe angulos) proprium eſt prędicatum: ac propriè etiam dicitur de ſubiecto Axiomatis, quatenus ipſum ratione angulorū eſt limitatum, hoc modo. Quicunq; unis & eiſdem angulis æquales ſunt anguli, illi etiam inter ſe ſunt æquales. Sed tres anguli in triangulo, & duo recti ſunt unis & eiſdem angulis æquales (ut exteriori atq; interiori.) Ergo tres anguli, & duo recti, ſunt inter ſe æquales. At ipſos inter ſe æquales eſſe illos angulos, nō prædicatur per ſe, καὶ ᾗ ἐκεῖνο, de ſubiecto communi Axiomatis, uerùm ſecundum accidens. Non enim, quibuſcunque uni & eidem æqualibus, ſed limitatis illo genere uel ſubiecto nempe angulis per ſe & quia ipſum, hoc ineſt prædicatum propriè. Cōmunitatis enim cauſa, poteſt quadrare etiā alijs ſubiectis, quàm ſubiecto

Nā totius demonſtrationis progreſſu, cōmunium pronūciatorum uſus quidam eſt, quibus cōtexantur partes medij partibus.

Aliud eſt commune ſubiectum, & aliud καθόλου limitatum.

iecto concluſionis, ſubiectum Axiomatis. Sed in ſyllogiſmis (quibus ſtruũtur atq; texuntur demonſtrationes). ἐπαγωγικοῖς, nihil debet eſſe quod non de ſubiecto, quia ipſum, prædicetur. At certorũ ſubiectorum propria, de eorundem communibus, non limitatis ſcilicet prædicantur per accidens : ut eſſe inter ſe æquales angulos, per ſe dicitur, καὶ ᾗ ἐκεῖνο, de illo limitato ſubiecto: Quicunq; anguli unis et eiſdem ſunt æquales. Per accidens uerò de communi illo & non limitato : Quæcunq; uni & eidem ſunt æqualia. Hoc modo nulla deprehendetur in demonſtrationibus propoſitio, in qua non prædicatum de ſubiecto, per ſe & quia ipſum, enuncietur : nec erit ullum principium, uel ἄμεσος ſeu ἀναπόδεικτος propoſitio, quæ diuerſi generis propoſitis demõſtrãdis accommodari aut quadrare poſſit. Omnium itaq; ſyllogiſmorum Axiomatica ſubiecta (id eſt principia) determinata ſint genere proximo eius ſubiecti, de quo monſtratur quidpiam in concluſione. Quòd ſi Axiomaticum quoddam ſit, quod quadrare poſſit aliorum quoq; generum ſubiectis: eo nõ eſt utendum ut communi, ſed ut proprio, & prius differentia limitato. Alioqui proprium ſubiecto concluſionis ineſſe oſtendetur, non quia ipſum, ſed per accidens mediũ erit, quod in Axiomate ſubijcitur, gratia cuius conficiuntur etiã paralogiſmi (uti diximus.) Vt ſi quis ita argumentur · Quæcunq; uni & eidem ſunt æqualia, ipſa inter ſe ſunt ęqualia. Commune et indefinitum eſt pronunciatum: & quia tale, licet ipſum accommodare quibuslibet ſubiectis, quocunq; modo æqualibus. Vt ſi minorem talem ſubijcias: Sed motus alterationis & lationis, ſunt reſpectu unius & eiuſdem æquales (ut reſpectu eiuſdem temporis) quia eodem abſoluuntur tempore Ex quo concluditur, Motum Alterationis & Lationis ipſos inter ſe eſſe æquales. Qui tamẽ comporabiles nequaquam exiſtunt, autore Ariſtotele libro ſeptimo Phyſicorum. Ita fit, ut abuſu communiſſimi Axiomatis, falſum concludatur. At ſi certo genere communitas aſtringatur, nec per accidens uerum, nec Sophiſticum falſum concludetur, ut hoc modo · Quicunque motus uni & eidem motui ſunt æquales, ipſi inter ſe quoq; ſunt æquales. Æqualitas motus definiuur non modò eodem tempore, ſed etiam eodem primo ſubiecto, & eadem ſpecie, ſecundum quam fit motus. Quos etiam ex æquo celeres & tardos eſſe oportet. Axioma Phyſicũ eſt: Quo res conſeruatur maximè, id natura eſt rei. Prędicatum ſubiecto ineſt, quia ipſum. Sed quando ut commune uſurpatur, abuſu parit paralogiſmũ. Sunt enim, qui id quo maximè eſt & conſeruatur res naturalis, appellent Formam eius ſubſtantiæ : alij temperamentum & κρᾶσιν, ut Galenus, & complures alij Phyſici. In quibus etiam ſunt nonnulli, qui Materiam, principem rerum naturam faciant. Non eſt autem tale pronunciatum hoc, ut pluribus ſubiectis, & diuerſis generibus poſſit quadrare : cùm uni duntaxat generi quadret, nempe cauſæ ei, quę eſt Forma, conſtituens eſſentiam rei naturalis. Iam ſi quis huic pronunciato, ut communi, aliud quid ſubijciat, diuerſi generis ſubiectum, nempe κρᾶσιν: falſa erit ſyllogiſmi concluſio, qua dicitur & concluditur, κρᾶσιν eſſe φύσιν, ſeu naturam rerum. Vſus eſt illo Axiomate Galenus, ut communi & quod ad genus habitus poſſit transferri etiam, cum tamẽ non poſſit. Axioma in genere habitus tale eſt : Quo res conſeruatur per habitum, id maximè ſecundum naturam eſt. Aliud enim eſt, Naturam: aliud, ſecũdum naturam eſſe, dicere quidpiam. Accuratè igitur & diligenter examinanda ſunt pronunciata. Primùm cognoſcendum, utrum ſic commune ſit, ut etiã diuerſis generibus poſſit applicari: ut modò cõmemoratum pronũciatum, q; diuerſis nequit quadrare : & abuſus eo Galenus, paralogiſmum commiſit,

Quõ Axiomata ſint adhibenda demonſtrationibus.

 conclu-

concludens κρᾶσιν eſſe naturam. Deinde ſi tale ſit, ut certi generis determinatione limitetur: ne uidelicet diuerſorum generum confuſione, falſum concludatur, ut ſuperioribus liquet exemplis, conſiderandum. Eodem & ſimili errore hallucinantur, qui Epilepſiam, ſpeciem eſſe ſpaſmi exiſtimant: qui ſpaſmus nimirum (ut morbus) diuiditur in eum qui fit cauſa repletionis neruorum, & cum qui inanitionis. Pronunciatum eſt Medicum: Omnis cõtra uoluntatem motus muſculorum, uerſus originem neruorũ, eſt ſpaſmus. Sed in Epilepſia, talis eſt motus. Ergo Epilepſia, ſpaſmus eſt. Quatenus ſpaſmi uox ſymptoma ſignificat, ſub eodem genere ſunt omnes illę ſpecies: & Axioma, nulla limitatione indiget. Sed quoad morbus eo ſignificatur, & ob indefinitam atq; communem ſignificationem, ſubiecto maioris deinde in minore ſubijcitur Epilepſia: propter cõfuſionem diuerſorum generum ſcilicer, ſequitur falſum cõcluſum. Epilepſia enim non eſt ſpaſmus, ſub genere morbi: ſed quoad eſt ſub genere ſymptomatis, ſpaſmi habet appellationem. Quamobrem communia principia deuincienda ſunt, & quodammodo mancipanda eius rei ſubiecto, cui probandæ per ſyllogiſmum adhibentur, ut diuerſi generis nullis quadrare queant. Demõſtratur de lineis, proportione certa inter ſe comparabilibus, quòd ex his confici poſſint εὐθύγραμμα σχήματα, proportione eadem comparabilia. Principiorum ſubiecta, cum ſubiecto propoſiti demonſtrandi quadrare debent, non quatenus communia, ſed (ut ſuprà diximus) ἰδίως ſunt uſurpanda: neq; etiam quatenus diuerſo quodam genere complicãtur, ſed quoad comprehendunt οἰκεῖον & συγγενὲς quiddam ſubiecti, de quo proponitur aliquid demonſtrandum, aut ſciendum. Quare principia ſola hæc accommodata erunt, quæ non lineis curuis, aut angulis, aut corporibus, ſed duntaxat quadrent lineis rectis: quatenus cauſa proportionis propriè ipſis conuenit, ut ex ipſis εὐθύγραμμα, proportione ſimilia excitari poſſint. Quæ ſic uſurpata principia, nulli alij propoſito demonſtrando accommodata eſſe poterũt: cùm omnia, ratione quadam ſint deuincta cum ſubiecto propoſiti demonſtrandi, quę adhibentur, & ex quibus conficiuntur demonſtrationes: excluditur accidẽs, arceanturq; aliena. Demonſtrabile eſt, omnes res naturales fieri ex contrarijs primis, & ſubiecto primo. Commune axioma eſt: Quicquid fit, ex ſubiecto fit, & contrarijs. Omnis res naturalis fit. Ergo fit ex ſubiecto, & cõtrarijs. Per accidens demonſtratio eſt, quoniam argumentum eſt commune, & non accommodatum ad genus demonſtrabilis propoſiti. Nam genus rei naturalis, eſt ſubſtantia: cuius proprium eſt, ut ſimpliciter fieri, & primò dicatur. Quare Axioma ſic ſtruetur· Quicquid ſimpliciter & primò fit, fit ex contrarijs primis, & ſubiecto primo. Res naturalis primò fit, & ſimpliciter. Concluſio conſentanea ſequitur, qua iam ſcitur (quod propoſitum fuit) per ſe: & qua prædicatum ineſt medio, quia ipſum: & medium eodem modo, extremo. Sic determinata maiore ad genus ſubiecti naturalis, ſubiectum generationis primum non poſſunt eſſe elementa, neq; poſſunt eſſe contraria, qualitates elementorum primæ: cùm uidelicet nec illa ſint ſubiectum primum, nec qualitates hæ, contraria prima. Difficile autem eſt nonnunquam, præſertim in Phyſicis, determinare ἰδίως communia: ut (uerbi gratia) pronunciati iſtius communitas, quàm uariè diſtrahitur, quo dicitur: Quicquid ſimpliciſſimum, id eſſe primũ, ex quo omnia fiant? Democritus ſuis atomis ſic ἀμερέστατον hoc principium opinatur, hac nimirum determinatione: Quicquid cauſa quantitatis, ſimpliciſſimum, id eſt minimũ eſt. Empedocles, ratione primarum qualitatum: Quæcunq; primis qualitatibus ſunt ſimpliciſſima, ex his omnia reliqua

qua fiunt. Elemēta primis qualitatibus ſunt ſimpliciſſima. Ariſtoteles, Materiam & Formam. Idcirco cautè circumſpiciendum, quomodo communia uera limitentur: ne ijs falſum pro uero concludamus. Non enim niſi falſa applicatione, in errorem nos inducunt communia Axiomata: & non his limitatis, per accidens noſcimus quidpiā: & uitioſè limitatis, à uero nihilominus aberramus. Per accidēs quidpiam eiſdem principijs noſcitur, quod aliàs ἀποδείξει per ſe noſceretur: quia ſcilicet, quatenus principium commune, transferri etiam poteſt ad aliud genus. Itaq; prædicatum propoſiti demonſtrandi, ſubiecto Axiomatis ineſt, non quia ipſum: ſed limitato tamen ineſt, quia ipſum: quare non determinato, inerit non quia ipſum, ſed ſecundum accidens. οὐκοῦν οὐχ' ᾗ ἐκεῖνο ἐπίσταται, ἀλλὰ κατὰ συμβεβηκός. οὐ γὰρ ἂν ἐφήρμοττεν ἡ ἀπόδειξις, καὶ ἐπ' ἄλλο γένος. Epilogo hoc, iā deinceps receptui (ut dicit̃) canamus, ab exēplorū excurſione redeūtes ad præcepta. Quāq; rē tū demū ſcimus, nō ſecundū accidens: quādo nimirum de quo per ſe dicitur, ei per ſe etiam ineſſe nouerimus: per principia, quæ ad ſubiectum demonſtrabilis propoſiti pertineant nō ſecundum accidens, ſed quia ipſum, id eſt quatenus alijs per ſe non quadrant. Vt tres habere duobus rectis æquos, per ſe ineſt triangulo: & per principia etiam demonſtrantur ineſſe talia, quæ triangulo nimirum quia triāgulus, quadrant. Nam ſi ſubiecto, per ſe & quia ipſum, ineſt prædicatum propoſiti demonſtrabilis: fieri nequit, quin medium, etiam, id eſt principia & cauſæ ſubiecti & prædicati, συγγενῆ participent. Vt ergo propria ἀντίστροφα prædicata ſubiectis inſunt, quia ipſis: ita quoq; principia intra limites ſubiecti huius generis continentur, quibus ſyllogiſmi demonſtrationum conſtituuntur, nec extra eos ſe proferūt. Vt lunæ, quia ex diametro opponitur ſoli, proprium eſt ut priuetur aduentitio lumine. Cauſæ & medium priuationis luminis, eidem ſubiecto quia ipſum, quadrant. Situs enim terræ gratia, in diametri centro tranſitum luminis impedientis, opacari lunam conſtat. In eodem genere medium eſt, & eidem quia ipſum, prædicatum ineſt. Proprium enim & cauſa proprij, in eodem ſunt quo ſubiectum, prædicamento. Subiectum autem limitatum, in eodem eſt prædicamento, in quo limitatio ſeu limitans, ſi limitās ſit accidens non καθόλου. Vt Homo ſanus, in prædicamento eſt Sanitatis. At ſi fuerit καθόλου, limitans in eodem erit prædicamēto, in quo eſt ſubiectū ipſum. Nam καθόλου prædicatum, genere caret, & tātum noſcitur ſubiecto ſuo: ut differentia, in eodem prædicamento eſt, quo ipſius genus. καθόλου porrò prædicatū, ſiue ſimplex, ſiue compoſitum, quia contra ſe diſtinctam ſpeciem non habet aliquam: idcirco in genere nullo eſt quo finiatur, ſed in eodem eſt, quo ſubiectū, cuius adminiculo definitur etiam. Reſpectu itaq; eclipſis lunę, ſubiectum, quod eſt luna oppoſita ex diametro ſoli, cauſam & effectum dicimus eſſe in prędicamento Situs: in quo etiam eſt ſubiectum limitatum, paulo antè dictum. Et hoc genere definimus etiam eclipſin, quæ nihil aliud eſt, quàm ſitus lunæ in diametro, quo propter interuentum terræ, priuatur lumine. Et quia habere pulmones, eſt in prædicamento Habere: ideo ſubiectum quoq; erit, & cauſa, & πάθος, in eodem genere. Nam Spirare, nihil aliud eſt, quàm Habens pulmones animal, ut refrigeret cor, ſpiritum ducere. Omne Animal habēs pulmones, propriè reſpirat. Cauſa & mediū quoq; ineſt propriè habenti pulmones, quatenus habet. Vt: Omne animal, quod indiget per aerem refrigeratiōe cordis, reſpirat. Omne animal habēs pulmones, indiget refrigeratione cordis per inſpiratum aerem. Tam cauſa hæc finiens ineſt habenti pulmones, quia pulmones habet, quàm effectus ipſe, nēpe ſpiratio. Exceptionē,

quod dicimus, habere uidetur in quorundam ſubiectorum proprijs, quę ipſis inſunt, quia ipſa: ſed cauſæ ac media (ut uidetur) non petuntur tamen ex eodem genere, in quo ſubiecta ſunt, ſed ex diuerſo quodã. Vt, multa inſunt Mathematica accidentia propriè Phyſicis quibuſdam qualitatibus, καὶ πάθη, ut aſpectabilibus formis, quorum rationes Optica tradit: ut etiam ſonis, quorũ παθῶν cauſas demonſtrant Muſici: ut præterea cauſas motuum celeritatis & tarditatis, in orbibus cœleſtibus, quorum demonſtrationes ſunt apud Aſtronomos. πάθη hæc illis (ut diximus) propriè inſunt: & quòd quidẽ inſint, probant eædem diſciplinæ ſuis quibuſdam principijs: ſed propter quid inſint, ſecretis Mathematum principijs oſtenditur. Demõſtrationum ergo & mediorum gratia, Optica fines Geometriæ ingreditur: Muſica, Arithmeticæ: Aſtronomia, utriuſq; Geometriæ ſcilicet & Arithmeticæ: nec principia Mathematica his ſubiectis inſunt, quia ipſa, ſed quia participant accidẽnbus his, quibus per ſe, & quia ipſis ſolent principia hęc quadrare. Nemo aũt ignorat, diuerſis in generibus eſſe πάθη hæc Mathematica, cũ Phyſico accidente concreta: & ipſa, quoad per ſe, ἐξ ἀφαιρέσεως conſiderantur. Differentię enim ſonorum, deſcriptæ numeris, in eodem ſunt genere, quo genus ipſum: & figuræ luminis atq; coloris, non in genere quantitatis ſunt, ſed quarta ſpecie qualitatis. Et Aſtronomica quoq; φαινόμενα, ut motuum differentiæ, in eodem quo motus ipſi genere collocantur: & Situs ſpecies, in genere Situs collocantur: quæ duo accidentia, præſertim conſiderantur in Aſtronomia: Motus quidem in Aſtronomia, ſed Situs præcipuè in Aſtrologia. Differentias tales horum generum ſenſilium nouerunt & ſcrutantur etiam rationibus, ὅτι δὴ, diſciplinæ illæ qua ſunt Phyſicæ, & qua inferiores ratione παθῶν Mathematicorum. Sed quoad Mathematicę ſunt differẽtiæ in his, et ob id Mathematica quoq; illis accidũt propria: hæc ipſa nimirum demonſtrant Mathematicis principijs, quæ quadrant tamen ipſis, non ut Phyſicis, ſed ut ſecretis Mathematicorum formis: extra quod genus, principia hæc Mathematica ſeſe non proferũt etiam: cùm hæc eis propria inſint, non quia Phyſicis, ſed quia participant differentijs Mathematicis, & quia Mathematicæ. Quare eadem ratio, quæ ſuprà eſt dicta, in his quoq; ualet: propterea quòd mancipatæ proprietates Mathematicæ, non poſſunt ſine mancipatis cauſis & ſubiectis demonſtrari. Sed tamẽ coniunctarum Phyſicarũ his limitationibus Mathematicis differentiarũ: ut quòd in ſpeculis fracta linea afficiat uiſum, & quòd interuallo ſeſquialtero, harmonia cõſtituatur, & quòd in ἀπογείῳ, planeta celerius moueatur: ὅτι δὴ, Phyſicis oſtenditur principijs. Vt (uerbi gratia) quæ lõgius abſunt à polis, partes orbis, celerius: quæ propius, mouenſ tardius. Ita quæ pars orbis, lõgius à centro abeſt (in his quæ ſuper alieno centro inæquabiliter mouentur) celerius: quæ propius, mouetur tardius. Haud longè ſecus, reliquorũ etiam in Muſica & Optica, ſunt φαινομένων Phyſicæ quædam (quòd ſint) rationes notæ: ſed quæ proprietates inſunt illis, nõ ut Phyſicis, uerùm ut participantib. formis quibuſdã Mathematicis, earum διότι, ſuperioris cuiuſdam ſcientię principijs demõſtramus. Superior autem ob id ſcientia Mathematica dicitur, quia inferior Phyſica, eius adminiculo indiget: non contrà indigent Mathematicæ, rationibus Phyſicis, propter ſecretionem ab ijſdem. Alioqui Phyſica præſtant tantũ Mathematicis, quantum οὐσίαι ſunt accidentibus eminentiores, ac ſuperiores dignitate: & ut diuina, antepollent Phyſicis rebus. Concludendum ex his quæ dicta & diſputata ſunt hactenus, non demonſtrari quicquam abſolutè & ſimpliciter, niſi ex proprijs & accommodatis certo generi principijs: & eo nomi-

ne perti-

ne pertinere communium principiorum uſum ad ſcientias ſingulas,non quo communia quia communia,contemplentur & norint, ſed quo cõpoſita principia cum certis ſubiectis,non ipſa ſint communia, ſed habeãtur ea,& participentur à non communibus. Neq; enim ad ſingulas pertinet ſcientias, ipſa per ſe principiorum quia principia, proprietatum ſcientia : ſed ad principem illã, & dominam philoſophiam,quæ ſcientia eſt ſcientiarum, contemplatricem τ͂ ὄντων,ᾗ ὄντα: de qua primo Libro me dixiſſe recordor,nunc iſta delibare duntaxat & attingere ſatis erit. Inferiores omnes ſcientię,conſiderant res,nõ quia ſimpliciter ſunt,ſed quia certis ſubiectis inſunt. Et ſubiecta quoq; illa,nõ quia ſunt,ſed quia proprie aliquid ipſis accidit,contemplantur. Vt Mathematica, quantitatum propria,non quia ipſæ quantitates,ſed quia partium cauſa diuiduum quiddam ſunt,conſiderat. Et Phyſica quidem corpus & ſubſtantiã naturalem,non quia ipſa,ſed quia mobilis, contemplatur. Neq; etiam propria, quia ipſa,ſed quia in talibus ſubiectis inſunt, demonſtrando Phyſici expediunt.Nec multorum ſubiectorum communia principia cognoſcẽda ſibi ſcientiæ uendicant,ſed (ut dixi) certo determinata ſubiecto:cùm nulla rerũ, quoad ſimpliciter & abſolutè ſunt ὄντα,contemplatio proprietatum,ad inferiores pertineat ſciennias:qua ratione etiam principiorum quoad non extra, ſed intra complexum mentis quatenus conſiſtunt, propria conſiderantur à primo philoſopho.

Principiorum omniũ contemplatio pertinet ad primũ Philoſophum.

Quo pacto inferiores ſcientiæ conſiderẽt ſua ἐπιστητά.

Sunt autem principia omnia ſimpliciſſima,nec alieni quicquam habẽt admixtum:quum nec ipſa de alijs,nec alia de ipſis (quatenus ὄντα) prędicantur, quum nihil ſit principijs ſimplicius & uerius. Et ob hanc cauſam; cùm hoc loco Ariſtoteles, tum in Metaphyſicis, ſcientiam ſcientiarum, ἀκριβεστάτην appellat, & κυρίαν, & ἐπιστημῶν σοφίαν, ἢ μὴ ἀρχικωτάτη, καὶ ἡγεμονικωτάτη, καὶ ᾗ, ὥσπερ δούλας οὐδ᾽ ἀντειπεῖν τὰς ἄλλας ἐπιστήμας δίκαιον. Sunt autem , quod ad perfectionem attinet, ſcientiarum gradus tres . Primus, quo utcunq; ſcitur quidpiam: & plura quæ faciunt ad notitiam,ſunt percepta quàm incognita : quam Ariſtoteles appellat ἀπαγωγὴν, & imperfectam demonſtrationem.Et uulgò eſt notum, quoſdam longius,quoſdam propius ab eſſe à Scientia rerum.Secundus eſt gradus, quo perfectè ſcitur quidpiam per demonſtrationem . Tertius,quo maximè & perfectiſſimè,quæ iam cognitio ſit appellanda Sapientia:quæ nimirum eſt ueritatis, & ſcientiæ rerum tanquã cardo, & prorſus (ut Plato eam uocat) ἀνυπόθετος ἐπιστήμη:de qua Libro ultimo plura ſumus dicturi. Ratio horum graduũ eſt, ὅτι (ut inquit Ariſtoteles) τόγε μᾶλλον καὶ ἧττον, ἐνεστι ἐν τῇ φύσει τῶν ὄντων. Omnium autem perfectiſſima eſt Mentium diuinarum,gubernatricum cœleſtiũ orbium,& uniuerſam moderantium naturam,intelligentia:quum non ſit habitus,ſed ipſa οὐσία,energía intelligẽdi hæc:quã cõparans Ariſtoteles humanæ mẽtis energiæ, quæ proficiſcitũ ab habitu,appellat eã μάλιστα νόησιν.ἡ δὲ νόησις ἡ καθ᾽ αὑτὴν, τοῦ καθ᾽ αὑτὸ ἀρίστου,καὶ ἡ μάλιστα τοῦ μάλιστα. Diximus de principijs communibus demonſtrationum , quo pacto pertineant ad ſingulas demonſtrationes : & quòd propria, quæ illis hac ratione inſunt, ſint ἀναπόδεικτα: quodq; cùm ex his,tũ ex uernaculis alijs principijs,ut finitionibus quibuſdam et poſtulatis contexantur demonſtrationes omnes.Et ut omnia in natura, aut ſunt principia,aut concreta ex illis:ita in Scientia & Demonſtratione,quicquid uſpiam eſt, aut cõcluſum certè ex principijs eſt, aut principia ſunt. Quæcunq; deniq; partes (ex quib. conficitur , & in quas retexitur Demonſtratio) aut prius demonſtratæ quædam ſunt propoſitiones, aut ex principijs & notitijs communibus cõflati ſyllogiſmi. Quo par eſt intelligi,fontes ſcientiæ manare ex principijs: & omnia

Quæ conditio et natura principiorum ſit.

Metaphy.li.6.

Scientiarũ ſecundum imperfectionem & perfectionem, tres gradus.

Priorum ἀναλυτικῶν lib.B.

Metaphy.li.Γ.

Metaphy.li.κ.

accepta

accepta eſſe ferenda ijſdem, tanquam elementis & primordijs omnium do-
ctrinarũ. Aliud eſt genus præterea principiorum, à ſenſu ſecretiſſimum, nem
pe finitiones, quæ nõ niſi poſitu differunt à demonſtrationibus: quod ipſum
uerè & ſimpliciter principium eſt, nempe αὐτὸ ἕκαστον ἄλλο, non pars eſſentiæ

Quę non ſint ἁπλῶς et φύσει ἀρχαί.

alterius, ut ſunt pars alterius principia demõſtrationum. Hęc quidem nobis:
illa uerò, natura dicuntur notiora. utrorumq; mẽs principium eſt. Sed de his
in ſecũdo Libro multa diximus, penultimo autẽ plura dicturi ſumus. De his
nunc dicamus, nobis notiſſimis, unde arceſſunt demonſtrationes, principijs.
Horum, ut compoſitorum cum certis ſubiectis, cognitionem & uſum perti-
nere ad demonſtrationem, iam antea diximus. Quatenus autem ipſa per ſe, et
ſecreta à ſubiectis principia conſiderantur, eodem modo ad contemplationẽ
primi philoſophi ea pertinebunt, quo reliquorum principiorum, ut (uerbi
gratia) Materię & Formæ: quę quia ipſa, pertinent ad Metaphyſicũ, ſed quia
ſunt pars ſubſtantiæ naturalis, & cauſa ſunt motionum & quietum, non ſim-
pliciter, ſed propter uſum, poſſidet et uendicat earum notitiam ſibi Phyſicus.
Horum igitur, ut ſimpliciter principiorũ, & quoad ἁπλῶς ὄντα, propria con-
ſiderat ſuprema philoſophia: quæ ſanè qua ratione ſcientia eſt ſcientiarum,
eadem quoq; propria & principia principiorum contemplatur. Verùm de-
terminata quodam ſubiecti genere, ſimpliciter non ſunt, ſed demonſtratio-
nis dũtaxat principia: quibus propria de alijs, de ipſis autem hac ratione nul-
la ſolent demonſtrari propria. Quatenus enim ſimpliciter ſunt principia, nõ
unius ſunt, ſed omnium: et quod demonſtrationis, id non eſt omnium, ſed

Suprema ſcientia, ſeu prima philoſophia, qua ratione ſit inter ſcientias eminẽtiſſima.

certi (ut dictum eſt,) generis principium. Quare quoad hæc ſunt omniũ illi-
us generis demonſtrabilium principia, ita quoque ſcientia illorum non erit:
una uidelicet quædam, ex illis ſubiecto quodam certo determinatis, ſed com
munis, ſuprema & princeps, reſpectu inferiorum, perficiens inferiores ſcien-
tias, perfectiſſima principiorum contemplatione. At perfectiſſima eſt, quia
ἀνυπόθετος, in ſupremis acquieſcens cauſis, & quarum cauſæ aliæ eſſe nõ poſ
ſint. Prius nihil eſſe aut ſimplicius, omniũ principijs, mente ipſa, qua cogno-
ſci omnia, & præterea diuinis mentibus, quibus ſubſiſtere & conſeruari om
nia uidemus, iam antè à nobis dictum fuit. Extra mentem, omnia ſunt compo
ſita, ut per διάνοιαν compoſita: & extra diuinam mentem, cœlum, & uniuer
ſa rerum natura: ſed ex principijs, & per principia tamen ſunt omnia: quare
princeps etiam eſt quędam principiorum contemplatrix ſcientia. Non potui
breuius, non dilucidius, obſcuriſſima hęc Ariſtotelis explanare: quæ ut neceſ
ſaria, ita utiliſſima ſunt cognitu his, qui uera philoſophiæ cognitione delectã
tur. Sophiſtas & ſciolos nihil moror. Principia quidẽ, ut diuerſorum generũ
eſſe nõ poſſunt, propter limitationẽ: ita multo minus demõſtratio poteſt una,
quadrare diuerſis generibus: niſi hoc modo quadret, quo demõſtratiões Geo
metricæ congruunt Opticæ, & Arithmeticæ rationes conueniunt Muſicæ.
Atqui cognitu difficile eſt, utrum ſciatur nec ne, quidpiam. non enim in om-
nibus prompè perſpicitur, utrum ex cuiuſq; proprijs principijs demõſtratio

Vſus principiorũ qualis debeat eſſe in Demonſtrationibus.

ſit conſtituta, de quo ante omnia nobis conſtare oportet: quæ nonnunquam
uel uſurpantur quatenus communia, uel aliena à propoſito genere, uel tan-
quam communia Logica, quæ in eodem genere patiuntur inſtantiam. In
Mathematicis tamẽ minus eſt paralogiſmorũ, quàm in Phyſicis: quòd princi
pia & cauſæ in his ſunt occultiores, magiſq; effugiũt ſenſum. Ob id referta eſt
Phyſica opinionibus, & erroribus ueterũ: qui ob imperitiam Analyticæ do-
ctrinæ, principia uernacula, & accommodata generibus, uidere nõ potuerũt.

Non

Nō enim ſi quę uera ſunt, & prima, ob id cuiuis generi applicita et adiuncta, uera erunt principia: quibus illi qui errant, pro ſimpliciter ueris tamen utuntur. Vt uerum eſt, quod dicitur à Phyſicis, nihil fieri ex nihilo: ſi applicetur rerum actui, falſum eſt pronunciatū. Non enim nihil fit, ex tali nihilo. Sin applicetur facultati & δυνάμει, uerum eſt: aut ſi ſic limitetur, ut quum dicimus: Nihil fit ex nihilo δυνάμει. Verum eſt, ſine limitatione certi generis dictū, Principia eſſe ſimpliciſſima rerum naturalium: ſed atomis, aut elementis accommodatum, cauſa eſt erroris. Vt hoc modo: Omne quantitate minimum, principium eſt ſimpliciſſimum. Vel hoc modo: Omne qualitatis gratia principiū exiſtens, eſt ſimpliciſſimum. quo hallucinatus eſt Empedocles. Hallucinatus eodem errore fuit Ariſtoteles, quum motus in loco Animalis, pro cauſa aſſignat πνεῦμα ἔμφυτον: fretus hoc Axiomate, quo conſtat, celerrimè in natura moueri, quæ incitentur ſpiritu. Sed illud applicari generi corporis animalis nequit: cùm ſpiritus non ſit inſtrumentum motionis in hoc ſubiecto, ſed in rebus inanimis. Anatomia nos docuit, cauſam eius eſſe cerebrum, per neruos et muſculos, qualitate ſpiritus animalis in his diffuſa. Qūo perueniēdū ſit (ignotis principiis) ad ueriſſimas hypotheſes (ſunt em̄ hypotheſes, quas diſcentem nō neceſſe ſit afferre ad pręceptorē) ſuprà quadā regula Platonis oſtēdimus: & quomodo refellenda principia falſa, ſatis exemplorū nobis Ariſtoteles, ac ferè omnes claſſici autores ſuppeditant. Penſitāda & examināda ſedulò ſunt principia: num uidelicet quadrēt propoſitis generibus, aut ſubiectis rerū, ac συγγενῆ demonſtrandis reb. exiſtant. Plerique enim quando ueris & primis quibuſdam utuntur, putant ſe uernaculis etiam uti principiis: atque ex his conſtitutis deinde ſyllogiſmis, conficiunt demonſtrationes. Sed ſatis non eſt, prima & uera: ſed præterea accommodata eſſe oportet principia ei generi, de quo eſt aliquid demonſtrandum, quod primum & menſura exiſtit principiorum, & proprietatum omnium. In Græco non eſt legēdum, συλλογισμῶν, in genitiuo plurali: ſed accuſatiuo caſu ſingulari, hoc modo: οἰόμεθα δ᾽ ἂν ἔχομεν ἐξ ἀληθῶν τινῶν συλλογισμὸν, καὶ πρώτων ἐπίστασθαι. τὸ δ᾽ οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ συγγενῆ δεῖ εἶναι τοῖς πρώτοις. Proinde generibus & ſubiectis limitata principia, quòd uera ſint, nō demonſtrantur: ſed duntaxat ſumuntur, quum notiſſima ſint ſenſu & inductione. Alia ſunt quædam propria generum nonnullorum principia, quæ ὅτι ἐστὶ, nonnunquam demonſtrantur: ut in concretorum generum demonſtrationibus, per effectus cognoſcimus cauſas, per φαινόμενα apprehēdimus principia. Quo reſpiciens dixit Ariſtoteles libro primo de Anima, ad finitiones conſtituendas (quæ ſunt medium, & principium demonſtrandi ſubſtātiarum πάντων omnia) non parum prodeſſe nobis notitiam propriorum accidentium, quibus ὅτι ἐστὶ, eſſentiæ & cauſæ oſtenditur. Sed de his aliàs dicemus. Deinde quid etiam ſint, præſertim conſiderantur ſubiecta genera demōſtrationum, & eorundem propria demonſtrabilia, ex principiis. Finitionibus explicantur hęc, quibus intelligatur, quid illorum ſignificetur uocabulis (ὀνοματώδεις uocant λόγους) non his quæ explicandis cauſis nulla re, niſi figura orationis differunt à Demonſtrationibus. Sumuntur itaque principia, ex quibus fiunt demonſtrationes, & cognoſcuntur quòd ſint uera. Reliqua duo, utpote ſimplicia, ſubiecta ſcilicet & prædicatum propoſiti demonſtrandi, quid ſint, λόγῳ ſeu ὁρισμῷ noſci oportet. Deinde quòd, & propter quid prædicatum ſubiecto inſit, demonſtratione ſit exploratum. Sumuntur diſertè tria hæc principia, aliàs tantum quòd ſint, aliàs quid, aliàs quòd & quid ſint: ut quòd & quid Vnitas ſit, quòd & quid ſit Magnitudo, ſeu quantitas ſecreta. De his ſecundo Libro diximus.

De Hypotheſibus & Poſtulatis, item Axiomatibus.

Principia quędā per ſe nota ſunt, quędemōſtrantur ὅτι ἐστὶ, per effectus.

Principia & quòd, & quid ſint, nota eſſe oportet.

Quid ſint, ratiōe οὐσίας cognoſci oportet ſubiecta: ſed propria πάθη, λόγῳ ὀνόματος ſatis eſt prænoſci.

Propria uerò Mathematica ſatis eſt intelligere, quid ſint, λόγῳ ἑρμηνευτικῷ. nã φ et propter quid ſint, demõſtratiõe eſt perficiendũ. In Phyſicis, propria pręnoſcunt etiã φ ſint, qua φαινόμενα quędã ſunt, & ueniũt ſub ſenſum. Implicuit hãc ſententiam Ariſtoteles, perobſcuris ſanè uerbis, quãdo ſic ſcribit: τί μὲν ὂν σημαίνει, καὶ τὰ πρῶτα, καὶ τὰ ἐκ τούτων: elementa duo demonſtrationum intelligi uoluit, nempe ſubiectum, quod appellauit πρῶτον, quum ſit omnium reliquorum fundamentum, de quo paulo antè etiam monui: deinde prędicatum quod ex primo genere principiorũ ſequitur & concluditur. Quare (καὶ τὰ ἐκ τούτων) ſic eſt interpretandum: τὰ ἐκ τούτων ἐν ἑκάστῳ γένει ἀρχῶν, συμπεπερασμένα. Axiomata enim limitata, ſunt ἐξ ὧν δείκνυμεν. Subijcit deinde, ſed ἀνακολούθως, uerba hæc paulo pòſt: οἷον τί μονὰς, ἢ τί τὸ εὐθὺ, καὶ τὸ τρίγωνον. quæ ritè præcedentibus his ſubijciuntur: τί μὲν ὂν σημαίνει, καὶ τὰ πρῶτα, καὶ τὰ ἐκ τούτων, οἷον τί μονὰς, & cætera. Quod poſtea addit, εἶναι δὲ τὴν μονάδα μὲν λαβεῖν: dicere uoluit, πρῶτα eſſe quædam, de quibus non modò quid, ſed etiam quòd ſint, conſtare oporteat: ut quòd ſit Mathematica unitas, & ſecreta magnitudo, rationibus liquet Dialecticis. Reliqua demonſtrabilia omnia, quid & quòd ſint, demonſtrantur. Nunc de cauſis porrò dicamus, quibus utuntur Demonſtratores: quarum quędam ſunt, quæ propriè & unicè pertinent ad ſubiecta quędam propoſitorum demonſtrabilium: ut quæ φαινομένοις, ὅτι δεῖ, ſolent monſtrari. Nõnullæ ſunt cauſæ communes, de quibus iam multa & ſæpe diximus:

Vnũ multis cõmune, duplex eſt in diſciplinis: Synonymũ ſcilicet, & Analogicum.

ſed quæ tamen uſu, nempe limitatione certi generis, fiant propriæ. Vnũ multis commune in diſciplinis, aut ſynonymum eſt, aut analogon. Synonymorũ ut nomen idem, ita quoq; ratio & definitio una & eadem eſt. Quorum ratio quidem una, non per ſe, ſed in diſcrepantibus conſideratur ſubiectis, ea dicũtur Vnum eſſe ἀναλογίᾳ: ut ſeſquialtera proportio, una quidem eſt, ſed participans, cauſa ſubiectorum, λόγοις numerorum diuerſis, analogia tamen eſſe

Principia, analogia ſunt unũ quid.

dicitur una. Eodem modo principia communia, limitatione certorum ſubiectorum, non ſimpliciter tantũ & λόγῳ, ſed analogia etiam communia, & propter ſingula ſubiecta non communia, ſed propria quodammodo principia exiſtunt. De hoc genere principiorum per analogian communium, ſcribit Ariſtoteles libro λ. Metaphyſicæ, ad hũc modũ: ἄλλα δὲ ἄλλων αἴτια, καὶ στοιχεῖα τῶν μὴ ἐν ταυτῷ γένει, χρωμάτων, ψόφων, οὐσιῶν, ποσότητος. πλὴν τῷ ἀνάλογον. καὶ τῶν ἐν τῷ αὐτῷ εἴδει ἕτερα οὐκ εἴδει, ἀλλ' ὅτι τὸ τῶν καθέκαστον ἄλλο, ἥτε σὴ ὕλη, καὶ τὸ εἶδος σοῦ, καὶ τὸ κινῆσαν σοῦ, καὶ τὸ εἶδος ἐμοῦ, καὶ ἐμὴ ὕλη. καθόλου δὲ λόγῳ, τὰ αὐτά. Satis intelliguntur, cõmunia eſſe uera, ſi quoad uſui ſunt, & adhibentur ſubiecto generi, pro ueris habeantur: quum non quatenus communia, pertineant ad ἀποδείξεις, ſed quatenus uſurpãtur ἰδίως. Vt quando uerum illud pronunciatur: Æqualia ſi ab æqualibus auferas, quæ relinquuntur erunt æqualia: uſui non erit ipſum, niſi certo generi accommodes: nec amplius requiritur ad demonſtrãdum propoſitum, nec minus id ualebit, quàm ſi in uniuerſum ipſum pronuncies: ſatisq; eſt Geometræ, ſi de continua quantitate, aut de angulo efferat: Arithmetico, ſi de numero duntaxat enuncietur. Propria ſunt & non communia principia, ut ſi ponatur talis linea eſſe, aut talis recta, qualem ponunt Geometræ ſecretam à materia. Propter ἀνακολουθίαν rurſus confudiſſe uidetur ordinem Ariſtoteles, promiſcuè tractans communium & propriorum prin-

Quid uernacula principia differãt à cõmunibus.

cipiorum rationes. Principia uernacula ſcientiarum ſunt, quæ ſumuntur eſſe, & de quibus ſcientiæ contemplatio eſt, quòd ijs propriè quædã inſint πάθη, & per ſe: ut Arithmeticus, ponit eſſe unitates: puncta & lineas, Geometria. Ponunt illa eſſe, & quidem talia quædã eſſe, quæ ſub ſenſum non ueniãt.

Deinde

Deinde horum ſubiectorum πάθη propria quid ſint, præſumũt λόγῳ ὀνοματικῷ. Nonnunquam finiunt etiam ſubiecta ipſa, ut quid par numerus, quid impar: quæ ſatis non ſit prænouiſſe, quòd ſint. De his monſtratur quidpiam, ut quòd ſit quadratus numerus, aut cubicus: de quorum tamen ſignificatis prius conſtabit. Vt Geometris etiam prænotione liquet, quid ſignificetur his uocabulis propriorum, quid ἄλογον, quid fracta, quid decliuis linea, ut Opticis. Quibus cognitis, quòd hęc illis inſint, ex cõmunibus demonſtrãt quibuſdam, & quibuſdam iam antea demonſtratis. In Mathematicis, propria πάθη non prius quòd ſint, apparent, quàm demõſtrentur eſſe. In alijs, ut Phyſicis & cõcretis Mathematicis, ut Aſtronomia (quam ſubinde Ariſtoteles appellat Aſtrologiam) propria πάθη prius apparent eſſe, quàm demonſtrentur. Inter has tamẽ diſciplinas, quod ad principiorum rationem & numerũ attinet, nullum eſt diſcrimen. Tria enim cuiuſq; demonſtrationis ſunt elementa. Primum eſt, ſubiectum genus, quod ponitur eſſe. Secundum, proprium accidẽs. Quęlibet enim ſcientia, de ſuo ſubiecto propria quædam παθήματα enũciat, eorundemq; contemplatrix eſt. Tertium eſt, Principia ſcilicet, & Axiomata, ex quibus primis omnia monſtrantur. Et hęc tria, ex neceſſitate ſuo modo in omnibus demonſtrationibus præcognita eſſe oportet, ſiquidem ipſa rerũ natura numerum hunc metiri uelimus primorum elementorum in demonſtrationibus. Quanquã nõ opus eſt, pari ſolicitudine de omnibus, quòd aut quid ſint admonere. Vt quòd ſit numerus ſecretus & Mathematicus, non ſenſu ipſo, ſed ratione quadam Dialectica admonemur. Quòd autem calidum & frigidum ſit, erudimur ſenſu ipſo rerum: cui fidem non habere, dementiæ habet reprehenſionem. In his inquit Ariſtoteles, ἀφέντας τὴν αἴσθησιν, λόγον ζητεῖν, ἀῤ- Phyſi.lib. 8.
ῥωςία ἐςὶ τῆς διανοίας. Idem in Topicis ait quibuſdam ſine ratione fidem haberi: Topic.lib. α.
eamq; animi inductionem aliàs conſtare pœna, ut ſi cui perſuadendum ſit, colendum Deum & parentes: aliàs ſenſu ipſo rerum. Ergo ut quorundam, ὅτι ἐςί, perſpicuum eſt: ita ſunt, quorum τί ἐςί, manifeſtã habent notitiam, de quibus ſuperuacaneũ ſit & inutile, admonere in diſciplinis. Sic pleraq; πάθη propria, finitione explicari non eſt opus: neq; etiam primorum pronunciatorum uocabula, quid ijs ſignificetur, definitione quadam planum fieri oportet. Nihilominus his tribus ſic præcognitis opus eſt, ſuntq; natura tria hæc demonſtrationũ elementa: quibus quòd & quid ſint, præcognitis, reliqua omnia cognoſcimus. Sunt deinde alia nonnulla, quæ nonnunquam in principijs Demonſtrationum numerantur: ut Hypotheſes, Poſtulata, Definitiones: quorũ (ut Axiomatum) tam euidens non eſt notitia, neq; omnium ea & tanta fides quæ ſit omni demonſtratione certior, nec penitùs ratione ulla alia ueriſimiliore labefactari queat, aut quæ non deſideret etiam quendam firmiorem animi aſſenſum, ne diuerſum ei q diſcit, perſuaderi poſſit. Et ut maximè uera ſint huiuſmodi principia, non tamen ſemper maximè ſunt credita: quo nomine, principia ἀναπόδεικτα non poſſunt dici, quorum fide nos prius imbutos eſſe oporteat, q̃ eorum cauſa quicquã ſcientia cõprehẽſum dicatur. Aut ſi fuerint falſa (multæ enim tales uſurpantur hypotheſes, poſtulata & finitiones) ijs tametſi fides habetur (ut faciunt qui dicuntur θέσιν φυλάττειν) nihilo ſcientiores tamẽ erunt, qui talibus uſi, uerum aliquid concluſerint. Etenim nihil ſcitur niſi ex ueris (quibus ſumma habeatur fides) concluſum: ut neq; ueritas ulla principiorum ſine fide, nec fides ſine ueritate, ſcientiæ principium & cauſa eſſe queat per demonſtrationem. Ariſtoteles hoc loco duplicem ſtatuit λόγον ſeu rationem. Vnam, quæ uerbis comprehenſa τὸν ἔξω λόγον reprę ſentans intelli-

gatur. Multa enim ſunt, quæ rerum extra διάνοιαν cauſa intelliguntur: quæ tamen utrum uera an falſa ſint, neſciuntur. Alteram, qua res ipſæ percipiantur διανοίᾳ, ut ueræ, quibus coniuncta eſt fides uel opinio: uel tanquam falſæ, quibus cõtraria, quum propter notam falſitatem aſſenſu careant animi. Prius autem intelligi oportet quàm credatur quidpiam: multumq́; refert, rectè an perperam intelligatur aliquid. Et non ſunt pauca certè quæ fucum rerum intelligentiæ faciant: quæ partim ſunt in rebus, quoad ſub ſenſum ueniunt: partim in uerbis & oratione: partim in nobis eſt cauſa, ruditas nimirum aut affectio quædam animi. His accidit cauſis, ut non uerè quidpiam intelligatur. Vt aũt fidẽ habeamus aut non habeamus intellectis, in cauſa eſt affectio animi, qua ſunt συμφυεῖς, aut nõ συμφυεῖς οἱ λόγοι: de quo ſecundo Libro dictum fuit. Reſtat ut de cæteris etiam dicamus principijs, ex quibus aliquid demonſtratur: quę ſecum diſcipulus neceſſe non eſt ut afferat ad præceptorem, ſed de his ab ipſo uel cõmonefit, uel quàm uera ſint, ab eo diſcit. Nõnulla ex his facilimè diſcuntur ꝙ ſint uera, atq; etiã quid ſint, noſcunẽ: nõ ꝙ hoc de illo ex neceſſitate ſemper prędiceẽ, abſoluteq́; ſemper ſit uerũ, ſed tũ demũ ſit uerũ et neceſſariũ, ſi hoc uel illud, demõſtrãdę rei accidat ꝓpriè: ut ſunt poſtulata Mathematica. Vt (uerbi gratia) neceſſe nõ eſt, ut inter duo pũcta, recta ſemper ducaẽ, cùm duci poſſit etiã curua. Sed demõſtrãdũ quoddã πάθος, illud forſan poſtulat, ut ductã interdũ, aut duci eã poſſe fateamur, alioqui nõ proceſſura demõſtratione. Quàm ſunt apud Phyſicos ὑπόθετα multa principia, quàm multa etiam apud Politicos & Ethicos, quorum ſenſibus noſtris ſubiecta nequaquam ſit notitia, ut Mathematicorum eſt: id eſt, quæ ſeipſis manifeſtè nota non ſunt, ſed per φαινόμενα nota fieri oporteat, accedente diuturna etiam experientia: quæ cauſa quoq; eſt (ut Ariſtoteles ait) Mathematicen ut adoleſcentes citius & facilius, quàm Phyſicen aut Ethicen addiſcant. De principijs, inquit, illi loquuntur: ſed uera eſſe non credunt propter ἀπειρίαν, adoleſcentes. Ob hanc cauſam arduæ ſunt & difficiles harum rerum ſciẽtiæ, propterea quòd animis non hoc modo fides principiorum ſit impreſſa, ut ijs nihil uerius eſſe exiſtimetur, & ut oppoſitis rationibus nihil uacilletur, & penitùs ſit ἀμετάπειστος qui diſcit. Nam qui ſcientia eſt præditus, non modò ueris confidit, ſed etiam quomodo falſis ſit occurrendum nouit: qualis perfectio ſcientiæ multi laboris eſt, & longi temporis exercitationem deſiderat. De quo admonet etiam nos diuinus Plato, in Epiſtola ad Familiares Dionis, ad hunc ſcribens modũ: ἅμα γὰρ αὐτὰ ἀνάγκη μανθάνειν, καὶ τὸ ψεῦδος ἅμα, καὶ ἀληθὲς τῆς ὅλης οὐσίας μετὰ τριβῆς πάσης, καὶ χρόνου πολλοῦ, ὅπερ ἐν ἀρχαῖς εἶπον. μόγις δὲ τριβόμενα πρὸς ἄλληλα, αὐτῶν ἕκαστα ὀνόματα καὶ λόγοι, ὄψεις τε καὶ αἰσθήσεις, ἐν εὐμενέσι ἐλέγχοις ἐλεγχόμενα, καὶ ἄνευ φθόνων ἐρωτήσεσι, καὶ ἀποκρίσεσι χρωμένων, ἐξέλαμψε φρόνησις, περὶ ἕκαστον, καὶ νοῦς, συντείνων ὅτι μάλιστα εἰς δύναμιν ἀνθρωπίνην. Principijs non manifeſtiſſimè cognitis (quæ nimirum Axiomata non ſunt, ſed θέσεις quædam) fides eo modo quo dictum eſt conciliatur: & quoad diſcens, & nondum ſciens, aſſentitur quidẽ ijs, non fide animus perfecta, ſed opinione uera illorum principiorum informetur neceſſe eſt. ὑπόθετα hæc dicuntur in diſciplinis, quibus tanquam creditis, demonſtrationem conficimus: non autem per ſe creditis, ſed quibus docentiũ aut temporis cauſa ueris acquieſcamus, ut ſine quibus propoſitum demonſtrari nequeat. Niſi enim fateamur nobis ita uideri, progredi demonſtrando non poſſunt qui docent, quum per ſe ὑπόθετα non ſint πιστά. quod Ariſtoteles his intelligi uerbis uoluit: οὐκ ἔστι δ' ὑπόθεσις, οὐδ' αἴτημα, ὃ ἀνάγκη εἶναι δι' αὐτό, καὶ δοκεῖν ἀνάγκη. Sed tamen his credi etiam oportet, quum

ſua

ſua quadam probabilitate animum (ut quidam dixit) percuſſerint. Neque uerò ſunt ὑποθετὰ, quoad illis opponi aliquid poteſt, quo minus uideant̃ Poſtulata uera: cuiuſmodi multa accidunt λόγῳ, quoad extra mentis conceptũ (cuius gratia dicitur eſſe in anima) aut uerbis adulteratur, aut ſenſu quodam prauo uitiatur. Sed tum demum uera eſt θέσις, & uſum in demonſtratione habet, quoad ſincera animi notitia, falſitate caret omni, nec contra aliquid poteſt dici per ueriores & magis conſentaneas hypotheſes. Contra quas hypotheſes diſputari poteſt, earum ueritas quoq; claudicat, aut λόγου ἕνεκα, aut διανοίας. Mens quidem ipſa hallucinari nullo modo poteſt, & ob hanc ipſam cauſam ἀνέλεγκτος eſt. Cauſa nominum, & orationum, & ſenſus, & διανοίας, hallucinari nos contingit: quæ quomodo ſint comparata, alio quodam libro docebimus, altius iſta repetentes ex Platonis philoſophia, quæ nunc omittenda cenſui. Ariſtoteles τὸν ἔξω λόγον appellat eum, qui rebus externis applicatur, qui uerbis et oratione exprimitur, & adhibetur rebus, temporis gratia adumbratis ac ſubiectis ſub ſenſum. Quem multifariam poſſe fallacem eſſe, & reprehẽſionibus obnoxium dicit. Alterum ἔσω λόγον, quem propter διάνοιαν in anima eſſe inquit, rerumq; ipſarum cõceptus animi, non quoad uerbis exprimuntur, aut ſub ſenſum cadentibus rebus adumbrant̃, ſed quoad ipſæ per ſe res διανοίᾳ uerè conſiderantur. Rationibus, uel potius orationibus, quoad extra διάνοιαν ſeſe proferunt, omnis generis inſtantiæ Sophiſticæ poſſunt opponi, et ipſę ambiguæ etiam ſeſe ultrò implicant uarijs erroribus: qui uerè poſſunt reprehendi & coargui, quum ſint cauſa non modò quo minus monſtrari, ſed ne ſyllogiſmo quidẽ colligi propoſitũ poſſit. Sunt em̃ paralogiſmi omnes conſtituti ex his rationibus, quæ ambiguam uerborum, orationis, aut rerum quoad ſunt ſenſiles extra notitiam mentis, habent interpretationem. Vt ergo Sophiſtæ his fucis rationum, ſimulant reprehenſiones & inſtantias ſeſe opponere uerè & rectè ſentientibus: ita uiciſſim hac occaſione hallucinantibus rationibus medemur, ueras ipſis opponendo inſtantias, quibus Sophiſtica falſitas declaretur rationum & argumentorum, quamq; reprehenſi intelligant eſſe correctionem, quum prius errorem non intellexiſſent paralogiſmorum. Iſtiuſmodi hypotheſes fuerunt, Parmenidis & Meliſſi: quorum paralogiſmis, λόγου ἕνεκα falſis, inſtantias ex rerum natura, ueriſq; rationibus Dialecticis petitas, opponit Ariſtoteles, primo libro ἀκροαμάτων. Alius eſt erroris modus, qui refertur non πρὸς τὸν ἔξω λόγον, ſed πρὸς διάνοιαν, καὶ τὸν ἔσω λόγον: quãdo nimirum quod aliquo modo uerum eſt reipſa, id in uniuerſum arbitrantur quidam eſſe uerum. Vt quãdoquidẽ ex parte quadam uerũ eſt quod dicitur, Ex nihilo fieri nihil: cùm intelligitur id de nihilo ſimpliciter, uerũ eſt: ſed quũ in uniuerſum intelligitur, de quouis nihilo (quale eſt etiam nihilum actu) falſum eſt pronunciatum, & inſtantia quadam ei occurri poteſt. Harum hypotheſεων hæc reprehenſio eſt, quòd nimirum hi ex parte uero, utantur pro eo quod in uniuerſum ſit uerum. Quo in genere iſtud accidit, ut hypotheſeos gratia uerum interdum ſit aliquid, quod tamen in uniuerſum ſit falſum. Equidem illos (ut alibi inquit Ariſtoteles) rectè dixerit quiſpiam, πρὸς μὲν τὴν ὑπόθεσιν ὀρθῶς λέγειν, ὅλως δὲ οὐκ ὀρθῶς. Correctio talium hypotheſεων eſt, πρὸς τὴν διάνοιαν ἀπάντησις. Attingit duplicem hanc correctionem paralogiſmorum, Ariſtoteles libro γ. μετὰ τὰ φυσικά. Differentia autem hæc eſt inter ἀνυπόθετον & ὑποθετὸν uerum, quòd nimirum illud ſeipſo uerũ eſſe cognoſcatur, & quod comprehenſum habere debeat omnis, ſiquidem aliqua rerum intelligentia ſit præditus: ὑποθετὸν autem uerum eſt, quod diſcitur, & cuius ratio quædã ſit ut Metaphy. μ.

uerum eſſe uideatur. Nonnulla porrò ὑπόθετα ſunt ſimpliciter, ut quæ alioqui ſunt indemonſtrabilia. Alia ſunt certi auditoris gratia ὑπόθετα, & demonſtrari aliàs poſſunt: de quibus poſtea dicemus. Non tantum intelligi debent principia, uerumetiam pro uerißimis, et fide dignißimis habenda: quę καθόλου ſint, neceſſe eſt, et quę nunquam cauſa ueritatis aliter ſe habere queant. Talia ſunt, quib. nulla inſtantia uel exceptio poteſt opponi. Neque enim falſa poſſunt eſſe principia, licet ratione eorum quę ſunt extra διάνοιαν, ſint ὑπόθετα: quoad uerò ſimplicißimè intelliguntur, mentis cauſa ſint prorſus ἀνυπόθετα. Locus hic Ariſtotelis pręſens, ualde difficilis eſt ad intelligendum: quem quoad poſſumus, dilucidè interpretari conabimur. Veritas ἀνυπόθετος eſt rerum, quoad mens conſiderat eas, reuocans notas antea per διάνοιαν ad ſeſe ſpecies (cauſa διανοίας quidem diuiduas) ſimplicißimas, & planè indiuiduas eas ſemetipſa efficiens. Hãc Mentis μέθοδον, Plato appellat ἐξ ὑποθέσεων, εἰς ἀρχὴν ἀνυπόθετον ἰοῦσαν. Nã quæ mentis cauſa ſunt uera, principiũ & hypotheſis nõ poſſunt eſſe perfectioris ueritatis & eſſentiæ. Sed uerorum perceptorũ διανοίᾳ & demonſtratione, principia ſunt alia, fundata nimirum ueritate, non ſimpliciter ὄντων, ſed cum accidentibus multis compoſitorum, & ſub ſenſum uenientium: quæ uerè & ſincerè νοητῶν exiſtentium, ſint quaſi quædam effigies & umbræ. Ex his effigiebus, mens ipſa demonſtrationum principia colligens, per διάνοιαν (quæ media eſt, autore Platone, inter νοῦν καὶ δόξαν) poſtea ηſdẽ utitur quoq;, ad inquiſitionem & demonſtrationem eius εἴδους: quod demonſtratione perfectum εἶδος, deinde non niſi διανοίᾳ percipi poßit. Quę demõſtrata ſpecies, in διανοίᾳ deinde repręſentata, ſit finis & extremum talium principiorum, nõ penitùs quidem uerorum, ſed cum opinione quadam & ſenſu umbratilium coniunctorum: qua nimirum ratione dicuntur non ſimpliciter etiam, ſed ex

Plato De Repub. lib. ζ.

hypotheſi uera demonſtrationum principia. ὅτι δεικνῦντες, τοῖς ὁρωμένοις εἴδεσι προσχρῶνται, καὶ τοὺς λόγους περὶ αὐτῶν ποιοῦνται, οὐ περὶ τούτων διανοούμενοι, ἀλλ' ἐκείνων πέρι, οἷς ταῦτα ἔοικε, τοῦ τετραγώνου αὐτοῦ ἕνεκα, τοὺς λόγους ποιούμενοι, καὶ διαμέτρου αὐτῆς, ἀλλ' οὐ ταύτης, ἣν γράφουσι, καὶ τ' ἄλλα οὕτως, αὐτὰ μὲν ταῦτα ἃ πλάττουσί τε καὶ γράφουσι, ὧν καὶ σκιαὶ, καὶ ἐν ὕδασιν εἰκόνες εἰσίν. τούτοις μὲν, ὡς εἰκόσιν αὖ χρώμενοι, ζητοῦντες δὲ αὐτὰ ἐκεῖνα ἰδεῖν, ἃ οὐκ ἂν ἄλλως ἴδοι τις, ἢ τῇ διανοίᾳ. Hactenus diximus de

Quæ differentia ſit ὑποθέτων & ἀνυποθέτων ἀρχῶν.

principijs, quatenus ſunt hypotheſes quædam, & quoad uſui ſunt in demonſtrationibus, & cum rebus opinabilibus, id eſt cum principiorum uerorum umbris & effigiebus connexa: quorum tamen uerorum ſimpliciter contemplationem, iam ſuprà oſtendimus ad principem pertinere philoſophiam: cõpoſitorum autem uerorum cum ſenſu, nempe principiorum ὑποθέτων, ad ſingulas demonſtrationes, & ſcientias pertinere. Ambas Methodos, breuiter ſic

Methodus ſciẽtiarũ duplex: ὑπόθετος ſcilicet, & ἀνυπόθετος.

complexus eſt Plato: ᾗ μὲν οὖν, ὡς εἰκόσι χρωμένη ψυχὴ, ζητεῖν ἀναγκάζεται ἐξ ὑποθέσεων, οὐκ ἐπ' ἀρχὴν πορευομένη, ἀλλ' ἐπὶ τελευτήν. τὸ δ' αὖ ἕτερον, τὸ ἐπ' ἀρχὴν ἀνυπόθετον ἐξ ὑποθέσεως ἰοῦσα, καὶ ἄνευ τῶν περὶ ἐκεῖνο εἰκόνων, αὐτοῖς εἴδεσι δι' αὐτῶν τὴν μέθοδον ποιουμένη. Harũ Methodorũ mentionẽ quoq; facit Ariſtoteles in Ethicis, dum quærit, utrũ ab experiẽtia notis principijs ſit pergendũ ad terminos διανοίας: an uerò à terminis διανοίας, ad ſimplicißima, & prorſus ἀνυπόθετα principia: quæ nimirũ ſunt finitiones, & notiones rerũ perfectißimæ & ſimplicißimæ, quæ cauſa mẽtis ſimplicẽ hanc ἐνέργειαν habent, gratia cuius etiã ἀρχαὶ appellantur, ut tanquam ὅροι nec cõponi, nec diuidi poßint: ut cõpoſita nimirũ ea, quæ ſunt in διανοίᾳ, ut non partim intelligantur, partim ignorentur, ſed omnino uel intelligantur, uel omnino ignorentur. Definitio enim, eſt ut Numerus, cui nihil addi, nihil detrahi poteſt, quin tota eius mutetur eſſentia: quo nihil ſim-

hil ſimplicius, aut prius eſſe poteſt. Quare omnis expers erroris eſt talis intelligentia rerum, quum ſit pura energía Mentis, de qua in Metaphyſicis Ariſtoteles ad hunc ſcribit modum: ὅσα δὴ ἐστὶν, ὅπερ εἶναί τι, καὶ ἐνεργεία, περὶ ταῦτα οὐκ ἔστιν ἀπατηθῆναι, ἀλλ' ἢ νοεῖν, ἢ μή. Neceſſe mihi fuit, hoc loco ἀνυπόθετον ἀρχὴν explicare: ut nimirũ quæ in διανοίᾳ ſit ὑπόθετον, planius intelligeretur, & præterea quæ extra διάνοιαν: de qua iã nunc uerba (quum ſit ἀρχὴ ἐπιστήμης) faciemus. Notitiæ quæ ſunt in anima, propter διάνοιαν, à ſenſu rerum proficiſcuntur: propter quas res, demonſtrationum principia omnia poſſunt appellari ὑποθέσεις quædam, utpote non ſeipſis, ſed per alia & cum alijs cognita: quæ tamen ipſa per ſe, cognoſci mente & intelligi nullo modo poſſunt, cùm ſint opinabilia quædam: quæ nimirum Plato, τῶν ἐπιστητῶν εἰκόνας appellat: quorũq; reſpectu, demonſtrationum dicimus etiam eſſe ὑπόθετα principia. Nam hypotheton eſt, quod non ſeipſo, ſed per aliud apprehenditur. Etenim cauſa διανοίας, mens quodammodo extra ſe eminet, particeps δοξαστοῦ generis: ſeipſa autem ac ſua propria energíᾳ, intra ſe uertitur, nec alio principio quodam ipſius perfectior ſit energía. Suprà diximus, διάνοιαν medium quid eſſe, inter νοῦν & δόξαν: quorum meminiſſe in præſentia conuenit. His autem adminiculis, Mens ad ſuam perfectam adſcendit energían: quæ nimirum eſt penitùs ἀνυπόθετος ἐπιστήμη rerum. Demonſtratio autem ὑποθέσεις ſubnixa principijs, uacare non poteſt his, quæ extra mentẽ cauſa ueritatis aliter ſeſe habere poſſunt: quæ tamẽ in animæ ſunt διανοίᾳ impreſſa, per ſenſum principiorum illorum, νοήματα cauſa ueritatis, aliter habere non poſſunt: dum mentis ſcilicet ui & efficacia, ex opinabilibus fiũt νοητὰ ſeu ἐπιστητά. Gradus illi ſunt perceptionum & notionum rerum in anima, poſteriorq; perfectio eſt prioris. Ex quo eſt euidens, principia quoad ſunt ὑποθέσεις uel ἀξιώματα, non eſſe per ſe & ex neceſſitate uera, cuiuſmodi uera in anima ſunt, cauſa mentis: ſed uera opinabilia, qualia ſunt in anima, propter ſenſum aut corpoream facultatem. Eruntq; ratione hac, ex neceſſitate, non ſimpliciter uera, ſed opinabilia omnia ὑπόθετα uera. quod Ariſtoteles his ſignificat perobſcuris uerbis: καὶ δοκεῖν ἀνάγκη. Ponitur enim & poſtulatur, non ſimpliciter, ſed opinabile uerum: ei uerò καθόλου, quo participat διάνοια, ſubiectum eſt illud opinabile uerum: quod commemorata Platonis ſententia ſuperius, facile poteſt intelligi, quale ſit. In demonſtratione itaq; duplex eſt rerum λόγος: unus qui percipitur ſenſibus, externis ſcilicet: alter internus, qui in anima eſt, cauſa mentis ſcilicet. Prior, eſt rerum quoad ſunt opinabiles, atq; aliter cauſa ueritatis habere poſſunt: ſed poſterior, quoad καθόλου ſunt earum ſpecies, & comprehendi poſſunt ſcientia. Diximus iam antea, ſcientijs nos non αὐτὰ ὄντα contemplari, ſed quatenus ſunt aliquid, in aliquo ſubiecto. Quod ipſum licet ſit νοητὸν, & καθόλου ſubiectum: nihilominus tamen ſpeciẽ ſubiungunt diuiduam, opinabilem & umbratilem, & quæ phantaſia repręſentari ſoleat. ὅτι δεικνύντες, τοῖς ὁρωμένοις εἴδεσι προσχρῶνται, καὶ τοὺς λόγους περὶ αὐτῶν ποιοῦνται, οὐ περὶ τούτων διανοούμενοι, ἀλλ' ἐκείνων πέρι, οἷς ταῦτα ἔοικε, τοῦ τετραγώνου αὐτοῦ ἕνεκα, τοὺς λόγους ποιούμενοι. Scimus ſanè, exploratumq; habemus, quomodo componendis, item diuidendis lineis & angulis, Geometricæ demonſtrationes ſint occupatæ: quib. tamen uacat ſpecies omnis, quoad finitione & intelligentia percipitur: quibus utiq; diuiduis, demonſtratio conflatur proprietatis, quæ non δοξαστὸν, ſed διανοητὸν quiddam exiſtit. Quo reſpiciens, dixit Ariſtoteles: οὐ γὰρ πρὸς τὸν ἔξω λόγον, ἀλλὰ πρὸς τὸν ἔσω λόγον, τὸν ἐν τῇ ψυχῇ ἡ ἀπόδειξις. Opinabilium enim per ſe demonſtratio non eſt, imò uerò ne ſyllogiſmus quidem: quum quatenus ſenſilia, καθόλου uera eſſe non poſſint, ac ſemper inſtãtia quadam labefactari que-

Metaphy. θ.
De animali. r.
Quale ſit ὑπόθετον uerum.
Plato lib. 6. de Repub.

ant res, quoad conſiderantur extra mentem, indefinitis accidentibus prædi-tæ, ac plane inſtabiles: quas intuens Heraclitus, nihil ſciri poſſe dixit. Plato in Epiſtola ad Familiares Dionis, quatuor eſſe dicit, quibus in rerum cognitione nos ſubinde oberrare contingat, & quintum, eſſe ipſam ſpeciem: quam, ut αὐτὸ ἕκαστον, ueriſſimè & ſinceriſſimè mens contempletur: de qua dictum fuit paulo antè. Tria ſunt, quibus ſubinde fallimur, & propter quæ coargui rationes poſſunt inſtantijs, quæ nimirum pertinent πρὸς τὸν ἔξω λόγον: nempe qui ſunt ὀνόματα, λόγοι, εἰκόνες rerum, quæ non ſunt res ipſæ, ſed eſſe uidentur: quibus magna ex parte præſtigiatores utuntur ad fallendum Sophiſtæ, quibus fucis etiam uerè ſentientibus interdum negocium faceſſunt. Quartum eſt διάνοια, quæ & ipſa, non ritè νοητὰ componens aut diuidens, coargui falſitatis poteſt: & ſcientia quoque quatenus his tribus utitur, etiam ſi falſa non ſit, inſimulari tamen poteſt falſitatis: quibus uſus Epicurus, Polemoni perſuaſit, non ueram eſſe Geometriā. Quoniā (ut Plato inquit) τὸ ποιόν τι, τὸ δὲ τί ζητούσης εἰδέναι τῆς ψυχῆς, τὸ μὴ ζητούμενον ἕκαστον τῶν τεττάρων προτεῖνον τῇ ψυχῇ λόγῳ τε, καὶ κατ' ἔργα αἰσθήσεσιν, εὐέλεγκτον τό τε λεγόμενον, καὶ δεικνύμενον ἀεὶ παρεχόμενον ἕκαστον, ἀπορίας τε, καὶ ἀσαφείας ἐμπίπλησι πάντας, ὡς ἔπος εἰπεῖν, πάντα ἄνδρα. His quę protulimus ex Platone, ſatis ſuperque liquet, quid ſit quod Ariſtoteles hoc loco dicit: ἀεὶ γὰρ ἔστιν ἐνστῆναι πρὸς τὸν ἔξω λόγον. Sed quid eſt quod addit, ἀλλὰ πρὸς τὸν ἔσω λόγον οὐκ ἀεί; Eorum ſcilicet quæ intelliguntur, uitioſa compoſitio (ut ſi quis Animā, harmoniā eſſe pronunciet) in cauſa eſt, ut falſa ſint etiam διανοούμενα quędā. Attamē uera, non ſunt obnoxia inſtantijs quibus refellant̃, præterquā ſophiſticis: qui nō ſunt ueri, ſed omnino apparentes ἔλεγχοι. In his aūt quæ intelligunt̃, fucus non eſt, ſi ritè ſint compoſita. Nec ut falſam διάνοιαν, uera corrigit, ita refellere re ipſa uiciſſim falſa διάνοια ueram poteſt: de inſtantia ſophiſtica nō loquor. Suprà monuimus, qualis eſſet ἔλεγχος πρὸς διάνοιαν: & sequēte libro oſtendemus, Dialecticas & Apodicticas propoſitiones nō eſſe, quib. uera per inſtantiam poſſit opponi propoſitio: quum καθόλου uera nō ſint pronunciata, & fallaci inductione concluſa, quibus opponi aliquid poteſt. In reliquis extra διάνοιαν tribus, opponendo & altercādo, diſputatores διαρίπτειν καὶ ἐλέγχειν ſeſe mutuò conſueuerunt, ut Plato prius allegato loco ſcripſit: ἀγνοούντων ἐνίοτε, ὡς οὐχ ἡ ψυχὴ τοῦ γράψαντος ἢ λέξαντος ἐλέγχεται, ἀλλ' ἡ τῶν τεττάρων φύσις ἑκάστου πεφυκυῖα φαύλως. Quare nō ſemper ὁ λόγος ἐν τῇ ψυχῇ patit̃ ἔνστασιν, quāuis uideatur pati: ſed ὁ ἔξω λόγος, ſemper poteſt labefactari inſtātia quadam, quæ uidetur, ſed nō eſt reuera oppoſita τῷ ἐντὸς λόγῳ ἐν τῇ ψυχῇ ſemper.

Quatuor ſunt, quorum cauſa ueritas infucatur.

In Epiſtola magna ad Familiares Dionis.

DEMONSTRATIONVM Liber V.

QVONIAM demõſtrationũ principia non ſimpliciter, ſed ὑπόθετα eſſe dicuntur: quid ſimpliciter hypotheſis, aut αἴτημα eſſet, planum fecimus. Reliquum eſt, ut de cæteris quoq; modis diſſeramus, quibus non ſimpliciter ponitur aut poſtulatur quidpiam, ſed reſpectu eius qui diſcit: quę cum opinione etiam quadam coniuncta eſt ſcientia, atq; ob hanc ipſam cauſam etiam ὑπόθετος dici conſueuit. A ſuperioribus hæc differunt hypotheſibus, quòd ſuperiores ſunt demonſtrabiles nequaquam, ſed fidem habent ex inductione animi, per ſenſum. De quibus autem modò dicturi ſumus, ſunt ἀποδεικτὰ ſeu demonſtrabilia quædam, quæ plurima aſſumuntur in demonſtrationibus: quorũ ſcientiæ expers diſcipulus, loco eius, opinione quadam quod dicitur, uerum eſſe confidat. *Diſcentẽ oportet credere.* Et ut experientiæ ſenum, iuuenes: ita ineruditi, doctorum & eruditorum dictis & propoſitis, etiã abſq; demonſtratione, fidẽ habere debent. Nã ſi fides notiſſimis rebus & ſcientia perpetuò, & non opinionibus etiam diſcẽtiũ niteretur: neq; artiũ ullus certè uſus, neq; ulla eſſet inter homines ciuilis ſocietas, deniq; nulla mutuorũ officiorũ ratio nobis cõſtaret: quã ſit fundamẽtũ etiã iuſticię, atq; omniũ eorũ quæ cõtrahũt inter ſe homines, fides. Quanq; lõgè maxima eſt fides, & credulitas nonnunquã opinionũ. & (ut Ariſtoteles inquit) ἔνιοι πιστεύουσιν οὐδὲν ἧττον οἷς δοξάζουσιν, ἢ ἕτεροι οἷς ἐπίστανται. δηλοῖ δ' Ἡράκλειτος. *Νικομαχ. ζ.* De opinione dicemus alio loco: nunc de reliquis ὑποθέσεων modis uerba faciamus. Quorũ primus eſt is, quãdo qui demõſtrat, ponit aliquid quod demonſtrabile quidem ſit, ipſe uerò id non demonſtret: ei, ſi ſe credere dicat diſcipulus, & idem ſibi quodammodo uideri fateatur, hypotheſis nimirũ erit: ſed non ſimpliciter, uerùm reſpectu duntaxat huius diſcẽtis. Alter eſt modus, qui appellatur αἴτημα: de quo iam dicam, ſi prius de commercio quaſi docentis & diſcentis, quod inter illos eſt cauſa demonſtrationum, aliquid dixero. Docemus & diſcimus aliquid demonſtrando, cuius finis eſt ſcientia: in præceptore acquiſita, ſed in diſcipulo acquirenda. Nonnunquam qui ſcit, aut parum fidei habet principijs quibus docetur, aut magis etiam aſſentitur contrarijs: quem, propter contumaciam, non facile ſit erudire. Quorundam mores ſic deprauantur, ut conſuetudine uitiorum imbuti, animis cæcutientib. principia uidere non poſſint honeſtarum rationum. Idem accidit quoq; ingenijs quibuſdam, erroribus opinionum imbutis: quibus ne Apollo quidem ipſe, unà cum Muſis omnibus mederi queat, tam obſtinatè & pertinaciter recuſantibus ueritatis diſciplinam. Eius præcipuum impedimentum eſt, quòd nõ credunt principijs ueris. Ab his ſi impetratur, ut ex animo aſſentiantur, & ut ne repugnẽt poſitis: αἴτημα, ſeu poſtulatum dicitur principium. *Quid ſit αἴτημα.* Nam qui diſcit, non prius ſcire dicẽdus, quàm omnibus ijs fidem perfectè habeat, ex quibus conficitur demonſtratio. Quamuis enim ſimpliciter poſtulata quædam ſint uera, atq; ijs quæ ſic ſumuntur, ſimpliciter propoſitum demonſtretur: reſpectu tamen diſcentis, ut non ſatis ea intelliguntur, ita nec perfectè creduntur: quæ nihilominus nouit (ſi uera ſint) fore quidem ut ex neceſſitate hæc rei propoſitæ ſit ſcientia, quam ipſe conditione hac tamen non niſi ex hypothe- *Qua ratiõe dicatur quidpiã ſciri ex hypotheſi.*

ſi ſcire ſit exiſtimandus, ac tamdiu diſcere & neſcire, quamdiu non intelligat, aut quamdiu fidem non habeat ijs principijs, quibus percipitur talis ſcientia. Quidam citius, nonnulli tardius diſcunt & credunt: quorūdam ita corrupta eſt indoles, ut ne Lynceus quidem (ut eſt apud Platonem) ijs aciem mentis queat reſtituere. Ipſæ autem per ſe res demonſtrabiles, ἐπιστητὸν quiddam dicūtur: nec uera ſunt, quia nos illa pro ueris habemus: ſed quia uera ſunt, idcirco credibilia quoq; & ἐπιστητὰ, cauſa mentis exiſtunt. Veritas etenim & falſitas rebus, quatenus intelliguntur, accidit. nā ſi ut ſunt, ita intelligantur quoq;, ueræ ſunt, & eatenus ſciuntur etiam: ſin contrà, falſæ, ac neſciuntur. Siquidē principijs non ſatis cognitis & conceſſis, tamē hac conditione, ut ſi uera hæc ſint, quin concluſum quoq; ſit uerum confiteantur: ſcire hi aliquid, ſed ex hypotheſi cenſentur, non ſimpliciter neſcire. nam qui diſcunt, medij ſunt inter ſcientes ſimpliciter, & ignorantes. Ferunt Timotheum muſicum, duplicem mercedem ab his exegiſſe, quos ab alijs malè inſtitutos ipſe erudiret: propterea q̄ nō minus laboris & negocij dedocendo praua, quàm docēdis ueris & laudabilibus, alicui præceptori inſumendū arbitraretur. Difficile eſt quibuſdam perſuadere ut conceptas animis falſas opiniones deponant: quod præſertim faciūt θέσιν φυλάττοντες, quos pudet aliquid diſcere, aut reſipiſcere: flagitioſumq; magis putant, ſectarū decreta q̄ patriā prodere. Demōſtrātibus porrò, cū his ipſis nihil negocij aūt cōmercij eſt, qui principia negāt, ac ne poſtulari quidem precariū à ſe conſenſum permittūt. Nihil enim ullo modo concedentes, quo progredi ad concludendum ualeamus, diſciplinam penitùs impediunt, & auerſantur docentem & demonſtrantem. Ac illi quidem nullius precij ſunt homines. Optimus autem, qui ſua ſpōte ueris aſſentitur: proximus ab illo, qui per ſe non intelligens, poſtulatis annuit eruditorum docentium, quamuis aliud interdum ei uideatur. Verumq; eſt etiam hoc in genere, Heſiodium illud:

οὗτος μὲν πανάριστος, ὃς αὐτὸς πάντα νοήσει.
ἐσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖνος, ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται.
ὃς δέ κε μήτ' αὐτὸς νοέῃ, μήτ' ἄλλου ἀκούων
ἐν θυμῷ βάλληται, ὁ δ' αὖ ἀχρήϊος ἀνήρ.

Poſtulata proinde, ſeu αἰτήματα ſunt, quæ ad probandum accipit præceptor, tametſi non uideantur conſentanea diſcipulo: id eſt, non magis hoc quàm ipſius oppoſitum opinetur eſſe uerum, aut etiam contrario magis aſtipuletur: ſuo utens iudicio, & non concredens ſe alij erudiendum doctiori. Siquidem,
In Elenchis. autore Ariſtotele, οἱ διδασκαλικοί, οἱ ἐκ τῶν οἰκείων ἀρχῶν ἑκάστου μαθήματος, καὶ οὐκ ἐκ τῶν τοῦ ἀποκρινομένου δοξῶν συλλογίζονται. δεῖ γὰρ πιστεύειν τὸν μανθάνοντα. Sunt autem ut concluſa ἐπιστητὰ, ita principia ipſa πιστὰ demonſtrationum: nec prius ſciuntur concluſa, quàm creditū ſit principijs, quæ reuera ſunt πιστά. Nam quę uidentur, ſed non ſunt uera, firma & ſtabilia, principia eſſe nequeunt: cùm ſit
Quid ſit uerè πιστόν. πιστὸν, cuius notio fallere non poſſit, quantumuis ipſum extrinſecus mutationibus ſit obnoxium: ut αἰσθητὰ, quæ quidem omnia, quoad ſubiecta mutabilia ſenſibus percipiuntur, opinabilia exiſtunt. Conceptus animi autem, qui fallerè poſſunt, principia eſſe nequeūt: nec ſimpliciter ſunt illa πιστὰ, quibus nituntur, ſed penitùs δοξαστὰ, quorum fides non perpetua ueritate rerum eſt fundata. A docentibus itaq; ponuntur nonnunquam ea, quibus debetur fides, etiā ſi ratione uiſorum non habeatut eis fides: quandoquidem qui demōſtrant, nō curant quid uideatur ineruditis diſcentibus. Non enim ut in priore genere ὑποθέσεως, ea quæ ſubiecta principijs ſunt, per ſeſe uera & neceſſaria nequaq̄ exiſtunt,

exiſtunt, ſed opinabilia ſunt uera, nituntur uiſis quibuſdã, quoad ſunt extra mentem: ita in hoc poſteriore, quæ ponuntur uera, uideri etiam ea non eſt neceſſe diſcentibus. Quoniam in priore genere quæ ſupponuntur, non per ſeſe ſunt neceſſaria uera, ut illa quæ mentis cauſa ſunt uera: ſed opinione quadam uiſorũ uera ſunt, καὶ δοκεῖν ἀνάγκη, quũ ſcilicet nõ ſint νοητά: quæ νοητὰ (ut Plato inquit) αὐτὰ δι' αὐτά, anima per mentẽ, non per ſenſum, pro ueris agnoſcit. At in illo poſteriore genere, conceſſa poſtulata οὐκ ἀνάγκη δοκεῖν: quũ huiuſmodi principia ὑπόθετα, ſint νοητὰ & διανόητα, & quædam etiam ſint ἀποδεικτά: non autem per ſenſum explorata ſit illorum ueritas, aut nondum cognita per demonſtrationem, principiorum quorundam ἀποδείκτων concluſio. Ponuntur iſta, quibus fidem habere debeant diſcentes, etiam ſi non uideantur uera ipſis, cùm tamẽ ſimpliciter nihilominus ſint uera: & quibus niſi crediderint, diſcere aliquid non ſint dicendi. Equidem multis credimus, propter autoritatem docentis: atq; his quæ uidentur quidem nobis, derogamus ſcientiæ fidẽ interdum. Non enim quia uidentur, idcirco res ueræ ſunt: ſed quia ſunt ueræ, credi debent, etiam ſi nobis non uideantur: cùm nos non ſimus menſura ueritatis rerum. Sed perfecta ſcientia, non modò credi, uerumetiam uideri nobis debent uera omnia: ex quibus nimirũ conflata eſt demonſtratio, ſubnixa principijs ὑποθέσεων ὡς ἐναργέσι διωλογισμένοις, ut Plato inquit. Proceſſus alter eſt perfectiſſimæ ſcientiæ, qua αὐτοΐκαστον, ἢ αὐτοΐκαστον: quod ſimpliciſſimum eſt, & non ut ſcientiæ (quæ colligitur demonſtratione) qua ὑπόθετον principiũ contemplamur, ſed prorſus cognoſcimus ἀνυπόθετον, nulla adiũctione εἰκότος. Reſpectu cuius principij ſimpliciter νοητοῦ, hypotheſes demonſtrationũ, principia non eſſe dicimus, ſed tantum hypotheſes principiorum ἀνυποθέτων, & non etiam principia: cùm aliud ſit eſſe hypotheſin tantum, & aliud eſſe hypotheſin principium. Ipſas quidem in demonſtrationibus conſideramus ἀρχάς, cum hypotheſibus: nec ipſas per ſe contemplamur ἀρχάς, ut in perfectiſſima ſcientia: quæ nimirum eſt ſapientia, in qua ab hypotheſibus, ut ab effectis principiorum, & minimè principijs ſimpliciter, aſcẽdimus contẽplatione ad principia ueriſſima, quæ prorſus alieni nihil habeant admixtum. Sic conſideratas hypotheſes, non principia Plato appellar, ſed οἷον ἐπιβάσεις τε, καὶ ὁρμάς, μέχρι τοῦ ἀνυποθέτου, ὅπερ διωρισμένος αἰσθητῷ παντάπασιν οὐδενὶ προσχρῆται, ἀλλ' εἴδεσιν αὐτοῖς, δι' αὐτῶν εἰς αὐτά, καὶ τελευτᾷ εἰς εἴδη. Sapientiam contemplatricem paulo ſuperius ita deſcripſerat: τὸ δ' αὖ ἕτερον τὸ ἐπ' ἀρχὴν ἀνυπόθετον ἐξ ὑποθέσεως ἰοῦσα, καὶ ἄνευ τῶν περὶ ἐκεῖνο εἰκόνων, αὐτοῖς εἴδεσι, δι' αὐτῶν τὴν μέθοδον ποιουμένη. Quanquam autem ueriſſimæ ſunt hæ, de quibus dictum eſt, ἀνυπόθετοι ἀρχαί, & ſimpliciter priores atq; notiores: ſunt tamẽ, quo ad noſtrum pertinet captũ, poſteriores & ignotiores: minusq; fidei illis habemus, non ſubnixis & apprehenſis prius per principia nobis notiora & priora, nempe non ſecretis, ſed coniunctis cum hypotheſibus: quarum fides coniuncta ſit cum opinione quadam τῶν εἰκαστῶν, & ſub ſenſum cadentium rerum. Difficile enim eſt, credere his quantũuis ueriſſimis: quæ licet nõ uidentur nobis, tamẽ nihilominus credendũ eſt ueris, etiã nõ uiſis: cùm non ſemper affecti ſic animo ſimus, ut quæ ſunt uera, eadẽ quoq; uideantᷣ nobis eſſe uera. Doctioribus, ſenioribus, pręceptoribus ueritatis, hac ratione credendũ dicimus eſſe: cõcedendũq; illorũ poſtulatis, niſi perpetuò rudes eſſe uelimus. Scitũ eſt illud Ariſtotelis, quod monet in Ethicis, cùm inquit: ὅσι δεῖ προσέχειν τῶν ἐμπείρων καὶ πρεσβυτέρων, ἢ φρονίμων ταῖς Νικομαχ. ς. ἀναποδείκτοις φάσεσι, καὶ δόξαις οὐχ' ἧττον τῶν ἀποδείξεων. Id ipſum præcipere poſſumus etiam in Theorico genere: in quo præceptoribus nõnulla ſunt credẽda, quæ

da,quę tamen non admodum uideantur diſcipulis,propter ruditatem. Et qui Methodicè tractant diſciplinas, poſtulatis & hypotheſibus talibus utuntur, quorum alio loco ſint requirendæ demonſtrationes : quibus pro tempore fidem habeat auditor, ſi fruſtrari nolit concluſorum ex his aliàs demonſtratorum principijs notitia. *Impudentibus poſtulatis non aſſentiendum.* Cauendum tamen à temeritate & impudentia poſtulantium:quę ſanè apud plurimos effecit,ut fidem demonſtrationibus abrogarent:cùm propter poſtulata diſſimilia, eadē propoſita non eodem modo demonſtrarentur,& nonnunquam etiam diſcrepantibus illis, pugnantia & cōtraria pro ueris defenderentur propoſita. Referti ſunt omnes libri omnium profeſſionum (Mathematicis exceptis) ut plurima non demonſtrationibus colligi, ſed opinionibus teneri & propugnari perſpicuū ſit. Poſtulata autem omnia uera eſſe, nec ſemper auditori tamen principia illa uideri debent : quū ſcilicet multa rudib. uideanť,quæ tamen re ipſa nullo modo ſint uera. Quàm multa Democritus, Empedocles, Anaxagoras , ac reliqui ponunt pro ueris, & quæ pleriſq; uideantur etiam:quæ tamen ſint falſa? Ab eruditis autem ponuntur uera quædam,quæ ineruditis tamē uideantur falſa : ut,Nullum eſſe in quantitate continua, minimum . Non deſcribi poſſe calamo aut colore lineā ueram:quę tamen niſi pro ueris habeantur,totam Marhematicen ſubuerti ſit neceſſarium. Et certè qui poſtulando fallit,non docet, ſed decipit:& pro ſcientia errorem diſcētib.obtrudit. Sint itaq; omnia Suppoſita & Poſtulata uera,quibus inſtantia nulla poſſit opponi:& quibus poſitis,falſum aut impoſſibile nihil ſequatur. Idem intelligendum de omnibus principijs : quæ tametſi μεγέθει ſint minima, δυνάμει tamen maxima ſunt, καὶ πλεῖον, ἢ τὸ ἥμισυ τοῦ παντός.Non ergo quicquid ponitur, aut quicquid poſtulatur, in principijs eſt numerandū:ſed cui opponi nihil poſſit,& quo poſito,falſum nihil ſequať.Nam quod uero non conſonat, ipſum falſum eſſe neceſſe eſt . Huiuſmodi ſunt omnia,quæ ſunt (ut Ariſtoteles inquit) παρὰ τὴν ἐν τῷ λόγῳ ἀλήθειαν,καὶ παρὰ τὰ φαινόμενα: *De anima li. 6.* quibus temerè non eſt credendum. Vt quando Empedocles,non παρουσίᾳ,ſed motu luminis colluſtrari aerem dicit,cuius tamen motum inquit nō percipi: quia celerrimus,nullo percipiatur ſenſu.Credibile eſt,celerrimos motus,exigui interualli intercapedine facto,non animaduerti uiſu. Sed μέγα λίαν αἴτημα (ut Ariſtoteles ait) eſt,immenſo ab ortu in occaſum ſpacio,motū illum non percipi : & poſtulatū planè improbabile. Atqui uerum eſt,ſine motu luminis pellucere uniuerſum aerem:ſed multis non uidetur, ac ne ueriſimile quidem. Ad inſtitutum noſtrum redeamus,& quid inter Hypotheſin ac αἴτημα interſit,oſtendamus. Hypotheſis eſt,inquit Ariſtoteles, quando demōſtrabili quodam principio utens qui docet, id ipſum non demonſtrat :ac nihilominus id ueriſimile tamen uideatur diſcenti. Quando autem quod ponitur tale ſit, ut in neutram partem magis opinando ſit propenſus qui diſcit, aut contrario magis aſſentiatur , quod concedendum proponitur , αἴτημα eſt dicendum:& quo, aut quibus conceſſis, poſtea demonſtramus aliquid, hoc modo non ſimpliciter,ſed ex hyporheſi, aut ex poſtulato, demonſtrata dicentur. Multa ſunt uera principia ἀναπόδεικτα, quæ Democrito aut Anaxagoræ in Phyſicis,ſi audire uelint demonſtrationes,ut αἰτήματα proponentur : quæ in Ariſtotelica philoſophia eruditis, ſunt perſuaſiſſima atq; notiſſima. Sunt etiam,& uſurpantur ἀπόδεικτα quædam:quæ tamen diſcenti aut in neutram partem,aut in oppoſitā uideantur ueriſimiliora:quæ & ipſa poſtulatorum habeant rationē. Relatè dicunť hypotheſes & poſtulara, principia, quę docētis & diſcentis conſenſu ſanciuntur:quum alio quodam modo, principia omnia demonſtratio-

monſtrationum (alioqui notiſſima) dicantur Hypotheſes: de quo ſuprà ſatis (ut opinor) multa diximus. Aliud principiorum genus, et ab illis lõgè diuerſiſſimũ eſt, quod finitio appellatur, ſimpliciſſimũ ſcilicet: quo αὐτοέκαστον quoduis intelligitur, non quoad de aliquo affirmatur ſubiecto, uel negatur aliquid. Oportet quod definitione exprimitur, ſimpliciter duntaxat intelligi, non quatenus ſubeſt aut ineſt alteri: & ob id pro hypotheſibus non habẽtur finitiones rerum, cum ſint mentis ſimplices energeiæ, & penitùs (ut ſuprà diximus) expertes compoſitionis & δυνάμεως: ut Videre eſt, ut Audire, ut reliquę ſenſionum energeię: quæ quicquid ſunt, totum aliquid ſunt, & diuiſionis per ſe expertes. Sunt ergo ἄυλα omnia, atq; ὅροι, ἀνυπόθετόν quiddam, mentisq; ſimpliciſſima percipiuntur energeia: quæ ſapientiæ habitus & mentis, non autem ſcientię & διανοίας propria ſit. De hac iam antea ſatis eſt dictum. Quomodo igitur pertinebunt (inquies) ὅροι ad demonſtrationes, & ad inferiores ſcientias, ſi ſuprema duntaxat ſcientia, id eſt ſapientia, contemplatrix eorũ eſt? Eadem nimirum ratione pertinebunt, qua reliquæ omnes notitiæ principiorum: nempe non qua contemplantur Scientiæ per ſe principia, ſed quatenus uſui ſunt in demonſtrationibus: & quatenus finitiones de alijs, & alia de ipſis prędicãtur. Compoſitione hac διανοίας, definitiones etiam in diſciplinis ὑπόθετον quiddam fiunt: quum uidelicet non quoad αὐτοέκαστα ἄυλα conſiderãtur, ſed quatenus ſubiecta ſunt, aut prædicata quędam finitiones, magis uſurpatę quàm propriæ ſcientiarum. Quoad autem conſiderantur per ſe tertio modo, ac ſimpliciter, ad ſupremam philoſophiam pertinent: quæ eſt (ut diximus) ἀνυποθέτων principiorum contemplatrix, penitùs ab opinabilibus hypotheſibus ſeſe remouens. Cæterùm quicquid finitur, ſimpliciter eſſe intelligitur: καὶ ὅπερ αὐτὸ ὄν, uel ἁπλῶς, uel ἐκ προσθέσεως. Deinde quo pacto demonſtrationes etiam permutentur finitionibus, & διανοητὰ fiant νοητά, ſuo loco docebimus: quando nimirum tractabimus quæſtionem hãc, qua proponitur & quęritur, Vtrum definitio poſſit demõſtrari. Ergo ipſa per ſe finitio non eſt Hypotheſis: quum ſit ipſum Eſſe, non autem prædicetur de ipſo, eſſe uel nõ eſſe. Etenim nemo ponit, Hominem eſſe hominem, aut Muſicum eſſe muſicũ: nec quærit etiam, utrum homo ſit homo, aut utrum muſicus ſit muſicus. Nã quod prædicatur, λόγῳ ſeparabile ab eo eſt de quo prædicatur: ſed conſtat, quiduis ipſum à ſeipſo eſſe indiuiduum & inſeparabile. Quum igitur neq; eſſe, neque non eſſe, prædicetur in finitionibus: ἀνυπόθετον quiddam erunt principium, ſed aſtrictæ propoſitionibus, ὑπόθετον quid exiſtunt: qua ratione uſui ſunt (ut diximus) in diſciplinis, ac non quoad per ſe conſiderantur: quemadmodum nec hypotheſib. ipſis etiam per ſe, ſed propter concluſiones utimur. Hypotheſis enim eſt, quo poſito, aliud ſequi eſt neceſſe: qua ratione principia quoque demonſtrationum appellamus hypotheſes, quum ipſæ per ſe finitiones, ſint prorſus ἀνυπόθετα principia: quare nec hypotheſes eſſe poſſunt demonſtrationum, niſi cauſa propoſitionũ ſyllogiſmi, cõpoſitæ ſint ex his premiſſę. Quamobrem definitiones quoq; erunt hoc modo demonſtrationum, ὑπόθετα principia: quà pro medijs demonſtrationum uſurpantur, non quà ipſæ per ſe intelliguntur. Eſſe enim, & non eſſe, ipſa per ſe nihil ſignificant, autore Ariſtotele: ſed conſignificant σύνθεσιν quandam, ἣν ἄνευ τῶν συγκειμένων οὐκ ἔστι νοῆσαι. At in ſimpliciſſimis propoſitionibus, ex numero κειμένων, id eſt uocabulorum aliquid ſignificantium, eſt uerbum Eſſe: ut quando dico, Iuſtus eſt. Temporis enim cauſa, ſignificat quidpiam eſſe: προσσημαίνει γὰρ χρόνον hic uerbũ Eſt. Quando autem definitio de re, aut uocabulo definito prædicatur: non ipſum de ſeipſo,

Quale genus principij ſit finitio.

Quãobrẽ finitiões ſint ἀνυπόθετον quiddam.

περὶ ἑρμηνείας.

Queſtio ſimpliciter definitiõis, nulla eſt: ſed ſi prædicetur de alio, queſtio eius ſolet eſſe quedam.

Metaphy. li. ζ.

ſeipſo, ſed ratio de nomine, aut de re quatenus incognita & obſcura eſt, effertur plana & dilucida, cuius etiam quæſtio ſolet eſſe: cùm ſcilicet res quæ extra mentem eſt, ſit compoſita ex materia & forma quadam: aliudq; ſit ipſa, aliud eſſe ipſius νοητῶν. Quæſtiones autem omnes, ſunt de cauſis. Quod præſertim euidens in his, quorum ortus aut interitus cauſæ quæruntur: ut, Quamobrem luna defectionẽ luminis patitur? Obſcurior eſt cauſæ quæſtio in ſimplicibus, & quando quæritur de eſſentia: ut, Quid eſt homo? Definitio autem quærit, qua nimirum forma, pars & cauſa eſſentiæ hominis explicatur. Quare quãdo quærit, Quid eſt homo? nõ quærimus, quamobrẽ homo ſit homo: cùm cauſa non ſit idem, quod ipſum cõcretum ex cauſa. At definitio quoad prædicatur, non prædicatur de definito: niſi quoad definitum extra complexum mentis, communicabile quiddam eſt reb. ſub ſenſum poſitis, & quatenus ὑπόθετον quoddã principiũ eſt eius quod finitione intelligitur: & nequaquam ἀνυπόθετον exiſtit, nẽpe αὐτὸ ὄν. Ariſtoteles alicubi inquit, ὁμωνύμως circulũ dici eũ qui finitione cõprehẽdat, & eũ qui extrinſecus, aut phãtaſia adũbratus, diuiduus eſt in ſegmẽta. Definitio quidẽ eſt, ἓν παρὰ τὰ πολλά: ſed definitũ ἓν ἐπὶ τῶν πολλῶν: de quo paulo pòſt. Ex quo eſt euidens, finitionem non eſſe hypotheſin, & principium demonſtrationis (per ſe) quum Eſſe & Non eſſe, de ea non prędicentur: ſine qua prædicatione nulla hypotheſis, nullæq; præmiſſæ demonſtrationum eſſe poſſunt: ut liquet ex his quę iam ſæpe diximus. Si quæ his accidit hypotheſis, ea nimirum ipſis, propter præmiſſas ſyllogiſmorum ἀποδεικτικῶν accidet. qua ratione, cõcluſorum demonſtrationum, ὑπόθετον ἐπιστήμην: Finitiones autem, non niſi poſitu diſcrepantes à demonſtrationibus, ἀνυπόθετον ἐπιστήμην appellamus: de quo ſuo loco diſſerendum erit. Tertia hæc eſt ὑποθέσεως ſignificatio, qua opponitur ἀποδεικτικὴ ἐπιστήμη, ἀναποδείκτῳ & ἀνυποθέτῳ. Quarta eſt hypotheſis, qua aliquid per aliud intelligitur, propria & peculiaris Mathematicorum, ἐξ ἀφαιρέσεως ſuas ſpecies conſiderantiũ: quos ponere falſum nonnulli, & ob id eos non demonſtrare (quum non niſi ueris hypotheſibus demonſtretur quidpiam) inquiunt. Eo autem Geometram hypotheſi cenſent fallere & mentiri, quòd nimirum pedalem ponat, quæ tamẽ non ſit: & rectam deſcribens ponat, quæ tamen recta non ſit. Equidem non illam quæ incurrit in oculos, lineam ponit Geometra: ſed quæ per hanc ſignificatur, et intra animum adumbratur. Demonſtratio enim, & concluſio demõſtrationis, non eſt de rebus, quoad ſunt extra ſenſum ſingulæ, & quas digitis notamus, & nuncupamus ſigillatim: ſed ijs ut notis quibuſdam duntaxat declarantur tales ſpecies, ſine quibus nihil poteſt monſtrari aut intelligi: ſuntq; pars ὑποθέσεων primi modi. Quò tãquam ad Ideas ſi referantur etiã falſa lineamenta Geometrarum, nihil erit periculi. Quoniam (ut Plato ait) οὐ περὶ τούτων διανοούμενοι, ἀλλ' ἐκείνων πέρι, οἷς ταῦτα ἔοικε, τοῦ τετραγώνου αὐτοῦ ἕνεκα, τοὺς λόγους ποιούμενοι, καὶ διαμέτρου αὐτῆς, ἀλλ' οὐ ταύτης ἣν γράφουσι. τούτοις μὲν ὡς εἰκόσιν ἂν χρώμενοι, ζητοῦντες δὲ αὐτὰ ἐκεῖνα ἰδεῖν, ἃ οὐκ ἂν ἄλλως ἴδοι τις ἢ τῇ διανοίᾳ. Hypotheſes porrò, & poſtulata omnia, aliquid de aliquo uel in uniuerſum, uel ex parte efferunt. Definitiones autem, quatenus ipſæ, neq; de omni, neque de quodam: quum ſint ipſæ ſpecies rerum ſinceriſſimæ, quàs mens nùllo adminiculo, ſed ſemetipſa intelligat. Illæ quoad per διάνοιαν applicantur rebus, extra intellectum cum materia concretis, de quibus aut in uniuerſum, aut ex parte enunciatæ, hypotheſes conſtituunt. Quoad hypotheſes conſtituunt, ſunt & dicuntur κατὰ πολλῶν εἴδη: ſed quoad mens finitiones ipſas per ſeſe cõſiderat, εἴδη παρὰ πολλά hoc loco appellat Ariſtoteles: quæ neq; de alio, neq; de ipſis

aliud

aliud prædicari cõſueuit. In demonſtrationibus autem earum nullus eſt uſus, ſi non prædicentur de multis. Propoſitionibus enim conficiuntur demonſtrationes. Neq; enim καθόλου eſt, ſi non unum prædicetur de multis: nec ſyllogiſmus, niſi ſit καθόλου. Quare neceſſe eſt in demonſtratione, unum prædicari de multis. Etenim ſi καθόλου non ſit, medium non erit, ſine quo nihil concluditur. Subiectum autem pronunciati, medij rationem obtinet: non quoad finitione intelligitur, ſed quatenus prędicatᷓ de multis: & quia prædicatur ipſum, prædicatum etiam ſubiecti de multis ſolet dici. Nonnunquam prædicatum, non cauſa alterius ſubiecti, ſed ipſum primò de multis effertur ſubiectis: ut Animal, de homine & lupo: & Homo, de Callia & Socrate. Quæcunq; hoc modo de multis dicuntur, unum quid erunt: non modò uocabuli, ſed etiã definitionis gratia: id eſt, non ὁμωνύμως prædicabuntur. Sollicitè tamen circum ſpiciendum, ne homonymis etiam utamur finitionibus: quæ non minus fallunt, aut magis etiam, quàm homonyma uocabula: de quibus ſuo loco dicemus. Prius finitiones intelligantur oportet ſubiectorũ & prædicatorũ, quàm de alijs efferãtur ad numerum multis. Talibus propoſitionibus ſyllogiſmi hi conficiuntur, ex quibus compluſculis contexuntur, & in quos rurſus diſſoluuntur demonſtrationes. Quid profuerit obſecro, Quiditates noſſe aut prædicatorum aut ſubiectorum, ad demonſtrandum aliud quiddam: ſi de quibus illæ ipſæ prædicentur ſubiectis, neſciam? quum quatenus principia, communicari poſſint multis. Iis enim quæ non communicantur, & quatenus, rem ignotã minimè demonſtramus. Communione certè prius cognitorum, omnia ſciri & demõſtrari, dictum eſt ab initio. Quo fit etiam, ut ſingula, quia incommunicabilia, ratione & intelligentia percipi nequeant: & quo pluribus cõmunicetᷓ quidpiã, eo ſit notius nobis: & notiſſima, quo ad nos, et principia demonſtrationum, ſint communiſſima quæque, & maximè prędicatione καθέκαστα, ob multitudinem ijs participantium: eorum ſcilicet propter ſenſum et inductionem rerum, euidentiſſima ratione. Iam hæc non propter ſe καθόλου, cuius ratio deſcribitᷓ potius unitate (eſt enim, autore Ariſtotele, ὁλότης, quædam ἑνότης) ſed propter prædicationẽ, magis καθέκαστα appellantur: nõ quia ipſa ſint, ſed quia prædicentur de ſingulis multis. Ita quæ longiſſimè abſunt à ſenſu, id eſt ſentiendo, nequaquam intelliguntur: ſed duntaxat ſcientia et ſola mentis intelligentia (qua noſcitur rerum finitio) percipiuntur: quæ ſenſum alioqui maximè effugiant, ut maximè ſunt unũ, ita quoq; maximè καθόλου ſunt appellanda, & ſimpliciter prima, quia ſimpliciſſima & indiuidua, & quę prorſus aliter habere nequeant: ut illa quæ extra intellectũ καθέκαστα, propter materiã huius unitatis expertia ſunt, & ſuapte natura mutabilia. Oſtendimus breuiter, quid ſimpliciter καθόλου ſit unum, & quid ſit item notio unius καθόλου, translata ad multitudinem, & ad καθέκαστα: quo pacto præterea ad ſimpliciter καθόλου notitiam ἁπλῶς non poſſit perueniri, abſq; his communibus multifariam participatis, quę καθέκαστα nominat etiam Ariſtoteles, opponens eas ſimpliciter καθόλου notionibus: quæ nimirum ſine confuſione in ſingula, aut multa ſubiecta, intelligantur ſeipſis, & abſolute. Ex quo par eſt intelligi, uocabulum καθόλου uariè uſurpari ab Ariſtotele: & hoc loco nõ dici καθόλου, neq; illud ἀδιοριστικόν, neq; illud alio loco expoſitũ ἀναλυτικόν: ſed quod confundi in multa poſſit prędicãdo καθέκαστα, id eſt κατὰ τῶν ἑκάστων, ἢ κατὰ τῶν πολλῶν. συγκεχυμένον illud eſt καθόλου, cuius mẽtionem quoq; in principio Phyſicorũ facit: nõ autem hoc, quod aliàs dicit longiſſimè abeſſe à ſenſu noſtro: de quo ſecũdo etiam Libro diximus. Cæterùm καθέκαστα illa, ſunt multa, in quę unum καθόλου

Explicatur differẽtia, ſimpliciter et quo ad nos, καθόλου notionum.

Quam ob cauſam Ariſtoteles, quo ad nos notiſſima καθόλου appellarit μάλιστα καθέκαστα. Metaphy. libro Δ.

Vocabulũ καθόλου, non eadem ſignificatione ubiq; uſurpatur ab Ariſtotele.

quoddam diuiditur: quæ & ipſa, in propoſitionibus ſunt quædam νοητὰ εἴδη, quæ prædicari poſſunt de his quæ ſub ſenſum ueniunt aut phantaſiam, ſubiectiſſima καθ᾽ ἕκαστα. Quare utrunq; uocabulum ab Ariſtotele uſurpari ὁμωνύμως, manifeſtum eſt. Non ergo ipſa per ſe ſpecies ulla, ſed quoad prædicatur de alio, conſideratꝰ in demõſtrationibus: primiſq; notitijs, ſenſu notiſſimis, utendum: καὶ τούτοις ὡς εἰκόσιν ἂν χρώμενοι, ζητοῦντες δὲ αὐτὰ ἐκεῖνα ἰδεῖν, ἃ οὐκ ἂν ἄλλως ἴδοι τις, ἢ διανοίᾳ. Nec non horum principiorum concluſis & demonſtratis, ad ſubſequentia adhibitis, prædicando ſubijciendoq;, dum communicant εἴδη, nullum ſecretum εἶδος, & ſolitarium ſcilicet, uſui eſt demonſtrantibus. Prædicata autem reſpectu ſubiectorum, ut ſunt neceſſaria & per ſe, ita fieri nequit, quin ſint ueriſſima. In primis autem ſunt neceſſaria καθόλου analytica huiuſmodi, quoad prædicata illorum non poſſunt permutari oppoſitis: quum nõ temporis cauſa, ſed ſimpliciter uerè, efferantur de ſubiecto. Quare fieri nequit, ut in καθόλου ueris propoſitionibus, ipſa & non ipſa enuncientꝰ prædicata: ſed ſimul uerè tamen nonnunquam poteſt efferri de ipſo & non ipſo ſubiecto, prędicatum. Affirmatio quidem & negatio prædicati, diuidunt omne uerum & falſum, propter cauſam Libro ſecundo expoſitam. Neq; alia eſt cauſa, affirmatione uera, ut ex neceſſitate negatio ſit falſa, quàm pronunciatum illud communiſſimum, & principium ἀνυπόθετον omnium pronunciatorum: quo dicitur, non contingere, ut ſimul affirmetur & negetur quidpiã uerè. Fundamentum illud eſt omnium διανοητῶν uerorum. Nam ſi ſimul uera eſſent affirmata & negata εἴδη, nihil ipſum eſſet quod eſt, nec unum: nec ſignificari, nec intelligi poſſet quicquam, ſiquidẽ ipſum non eſſet ipſum. Principiũ illud eſt omniũ λόγων, & cardo intelligentiæ rerum. τὸ γὰρ μὴ ἕν τι σημαίνειν, οὐδὲν σημαίνειν ἐστίν.

Non ut ipſum & non ipſum, non poteſt ſimul prædicari, ita quoque de ipſo et non ipſo, nõ poteſt dici: quoad ſcilicet ſubiectum cõfunditur in multitudinem.

Quod prædicatur, & καθόλου eſt, & unum quod ſubijcitur, multitudinis cauſa diuiduũ eſt: nec eſt neceſſe unum eſſe ſubiectum, cùm poſſint eſſe multa ſubiecta unius prædicati, ſimul participantia uno & eodem prædicato: quæ ſi nõ eſſet multitudo ſubiectorum ſub uno prædicato, medium ſcilicet ſyllogiſmi, & demonſtratio non eſſet: nec principia notitiarũ eſſent communia, nec collectione communium, quicquam diſceretur quod prius fuiſſet ignotũ. Quare ſubiectum, non quia ipſum, ſed quia diuiduum aliqua multitudine, prædicato indiuiduo contradictione ſuberit in propoſitionibus. ut quando dicitur: Omne corpus naturale, eſt mobile. Subiectum, quatenus de multis dici poteſt, particeps eſt huius prædicati, non quia ipſum indiuiduum eſt. Quocirca ſimul prædicatum idem dicitur, & effertur de pluribus, ut non uni tantũ quadret prædicatum. Itaq; uni & alteri, id eſt uni & non uni, nempe pluribus, unũ idemq; prædicatum ſimul inerit: non ut ſubiectum, aut diuiſum, aut diuiduũ: ſed ut indiuiduum, & quatenus καθόλου quoddam, reſpectu ſubiecti, non diuiduum ἀντιφάσει. Atq; illud eſt quod ſuprà diximus ἓν ἐπὶ πολλῶν κατηγορούμενον: quod ſine multitudine ſubiecti nequit intelligi, ipſo exiſtente prędicato tamẽ indiuiduo & uno, quũ multa omnia, ab uno tanquã principio, ſint uera. νοῦς quidẽ ſimpliciter principiũ eſt principiorũ, ſed λόγος principiũ eſt cõpoſitorũ principiorũ, propter eorũdẽ cõmunitatẽ: quoad ſcilicet unũ in multis cõſideratꝰ, non quatenus unũ ſimpliciter εἶδος, ſimplici mente apprehenditꝰ. Nulla porrò ſcientia eſt, quæ non ſit compoſita ex his, quæ nõ ſimpliciter intelligantur, ſed unum de alio prædicetur. Siquidem, autore Ariſtotele, ἅπασα ἐπιστήμη μετὰ λόγου: qui λόγος ſemper cum unitate iungit multitudinem: id eſt, prædicatum ἀντιφάσει indiuiduum, cum ſubiecto diuiſo aut diuiduo per ἀντίφασιν. Vt animal de homine & lupo, id eſt de homine & non homine, ſimul uerè dicitꝰ.

In fine libri B. poſteriorũ analyt.

At mo-

At mobile, licet unicè prædicetur de corpore naturali, & non poſſit prædicari etiam de ipſius negatione: nihilominus diuiduum eſt tamen ſubiectum illud tanquam καθόλου, in ſubiecta alia, quorum cauſa de oppoſitis etiam ſimul queat prędicari. Vt corpus naturale, efferē ſimul de ſimplici & mixto: id eſt, de ſimplici & non ſimplici. Alioqui unum commune prædicatum, non poſſet prædicari aut dici, niſi de contradicentibus ſimul uerè prędicaretur: quum non niſi in multis unitas hæc particeps ſit contradictionis, quatenus de ipſis multis prædicatur unum quidpiam. Non enim ut unum prædicatur, ita quoque de uno, ut non etiam prædicetur de altero, quod ipſum eſt coniunctũ cũ negatione prioris unius: quare de multis ipſum etiam prædicari neceſſe eſt. Nam ſi non ſic prædicaretur, quomodo prædicatũ unum συνώνυμον eſſet cõmune? Prædicatum uerò ipſum & non ipſum, ſimul ambo uerè de ſubiecto dicentur nequaquam. Alioqui ipſum per ſe, non eſſet id ipſum quod eſſe diceretur: quo non tantum ſignificatio omnium uocabulorum, ſed etiam intelligentia omnium rerum ſignificatarum tollitur è medio. Quare multitudo logica, abſq; communicata unitate eſſe nequit: quam (ut perſpicuum eſt) perimit contradictio, ſi ipſum & non ipſum prædicatum ſimul uerè de ſubiecto dici opinemur. In ſubiectis autem ineſt multitudo, propter quam ſimul de ipſorũ ſingulis ipſis & nõ ipſis, poteſt dici prædicatũ: irrepitq; εἰς τὸ ὂν ὄντως κακερματισμένον, ratio τοῦ μὴ ὄντος, καὶ τοῦ θατέρου: ut Plato ſcribit in Sophiſta. Principium porrò principiorum eſt omnium, quum dicitur, non poſſe contingere, ut ſimul ipſum & non ipſum prædicetur de aliquo. quandoquidẽ fieri nequit, ut aliquid unum, aliud quiddam ſit quàm id ipſum quod eſſe dicitur. Nihil enim eſt, quod non unum eſt: cùm ſeipſa quæq; res ſit, nec alio quopiã eſt, quod ipſa non ſit. Fundamentum hoc eſt omnis ueritatis, & ſcientię: falſitatis autem & Sophiſticæ, quando ipſum non ipſum, ſed aliud quiddam eſſe dicitur: qua ratione Sophiſtam Plato ait uerſari, περὶ τὸ μὴ ὄν. Pronunciati itaq; iſtius cõtemplatio, ad primum pertinet Philoſophum. Nihil enim uerum eſſet, ſi ſimul affirmari & negari quidpiam contingeret, imò uerò ne eſſet quidem: eſtq; illud ὄντος ὄν, maximè proprium. Quid autem quidq; ſeipſo ſit, finitione intelligitur, aut ἁπλῶς, aut ἐκ προσθέσεως ὄντος, ut propriorum: quæ συνδεδυασμένα ſunt, & intelliguntur alijs exiſtentibus ὄντα: ut ſine detractione ęqualium ab æqualibus, non poteſt intelligi, ex neceſſitate reſiduum eſſe æquale. Pronunciata omnia, uſus gratia, pertinere ad demonſtrationes, iam antea eſt dictum. Simpliciter, & quia ipſa, ſeu quatenus principia & ὄντα, ad primum pertinere philoſophum, itidem eſt dictum. Omnium autem illud ueriſſimum eſt pronunciatum, quum ipſius cauſa reliqua omnia ſint uera, & uſu quoq; ſit ipſo ueriſſimũ: cùm alioqui reliqua principia, abuſu falſa eſſe poſſint, ut ſi ex uno genere in aliud genus transferuntur. Abuti quidem communiſſimo illo haud poſſumus, quum generis nullius ſit propriũ principium. De quo ſic ſcriptũ reliquit Ariſtoteles: ἔστι δέ τις ἐν τοῖς οὖσι ἀρχή, περὶ ἣν οὐκ ἔστι διαψευσθῆναι, τ' ἐναντίον δὲ ἀναγκαῖον ἀεὶ ποιεῖν. λέγω δὲ ἀληθεύειν. οἷον, ὅτι οὐκ ἐνδέχεται τὸ αὐτό, καθ' ἕνα τὸν αὐτὸν χρόνον, εἶναι καὶ μὴ εἶναι. Item alio quodam loco: Βεβαιοτάτη δ' ἀρχὴ πασῶν, περὶ ἣν διαψευσθῆναι ἀδύνατον. γνωριμωτάτην τε γὰρ ἀναγκαῖον εἶναι τὴν τοιαύτην, καὶ ἀνυπόθετον. ἣν γὰρ ἀναγκαῖον ἔχειν τὸν ὁτιοῦν ξυνιέντα τῶν ὄντων, τοῦτο οὐχ ὑπόθεσις. τίς δὴ αὕτη; τὸ αὐτὸ ἅμα ὑπάρχειν, καὶ μὴ ὑπάρχειν ἀδύνατον τῷ αὐτῷ, κατὰ τὸ αὐτό, καὶ ὅσα ἄλλα προσδιορισαίμεθα πρὸς τὰς λογικὰς δυσχερείας. αὕτη δ' ἁπασῶν ἐστι βεβαιοτάτη τῶν ἀρχῶν. διὸ πάντες ἀποδεικνῦντες, εἰς ταύτην ἀνάγουσι ἐσχάτην δόξαν. φύσει γὰρ ἀρχή, καὶ τῶν ἄλλων ἀξιωμάτων αὕτη πάντων. Cõfundi uerũ falſo, nulla in re pnũcia-

Ariſtoteles Metaphy.lib.4.

Metaphy.k.

Metaphy.r.

tum hoc patitur: quoniam (ut Euripides inquit in Alceſtide) χωρὶς τὸ, τ' ὂν, καὶ μὴ ὂν, νομίζεται. Pronunciatum porrò illud ἀνυπόθετον, quo dicitur, non contingere, ut ſimul affirmetur quidpiam & negetur, non uſurpatur in demonſtrationibus: niſi quoad prędicatis ſyllogiſmorum adhibetur, non item ſubiectis. Ariſtoteles prędicatum cõcluſionis, συμπέρασμα appellat: quod ut καθόλου primum, de medio enũciatur, & de extremo: & in minore, medium de extremo. Prędicato igitur, & nõ ſubiecto, pronunciati huius determinatio adijcit̃, hoc modo: ut ipſum ſcilicet, et nõ etiã nõ ipſum: aut cõtrà, nõ ipſum, et etiã ipſum, uerum ſit de ſubiecto dici, ſed alterutrum dũtaxat. Nec ſuperior eſt cauſa, propter quã ſimul καθόλου ſpeciei, non poſſit accidere affirmatio & negatio, quàm quæ dicta eſt. Quòd autem de ſubiecto poteſt, atq; etiã non ſubiecto prædicari, id eo fit: quia καθόλου nõ poteſt eſſe, niſi de multis ſimul queat prædicari: qua ratione de ipſo, atq; etiam non ipſo ſubiecto, prædicari ipſum ſit neceſſe. Ac niſi tale ſit καθόλου, demõſtratio nulla eſſe poteſt: niſi (inquam) indiuiduũ unum ἀντιφάσει prædicatum, de diuiduo ἀντιφάσει ſubiecto efferamus, quod ἀνυποθέτῳ illo principio uerum eſſe & neceſſariũ intelligimus. Eo ſic utimur, ut communiſſimo in demonſtrationibus ſi libeat uti (non enim eſt neceſſe, talibus ut euidentiſſimis uti, & de quib. nemo ſit admonendus) quãdo uidelicet ueritas concluſionis eo nõ per hypotheſin probatur, ut illo ſolet pronunciato, quo dicitur: De quolibet affirmatio uel negatio uera: quod ueritatem δι' ἀδυνάτου, & per hypotheſin, concluſionis oſtendit: ſed quatenus δεικτικῶς, cùm omnis ſyllogiſmus aut δεικτικῶς, aut ἐξ ὑποθέσεως aliquid probet. Quare δεικτικῶς eo utens, prædicatum concluſionis pronunciati huius cauſa ſic determinabit. ut, uerbi gratia, in hoc ſyllogiſmo · Omne totum, eſt maius ſua parte, & non eſt ſimul etiam, non maius ſua parte. Omnis angulus exterior trianguli, eſt totum, & non eſt etiam non totum, ſimul eodem tempore. Ergo, Omnis exterior angulus trianguli, eſt maior ſua parte, & non etiam non maior ſua parte. Quippe prędicari uerè nihil aliud eſt, q̃ excluſio oppoſiti prędicati falſi: quum ſimul affirmatum & negatum, nõ modò falſum, ſed impoſſibile etiã ſit, ac ne νοητὸν quidem. Prędicata uerò, aut ut propria de ſubiectis efferuntur, aut ut genera de ſpeciebus. Subiectum proprij, diuiduum eſt, non diuiſum in multa, de quibus ſimul efferatur prædicatũ: de ſingulis autem ſic prædicatur, ut non modò de ipſo aliquo ſingulari, ſed etiã non ipſo poſſit prædicari. Subiecta generum diuiſa ſunt: ut Animal, uerè de homine atq; etiam nõ homine: & homo, de Callia atq; etiam non Callia, uerè enunciatur. Ergo reſpectu eius de Quo, prædicatæ ſpeciei ueritas & falſitas, affirmatione & negatione, non diſtinguitur oppoſitione ἀντιφάσεως, ſed reſpectu duntaxat eius quod prædicatur ἁπλῶς: quod ipſum quãuis poſſit affirmari & negari uerè de diuerſis ſubiectis, ratione tamen ἀντιφάσεως, ut hoc modo oppoſitione prædicatio hæc non participat, ita nec ueritate & falſitate diſcernitur. Diſtinguit autem ἀντιφάσις uerum & falſum, uel temporis gratia, quoad ſimul tempore affirmatio & negatio non poſſunt eſſe in eodem uel per ſe & ſimpliciter: cuiuſmodi prædicata pertinent ad demonſtrationem, quum per ſe prędicentur, & non ſecundum accidens. Ariſtotelis hoc loco uerba ſunt obſcuriora, quæ (ut arbitror) ſatis dilucidè ſumus interpretati. Vnum eſt duntaxat, de quo admonendum putaui. Paulo antè diximus, de duplici genere ſubiectorum. Aliud enim eſſe, ſi ſpecies generi: & aliud, ſi proprio ſubijci quidpiam dicatur: quod ſic comparatum eſt, ut non etiam non ſubiecto huic poſſit ineſſe. ut: Parte eſſe maius, ineſt toti quantitati, non etiam non toti quantitati. Quanquam ſubiectum illud, di-

In demonſtrationibus qui ſit uſus huius pronunciati: De quolibet, affirmatio uel negatio uera: de nullo, ambo ſimul.

lud, diuiduum poſtea in ſpecies eſt: quarum unicuiq; ſic ineſt, ut etiam nō ipſi, ſimul ineſſe poſſit dici. Diuiſum in ſpecies ſubiectum, his uerbis intelligi uoluit Ariſtoteles: ᾇ γὰρ ἰδίου, καθ' οὗ ἄνθρωπον ἀληθὲς εἰπεῖν, εἰ καὶ μὴ ἄνθρωπον ἀληθές. Indiuiſum, ſed tamen diuiduum, his uerbis: ἀλλ' ᾗ μόνον ἄνθρωπον, ζῶον ἐστίν. Subiectū propriorum uoluit intelligi, cui ſoli, et nequaquā nō ipſi ineſſe primò, et per ſe proprium conſueuit. Sed de his dictum ſatis. Alterum pronunciatum, quod eſt: De quolibet Affirmatio uel Negatio uera eſt: adhibetur ad ſyllogiſmos & demonſtrationes hypotheticas: quæ non ſimpliciter probant, ſed δι' ἀδυνάτου. Ambo porrò pronunciata hæc, non quatenus communia, ſed quatenus certis applicita generibus, uſurpantur à demonſtratoribus. Nam quoad communia, ad primi Philoſophi contemplationem pertinent. Quæ communitas ſit ἰδίων & qualis prædicatorum & ſubiectorum oſtendimus terminorum, quibus cōſtituuntur propoſitiones. Reliquum eſt, ut nonnihil etiam de communibus principijs diſſeramus, cùm ſine cōmunibus, ſyllogyſmo nihil colligi queat: quæ magis & prius concluſionib. nota ſint oportet. Eodem in genere ea quæ demonſtrantur omnia, cauſa principiorum, inter ſe communicant. Enimuerò quicquid ad demonſtrandum adhibetur, aut demonſtratum prius quiddam eſt, aut aliquid eſt ex numero communiū principiorum, quæ ſunt quaſi elementa & στοιχεῖα omnium demōſtrationum: nec alia poteſt eſſe harmonia ueritatis, quàm qua uera omnia concinunt ueris & notiſſimis principijs. Proinde Syllogiſmi omnes (quibus multis demonſtrationes contexuntur) communibus quibuſdam pronunciatis, quod uolunt, conficiunt ſemper. Quid enim crebrius & frequentius quàm principia Geometrica, in Geometricis repetuntur demonſtrationibus? Idem fit in cæteris diſciplinis: ac ne prius quidem demonſtratorum uſus in ſubſequentibus eſt, non adhibitis etiam Axiomatibus illius generis. Principia hæc, termini non ſunt, ſed compoſitum quiddam ex terminis. Non enim ſunt, quod: neq; ſunt, de quo: ſed ſunt, ex quibus ordimur demonſtrationes, eaſdemq; perficimus. Hæc certorum generum ſcientiæ, ſunt communia. Alia ſunt nullorum generum communia principia propria: quæ communitas (ut aliàs oſtendimus) ἀπορέσει διαλῆται: ut Dialectica pronunciata, quæ ab Ariſtotele appellantur Loci, probabile uerum omnibus in diſciplinis aſtruunt: quæ ut ſint communia, alio quodam libro diximus. Alia ſunt communiſſima, & tamen propria, ſed principiorum principia: quibus res in ſcientijs, non ut aliquid, ſed ut ſimpliciter ὄντα conſiderantur. Nam quoad conſideranť ut aliquid, & non ἁπλῶς ὄντα, ad ſingula ſcientiarum genera pertinent hęc principia. ut (uerbi gratia) Phyſicus contemplatur principia rei naturalis, nō quia ipſa res naturalis, ſed quia motus ei accidit. Eadem contemplatur Metaphyſicus abſolutè, & quia res naturalis, non quia ei quidpiam accidit. Deinde motum etiam, locū, tempus, & ſimilia, contemplatur Methaphyſicus ᾗ ὄντα. Sed Phyſicus non ᾗ ὄντα, ſed quatenus accidunt corpori Naturali. Et Mathematicus lineam, non quia ipſa, ſed quia poteſt diuidi. Simpliciter autem Quiditates omnes, pertinēt ad Methaphyſicum, quibus res ipſa, quia ipſa, cognoſcitur: ut, Quid eſt Triangulus? Quid eſt, tres habere duobus rectis ęquales triangulum? quæ principia ſunt, & ἀΐδια, ac ſeipſis intelliguntur: non quatenus unum alij ineſſe, probatur demonſtrando. Eôdem pertinent etiam principia demonſtrationum, quoad conſiderantur abſolutè ſine his, quibus probandis ſolent adhiberi: ac rationē quandam habent, & argumētum fidei eminentius, quàm ſenſum ipſum: quo ſenſu primùm hauriūtur notitiæ principiorum. Verbi gratia, principium eſt:

Quomodo ſingulæ Scientiæ cōſiderēt principia, ſed non abſolutè: prima aūt Philoſophia, eadem conſideret abſolutè.

Principia demōſtrationum qua ratiōe pertineant ad primum philoſophum, & qua ad ſciētias inferiorēs.

Si æqualia tollas ab æqualibus, quæ reſidua ſunt, erunt æqualia. Medium & cauſa eſt, definitio reſiduorum æqualium, implicans ſubiectum pronunciati. Itidem principium eſt, quo intelligitur, quid ſit æqualia tollere ab ęqualibus. Hæc penitùs ἀναπόδεικτα ſunt huius pronunciati principia. Senſu rerum cõtenti ſunt demonſtratores: nec ijs utuntur principijs, nulla eius in phantaſia ſenſilis formę ſubiectione: quandoquidem ſubiecta ſimpliciter non conſiderãt, quia ipſa, ſed quia panthaſiæ cauſa, πάθος ſenſile in ſe recipiũt: ut dictũ paulo antè fuit. Et Plato id ipſum teſtatur his uerbis: τούτοις ὡς ἀκόσιν αὖ χρώμενοι, ζητοῦντες δὲ αὐτὰ ἐκεῖνα ἰδεῖν, ἃ οὐκ ἂν ἄλλως ἴδοι τις ἢ διανοίᾳ. Metaphyſicus hæc ἄλλως noſcit, quatenus ſunt in mente, & aliter ſeſe habere nequeunt: quod propriũ eſt ſimpliciter principiorum, atq; ἀναποδείκτων. At Demõſtrator eorundem ſimul umbratilem intuetur etiam ſpeciem: quã neceſſe non ſit νοεῖν, ſed duntaxat διανοεῖν: nec de principiorũ abſoluta intelligẽtia anxius eſt. ταῦτα γὰρ ὡς εἰδότες ποιησάμενοι ὑπόθεσιν, οὐδένα λόγον ὅτι αὐτοῖς, ὅτι ἄλλοις ἔτι ἀξιοῦσι περὶ αὐτῶν διδόναι, ὡς παντὶ φανερῶν. Hactenus liquet, ipſius ὄντος quia ipſum, rationes & cauſas à Metaphyſico conſiderari: ut quamobrem ipſum eſſe, et non ipſum eſſe, non contingat ſimul eſſe uera. Ratio eſt, quia quæq; res aut una duntaxat eſt, aut nulla: quod rebus quia ipſis, nõ quia participant alio quodã, congruit. Et reſiduũ æquale, quia ipſum, & ex neceſſitate eſſe intelligiť: quoad ęqualiũ quantitatũ, quibus detracta ſint æqualia, rationẽ in ſe cõtinet habẽs finitionẽ ἐκ προθέσεως. Eadẽ ratio ualet quoq; in alijs principijs, quæ ex neceſſitate, & ſimpliciter ſunt, quicquid ſeipſis, & nõ ratiõe aliorũ eſſe dicũtur. Quoad uerò cõſiderať quiduis, aut quia ipſum alij, aut quia aliud ipſi ineſt, nequaquã ἀναποδείκτως cognoſciť: quas rerum, ad ſingulas pertinere diſciplinas, iã antè diximus, notitias. Vt ergo ſcire ipſum quia ipſum, perfecta eſt ſciẽtia: ita ſi quis opineť, ipſum nõ eſſe ipſum, perfecta eſt ignorantia, nõ aũt propter falſitatem, ἀπάτη quædã: quum illa nihil, hac uerò intelligať tamẽ quidpiam, falſò tamen cõpoſitũ.

Ignoratur quidem certè, cuius falſa in animo eſt apprehẽſio propter compoſitionem prauam: quæ aut ſimplici conſtat propoſitione, aut ſyllogiſmo: quã Ariſtoteles ἄγνοιαν appellat κατὰ διάθεσιν, de qua ſumus infrà dicturi. Ea uerò, qua ipſum non eſſe ipſum cenſetur, aut ſimplici opinione quadam, aut ſyllogiſmo: ut hominem nõ eſſe hominem, aut hominem habitu legis pręditum, non eſſe hominem habitu legis pręditum: oppoſitiſſima quædam ſcientię dicitur ἄγνοια, quam alioqui κατ᾽ ἀπόφασιν ἄγνοιαν nominat, & qua ignoratur ipſum eſſe ipſum: perfecta quidem eſt, ut apud omnes conſtat, inſcientia. Sed quòd opinio quoque, qua ipſum eſſe ipſum ſtatuimus & noſcimus, ſit oppoſitiſſima, id eſt perfectè contraria ei, qua cenſemus ipſum non eſſe ipſum: ut (uerbi gratia) opinioni, qua concipitur bonum eſſe bonũ, eam opinionem, qua exiſtimatur bonum non eſſe bonum, eſſe oppoſitiſſimã & contrariã, nempe negationem ipſius de ſeipſo, & non affirmationem contrarij: docet copioſè Ariſtoteles in libro περὶ ἑρμηνείας, ſectione ultima: quib. prolixius commemorandis, in præſentia ſuperſedebo, ne ſim longior. Proinde nemo eſt, qui ſponte in animum inducat, aliquid ipſum nõ eſſe ipſum, quũ ſit primo Axiomati oppoſitum: quo nihil certius cognoſcitur, quàm rem quãq; nihil aliud eſſe, quàm id ipſum quod eſt: ut hominẽ eſſe hominem, & album eſſe album, & ſcientiam eſſe ſcientiam: ὅτι ἀδιαίρετον πρὸς αὐτὸ, ἕκαστον: quod ſanè dubitationem habet nullam, & ſcientiarum omnium principium eſt, &

fundamen-

Plato de Repub. lib. 6.

fundamentum. Ei qui non inſiſtit, ſummæ & extremę coarguitur ignorantię: eſtq́ meta ultima falſitatis, ſupremo faſtigio ſcientiæ maximè oppoſita. In has confeſſionis maximæ inſcientiæ anguſtias cogitur quiſpiã ſyllogiſmo, ex oppoſitis conſtituto præmiſſis: quib. nunquam ueri quicquam concluditur, ſed ſimpliciter exiſtentis rei, falſa ἀγνοίᾳ, ipſam à ſeipſa negando diuellimus ſpeciem. Aliæ ἀντιφάσεις, compoſitæ ſunt ex diuerſis ſubiecti & prædicati ſpeciebus: & illæ quamuis ſimul ueræ eſſe nullo modo poſſint, ijs tamen ſimplices ſpecies & fundamenta intelligentiæ penitùs non perimuntur, quum reſpectu ſcilicet alterius, eſſe & non eſſe, prædicentur. Attamen concluſio talis ſyllogiſmi ex oppoſitis, non eſt falſior & impoſſibilior ambabus præmiſſis (quoniã impoſſibili nihil eſt impoſſibilius) ſed ſimplicior eſt tamẽ ἀντίφασις hæc, & quaſi elementum, reſpectu magis compoſitarum. Nam in his compoſitis, de ſubiecto ipſo aliud quiddam prædicatur & negatur: ut cùm dico, homo eſt animal, & non eſt animal. In hac autem ſimplici, de ſeipſo quidpiam negatur: ad eamq́ reuocatur etiam compoſitæ magis abſurditas. Idcirco enim impoſſibile eſt, hominem eſſe animal & non animal: quia nõ poteſt fieri, ut animal nõ ſit animal. Nam ſi homo poſſet eſſe animal atq; etiam non animal, tum poſſet accidere quoq;, ut animal ipſum non eſſet ipſum animal. τὰ γὰρ ἄκρα ἀνάγκη γίνεσθαι ταυτά. Quare liquet, non fruſtra dictum à nobis eſſe, primam hanc eſſe & extremam abſurditatis metam, qua ipſum negatur eſſe ipſum: eãq; ipſam non niſi ſyllogiſmo διʼ ἀντικειμένων colligi, autor eſt Ariſtoteles in Analyticis prioribus. ut hoc modo · Omne corpus concretum ex cõtrarijs, eſt ἀληθὴς Nullũ corpus cõ cretũ ex cõtrarijs, eſt ἀληθὴς. Ergo, Nullũ corpus concretũ ex contrarijs, eſt corpus cõ cretũ ex cõtrarijs. Nõ niſi in Secũda & Tertia figuris, concludi hoc modo quidpiã ex oppoſitis, ibidẽ Ariſtoteles tradit: quæ libẽs prętereo, quum ſatis ſit de his moneri tantum. Poſitis præmiſſis contradicentibus, quarum neceſſe eſt unam eſſe ueram, & alteram falſam, neceſſe eſt hanc ſequi perpetuò falſam concluſionem, de qua diximus. Alioqui poteſt fieri, ut uel altera, uel etiam ambabus falſis præmiſſis, nihilominus uera ſubſequatur concluſio: quo conſtat, quantum interſit inter paralogiſmos, & ex oppoſitis conſtitutos ſyllogiſmos: quum illorum nonnunquam ueras concluſiones eſſe contingat, horum ſemper falſas & impoſſibiles ſit neceſſe concluſiones eſſe: quoad nimirũ ipſum, non eſſe ipſum oſtenditur. quo nihil ne cogitari quidem poteſt falſius, aut quod ſit euidentius falſum. Quam falſitatem quidem (ut diximus) nemo ſua ſponte concipiat animo, fateri tamen animo conceptam cogatur, oppoſitis præmiſſis conceſſis: quas reſpectu eiuſdem generis ſubiecti, impoſſibile ſit ſimul eſſe ueras, utpote cõtradicentes. Vt contradicẽtibus quiſpiam aſſentiatur, in cauſa eſt aut paralogiſmus Sophiſticus, aut ſyllogiſmus Dialecticus, qui argumentis cõmunibus in utramq; partẽ dimicat. Dicuntur autem communia, quòd nullo genere certo rerum ſubiectarũ, diſciplinis ſint deuincta aut determinata axiomata Dialectica, de quibus aliàs fuit dictum: quòd communitas hæc, negatione certi generis intelligatur. Etenim principia quæcunq; communia, certis ſubiectis generibus determinata, ac uera, exquiſiteq́; nota, probare nequeunt argumentando, ſimul uera ut uideantur contradicentia: qualibus communibus equidem utitur demõſtrator. At Dialecticis communibus effici poteſt & probari, ut uideatur concluſum utrumq; uerum: quibus deinde ἐκ τῶν ἀντικειμένων conficiatur ſyllogiſmus, quo nimirum ipſum non eſſe ipſum, concludatur. Quamuis enim uera ſint argumenta Dialectica, & non inſtar Sophiſticorum falſa, nihilominus generib.

Syllogiſmus ex oppoſitis, quē uſum habeat.

 & ſub-

& ſubiectis (quibus adhibentur) non ritè diſtinctis, de ſubiecto uno quia i-
pſum, affirmatio & negatio prædicati uera eſſe cenſebitur: ut non iniuria in
ſcientijs abſtinendum à Dialecticis communibus eſſe uideatur, ut quibus ge
neris ſubiecti ignorantiã contingat nobis exprobari, dum propter illa argu-
menta contradicentes præmiſſas ueras eſſe arbitramur: quæ tamen reſpectu
propriorum ſubiectorum reuera non ſint oppoſitę, propter unius, & nõ pro-
prij generis tamen ſubiectorum nihilominus uidentur oppoſitæ. Etenim ue-
rum eſt, quòd corpus animalis ſit ἐμπαθὴς, & quòd item non ſit: ſed diuerſorũ

Quibus argumentis probetur, ἀποδεικτικῶς corpus animalis eſſe ἐμπαθὴς, & ἀπαθὴς.

reſpectu primorum ſubiectorum et generum. Nam cauſa elementorum, qui-
bus eſt mixtum corpus, rectè ἐμπαθὴς dicitur: & experimur certè perpetuas
illas affectiões qualitatum eſſe, quibus ſubinde alijs atq; alijs afficitur & pati
tur corpus. Stabile nihilominus & impatibile eſt corpus, nec perpetuò muta
tur contrarijs, propter habitum, gratia cuius exiſtit ἀπαθὴς, atq; etiam δυσπα-
θὴς: quo munijt natura rerum corpora animalium, ne tam facilè obnoxia eſ-
ſent patibilium qualitatum diſſidijs: quas Heraclitus conſiderans, ne momẽ-
to quidem uno res eaſdem conſiſtere opinatus eſt. Vtrumq; igitur uerum eſt,
& ἐμπαθὴς & nõ ἐμπαθὴς corpus animalis dici: ſed diuerſis generibus, ἀποδει-
κτὸν tamen utrumq; exiſtit: ut ἐμπάθεια, ſubiecto & genere patibilium elemẽ-
torum, ſed ἀπάθεια demonſtratur ſubiecto habitus, conſeruantis animal in eo-

Ariſtot. ferè ab initio Elenchorum dicit, Dialecticũ eſſe συλλογιστικὸν ἀντιφάσεως.

dẽ ſtatu: qui in animatis, dicitur ſanitas. Quare demõſtrator uernaculis prin-
cipijs utrumq; probat, nec eſt συλλογιστικὸς ἀντιφάσεως. Dialectici nõ determi
natis certo ſubiecto argumentis, utuntur communibus: atq; eidem ſubiecto,
affirmationem & negationem ineſſe probant prædicatum, non conſtitutis,
ſed interrogatis principijs, quibus pro reſpondentis arbitrio utuntur: quo nõ
annuente, nihil probaſſe ſe putant. Aliàs quamobrem ſit Dialecticus ἐρωτημα-
τικὸς, & non demonſtrator, oſtendimus: ijſdem nunc repetitis nihil eſt opus.

Argumẽta Dialectica, quibus oſtẽditur utrũque, & ἀπαθὴς, & ἐμπαθὴς eſſe corpus animalis.

Vt ne diſcedamus à priore exemplo, Dialecticus prioris propoſiti ἀντίφασιν,
his aſtruet argumentis. ac primùm, corpus eſſe ἐμπαθὴς, hoc modo· Cuius ac-
cidentis cauſa in aliquo ineſt, ipſum quoq; ineſt. Sed in corpore, ἐμπαθείας cau
ſæ inſunt, nempe contraria elementa. Quare corpus ἐμπαθὴς erit. Item· Quod
ſemper participat ſpecie ἐμπαθείας, id ipſum genere etiam ἐμπαθείας partici-
pat. Sed corpus animatum participat ſpecie, nempe uegetatiõis motu. Nam
(ut Hippocrates in ſexto inquit Epidemiorum) ἡ ψυχὴ ἀεὶ φύεται. Ergo id-
ipſum, generis quoq;, nempe ἐμπαθείας particeps erit. Similibus argumentis,
oppoſitum aſtruet Dialecticus, hoc modo· Cuius proprium non ineſt, ipſum
quoq; non ineſt. Sed propriũ ἐμπαθείας, in corpore animato non ineſt. Quare
nec ipſa. Propriũ eſt ipſius, ſemper contra naturã habere, & ægrotare. At nul
lum ſemper ægrotat. Quapropter non eſt ullum ἐμπαθὴς. Item· Cuius accidẽ-
tis conſequens in ſubiecto non ineſt, nec ipſum inerit. Conſequens ἐμπαθείας
eſt, ſemper melius aut deterius habere uel eſſe, nec permanere in eodẽ ſtatu.
Sed animata corpora perdurant magna ex parte eodem ſtatu. Quare ſunt ἐμ-
παθείας expertia. His argumentis liquet, contradicentes eſſe probatas: quibus
conceſſis, per ſyllogiſmum deinde ex oppoſitis, ipſum nõ ipſum eſſe probet:
quo nihil abſurdius opponi poteſt demõſtratori. Argumẽtis demõſtrationũ
oppoſitorũ prædicatorũ, ꝓpter diuerſa ſubiecta & genera πραγμάτων, liquet
non contradicentes eſſe concluſiones, quarum prædicata oppoſita, uni ſub-
iecto, non primò, ſed diſcrepantibus primis duobus inſint, quibus definiãtur
quoq; ἐμπαθὴς, & non ἐμπαθὴς. Dialecticis argumentis autem, ſubiecto eidẽ,
ſed non primò, oppoſita probantur ineſſe, quandoquidem talibus medijs, op

poſitorum

poſitorum prędicatorum, primorum ſubiectorum intelligentia non percipiatur: ὅτι (ut diximus) ἀποφαίνεσθ' ἀφωρισμένως τινὸς γένους, ἀλλ' ἔστι τὸ διαλεκτικὸν κοινόν. Abſtinendum itaq; demonſtratori à cõmunibus Dialecticis, ac ſuis finibus is ſeſe contineat, principijsq; utatur domeſticis & uernaculis: ne cõijciat uidelicet ſe in uincula ſyllogiſmi ex oppoſitis conflati, è quibus non expedier ſeſe, argumentorum propriorum & ἀποδείξεως ignarus. Implicare poſſunt Dialectici ueritatem, & quidem ueris argumentis, ſed non proprijs: quibus ſe non poſſunt exuere tamen nexibus, ſcientiarum ſacris non initiati: et ob id parum eruditis etiam πειραστικὴ poteſt faceſſere negocium. Ergo Demonſtrator non quæret, ſed ſumet principia, quibus oſtendat, corpus animatum quia elementis præditum, eſſe ἐμπαθές: item ut probet, corpus animatũ quia præditũ habitu, non eſſe ἐμπαθές. Dialecticus primùm quęret de corpore animato, ſit ne ἐμπαθές, necne? deinde quam uolet partem ἀντιφάσεως probabit aut refellet, non ex re ipſa petitis cauſis, ſed conceſſis à reſpondente argumentis communibus: quib. non uerè, ſed probabiliter cognoſcatur aliquid, quod per demonſtrationem exquiſitiſſimè tamen ſciatur. Optimo iure quærat hoc loco quiſpiam, quid cauſæ ſit, quòd Dialecticorum ueris argumentis, ἀντίφασις aſtruatur, cùm tamen non ſit, niſi unum uerum: tum poſtea compoſito ex oppoſitis ſyllogiſmo, non modò falſum ſemper, ſed impoſſibile falſum etiam ſequatur, cùm tamẽ ex ueris, nihil niſi uerum ſequi deberet. Quid inter ἔνδοξον & neceſſarium uerum interſit, conſtat inter omnes eruditos. ἔνδοξα quidem principia medium ſyllogiſmo Dialectico ſuppeditãt: cui nec πάθος demõſtrãdum per ſe, & ipſi quatenus ipſum, ineſt: nec mediũ ſubiecto πάθους, quia ſubiectum ipſum, ſed quia participant ambo extrema logicis quibuſdam prædicatis & accidentibus: quorum pronunciata, Topica Dialectica ſolent tractari & explicari. Quum igitur propoſiti termini, ratione talium mediorum, ita ſint comparati, aliquo modo & indiſcretum quiddam uerum erit, quod in utramq; partẽ cõcluditur: & ſolutionibus, argumentisq; demonſtrationis diſcernendum, qua ratione affirmatio & negatio non contradicunt, quum diuerſorum reſpectu ſubiectorũ, affirmatio & negatio uerè poſſint prædicari. Cõtraria et oppoſita inſunt eidẽ, ſed nõ eodem primo. Vt ἐμπαθές, de corpore, quia contrarijs præditum: & non ἐμπαθές, de eodem, quia habitu præditum. Contrarijs nutriri, de corpore animato uerè dicit̃, quia & quatenus nondum perfectè nutritur: & ſimilibus, quatenus perfectè idipſum dicitur nutriri. Oppoſita autem prædicata hæc, non pro ſimul ueris, ſed pro contradicentibus, ratione Dialecticorum ſyllogiſmorum habentur: quũ ſint Dialecticè eodẽ mancipata ſubiecto, quumq; medijs & argumentis Dialecticis, ſubiecta οἰκεῖα prædicatorũ non diſtinguant̃, ſed confuſo & cõmuni quodã utant̃ uno, quod ſubiectis demõſtrationũ proprijs diuiduũ tamẽ exiſtat. Vt ἐμπαθές & nõ ἐμπαθές, de corpore animato, non quia tale uel tale, ſed quia ipſum, & utriſq; determinatiõibus cõmune, probant̃ Dialecticè. Verè utrũq; dicit̃ de corpore animato, ſed nõ quia ipſum. At Demõſtrator, nõ ſimpliciter prædicata de ſubiectis, ſed quia ipſa, καὶ ἕκαστον, enunciat. Quãobrẽ ſi communib. & Dialecticis uti inſtituat argumẽtis Demõſtrator, ſeipſum nõ modò contradicentium aſſertioni obnoxium faciet, uerumetiam ad manifeſtiſſimã metam abſurdæ concluſionis, compoſiti ex oppoſitis ſyllogiſmi (ut iam antè diximus) rediget: cùm de ſubiecto, quia ipſum, cuncta enunciari Demonſtratori ſit concedendum, Dialectico non item. Ergo ſi communibus utetur Topicis argumentis Demõſtrator, omni ſcilicet, & nõ omni ſubiecto, quia commune ipſum, πάθος ineſſe colliget: eruntq; hoc modo ἀντικείμενα cõcluſa, premiſſæ

miſſæ quædam ſyllogiſmi ἐξ ἀντικειμένων, ut ſubiectum diuerſis rationibus limitari nequeat. Quamuis enim Dialecticus ſit ἀντιφάσεως συλλογιστικός (ut diximus) nihilominus quia ueris præmiſſis oppoſita probantur concluſa, non poteſt fieri, quin ipſa quoq; ſint quibuſdam limitationibus, ſed communibus tamen uera: quum ex ueris neceſſe ſit uerum concludi. Itaq; ratio alia erit ſubiecti, qua ipſi ὑπάρχει: & alia, qua non ineſſe oſtenditur. Nam ſi eadem ſit ratio ſubiecti, alteram partem ἀντιφάσεως neceſſe erit falſam eſſe: quare argumẽtum quoq; eius Dialecticum, ex neceſſitate falſum erit: quod tamen à Dialectica abhorret, quæ ueritatis ſtudioſa eſt, abumbrãs ueritatem, non etiam exquiſitiſſimè eam exprimens uernaculis argumẽtis. Si talibus Demonſtrator utatur principijs, quũ ſubiectũ nullũ niſi quia ipſum, prædicato ſubijciat, concluſa nullo modo ambo uera, ſed alterũ uerũ, alterũ ex neceſſitate falſum erit: quibus is, de quo diximus, ἐξ ἀντικειμένων cõſtituetur ſyllogiſmus. Quare nõ ut Dialecticus, ita Demonſtrator etiam eſt συλλογιστικὸς ἀντιφάσεως: eãdemq; ob cauſam non erit ἐρωτηματικός. Cauſam ſubijcit Ariſtoteles, διὰ τὸ, τῶν ἀντικειμένων ὄντων, μὴ δείκνυσθαι τὸ αὐτό. Intelligendum eſt de præmiſſis oppoſitis, non ſimpliciter de concluſionibus oppoſitis, quas argumentãdo nequeat probare Demonſtrator: quandoquidem demonſtratio duntaxat ſit unius, id eſt alterius partis contradictionis, quæ nequeat oppoſitis probari argumentis. At ſimpliciter nullum ſyllogiſmum conſtat eſſe, cuius præmiſſæ ſint ἀντικείμεναι: ſed ex hypotheſi, eſt ἐξ ἀντικειμένων ſyllogiſmus, hoc modo: ut ſi conceſſum ſit, demonſtratorem Dialecticis communibus principijs uti, quibus oppoſita uera concludantur: quæ omnino neceſſe ſit, ut in demonſtrationibus ſint oppoſita, quum de ſubiectis, quia ipſis, non quoad eis oppoſita per ſe accidant, efferãtur oppoſita prædicata. Quamobrem ueris illis oppoſitis propoſitionibus, uerum quoq; erit, ipſum eſſe nequaquã ipſum: quo nihil falſius. Nihil enim uerius, quàm quoduis ipſum eſſe ipſum: quo conſtat etiam, ἀντιφάσει diuidi uerũ omne & falſum. Quippe ens, unũ, & uerum, inſeparabilia ſunt: quod fundamentũ euertit, hypotheſi præmiſſarũ oppoſitarum uerarum conſtituta: quã ſequitur cõcluſio, ſyllogiſmi gratia, qua nõ ipſum eſſe ipſum intelligatur. Sed oppoſitum eſt abſurdiſſimum, quo nimirum ipſum non eſſe ipſum aſtruitur. Sic enĩ interpretari nos oportet uerba hæc, τῶν ἀντικειμένων ὄντων, μὴ δείκνυσθαι τὸ αὐτό: ſubijci debet, ἢ αὐτό. Nam demonſtratur tali ſyllogiſmo, aut multo magis certè ſumma rationum ignorantia, ipſum non eſſe ipſum, aſtruitur. Monet Ariſtoteles hoc loco, ſe de ſyllogiſmo ἐξ ἀντικειμένων, in prioribus Analyticis dixiſſe: cuius loci paulo antè mentionem feci, nec eſt neceſſe illa alius repetere. Ex conſequente abſurdiſſimo, antecedens demonſtrauit abſurdum, nempe id quod falſò ponebatur: Demonſtratorem ſcilicet interrogare, & communibus ipſum uti principijs Dialecticorum, nec cõtentum eſſe ſuis, & uernaculis. Difficilimam locus hic interpretationem habet, ut pleraq; omnia: ob id mirari non debemus, ſi Ariſtotelis Analytica hæc, minima ex parte non fuerunt cognita, cùm tot ſeculis eorum nulli extiterint interpretes: & tamẽ quis interim non pro Ariſtotelico ſe gerit? Et ſunt nonnulli etiam hodie, qui tantum uirum ignorantiæ Dialecticæ artis accuſent propter ſuam ipſorũ ignorantiam, qua cæcutiunt, & ſuæ inſcitiæ plus tribuunt, quàm doctiſſimorum ſcientiæ: quòd facit Sophiſta etiam Petrus Ramus Parriſienſis. Quandoquidem ex oppoſitis, nulla ratione uerum poſſit concludi, ſi conficiendus ſit Syllogiſmus, non interrogatis & conceſſis utiq; his Dialecticis opus eſt, ſed altera duntaxat parte contradictionis. Sunt itaque habenda pro eodem,

Hactenus cauſa eſt expoſita, propter quam Demonſtrator non ſit, ut Dialecticus, συλλογιστικὸς ἀντιφάσεως.

dem, quæſitum ſyllogiſticum, & propoſitio altera contradictionis. Nam cùm ſint contradicentes duæ, optionem Dialecticus reſpondenti facit: & non ambabus, ſed alterutra, quod uult colligit. omnino enim conceſſis opus principijs, ut cõcludatur aliquid ſyllogiſmo. Ex oppoſitis autem, ſyllogiſmo colligitur aliquid, quo temeritas & ignorantia exprobretur reſpondenti: quā reprehenſionē Græci uocant ἔλεγχον: qui nimirũ eſt nõ ſimpliciter, ſed ἀντιφάσεως συλλογισμός. Syllogiſmo autē (quia ſyllogiſmus) non niſi altera pars ἀντιφάσεως concluditur: propoſitionibus item nequaquam oppoſitis, ſed unam duntaxat partem cõtradictionis exprimentibus: nec ad coarguendum, ſed ad docendum adhibetur: & Dialectico nimirum & Demonſtratore uerum quoddam conſectãtibus, illo quidem communibus uerorum principijs, hoc proprijs & uernaculis cuiuſq; principijs ſcientiæ innitente. Horum principiorum oppoſita, neq; apud Dialecticos locum habent, nec apud Demonſtratores, quũ principia huiuſmodi ſint ſophiſtica: ijsq; nõ ſyllogiſmi, ſed φαινόμενοι συλλογισμοὶ conſtituantur: quorum illi opponũtur Dialecticis, & quidem Sophiſtici: hi uerò Demonſtrationibus, & appellãtur ψευδογραφήματα, eadem differentia exiſtente τ͂ ἐλέγχων: qui ſine contradictione (qua opponuntur ueritati) non intelliguntur ſyllogiſmi. Hactenus quid ſyllogiſmus, demõſtratio, apparēs ſyllogiſmus, itē ex oppoſitis cõſtitutus, & ἔλεγχος eſſet, planũ fecimus: quorũ principia nõ eadē eſſe, ſatis perſpicitř. Quia uerò impoſſibile eſt, oppoſita ſimul eſſe uera, alterutrũ duntaxat erit uerum: de quo nihil præſcribēs Dialecticus, interrogat: Demõſtrator aũt optionē nõ facit reſpondenti, ſed tentat interrogando eius aſſenſum: quippe cũ negante principia, nihil amplius cõferens, ut quib. probãdis principijs ipſe occupatus nõ ſit. Itaq; principijs interrogatis et cõceſſis utetř ijs, in ſingulis certisq; generibus, diſcrepantibus ſcientijs, ex quibus ſyllogiſmus propriè rei demõſtrandæ accommodatus cõficiatur. Et quãuis non niſi unũ poſſit eſſe uerũ in ἀντιφάσει (ridiculũ enī eſſet, quærere à diſcentib. ſi ambo uera eſſe poſſent) ἐρώτημα ἐπιστημονικὸν de propoſiti generis principijs, ac non alterius generis, aut omniũ generũ cõmunibus, inſtituetř. Ex quo eſt euidens, nõ quoduis Geometricũ, aut Medicũ quæſitum aut principium dicendum: ſed illud duntaxat, quo demonſtratur quidpiam ad Geometricum ſubiectum propriè pertinens, uel quoad à diuerſi generis ſubiecto participata πάθη, non niſi argumentis demõſtrari poſſunt Geometricis, ut Optica quæſita. Alioqui ex alio genere quæſitis principijs, nihil monſtrabitur: ut ſi Geometricà Muſicis, aut Phyſica Mathematicis conetur quiſpiam demonſtrare principijs: de quo dictum fuit aliàs. Ex quo ſequitur, nec communia, nec aliena principia reb. demonſtrandis poſſe accommodari: nec dici οἰκεῖον principium, niſi quod non modò uerum ſit, ſed etiam accommodatum rei demonſtrandæ, & planè uernaculum. Quandoquidem propria quadam principiorum quaſi crepidine, circũſcripta omnis eſt ſcientia, unde demonſtrationes omnes arceſſant: deinde extrema etiam, & concluſa quædam ſubiectorum & generum cuiuslibet ſcientiæ peculiaria ſunt: ex illis, & de illis, omnes inſtituentur demonſtrationes. Ex quib. autem ducentur, aut principia exiſtũt, aut prius per principia demonſtrata erunt quædã concluſa: ut nihil extra hæc ſeſe proferat, ſed intra prima hæc & extrema, comprehendatur omnis ſcientia. Omnium porrò ſuo in genere demõſtrabiliũ, ſcientium intereſt, dare & accipere rationes: quod ipſum quoq; ad Dialecticos, ratione διαλέξεων pertinet: quorum officium Plato definit, ut poſſint δοῦναι, καὶ ἀποδέξασθαι λόγους. Scientia autē habitus eſt, quo præditus quiſpiã, poſſit quæſitis, *Quæ ſcientiæ ſint officia.*

eo

eo in genere quod profitetur ſe ſcire, ſatisfacere. Multi ſimulant ſe ſcire, quo-
rum ignorantiam tamen deprehendunt, non modò in eo genere eruditi, ſed
etiã ineruditi: cuius artificioſa Methodus, dicitͬ διαλεκτικὴ πειραστική. Cęterũ ut
eorũ quę ſunt intra principia, reddere rationẽ par eſt, et per omnia ſatisfacere:
ita principiorũ quoq́, aut quæ ſunt extrà, rationes ad ſe ſpectare, Sciens arbi
trabitur nequaquã: quũ definita & circũſcripta ſit ſuis principiorũ finibus &
limitibus, quęlibet ſciẽtia: nec liceat (ut Gręcorum dicitͬ prouerbio) ὑπὲρ τὰ
ἐσκαμμένα ἅλλεσθαι. Si quæ ratio præterea & diſputatio principiorũ eſt, ea nõ ad
ſingulas, ſed ad cõmuniſſimas pertinebit, nẽpe ad Dialecticẽ, et principẽ phi
loſophiã, communes diſciplinas: de quibus fuit alio loco dictum. De princi-
pijs itaq́ ſuis Geometra diſſeret, non quia Geometra, ſed quia communis cu
iuſdam ſcientię gnarus: eaq́ ratione etiam neg ınti principia, ſatisfaciet. Alio-
Phyſicorum qui (ut Ariſtoteles inquit) αἱ περὶ τῶν ἀρχῶν ἐνστάσεις, ὥσπερ ἐν τοῖς περὶ μαθήματα
lib. θ. λόγοις, οὐδέν εἰσιν πρὸς τὸν μαθηματικόν, ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. Et alio quodã loco:
Phyſicorum ὥσπερ γὰρ καὶ τῷ γεωμέτρῃ, οὐκ ἔτι λόγος ἐστὶ πρὸς τὸν ἀνελόντα τὰς ἀρχάς, ἀλλ' ἢ τοι
lib. α. ἑτέρας ἐπιστήμης, ἢ πασῶν κοινῆς. Quod exempli cauſa de Geometria diximus,
intelligendum eſt de omnibus diſciplinis, cùm ſit eadem Methodus omniũ.
Quæ cùm ita ſeſe habeant, neceſſe non eſt ullius rei ſcientiam profitenti, de
omnibus ac quibuſuis ueris interrogare aut reſpondere: ſed de his dunraxat,
quæ complexu generis & principiorum contineantur, ijsq́ quibus definiri
queant ea, quæ propriè pertinent ad genus Scientię. Non enim, ſi quis inter-
rogat aut reſpondet, multarum is aut omnium Scientiarum ſit gnarus: ob id
ipſum etiam, quoad ſingularum peritus eſt, omnium interrogata & reſponſa,
ad ipſum promiſcuè pertinebunt: ſed quoad Geometra, de Geometricis: &
quatenus Muſicus, de Muſicis reſpondebit: nec quatenus Geometra, ratio-
nes Muſicas uel interrogabit uel ad eas reſpõdebit: omnium uidelicet diſtin
ctis principijs, & finibus diſciplinarum, ut nihil ijs admixtum ſit alieni. Dia-
lecticè licet, & Sophiſticè de rebus diſſerere: ſed qui ſciẽter diſputãt, intra ter-
minos ſe continebunt, & limites cuiuſq́ ſcientiæ: quandoquidem cum Geo-
metra, argumennis agent Geometricis: & cum Muſico, Muſicis: contrà ſi fece
rint, & alienis principijs utantur, inſcienter & uitioſè ſermonem conferent,
quum ſuis principijs & argumentis ſcienter tractari omnia debeant. Quam-
obrem ne ſi uera quidem erunt concluſa alienorum argumentorum, demon-
ſtratum quidpiam ob id cenſeri debet. Et ut proprijs & uernaculis docenda
& diſcẽda ſunt omnia argumentis, ita falſa quoq́ erunt refellenda. Nam qui
ſe Geometrę opponit, non Geometricis rationibus, etiamſi nihil habeat quo
Qui Geome- ſe tueatur Geometra: non per ſe tamen, ſed ſecundũ accidens cõfutaſſe Geo-
trã alienis prin metram exiſtimari debet: quoniam id alienis, et nõ accommodatis agit ratio
cipijs refellit, nibus, nihil pertinentibus ſcilicet ad ἰδίαν demonſtrabilis rei. Proinde ut alie
per accidẽs eũ nis, uerè & ſcienter noſcens quidpiam, non refellitur per ſe, ſed per accidens
refellit. (de quo mox dicemus) ita qui cũ imperitis Geometriæ cõgreditur, contrà quàm
ipſos decebit, faciet. Freti enim ignorantia auditorum, etiam ſi falſa diſſerant,
non deprehenduntur tamen: atq́ aut falſis, in errorem auditores inducũt, aut
futilibus diſcentes argumentis perſuaſi, quæ neſcient, arbitrabuntur ſe ſcire:
quod à ſcientiæ profeſſore, & doctore alieniſſimum eſt. Quamobrem ut φαι-
νόμενος ἔλεγχος, non opponitur à Geometra: ita idẽ cõgreſſum uitabit nõ Geo
metrarum, à quibus reprehẽdi uitioſè in hac diſciplina diſſerens nequeat, ſed
ſciens cum ſcientibus interrogando & reſpondendo congredietur. Quod de
Geometra, idem de omnibus ſcientiarum profeſſoribus, par eſt intelligi. Ipſi
per ſe

per ſe ſciētiæ, quo poſſit oppugnari, nihil eſt oppoſitum: nihilominus multa ei, ſcientium & habitu prędítorum cauſa accidunt: quorum hoc loco mentionem facit Ariſtoteles, ſciētemq; à Dialectico & Sophiſta ſecernit, officia Scientis deſcribens: inter quos quãtum interſit, iampridem notum eſſe arbitror. Enimuerò ſola mente percipi omnia ſinceriſſime, abſq; omni erroris labe, ipſumq; adeò τὸν ἀνέλεγκτον, aut penitùs percipere quidpiã, aut prorſus ignorare, præcedente à nobis dictum fuit libro. Nec non extra quintum illud, re ipſa ἀνέλεγκτον, quatuor genera uerorũ eſſe, quæ uariè coargui poſſint, ex Epiſtola Platonis ad Familiares Dionis oſtendimus. Horum tamen quatuor argumentis, ueram et ſinceriſſimam ſpeciem in mente impreſſam non coargui, ſed duntaxat quoad extra mentem adumbretur, his in utramq; partem iactari argumentis, certaminibusq; interrogantium & reſpõdentiũ, δυναμένων τὰ τέτταρα διαῤῥίπτειν τι καὶ ἐλέγχειν. ἐν οἷς δ' αὖ τὸ πέμπτον ἀποκρίνασθαι, καὶ δηλοῦν ἀναγκάζωμεν, ὁ βουλόμενος τῶν δυναμένων ἀνατρέπειν, κρατεῖ, καὶ ποιεῖ τὸν ἐξηγούμενον, ἐν λόγοις, ἐν γράμμασι, ἢ ἀποκρίσεσι, τοῖς πολλοῖς τῶν ἀκουόντων, δοκεῖν μηδὲν γινώσκειν, ὧν ἂν ἐπιχειρῇ γράφειν, ἢ λέγειν. ἀγνοούντων ἐνίοτε, ὡς οὐχ ἡ ψυχὴ τοῦ γράψαντος, ἢ λέξαντος ἐλέγχεται, ἀλλ' ἡ τῶν τεττάρων φύσις ἑκάστου πεφυκυῖα φαύλως. Prolixius hęc explanarē, niſi alio fuiſſent loco diſertè ſatis expoſita. His etenim cognitis opus eſt, quũ uidelicet multa ſcientiæ propter ſciētes, & quatenus ſciētia eſt habitus, accidere uideanť. Hactenus cũ quibus, & de quib. congredi, interrogare item & reſpõdere Sciens debeat, planũ fecimus. Quinetiã cautionē imperitis ſubiecimus, ne uidelicet de rebus ignotis apud ſe diſſerenti cuiuis fidem habeant: ne propter inſcitiam circunueniantur, non animaduertentes quæ perperam à diſputatore afferuntur in medium, cupiente quod ſibi libuerit, ipſis perſuadere.

Multa ſcienti accidunt, quæ tamen per ſe, ſcientiæ nõ inſunt.

Diſputandum itaq; in Geometria, de his quæ propriè pertinent ad Geometriam: & ex principijs eiuſdem genuinis, ducenda argumenta, ſiquidem eius ſcientiæ uelimus eſſe compotes. Idem ſentiendum de reliquis, atq; omnibus alijs ſcientijs. Deinceps quæri nõ iniuriâ poteſt, utrum quemadmodum ſunt Geometrica quæſita & reſponſa, id eſt ἐπιστημονικά, eodem modo ſint oppoſita quoq;, nempe ἀγεωμέτρητα, quibus ἀγνοίας habitus cõcilietur? Ac præterea in quadam ſpecie ignorantiæ ſeu inſcientiæ, num cõtingat uti ueris quibuſdam & Geometricis quæſitis, quibus errare tamen nos contingat, & hallucinari malè accommodatis? Quod de Geometria, idem intelligi uolumus de omnibus diſciplinis, quoad quæ in ipſis ſolent tractari, ſciũtur ueris, uel ignorantur falſis argumentis. Sunt in ſingulis diſciplinis interrogata quædam, nõ abhorrentia neq; à principijs eius, nec à demonſtratis per principia: ſed uitioſa applicatione & abuſu, pro ſcientia ignorantiam nobis offundunt. Hæc ἐρωτήματα appellat Ariſtoteles Geometrica, non ſimpliciter, ſed περὶ τὴν ἄγνοιαν τὴν ποιάν. Genus illud ignorantiæ, quod definitur falſa applicatione (ad propoſitum falſum demonſtrandum) eorum quæ alioqui uera ſunt, & conſentanea in hac diſciplina, Græci ψευδογράφημα uocant: quo licet ſpecies quædam ignorantiæ in una ſcientia, nempe Geometria duntaxat, ſignificetur: generatim ipſum nihilominus ſolet uſurpari (ſimilitudine quadam translato uocabulo ad reliquas etiam diſciplinas) appellandis his erroribus omnibus, quorum correctio pertineat ad eas ſcientias, quarum principijs nimirum, & rationibus perperam accommodatis, committantur nimirum tales errores & inſcitiæ. Qualis fuit geometræ Hippocratis error, conantis demonſtrare Circuli tetragoniſmum, Meniſcorum ſectionibus: cuius quidē argumēta ſunt Geometrica & cõſentanea, ſed abuſu tamen fallacia: quem abuſum, interſit Geo-

An quẽadmodũ ſint Geometrica, ita quoq; ἀγεωμέτρητα quedã interrogata.

Quid ψευδογράφημα.

metræ reprehendere. Profeſſiones omnes refertæ ſunt huiuſmodi ψευδογραφήμασι. Quis enim eſt, qui non putet errorem ſe poſſe ſuum, ueris diſciplinę rationibus defendere? Singulæ ſcientiæ, pro ſuo officio, tales coarguunt errores: quum ea ipſa quibus diluuntur, argumenta ſint oppoſitorum propoſitorum demonſtrationes. Non enim una aliqua ars aut ſcientia eſt (autore Ariſtotele in Elenchis) quæ omnium errorum iſtius generis reprehenſionē atque emendationē profiteatur. ὅτι οἱ μὲν ἔλεγχοι ἔσονται παρὰ τὰς ἐν γεωμετρίᾳ ἀρχὰς, καὶ τὰ τούτων συμπεράσματα, οἱ δὲ παρὰ τὰς τῆς ἰατρικῆς, οἱ δὲ παρὰ τὰς τῶν ἄλλων ἐπιστημῶν ἀρχάς. Idem in primo libro φυσικῶν, reprehenſiones & ſolutiones errorum, pertinere ad diſciplinarum profeſſores inquit, ſi promanarint ex malè accommodatis eius diſciplinæ rationibus. Aliorum errorum uerò correctiones ad eos non ſpectare, quorum principia aut pugnent cum principijs legitimis, aut aliena ſint, & propoſito demonſtrando non quadrent. Sic Ariſtoteles: ἅμα δὲ οὐδὲ λύειν ἅπαντα προσήκει, ἀλλ' ἢ ὅσα ἐκ τῶν ἀρχῶν τις ἐπιδεικνὺς ψεύδεται· ὅσα δὲ μὴ, οὔ. οἷον τὸν τετραγωνισμὸν, τὸν μὲν διὰ τῶν τμημάτων, γεωμετρικοῦ διαλῦσαι· τὸν δὲ Ἀντιφῶντος, οὐ γεωμετρικοῦ. Deinde oppoſita ſcientię ignorātia, colligitur etiam aut oppoſitis ſcientię principijs, aut fallacibus communibus, aut ex uno genere in aliud translatis. Tot ſunt eius, quæ ſyllogiſmo colligit, ἀγνοίας cauſæ & differentiæ: quarum hoc locò breuiter & obſcurè mētionem facit Ariſtoteles. In primo ἀγνοίας modo, quæ aſſumunt ἐρωτήματα, ſunt (ut diximus) ἐπιστημονικὰ, & (ut Ariſtoteles loquitur) γεωμετρικά: ſed applicatione falſa deprauantur. Secundus eſt, quo principia ſumuntur oppoſita ueris: quę quodammodo γεωμετρικὰ, & quodam alio modo ἀγεωμέτρητα appellantur: de quo poſtea. Vt eſt argumentū Antiphontis, quo conatus fuit oſtendere, circuli tetragoniſmum ſectionibus, quibus polygonum ratus eſt, poſſe æquale circulo conſtitui. Aduerſatur illud ſectioni, in partes infinitas continuę quantitatis: qua nihil uerius eſt in Geometria. Syllogiſmum hūc nominat ἐξ ἀντικειμένων, hoc loco Ariſtoteles, id eſt argumentis collectum: quę argumenta, ſint oppoſita rationibus et principijs ueris diſciplinarum: nec idem tamen ille eſt cum ſuperiore, quem ſumus interpretati, ex oppoſitis ſyllogiſmo. Iſtius generis ignorātia quoque fuit Prodici medici: qui (ut Hippocrates ſcribit) πυρέττοντας ἐκτείνει δρόμοισι, πάλῃσι, πυρίῃσι. Nam ſimilia ſimilibus curari, principio eſt oppoſitum, quo ſtatuunt Medici, contraria contrarijs curanda.

Quibus principijs διαθέσεως ἄγνοια colligi, & concludi ſyllogiſmo ſoleat.

Ab hoc ignorantiæ ſyllogiſmo differt paralogiſmus Sophiſticus, qui ſyllogiſmo opponitur Dialectico, cuius omnes tendiculæ in uerbis & oratione uerſantur: ſed de his, in Sophiſticis Elenchis Ariſtoteles. Quartum genus eſt ἀγνοίας, quando non accommodatis & cōgruentibus principijs utimur, nempe non appoſitè uſurpatis, & ad res alienas detortis: ut Bryſonis argumentum eſt in tetragoniſmo: quod ritè quidem uſurpatum, & conſentaneum, & uerum eſt in quibuſdam. In tetragoniſmo autem ſpeciem habet ueritatis, cùm reuera ſit falſum. Etenim in diuerſis formis quantitatum & figurarum, neceſſe non eſt, ſi poſſit maius & minus, ut etiam poſſit æquale aſſignari. Ita ſi quis in Geometria, conſentanea aliàs, temerè transferat ad numeros. Non enim ut media eſt linea, proportione extremis reſpondens ſimili, comparatis inter ſe quodam numero extremis, ut ternarius comparatur ad binarium;

rium: ita medium quoq; intercedet inter hos extremos numeros analogicũ. Nec ratio Geometrica locum habebit in Muſicis. Interuallum enim ſeſquioctauũ, diuidi in duo æqualia Geometricè poteſt: Arithmeticè & Muſicè nequit, cum diuidatur tonus in maius tantum, & minus ſemitonium, inæqualia ſcilicet interualla. Simili errore Parmenides & Meliſſus, non Phyſicas rationes, ad Phyſicen tranſtulerunt, & alij Mathematicas ad Phyſica: confundentes ſcilicet limites diſciplinarum. ὅτω, inquit Ariſtoteles, μετενηνόχασιν ἐπὶ ταῦτα τοὺς ἐκεῖθεν λόγους: quo reprehendit etiam illorum ἄγνοιαν. Tot ſunt ἐρωτημάτων inter docentem & diſcentem differentiæ, quibus pro ſcientia colligitur ignorantia: quorum ἐρωτημάτων, quædam ſunt abſolutè Geometrica, nonnulla ἀγεωμέτρητα. Primi modi, nempe ψευδογραφημάτων ἄγνοια, non obſcurè Geometrica interrogat, quibus texit ſyllogiſmũ: & ut appoſitè non ueris illis quidẽ utiĩ, τῷ ἢ τὰ ἡμικύκλια περιγράφειν μὴ ὡς δεῖ, ἢ γραμμάς τινας ἄγειν, μὴ ὡς ἀχθείησαν, τὸν παραλογισμὸν ποιεῖται. Alia ſunt porrò prorſus ἀγεωμέτρητα. Quod uocabulum dupliciter uſurpatur, ut etiã ἄῤῥυθμον. Nam ſignificatur eo, quod uel omnino rhythmi eſt expers, uel quod prauum habet rhythmum. Ita ἀγεωμέτρητον eſt, quod uel cũ Geometria nihil habet cõiunctum, uel quod pugnat cum Geometricis rationibus. ἐρωτήματα ἀγνοίας, nihil habentia coniunctum cum his quibus demõſtrãdis adhibẽtur, ſunt uel Sophiſtica principia, uel detorta, & ex alienis trãslata diſciplinis: de quib. modò diximus. Alia ſunt mixta, nempe Geometrica, & quodammodo ἀγεωμέτρητα. Geometrica, quia oppoſita principijs ueris Geometricis. uidentur enim contraria, ad eãdem pertinere diſciplinam. ἀγεωμέτρητα uerò, quia à ueritate Geometricorum aliena: quale eſt, ſi quis ſumat parallelas concurrere: Similia curari ſimilibus [illegible], [illegible] Ratione Optica, & apparentiæ uidentur parallelĩ cõcurrere [illegible] etiam & Medicus, ſpecioſè de falſis principijs poſſunt, & probabiliter loqui: ut ἀγεωμέτρητα, uideantur γεωμετρικά: & non Medica, uideantur eſſe Medica. Vt porrò ψευδογράφημα uocabulum ſpeciei pro genere uſurpatur, ita quoq; γεωμετρικὸν & ἀγεωμέτρητον, hoc loco: quod propter rudiores admonendum duxi. Poſtrema hæc ſpecies ἀγνοίας, propter oppoſita principia, contraria eſt ſciẽtiæ: reliquis, priuatio quædam ſignificatur, modis: quum uidelicet nec communia falſa, nec aliena, & ad diuerſum genus detorta, demonſtrationum debeant eſſe principia. Sophiſticos paralogiſmos corrigit Dialecticus, quũ eius ἔλεγχοι ſint ueri. Alienorum principiorum abuſus, reprehenditur à ſingulis diſciplinis, dum ueras & genuinas apparentibus opponunt rationibus. Oppoſitas uerò & contrarias aſſertiones principiorũ uerorum, communis refellit aut ſuperior quædam ſcientia. Mirum eſt rerum ſcientiam tot circumuallatam eſſe rebus aduerſis, progreſſum eius ad ſimpliciſſimam mentis apprehenſionem & ueritatem impedientibus: qua nimirum ὄντα ἢ ὄντα percipiantur, ſeu αὐτὸ ἕκαστα: ad quam cognitionis lucem clariſſimã, ex tot & tantis tenebris, quibus adulteratur & infucatur ueritas, uix tandem maximis contemplationis laboribus, multaq; rerum experiẽtia peruenimus. In cauſa eſt, quòd ſine quatuor illis ſuprà cõmemoratis (quæ ſunt extra ſimpliciſſimam mentis intelligentiã) nihil poſſumus aſſequi: quæ (ut Plato ait) μόγις τριβόμενα πρὸς ἄλληλα αὐτῶν ἕκαστα ὀνόματα, καὶ λόγοι, ὄψεις τε καὶ αἰσθήσεις, ἐν εὐμενέσι ἐλέγχοις ἐλεγχόμενα, καὶ ἄνευ φθόνων ἐρωτήσεσι καὶ ἀποκρίσεσι χρωμένων, ἐξέλαμψε φρόνησις περὶ ἕκαστον, καὶ νοῦς. Explicatu tamen ſuis genuinis & proprijs principijs, Mathematicæ diſciplinæ multo ſunt faciliores reliquis: ac minus laboratur etiam in earum demõſtrationibus, paralogiſmis, propter Mediorũ

Propoſit. ultima, libri 3. Elemẽtorũ Muſices Stapulenſis.

De cœlo lib. 1.

Topicorũ lib. 1. in principio.

euidentiam, quàm aliarum diſciplinarum demonſtrationibus: in quibus mediorum notitia, magis ratione quàm ſenſu ipſorum conſtat. Latentibusq́ in tanta confuſione, & quodam tanquam aceruo (quo uidentur quodammodo omnia confuſa eſſe in omnibus) rerum cauſis, unam ſpeciem loco alterius apprehendi, in non ſecretarum rerum ſcientijs contingit: quas diſcernere, menti humanæ difficilimũ ſit, quòd ſenſus nimirum adminiculis ad eam diſcretionẽ utatur: qui ſenſus, ſecretas tamen à quibuſuis alijs ſpecies, apprehendere nequit. Mens uerò, per ſenſum concretas cum uarijs accidẽtibus ſpecies apprehendens, atq; ἀληθῶς ὄντα, τοῖς μὴ ὧσι, nempe συμβεβηκόσι commiſcens, in cauſa eſt, ut ratiocinãdo quoq; ipſis hallucinetur, & ſæpenumerò mõſtroſas quaſdã etiam concipiat opiniones, uiſorum uanitate decepta. Quas quidem caligines, niſi intentiſſimo in ueritatis contemplationem ſtudio incumbat, per omnem uitam mens noſtra nequeat diſcutere, ſuã ipſa lumen atq; aciem propter corpus obtuſam, inferens. Sapienter enim dictum illud à Platone eſt: φρόνησιν, καὶ ἀληθεῖς δόξας' εὐτυχὲς ὅτῳ καὶ πρὸς τὸ γῆρας παρεγένετο. Cæterùm minimè omnium Mathematicæ diſciplinæ, obnoxiæ ſunt erroribus, propter facilimã ſecretionem, atq; ἀφαίρεσιν, qua ſeparantur à confuſione accidentium illæ ſpecies. Deinde quòd in eorundem Mathematicorum ſyllogiſmis, medium ſemper duplex uſurpatur: quoad uidelicet neq; ei prædicatum concluſionis ineſt per accidens, neq; ipſum ſubiecto: quum per ſe propoſitionibus conficiantur ſcilicet, quæ nulla queant inſtantia labefactari, medio uno, ſed gemino uſu extremis deuinctis. Nam ſi medium ratione alia uſurpetur in Maiore, & alia in Minore, uſu nõ erit geminũ ſeu διττόν, ſed ſimplum, & quodãmodo nõ idẽ in utriſq;, unde in diſciplinis proueniunt paralogiſmi: ut ſi de medio prędicatum efferatur per ſe, ſecundũ accidẽs autẽ de ſubiecto, uel contrà, quibus medijs ad ἀπόδειξιν, & ſcientiã non peruenit̃. Loquor in præſentia de ſyllogiſmis quib. colligit̃, nõ quibus cõſummata & perſecta eſt ſciẽtia: quales ſunt, qui nõ niſi poſitu differũt à definitionibus. Illi uerò ſyllogiſmi, quibus aggregat̃ demonſtratio, ἐπαγωγικοὶ exiſtunt, quorum medium cum utroq; extremo nõ ſit reciprocum, ut medium perfectarum demonſtrationum eſſe ſolet: quòd uidelicet ipſa ſpecies eſt rei demonſtratæ, nõ pars demonſtrationis. De principijs loquimur, & ſyllogiſmis ex principijs cõflatis: quos mediorum cauſa, in Mathematicis ſimpliciſſimos & euidentiſſimos, & ob id ipſum, nihil paralogiſti cum habentes, deprehendimus. De omni enim Medio, quia ipſum, prædicatum effertur: & Medium, de ſubiecto itidem (quia ſubiectum ipſum) omni, ſed tamen non omne, & ſine reciprocatione enunciatur in Minore: quo uoluit Ariſtoteles nimirum ἐπαγωγικὰς intelligi. Nam perfectarum demonſtrationum Syllogiſmi, terminos omnes habent reciprocos: ut Triangulus, Tres habere duobus rectis æquos: Medium quo explicantur cauſæ iſtius proprij, reciproca omnia tria hæc ſunt. In reciprocis enim, prædicatum medium non modò de omni, ſed ipſum quoq; omne ineſſe dici ſolet. At in demonſtrationibus, et ſyllogiſmis earum perfectis, nulla ad ſenſum prouocatio locum habet, ſed διανοίᾳ duntaxat ueritas earum perſpicitur. ad quas, illud à Platone dictũ pertinet: ζητοῦντες τε αὐτὰ ἐκεῖνα ἰδεῖν, ἃ οὐκ ἂν ἄλλως ἴδοι τις, ἢ τῇ διανοίᾳ. In ἐπαγωγικῷ, Minor propoſitio ſenſu & experientia addiſcitur, dum ſubijcitur aliquid Medio: de quo ſubiecto omni, ſed non omne tamen prædicatum effeatur. In Maiore autem prædicatum, utpote proprium quoddam communiſſimum, aut aliàs quiddam demonſtratum, de ſubiecto non modò omni, ſed etiam omne & reciprocè effertur: ut, Omne totum eſt maius ſua parte:

Νόμων Β.

Quamobrẽ ſacilior ſit ἀνάλυσις Mathematicarũ, quã Phyſicarũ diſciplinarũ et demonſtrationũ.

Qua ratione Medium dicatur διττόν, id eſt, bis uſurpari in demõſtratione.

ἐπαγωγικοὶ Syllogiſmi, quales in demõſtratiõibus Mathematicis.

Πολιτειῶν ς.

Omnis

Omnis triangulus habet tres duobus rectis æquos: Omne corpus præditum habitu, eſt ἀπαθές. Quibus in Minore ſubijcitur, quòd nimirum pars aut ſpecies ſit Medij, uel ſenſu euidẽs, uel inductione quadam notum: de quo ut omni, ita quoque ut omne prædicetur Medium, fieri nequit. Quamobem quum Ariſtoteles inquit: τὸ δὲ κατηγορούμενον, οὐ πᾶν: de Medio, quoad in Minore Epagogici prædicatur non reciprocè, debet intelligi, ut dictum eſt. Manifeſtiſſimæ ſunt ſenſu & intelligentia in Mathematicis, huiuſmodi pręmiſſæ, quas licet quaſi uidere, intelligendo & uidendo intelligere: de quibus loquens Plato, ſic ſcribit de Mathematicis: εἰκόσι δὲ χρωμένων αὐτοῖς τοῖς ὑπὸ τῶν κάτω ἀπεικασθεῖσι, καὶ ἐκείνοις πρὸς ἐκεῖνα ὡς ἐναργέσι δεδοξασμένοις τε, καὶ τετιμημένοις. Plato Mathematicis principijs, rationibus & ſyllogiſmis, adiuncta eſſe ait ἐναργῆ δεδοξασμένα: de quib. Ariſtoteles inquit: ταῦτα δ' δῆν, οἷον ὁρᾷν, τῷ νοεῖ. Vt, uerbi gratia: Quid euidentius, quàm cùm dicitur, omnem circulum eſſe figurã? De ſubiecto quodam ſi circulus dicatur, tanquam homonymum quoddam Medium, ſtatim deprehenditur & agnoſcitur falſitas: ut ſi de Verſibus, aut Corona populi, prædicetur circulus, ſtatim negatur eſſe. Senſu enim ipſo eſt ἐναργὲς, non bis uſurpari medium: ſed aliud circulo ſignificari in Maiore, & aliud in Minore propoſitione. Quæ uerò Media ſenſu manifeſta nõ ſunt, quorũq; ratione & finitione duntaxat ſpecies exprimuntur, & non etiam ſenſu quodã adumbrari poſſunt: in concretarum rerum diſciplinis (niſi cautio adhibeat̃) plurimos pariunt paralogiſmos. Finis mediorum illorum, ſi legitimè uſurpentur, eſt, ut conſentanea ſint φαινομένοις: quoniam (ut Ariſtoteles inquit) τέλος *De cœlo lib.3.* τῆς μὲν ποιητικῆς ἐπιστήμης, τὸ ἔργον· τῆς δὲ φυσικῆς, τὸ φαινόμενον ἀεὶ κυρίως κατὰ τὴν αἴσθησιν. Non aũt ut φαινόμενα, ita cauſæ etiam & media ſemper occurrunt ſenſibus: quo fit, ut intelligentia rerum ipſa confundatur, alioqui (ut Ariſtoteles inquit) αὕτη ἡ ὀφθαλμοῦ φύσις, ἅπασαν ἔλυσεν αὐτῶν τὴν ἄνοιαν. Quanta inter Phy *Phyſικῶν* ſicos, de principijs rerum contentio? quanta Medicorum certamina? quàm *lib. α.* malè conuenit Ethicis, de finibus bonorum & malorum? ut interim nihil dicam de Theologorum & Iureconſultorum controuerſijs. Quarum omnium concertationum finis eſſet, ſi media & cauſæ non eſſent abſtruſæ, & perſpicaci mentis acie poſſent attingi, ut ea attinguntur quę certiſſimis ſenſib. conſtat eſſe uera, & fallere intelligentiam non poſſunt. Paralogiſmorum in cõerentis principijs, propter confuſionem primarum notionum, plures ſunt cauſæ. Nam aliquando prædicatum uſurpatur tanquã ſimplum, quod tamen geminum ſit: interdum de aliquo dicitur, cui tamen non per ſe, ſed ſecundum accidens inſit. Sæpenumerò medium ipſum deprehenditur non eadem ſignificatione bis uſurpari in præmiſſis: quorum omnium ratio confuſa ἐνέργεια ſenſionis deſtituitur, cùm πίστις primorum intellectorũ à nobis, fulciatur ſenſione. Sine uiſis enim, mens noſtra nihil percipit. Proinde plurimorũ φαινομένων (quæ quidẽ omnia ſub ſenſum cadũt) cauſæ quidẽ nullo ſenſu, ſed ratione ſola percipiunt̃: cui cauſę ſi nihil põt uerè contradicendo opponi, cẽſeri debet uera eius & conſentanea ratio & mens: per umbras ſcilicet lucem, per effigiẽ intuens exemplar. ὅμως γὰρ ἐκ τῶν φαύλως μὲν γνωριστῶν, αὐτῷ δὲ γνωστῶν, τὰ ὅλως γνωστὰ γνῶναι πειρατέον. *Metaphy.ζ.* Quatuor autem illa, ex Platone cõmemorata ſubſidia, quantũ luminibus mentis (ut ſic loquar) officiant, iam antea diximus. De quibus ſic Plato: ἀλλ' ἡ τῶν πλάγων φύσις ἑκάστου πεφυκυῖα φαύλως, μάλιστα ἐλέγχει· ἡ δὲ διὰ πάντων διαγωγὴ, ἄνω καὶ κάτω μεταβαίνουσα ἐφ' ἕκαστον, μόγις ἐπιστήμην ἐνέτεκεν. *In Epiſtola ad familiares Dionis.* Exemplis, paulo antè propoſita Paralogiſmorum oppoſitorum ueris ſyllogiſmis, quibus colliguntur demonſtrationes, capita declarabimus.

Differentiæ ignorantiæ rerum, propter paralogiſmos.

In Elenchis.

Primũ eſt caput ἀγνοίας περὶ τὴν διάνοιαν, cuius ἔλεγχος & correctio, eſt ἀπάντησις πρὸς τὴν διάνοιαν: quæ nihil aliud eſt, quàm ἀπόδειξις. quoniam (autore Ariſtotele) ὅσα δεῖ ἀποδεῖξαι, ταῦτα καὶ ἐλέγξαι τὸν θέμενον τὴν ἀντίφασιν τοῦ ἀληθοῦς· οἷον, εἰ σύμμετρον τὴν διάμετρον ἔθηκεν, ἐλέγξειεν ἄν τις τῇ ἀποδείξει, ὅτι ἀσύμμετρος. Primum (inquam) illud eſt ψευδογράφημα, quando gemina exiſtente ratione prædicati, ipſum non ea qua debet ſignificatione uſurpatur: qualis eſt Anaxagoræ paralogiſmus, quo conatus eſt probare, πανσπερμίαν, rerum naturalium eſſe Materiam· Omne quod fit, ex ente fieri cõſueuit. nihil enim fit ex nihilo. Res naturales fiunt omnes. Quare ex eo quod eſt, ſeu ex Ente fiant neceſſe eſt. ψευδογράφημα eſt principium illud quo dicitur, quicquid fiat, nõ ex nihilo, ſed ex ente fieri: ſi uitioſa interpretatione, uel applicatione corrumpit: ut ſi quando Anaxagoras, ad ens actu exiſtens, applicet prædicatum, παραλογισμός eſt, παρὰ τὸ πρᾶγμα. Syllogiſmus autem eſt, ſi adhibeatur ad ens δυνάμει exiſtens. Nonnunquam (quod ſecũdum caput eſt ἀγνοίας propter ψευδογράφημα) ſubiectũ in cauſa eſt, ut falſum concludatur: quod corrigitur ἀποδείξει itidem oppoſita, tanquam ἐλέγχῳ, ritè ſubiectum determinante: ut hoc liquet exemplo· Quicquid concretum ex contrarijs eſt, ἀπαθής, & quod contra naturam afficiatur ſemper, cenſeri debet. Corpus Animalis, concretũ eſt ex contrarijs. Quare ἀπαθὴς erit. Concretum ex contrarijs eſſe, per ſe & quia ipſum, cauſa non eſt contra naturam ἀπαθείας, ſed quia habitu contra naturam præditum. Committitur itaq; ψευδογράφημα, quia ſubiectum non legitimè determinatum eſt. Quicquid habitu ſecundum naturam præditum eſt, nõ eſt ἀπαθής. Sed omne animal (quod intelligi debet, ut in pleriſq;, & plerũq; uerũ) prȩditum eſt habitu ſecundum naturam. Quare nullum eſt ἀπαθής. ἀπόδειξις eſt, & ἔλεγχος etiam prioris paralogiſmi. Tertium eſt ἀγνοίας caput, pertinens & ipſum ad ψευδογράφημα, quod oppoſita ἀποδείξει corrigitur: quando nimirũ gemina ſignificatione Medium uſurpatur. qui Paralogiſmus in primis oppoſitus eſt, non tam demonſtrationi, quàm ſyllogiſmo, quòd Medium eius non ſit διττόν. Exempla quædam ſubijciemus. Omne ſimpliciſſimum, conſtituens quiddam, principium eſt. Omnis Atomos, eſt ſimpliciſſimum, conſtituens quiddam. Vera eſt Maior, ſi τῷ εἴδει, ſimpliciſſimum interpretere. Sed Minor falſa, quum ἄτομος, μεγέθει ſit ſimpliciſſimum. Aut ſi Maior, de ſimpliciſſimo ſecundum quantitatem intelligatur: falſam quidem eam eſſe, paſſim in Phyſicis docet Ariſtoteles, qua ratione uera tamen erit Minor. Ambabus autẽ ueris, ſyllogiſmus non erit, ſed paralogiſmus, perempto Medio, & nullo, quatenus non bis uſurpatur. Eadem forma Paralogiſtica laborat etiam argumentũ Empedoclis· Nullum principium, eſt mutabile. Omne elementum, principiũ eſt. Quæ ſimpliciter principia dicuntur rerum naturalium, immutabilia ſunt: ut Materia & Forma. Quæ reſpectu mixtorum habentur pro principijs, Elementa ſolent dici. Si ambabus ſignificationib. uocabulum principij uſurpetur, Paralogiſmus erit: ſi alterutra, falſus erit ſyllogiſmus, una uera, altera falſa exiſtente præmiſſa. Non diſſimilis eſt huic, is quoque paralogiſmus· Quicquid calefacit, id calidum eſt. Sol calefacit. Ergo ſol calidus eſt. Calefacere, & actu & δυνάμει ſolet uſurpari. Idem eſt modus reprehenſionis, qui ſuperiorum. Quodcunq; temperamentum exuperat calido & humido, peſtilentiſſimum eſt. Prima ætas exuperat temperamento humido & calido. Maiorẽ propoſitionẽ Galenus abſolutè uerã arbitratur: & ob hanc cauſam neq; Ver neq; Sanguinem, exuperantia humidi et calidi finiẽda cenſet, reclamans Hippocrati: ſed mediocritate quatuor primarum qualitatum. Quod ſi ita eſt,

fateatur

fateatur Galenus neceſſe erit, primam quoq; ętatē peſtilentiſſimā eſſe: quādo
quidē ipſo etiā aſtipulante, ſit calidiſſima ea & humidiſſima. Sed quis non ui
det paralogiſmū eſſe? Equidē ut exuperantia quædā humidi & calidi, natiua
& inſita eſt aeri: ita quædā eſt etiā externa & aduentitia, illa exiſtente ſaluber
rima, hac peſtilentiſſima. Nullum quod eſt, & permanet ſine cauſa, id habet
cauſam coniunctam. Omnis morbus factus, permanet ſine cauſa. Permanere
ſine cauſa, poteſt bifariam intelligi: nēpe abſq; cauſa gignente ipſum, itē abſq;
cauſa fouente & conſtituente compoſitum. Qua interpretatione Maior ue-
ra eſt, ſed Minor falſa. Nam morbi quidam facti, conſtituentē ſeu fouentē ha-
bent cauſam: ut intemperies, prouenientes ab humorum repletione: ut Eriſy-
pelata, Phlegmonæ, Oedemata, & ſimilia: quę cauſis, id eſt humoribus uacu-
atis, ipſę quoq; deſinunt, autore Galeno in libro contra Iulianum Sophiſtam.
Quas rationes cùm non intelligant Sophiſtæ noſtri temporis, & homuncio-
nes Dialecticæ ignari, quod argumentis non poſſunt, id maledictis & contu
melijs tueri aggrediūtur. Verùm omiſſis illis Andabatis, qui ἀποδείξεις nō in-
telligunt, & tamen ſemper cum quibuſuis diſputare uolunt, ad præſentē para
logiſmum me conferam. Scripſi enim de hac cauſa planiſſimè, ut conſtet eos
qui à medico conſiderandam hanc negent, eodem quo Methodicos, errore
ipſos implicari. Sin uerò Maior, duntaxat de antecedente, et gignente nondū
exiſtentes morbos intelligatur, falſa erit: cùm factorum etiā quorūdā ὁμόγονα
ſint αἴτια morborum. Quicquid non penetrans corpus, aut nulla ceſſione al- *Aliud exem-*
terius cietur loco, iſtud per inane mouetur. Res naturales non penetrādo mo *plum.*
uentur loco. Maior uera eſt, ſi nō penetret, neq; ceſſione corporis in quo mo
uetur, neq; ſubeundo per ipſius dimēſiones corporeas. Sed Minor falſa, quia
penetrat, propter corporum ceſſionem. Si duntaxat alterutra in Maiore, cau
ſa nō ceſſionis intelligatur: Maiorem falſam eſſe oportebit, Minorem autem
uerā. Quicquid celeriter à natura incitatur, id à ſpiritu moueri ſolet. Corpus *Aliud.*
arteriarū celeriter à natura uibratur. Argumētum eſt Eraſiſtrati, quo conatus
eſt explicare cauſam pulſus arteriarū. Cēſuit enim diſtendi arterias, quia ſpiri
tu uitali impleantur: non autem impleri, quia ζωτικῇ δυνάμει cordis diſtendan
tur. Si Maior intelligatur de natura inanimatorum, uera eſt: ſed Minor, fal-
ſa. At ſi de de natura animatorum, falſa Maior, Minor autem uera exiſtit. Itē·
Omne quo exercentur animæ actiones, anima eſt. Sed craſi & temperamen- *Aliud.*
to exercentur animatę actiones. Quare craſis eſt Anima. Paralogiſmus hic ſe
fellit Galenum. Duplex enim eſt, quo dicuntur exexceri actiones animatæ.
Vnum eſt, quo primo uiuitur: idipſum, Forma & οὐσία eſt Animę. Alterū, quo
tanquam materia & inſtrumēto, quo in genere etiam craſis exiſtit. Sed quid
inter hęc ambo interſit, non tam eſt euidens, quàm certò noſcitur quid diſcre
pent circulus, & diameter circuli. Quicquid mouetur, corpus eſt. Anima mo *Aliud.*
uetur. Ergo corpus eſt. Dupliciter moueri aliquid dicimus: per ſe, & ſecundū
accidens. Item·Omnis corruptio quæ fit alteratione, putrefactio eſt. Conco- *Aliud.*
ctio cibi in uentriculo, eſt eiuſdē corruptio. Quare cōcoctio putrefactio eſt.
Medium duplici ſignificatione parit errorem. Nam corruptio, quæ finiētem
nullam habet cauſam, putrefactio eſt. Corrumpitur autem cibus in uentricu-
lo, propter generationem utilis humoris, nempe chyli. Hac diſtinctione non
difficile eſt, paralogiſmi cauſam habere cognitam. Perſpicuum his exemplis
eſt hactenus, in concretarum rerum diſciplinis (quòd media ſenſu ipſo non
apprehendantur) quàm facilis in paralogiſmos ſit lapſus, quibus non ita cre-
bro tamen hallucinari in Mathematicis nos contingat. Conſiderandum itaq;

Quomodo καθόλου propoſitiones ſint examinandæ.

in principijs, & primis propoſitionibus, num prædicatum ſubiecto inſit, quia ipſi: circumſpiciendumq; diligenter, num inſtantia aliqua poſſit opponi, qua καθόλου eius ratio labefactetur. Eſt autem Inſtantia ſeu ἔνστασις, propoſitio, propoſitioni contraria.

Quid ſit Inſtãtia.

Propoſitio quidem omnis, niſi de multis in uniuerſum uerè efferatur, de omni ſubiecto prędicatum non enunciabitur: ac multo minus καθόλου erit reciprocum, id eſt de ſubiecto, quatenus ipſum, prædicatum dicetur. Si de paucioribus dicatur, quàm debeat dici, principium demõſtrationis eſſe nequit. hac enim ratione prædicatum ſubiecto, non quia ipſi, inerit: ut ſi quis, omne metallum ponderoſum eſſe dixerit. Ponderoſum eſſe, metallo nõ ineſt quia metallum, ſed quia participans grauibus elementis: quę cauſa ſunt, & medium, ut de omnib. reliquis grauitas prædicetur. Ergo danda eſt opera, ut tale quid prædicato ſubijciatur, ratione cuius neq; de paucioribus, neq; de pluribus quàm par ſit, ſed de omnibus, nempe καθόλου, & reciprocè prædicet aliquid de ſubiecto: gratia cuius ſubiecti, poſſit deinde prædicari de omnibus: quorum omnium ac ſingulorum reſpectu, ſunt propoſitiones, maiores nimirum præmiſſæ ἐπαγωγικῶν, ut iã antè ſæpe fuit cõmemoratum. Cõſtare de ueritate earum, per inductionem oportet, quandoquidem ſint principia: quę tum demum uera erunt, ſi nulla oppugnentur inſtantia: ac tum denique ſyllogiſmo ſuffectura, ſi de omnibus de quibus prædicatum, de iiſdem ſubiectum

Inſtantia oſtendit, propoſitionem quandam non eſſe καθόλου, aut ἀποδεικτικήν.

quoq; per ſe enunciatur. Nam ſi de quibus ſubiectum omnibus, de iiſdem per ſe prædicatum etiam non efferatur, his ἐνστατικοῖς non conſtituetur propoſitio, cùm falſitas eius poſſit inſtantia refelli: ut ſi ἐμπάθεια, corpori concreto ex contrarijs ineſſe dicitur, propoſitio non eſt, cùm non ſit καθόλου, & quadam inſtantia certè ei occurratur. Nam concreto ex contrarijs, & prædito ſecundum naturam habitu corpori, ἐμπάθεια nõ ineſt, ſed δυσπάθεια ſeu ἀπάθεια: quare ſubiectum alicui inerit, cui per ſe prædicatum non inſit tamen. Nec propoſitio, illud Enunciatum etiã cenſeri debet, quo dicitur, in omni febri calorem ab initio ferri introrſus ad partes cordi uicinas: quoniam id uerum nõ eſt in Diaria, neq; in Hectica, neq; in Continua febri: quarum inſtantia, falſitas huius propoſitionis refellitur. Aliæ ſimpliciter falſæ ſunt propoſitiones, nec limitatione aut determinatione quadam poſſunt corrigi. Vt (uerbi gratia) falſa hæc, qua dicitur, Omne concretum ex contrarijs, eſſe ἐμπαθές: corrigitur hac limitatione· Omne concretum ex contrarijs, particeps habitus contra naturam, exiſtit ἐμπαθές. Et alterum pronunciatum hoc modo· Omnis febris intermittens, & diſtincta habens interualla paroxyſmis, reuocato uerſus interiora calore: frigus externis partibus conciliat. Simpliciter falſæ, non corriguntur, ſed

Cõmunia Logica argumenta, ſunt fallacia.

ſimpliciter refelluntur inſtantijs, ut ſunt pleraq; logica pronũciata: de quibus aliàs me dixiſſe memini. Iſtius modi & generis argumentum eſt, quo nõnulli utuntur, dum ſimilitudinis cauſam explicant, qua procreata ſimilia ſunt procreantibus. Non poſſe enim ſimilia fieri genita gignentibus inquiunt, niſi ex ſimili formentur materia. Seminis materiã nõ poſſe in oẽs partes ſimilẽ diſtribui, niſi ex omnibus partibus gignentis, quaſi colliqueſcens confluat. Poſtea rurſus motu generationis, quo formatur fœtus, ſua ſpõte ſimilibus, ad loca ſimilia delatis: carneis ſcilicet ad carneas, & nerueis ad nerueas, oſſeis ad oſſeas. Hippocrates, ὅμοια πρὸς ὅμοια φέρεσθαι, inquit. Veriſimilis eſt hæc ratio, ſed quæ multis ueris, ut penitùs falſa coargui poteſt. Tale argumentum, & huiuſmodi

Ariſto. De generatio. animal. lib. α.

propoſitio quoque eſt Ariſtotelis, quando oſtendit, cerebrum à natura, cauſa temperandi calorem cordis, eregionè conſtitutum, quia ſcilicet frigidiſſimo, natura calidiſſimum temperare uoluerit. Nec non ſimilibus propoſitionibus

nibus Ariſtoteles ſentientis & mouentis animæ principatum collocat in corde. Et Galenus, ijſdem deceptus, quum propter ſimilitudinem coloris, chylo uentriculū nutriri ſcribit. Vt enim uerisſimū illud pronūciatū eſt, nutrimentū quū actu nutrit, colore ſimilimū eſſe (ut etiā alijs qualitatib.) nutrito: ita uerisſimile eſt, nō uerū, ſi q̄d colore ſimile exiſtat, ob id habēdū ꝓ nutrimēto ipſum. Sunt equidē φαῦλοι λόγοι, et argumēta futilia, quib. occurri pōt inſtātia: ut Parmenidis illud, qui eo cēſuit mulieres calidiores eſſe uiris, quia maior in his copia ſanguinis eſſet, ꝙ in uiris. Mēſtruū porrò profluuiū, ſignum eſſe abundantiæ ſanguinis: et ſanguinē, caloris. Enimuerò ſanguis excernitur non ſemper, quia multitudine, ſed quia qualitate eſt uitioſus: ut qui per hæmorrhoidas uocatas uenas, & qui per uterū profluit mulieribus. Exonerat enim eo ſeſe natura, ut crudo, & ꝓpter frigus parū elaborato: nec ſimpliciter ſanguis eſt, ſed excremētū ſanguinis: qui in corporibus, propter imbecillitatē caloris, redundat: & poſtea, tanquam inutilis, ab eadem excernitur. Eſt itaq; πρότασις admodum futilis, quæ ſic proponitur: Omnis qui à natura excernitur ſanguis, quātitate, non etiam qualitate, uitioſus eſt. Alia enim exuperantia eſt puri ſanguinis, alia redundātis excremento aut qualitate frigida. Tale eſt illud quoq; Galeni: Quicquid efficiēs eſt ſanguinis, idipſum concolor ſit oportet ſanguini. Sed nulla uena concolor eſt ſanguini. Ergo nulla uena efficiens eſt ſanguinis. Maior propoſitio, fulcitur futilisſimo illo pronunciato, quo dicitur, eodē colore præditum eſſe effectum, quo ſit agens & efficiens. Labefactatur inſtātia generis efficientium τῶν ἐντελέχειαν, quod accidentibus disſimile conſtat eſſe effectui. Similis ratio eſt Democriti, quam reddit, quum recēs natis animalibus quamobtem dētes excidant, quæritur: quia uidelicet ante tempus ipſis dentes generentur. Secundum enim naturam creſcentibus, ſimul etiam dentes creſcere: excidere autem propter uſum lactis. At ſues etiam lactantur (inquit Ariſtoteles) & tamen his dentes non excidunt. Quæ præterea contrà dici posſunt, inde ſunt requirenda. Eodem uitio laborat Ariſtotelis quoque argumētum, quum cauſam reddit, qua nimirū eueniat, ut ſola cornigera, ſuperiore dentium ordine careant: quum & cerua, & camelus etiam, non cornuta, nihilominus ſupernis careant dentibus. Quamobrem καθόλου hæc nō erit cauſa. Fortaſſe hæc erit, quia ruminant, & in plures uentres traijciunt cibos, non prorſus dentibus commolitos. Ex uſu autē ipſis erat, ut uorarent multa, uarijs recōdita uentriculis: quæ poſtea ruminando perfectè elaborata, concoquenda infimo mādarent. A parū circūſpectis ſępe, tanquā καθόλου uera pronūciata proponuntur, quæ posſunt inſtantijs euerti: & ob id propoſitiones cēſeri nō debent: quandoquidem καθόλου non ſint uerę, quantumuis uideantur. Vt cùm pleriſq;, tum Galeno etiam uidetur hoc uerum eſſe: Senſionis energīan, animam, ea parte quæ ſenſili ſpecie extrinſecus afficiatur, exercere, per neruum influente in eam ſpiritu animali. Sed reuera non ita eſt. Fieri enim nequit, ut qua extrinſecus afficitur parte, eadem quoq; ſentiat anima: quum affectio ſenſuum huiuſmodi, & πάθος, cauſa potius ſit ſenſionis, non autem ipſa ſenſio. Ipſa uerò energia ſenſionis, ad cerebrum propriè pertinet, eiuſq; energiæ primum eſt ſubiectum. Nam niſi cerebrum ſentiret omnia (quanquam non ſeipſo, ſed adminiculo affectorum extrinſecus ſenſuum, hāc exercet energīan) diſcernere, meminiſſe, phantaſia repręſentare non poſſet omnes ſenſiles ſpecies ſemetipſo: cùm ſit eiuſdem inſtrumenti & partis, & ſentire, & ſenſiones ſenſionum præſtare. Galenus idem Libro ſecundo De Locis affectis, nobiſcum ſentire, à ſeipſo autem disſentire uidetur: quum ſcribit, cerebrum uidere,

non

*Rerepti*ſ*ſimi autores, ſæpe Logicis argumētis decepti.*

De generatione animal. li. 1.

Adminiſtrationis Anatomicæ Galen. li. 6.

De Placitis Hippo. & Plato. lib. 7. circa finem.

non oculos: item cerebrũ audire, nõ autem aures: non tamen ſine oculis, aut ſine auribus. Seipſo quidem præſtare ἐνεργείας ἡγεμονικάς. De placitis Hippocratis & Platonis, oculos uidere ait ipſos, ſed propter influentem in ipſos ſpiritum animalem: eius nimirum ſpiritus qualitate deinde per aerem pellucidũ diffuſa, & inſtrumẽto eius aeris, extrinſecus attingente res aſpectabiles. Errorem hunc Galeni, libro ultimo confutauimus. Quinetiam ſenſionem doloris in parte affecta inquit eſſe, non in cerebro: ſed propter ſpiritum tamen in partem hanc adminiculo nerui, influentem. Multum primùm refert, utrum cerebrum ſentire inſtrumẽto ſenſuum exteriorũ: an ſenſus exteriores, inſtrumento cerebri, ſenſionem præſtare ſtatuamus. Etenim affectio ſenſuum exteriorum, cauſa eſt ſenſionis, non ipſa ſenſio: quemadmodum Somnus, non eſt exteriorũ ſenſuũ imbecillitas, ſed effectus ſomni: qui eſt imbecillitas ſenſus principis & communis, nempe cerebri, qua torpeſcunt deinde tanquã cauſa ſenſus externi. Præterea nec dolor eſt ſolutio unitatis, ſed doloris cauſa eſt ſolutio: nec in eodem primo ineſt, ſolutio & perceptio doloris. Nec ἀπορία, eſt in contrarijs rationibus, ſed ſequitur, & eſt effectus contrariarum rationum: ut nec ſanitas, temperies eſt primarum qualitatum, ſed aliquid in ipſa temperie, nempe habitus: nec uoluptas, motus eſt, ſed ἐνέργεια quædam, motioni inhærens. Sed Plato, Voluptatem hoc argumento conatus eſt demonſtrare, non eſſe ſummum bonum, quia uidelicet ſit motus, & γένεσις quædam. Omnẽ aũt γένεσιν, eſſe imperfectum quiddam, καὶ ἀτελές: quare pro ſummo bono non numerandam Voluptatem. Ex his quæ diximus, euidens eſt, quàm non ſint conſpicuæ προτάσεις in concretis: utpote in quibus (ut in Mathematicis) non liceat uti tanquam teſtibus & aduocatis ſenſibus, quib. ratio ipſa fidem principiorum debet, ijsq; porrò falſis exiſtentibus demonſtrari nihil queat. Falſitatem autem propoſitionũ, coarguit inſtantia, quæ uera ſit neceſſe eſt: cùm ea nihil aliud ſit, quàm oppoſita propoſitio uera, falſæ. Non enim iã loquimur de apparentibus & Sophiſticis inſtantijs, quæ ueris aliquando opponũtur propoſitionibus. Sed quid eſt quod Ariſtoteles inquit: δεῖ δ' ἔνστασιν εἰς αὐτὸ φέρειν, ἂν ᾖ ἡ πρότασις ἐπακτική; Inductione notæ propoſitiones, fundamentum ſunt omnium demonſtrationum, quas ueriſſimas eſſe oporteat, & nulli ψεύσεως labi obnoxias: quam tum demum integritatem obtinent, ſi de quocunq; per ſe ſubiectum prædicetur, de eodem efferatur etiam uerè prędicatum. Qua ratione non tantum de pluribus, ſed etiam omnibus, & prædicatum de ſubiecto καθόλου, quo ſine nihil demonſtratur, enunciari conſueuit. Ergo de quibus ſubiectum omnibus, de ijſdem prædicatum etiam: & de quibus omnibus prædicatum, de ijſdem ſubiectum quoq; uniuerſis enunciabitur. Nã ſi de paucioribus Medium, nempe ſubiectum προτέρως efferatur, quàm prædicatum, propoſitio non erit ἀποδεικτική: quia non de omnibus, neq; καθόλου erit propoſitio, cuius pars Minor eſt, & concluſio: quarum ſubiectum de paucioribus dicitur, quàm ſubiectum propoſitionis Maioris, cuius etiam ſunt partes. Quòd ſi ſubiectum propoſitionis ad plura ſe proferat, quàm prædicatũ, ne tum quidem πρότασις erit: quoniam ei, ut falſæ, inſtantia καθόλου uera opponi poterit. ut huic: Omne concretum ex contrarijs, ἁπλῶς exiſtit: ſubiectũ, nempe medium, latius ſe prædicato profert. Quippe habitu ſecundum naturam prædi-tum, quoddam eſt ex contrarijs concretum, de quo tamen ἁπλῶς, non prædicetur. Hanc ob cauſam, prior nõ erit inductione uera, ſeu ἐπακτικὴ πρότασις: quum de pluribus Medium, quàm prædicatum, uerè dicatur. Neq; etiam ſi de non pluribus, ſed paucioribus, ut paulo antè oſtendimus: ſed huic poſteriori uitio,

Lib. 6. Topic. loc. 31.

Quid ſit uera inſtantia.

Non eſt καθόλου, neq; ἐπακτικὴ propoſitio, cuius ſubiectum aut anguſtius, aut latius ſe profert prædicato.

uitio, non opponitur inſtantia, ut priori. Atqui inſtantia nulla poteſt in ſyllogiſmo eſſe uſui, niſi ſit ipſa quoq; propoſitio ἐνστατική: ac eius prædicatũ, nec de pluribus, neq; de paucioribus quàm ſubiectum, efferatur: quod ſubiectum (ut dixi) ſyllogiſmi Medium eſt. Vt. Nullum concretum ex contrarijs, & habitu ſecundum naturam præditum, eſt ἀπαθής. Omne animal, concretum ex contrarijs, & habitu ſecundum naturam præditum eſt. Ergo, Nullum animal eſt ἀπαθής. Sic ex inſtantia ſit propoſitio. res quidem eadem eſt, Propoſitio & Inſtantia: ſed relatione duplex. Decæterò uel diuidẽdo falſam propoſitionẽ, corrigit inſtantia: uel nulla correctione, penitùs eam refellit. Exemplum prioris eſt, quando propoſitio hæc falſa: Omne cõcretum ex cõtrarijs, eſt ἀπαθής: et limitatione inſtantiæ hac corrigitur, qua nimirum dicimus: Nullum ex cõtrarijs concretum, habituq; naturali prꝫditum, eſſe ἀπαθής. Quæ ſi uera eſt πρότασις, illa quoq; uera erit, qua dicitur: Omne concretũ ex cõtrarijs, habitu cõtra naturã prꝫditũ, eſſe ἀπαθής. His utriſq; ueris, falſam paulo antè poſitã, diuiduã eſſe cõſtat. Tota refellit̃ ꝑ inſtãtiã, hoc modo: Quilibet ſenſus, ſemetipſo exercet energiã ſenſionis. Iã antè oſtẽdimus, ꝙ nullus, propterea ꝙ princeps & unus ſenſus, hãc præſtet energeiã, nẽpe cerebrũ, ſeu ſenſus cõmunis. Dico aũt refelli totã, ut falſam, quia ſubiectũ eius nulla ratione poſſit limitari, qua prædicatum per ſe ei ineſſe intelligatur. Etenim per accidens, ſenſionis energeia, ſenſibus externis & non per ſe, conſueuit ineſſe. At concretum ex contrarijs, ſic limitari poteſt, ut limitato, per ſe ἀποδείξει uideat̃ ineſſe. Proinde πρότασις nõ erit, cui ἔνστασις uera opponitur: nec ἔνστασις erit, qua occurritur propoſitioni ueræ: quandoquidem propoſitionis deinde in ſyllogiſmo uſum habeat, quæ prius uim habebat inſtantiæ, ac non minus quàm propoſitionibus, ijs cùm demonſtrationes, tum Dialectici ſyllogiſmi conficiantur. Ariſtoteles libro octauo Topicorum, Dialecticũ προτατικόν & ἐνστατικόν eſſe dicit. Quid deinde ſit Propõere, quid Inſtare, his docet uerbis: δεῖ δὲ τὸ μὴ προτείνεσθαι, ὃ ἓν ποιεῖν τὰ πλείω. ἓν δεῖ γάρ, ὃ ὅλως λαμβάνεσθαι πρὸς ὃ ὁ λόγος. τὸ δ' ἐνίστασθαι, τὸ ἓν πολλὰ ἢ γὰρ διαιρεῖ, ἢ ἀναιρεῖ. In propoſitione, certè non aliquo modo unum ſubiectum eſſe oportet, de quo omni dicatur prædicatum. Non enim quoduis plurium illorum, ſimpliciter καὶ ὅλως ſubiectum unum illud eſt, de quo enunciatur prꝫdicatum: ſed id quo plura et ſingula illa uno ὅλως perſtringuntur, cum prꝫdicato reciprocum. Si latius ſe proferat ſubiectum, non uera erit propoſitio: ſed eam uel cauſa limitationis, diuidit inſtãtia: uel ſine limitatione, prorſus è medio tollit. Vtriuſque exemplũ paulo antè dedimus. Vt autem Propoſitio, ex multis facit unũ: ſic Inſtantia, quod tanquam unum proponebatur, id non unum eſſe oſtendit, ſed multa. Subiectum enim propoſitionis neq; corrigitur neq; tollitur ſine diuiſione ſubiecti, quod perperam & falſò ponebatur pro uno. Inſtantia non unum probat eſſe ſubiectum: prædicatumq; per ſe, ſubiecto alij ineſſe oſtẽdit: quæ loco deinde ſit propoſitionis, ueram à falſa ſeparãs. Cæterùm ἔνστασις, reſpectu ſubiecti propoſiti, multa de quibus enunciatur prædicatum, nõ unum eſſe: & de ipſis, non quia ſint unum καθόλου illud, ſed quia multa, falſo prædicatũ efferri probat. Atq; id ipſum eſt, quod Ariſtoteles hoc loco ait: τὸ δ' ἐνίστασθαι τὸ ἕν, πολλὰ ποιεῖ. Id eſt: Prædicatum de multis, non quia unum, ſed quia ſubiecta multa, per ſe falſò ac perperam prædicari oſtendit Inſtãtia. Correctrix falſæ eſt propoſitionis: poſtea ipſa, ut uera propoſitio adhibetur ad ſyllogiſmũ: quæ quidem omnis aut ἀποδεικτική eſt, aut διαλεκτική. Reliquæ enim apparẽt eſſe, nõ autem reuera ſunt inſtantiæ. Quæ aut quales ſint Dialecticæ ἐνστάσεις, tradit Ariſtoteles libro octauo Topicorum: de quibus in prꝫſentia non eſt opus, ut

Quid ſit προτείνεσθαι, et ἐνίστασθαι: item προτατικόν et ἐνστατικόν eſſe.

ἐνιστάμενος ἢ διαιρεῖ, ἢ ἀναιρεῖ.

pus,ut plura diſſeramus,ad ἀπόδειξιν ſcilicet nõ pertinentibus. Vacare debet
autem demonſtratio,non modò falſis propoſitionibus, uerumetiam fallacib.
collectionum formulis, quas ἀσυλλογίστους uocãt. Vtrũq; in Parmenide & Me
περὶ ἀσυλλογίστων.
liſſo,reprehendit uitium, primo Phyſicorum libro Ariſtoteles. Nos, quæ de
aſyllogiſtis etiam hoc loco admonenda erunt,ſilentio non prẹteribimus:quę
nimirum ad contextum demonſtrationis faciunt, & quatenus ad inſtitutũ no
ſtrum pertinebunt. Maiores propoſitiones,ſeu προτάσεις, quomodo per Inſtã-
tias excutiendæ & ponderandæ ſint,ut eas quàm ueriſſimas habeamus, pau-
lo antè fuit dictum. Nũc quomodo ſubijciendæ Minores ſint propoſitiones,
conſiderabimus:quarum ſubiecta ſubeſſe Medio termino, ſi tam euidens eſ-
ſet in concretarum rerũ diſciplinis, quàm eſt perſpicuum in ſecretarũ, & Mathe-
maticis,nullo errore, nulloq; negocio cõfici demonſtrationes poſſent. Subie
ctum Minoris,ſubiecto Maioris tanquam medio ſubijci,eodem accidẽte φαι-
νομένων,tanquam ſigno quodam exploratum fit. In Secunda figura,frequens a-
ſyllogiſtos eſt,per conſectaria ſigna: quo plurimum utuntur Rhetores, amba
bus præmiſſis affirmantibus. In Prima figura ſi quid cõcludatur, τεκμήριον eſt:
nec fallit ſignum,ſeu φαινόμενον pro medio uſurpatum:in Media,quia conclu
ditur ἀσυλλογίστως,fallax eſt. Si propoſitio Maior eſt καθόλου & reciproca,nõ eſt
dubium,quin ἑπόμενον ſignum, in Secunda figura tam poſſit pro Medio uſur
pari,quàm uſurpatur pro medio in Prima,qua uim habet τεκμηρίου. Ad id oſtẽ-
dendum,ſuperiore utamur exemplo. Propoſitio expers Inſtãtię,et καθόλου, eſt
hæc·Omne cõcretum ex contrarijs, præditum habitu contra naturam, ἀπα-
θὴς eſt. Omne animal ægrotãs, eſt ἀπαθὴς. Ergo, Omne animal ægrotans, eſt
concretum ex contrarijs, præditum habitu contra naturã. Hoc modo, ex am-
babus affirmantibus in Secunda figura, colligitur uerum. Nam Maiore con-
uerſa, τεκμήριον erit: ſigno, medium inter extrema occupante locum. Quia fa-
cilis eſt conuerſio, nolo ſyllogiſmum in Prima aſcribere, ne ſim longior. At ſi
Maior non eſt καθόλου (ut diximus) πρότασις,in Secunda figura,fallax erit aſyl
logiſtos: nec de ſubiecto Minoris, ſubiectum Maioris, id eſt medium per ſe
prædicabitur. Vt:Omnis phreneticus,eſt furioſus. Omnis Maniacus,eſt furio
ſus. Ergo, Omnis Maniacus eſt phreneticus. Falſa cõcluſio: qua falſitate intel
ligo, furioſum eſſe, latius ſe proferre quàm ſubiectum Maioris: & ob id, nõ κα-
θόλου eſſe propoſitionem, ſed partem καθόλου propoſitionis: et ratiõe huius ſub-
iecti, prædicatum dici quoq; de paucioribus quàm conueniat, animaduerto,
falſa aſyllogiſti concluſione. Ex quo euidens eſt, utramq; hanc præmiſſam, κα-
θόλου cuiuſdam alterius Minorem eſſe, ſeu ſubſumptionem, non primam πρότα-
σιν eſſe ipſam: ut propoſitiones huius·Omnis, cui acribus humoribus cerebrũ
afficitur, furit. Phreneticus furit. Ergo phrenetico cerebrum acribus infeſta-
τεκμήριον aliud eſt ἀποδεικτικόν, et aliud διαλεκτικόν. de Dialectico, aliis diximus.
tur humoribus. Maiore ſimpliciter conuerſa (ut καθόλου propoſitiones cõuer-
ti, & reciprocæ eſſe ſolent) τεκμήριον erit. Hoc ſyllogiſmo deprehendo, con-
cluſionem, nempe quæ eſt: Omni phrenetico, cerebrum acribus infeſtaĩ hu-
moribus: per ſe Maiori propoſitioni, quæ eſt uera πρότασις, ſubſumi ac ſubijci,
tanquam minorem. Quibus utriſque, ſyllogiſmus conficitur ἐπαγωγικός: in
quales ſyllogiſmos retexitur demonſtratio, quum eadem ex ijſdem, tanquam
primis, etiam cõtexatur. Oſtendimus modum & Methodum, qua προτάσεων
ueritas, qua item ijs ſubiectæ minores propoſitiones ſint inueniendæ & pen
ſitandę: per Inſtantias nimirũ, & ἑπόμενα φαινόμενα: quæ perobſcurè hoc loco
tradidit Ariſtoteles, explicata ſummam habent utilitatem. Subiecta quæ ſen-
ſum effugiũt, diximus deprehendi per φαινόμενα: nec ſi idem ſequatur ad duo,

ob id unum alterius pars ſeu ſpecies erit:niſi aſyllogiſtos Secundæ figurę,poſ
ſit reuocari ad Primam.Qua ratione,licet quidem λέγειν ἀσυλλογίστως: cum ni
hilominus ea quæ dicuntur, non ſint tamen ἀσυλλόγιστα omnia. In Secunda fi-
gura quid interſit inter συλλογιστὰ & ἀσυλλόγιστα, non eſt perſpicuum, nulla ap
parente diſtinctione: quum ſit nimirum ἐνδεχόμενον,ueris præmiſſis poſitis,&
ueram & falſam eſſe concluſionem,quorum φαινόμενον ,eſt Medium.Propter
aſyllogiſton itaq; Secundæ figuræ,diſcrimen (inquit Ariſtoteles) ueri & fal-
ſi,οὐχ' ὁρᾶται.Primæ autem adminiculo figuræ,plerumq; noſcitur, quo diſcutit̃
Secundæ aſyllogiſti ambiguitas.Exemplo Cenei,quid uellet,planum fecit.Is
incrementum citò amplificati ignis,ſubiectum per ſe oſtendit eſſe:aut potius
ſubeſſe huic prædicato,quod eſt:Quicquid multiplicata fit proportione,hoc
ſyllogiſmo: quem tamen ἀσυλλογίστως in Secũda figura colligit,tali medio φαι
νομένῳ·Quicquid multiplicata proportione fit,illud citò naſcitur.Incrementũ
amplificati ignis,citò naſcitur.Ergo incrementum amplificati ignis, multipli
ci proportione fit. Si maior conuertatur,ſimpliciter τεκμήριον erit:quodq; cõ-
cluditur,συλλογιστῶς colligetur.Talibus autem præmiſſis exiſtentibus,in Ma-
iore prædicatum ſeu conſequens celeris & uelocis generationis,erit multipli
cata proportio . Et ignis citò naſcentis uel creſcentis, conſequens erit, uelox
& celerrimus motus.Et in concluſione, conſequens erit eiuſdẽ ſubiecti,mul-
tiplicata proportio.Cæterùm concluſis ſyllogiſmorum falſis,non poteſt fieri,
quin aut ambæ , aut præmiſſarum altera ſaltem ſit falſa. Non autem contrà
accidit,ſi uera ſit concluſio,ut ob id etiam omni falſitate præmiſſæ careãt.Ex-
plicationem certè facilimam,omnis demonſtratio ac ſcientia haberet, ſi con-
cluſione uera exiſtente , præmiſſæ etiam ex neceſſitate eſſent ueræ: nec falſis
poſitis,ſequeretur unquam uera concluſio.Ex neceſſitate enim pręmiſſarum
cum concluſione,reciproca eſſet conuerſio: ut ſi α exiſtente,neceſſe ſit β eſſe:
quod concluſum ego ſciam uerum eſſe.Ac rurſus, quæ uera eſſe concluſa co-
gnoſcam,ſi ob id ipſum neceſſe ſit etiam α,id eſt mediũ uerè cum his eſſe con-
iugatum , analyſis ſcientiæ perfacilis erit.Concluſis enim ueris, oſtendam ui-
ciſſim medium quoque quadrare, & eſſe uerum.Nec ſolum ueris medijs, cõ-
cluſa uera,ſed etiam concluſorum ueritate, demõſtrabitur ueritas mediorum
& pręmiſſarum.Circulo in demonſtrationibus non eſſe locum, Libro ſecũdo
planum fecimus. In concretis , per φαινόμενα , prædicatum ineſſe ſubiecto , li-
quidò cognoſcitur , occulta nihilominus & abſtruſa plerumq; medij & cauſæ
exiſtente ratione:ſecus,atq; in Mathematicis,in quibus quòd ſint cõcluſa ue-
ra, euidens ante demonſtrationem non eſt,principia uerò & cauſę ſunt euidẽ
tiſſimæ,& quaſi ob oculos poſitæ. Nec prius concluſa Mathematica uera eſ-
ſe cognoſcuntur , quàm fuerint cauſis ſuis demonſtrata. Quare reciprocatio
magis locum in his habet: quia ut ex ueris ſequitur cõcluſio, ita uera ſi cogno
ſcitur eſſe concluſio, multo certius nõ erratum in medijs & principijs cogno
ſcitur,quàm in concretis: propterea quòd media non ſunt adulterata accidẽ-
tibus propter ſecretionem in Mathematicis.Quo fit, ut media Mathematica
nihil aliud ſint,quàm finitiones prædicatorum: quum ijs neq; materia, neque
efficiens,neq; finis,ſed duntaxat ipſa per ſe eſſentia & forma, ſeu ſpecies præ-
dicati explicetur.In concretis & Phyſicis autem διὰ τί,uarijs & multis propo
ſitum demõſtrat̃ cauſis . Nã ut in Phyſicis ſcribit Ariſtoteles: ἢ γὰρ εἰς τὸ τί ἐστιν Phyſi.lib.B.
ἀνάγεται,τὸ διὰ τί,ἔσχατον ἐν τοῖς ἀκινήτοις, οἷον ἐν τοῖς μαθήμασι. εἰς ὁρισμὸν γὰρ τοῦ Quid ἔσχα-
εὐθέος, ἢ συμμέτρου, ἢ ἄλλου τινὸς,ἀνάγεται ἔσχατον.Appellat hoc loco ὁρισμὸν,καὶ τος ὁρισμὸς
τὸ τί ἐστιν ἔσχατον:quandoquidem alij ſint ὁρισμοὶ πρῶτοι prædicatorũ,quoad illorũ & πρῶτος.

o existunt

exiſtūt ſcilicet λόγοι ἐννοηματικοί: de quib. aliàs. Quibus ſunt oppoſiti ἔσχατοι, nempe media demonſtrationū: Finitiones nimirū prędicatorū αἰτιώδεις, quarū ὅτι & διὰ τί, ſimul demonſtrando in Mathematicis noſcunt. In rationibus & diſciplinis concretorum (quas hoc loco διαλόγους Ariſtoteles appellat, opponens eas διαγράμμασι Mathematicorum, quibus quaſi deſcribuntur & depinguntur ſubiecta demonſtrandarum proprietatum) φαινομένοις accidentibus, ὅτι δὴ, cauſam ſubiecto ineſſe oſtendimus. Poſtea per ἀντιστροφὴν concluſionis & medij, per cauſam demonſtramus, φαινόμενον accidens ineſſe ſubiecto: illa quo ad nos, hac uerò natura & ſimpliciter, priore demonſtratione. Res nota, non deſiderat exempla: nec obſcura eſt ratio, propter quā Mathematicæ demonſtrationes differant à diſciplinis, conſiderantibus res ſuas ἐκ προθέτος. Prius apprehenduntur à nobis accidentia concretorū, quàm ſubiecta & cauſæ eorundem, quum ſint expoſitiſſima ſenſibus. Reliqua duo duntaxat percipiuntur ratione & intelligentia, non ſenſu. Si proprium accidens ſeu πάθος, monſtretur de ſubiecto, neceſſe eſt concluſionem cum medio eſſe reciprocā: quandoquidem in definitione prædicati ſeu accidentis includatur medium, nempe cauſa & ſubiectum. Quare ſi medium erit, ex neceſſitate prædicatum inerit ſubiecto: & prædicatum, nempe πάθος, ſi ſubiecto ineſt, mediū quoq; oportebit eſſe: cùm neq; finitio accidentis ſine cauſa & ſubiecto, nec cauſa & ſubiectum ſine effectu cognoſci queat: cùm cauſa & ſubiectū, ad πάθος, tanquam ad effectum referantur. In concretis, quibus ſubiectis primò πάθη inhæreant, noſcendum ſenſu: aut ſi ſenſu id percipi nequit, indagandū ratione: quæ ratio, medium eſt, quo uel cauſa demonſtratur de ſubiecto in concluſione, uel proprium πάθος. Vtroq; modo concluſio reciprocatur cum medio: quando nec ſubiectum, nec cauſa, in pluribus aut paucioribus, quàm proprium πάθος reperiatur. debent enim omnia in Demonſtratione eſſe ἀντίστροφα, ut proprium cum ſubiecto, & cum utriſq;, definitio proprij πάθους. reliquorum enim nihil eſt ἀντίστροφον. Quamobrem ſi cum ſubiecto quod prædicatur, non fuerit ἀντίστροφον & reciprocū: nō per ſe, ſed ſecundū accidēs medio, cōcludet prædicatum ineſſe ſubiecto. ut ſi cauſam de ſubiecto, quiſpiā hoc probet medio· Quicquid ſpirat, animal eſt. Omne quod habet pulmones, ſpirat. Ergo, Quicquid pulmones habet, animal eſt. Vera ſunt omnia, ſed non ἀντίστροφα: quamobrem demonſtratio his non cōficitur, neq; ὅτι δὴ, neq; διότι. Medium enim, neq; definitio eſt Maioris termini, neq; proprium illius πάθος, ſed ei per accidens ineſt, quanquam per ſe uidetur etiam ineſſe: propterea quòd maius extremum non modò per ſe de minore termino efferatur: ut animal prædicatur per ſe, ſecūdo modo, de habente pulmones, quod eſt minus extremum in hoc ſyllogiſmo: ſed etiam de medio, ut de ſpirante: per ſe tamen, non καθόλου ratione, quam requirit demonſtratio perfecta. Itaq; concretarum rerum diſciplinæ, Mathematicis ſunt ἀκριβεῖς etiam ab hac parte inferiores: ac non modò primorum atq; ἐπαγωγικῶν Syllogiſmorum in his minor eſt euidentia, uerùm demonſtrationes etiam magis laborant accidentibus: quoad crebrius ſcilicet uſurpantur in his media, quę cum utriſq; non reciprocātur extremis, nec definitiones ſunt etiam prædicati termini: quia uidelicet, propter concretionem, minus diſtingui accidētia, ab his quæ per ſe inſunt, poſſunt. Maior propoſitio in hoc ſyllogiſmo, non eſt per ſe propoſitio καθόλου: quoniam Animal non per ſe καθόλου continetur in definitione ſpirantis, ſed Animal habens pulmones: tametſi Minor, per ſe καθόλου propoſitio eſt, & reciproca. Demonſtratio itaq; non eſt, ſed popularis quędam ratio, quæ hoc ſyllogiſmo explicatur.

Hæc

Hæc uerò eſt genuina ὅτι demonſtratio, qua accidens proprium, tanquã medium, reciprocè cum extremis iungitur in pręmiſſis: quibus conſtitutis, concluſio etiam reciproca eſt, & eadẽ reciprocatur quoq; cum medio: quæ maxima eſt ἀντιστροφὴ, qua cognoſcitur non modò concluſio, ſi uera ſit, pręmiſſas quoq; ueras eſſe, ſed qua per ſe et neceſſariò etiam uera, cùm neceſſario et per ſe medio, exiſtit reciproca. Vt ſi ὅτι demonſtres, omne quod habeat pulmones, dilatare & aſtringere pectus, per muſculos, & diaphragma: medio, quod eſt proprium φαινόμενον accidens, cuius ſubiectum ſit pulmo, cauſa efficiens, pectus muſculis præditum, ſi cauſam pro medio poſueris, ὅτι demonſtratio, διότι demonſtratione permutabitur. Perfectis itaq; demonſtrationibus, non modò uera exiſtente concluſione, ueræ ſunt præmiſſæ, ſed etiam propoſitiones & termini ſunt reciproci: & cõcludi aliàs per effectũ cauſæ, aliàs per cauſam, effectus demonſtrari poterit. Quòd ſi per accidens media aſſumãtur, aut falſis, aut nõ neceſſarijs pręmiſſis: uera & neceſſaria propoſitio, haud demonſtrabitur. Vt tremulorum uibrationem reciprocam, ſi Galenus hoc demonſtret medio· Contraria principia motionis in membris, reciprocè uibrant ultrò citroq; membra. Sed in omnibus membris grauitas & facultas animalis, ſunt contraria principia motionis. Ergo, In membris grauitas & facultas animalis, uibrant reciproco motu membra. Huic concluſioni, tanquam Maiori, ſi ſubijcias hanc Minorem: In omni tremulo, ineſt membri grauitas ſimul, & facultas animalis. Ergo, In omni tremulo, ineſt reciproca uibratio mẽbrorũ: uera concluſione, præmiſſæ erunt falſæ. Nam quamuis grauiras ſemper, & omnib. inſit membris, & ea ſint omnia nutabunda deorſum: nihilominus reſpectu tremulæ motionis, accidit grauitas membris, non autem eius per ſe cauſa exiſtit. Cæterùm falſum eſt quod ſumitur, grauitatẽ facultati animali eſſe contrariam. Nam grauitas, leuitati eſt oppoſita: nec minus, facultas deorſum mouet membra ſecundum naturam, atq; grauitas: ut quando ſponte uibramus, oppoſitis motibus, membra: quales ſunt etiam alarum in auibus tremulæ uibrationes. Contra naturam aũt tremunt, cõtraria cauſa: & oppoſita eius quietis (quæ appellatur tonica) cauſæ. Quæ nimirum eſt imbecillitas tonici roboris, oppoſitis muſculis: paruis interuallis quibuſdã ſubinde parumper tenſis & relaxatis, nõ grauitate & facultate animali, alternis motibus inter ſe pugnantibus: præſertim cùm nõ modò ſuſq; deq;, ſed in obliquũ etiã & trãſuerſum uibrari ſoleãt mẽbra trementia. Per accidens cauſa & medio, decepti etiã fuerũt medici ueteres: qui poſt hortorẽ omnẽ, cẽſuerũt ſubſequi febrim. Poſt horrorẽ tñ nõ ſequit̃ febris, niſi uapor ſit putridus. Cauſa per ſe horrotis eſt, refrigeratio dolorifica neruoſarũ partiũ: quẽ dolorẽ ſequit̃ cõcuſſio illa corporis, quę horror aut rigor appellat̃. Refrigeratiõis iſtius cauſa eſt, aliàs acris humor, ut bilis flaua, motu ſuo uellicãs neruoſas partes: q̃ cõtingit, ſanguine impetu quodã uerſus interiora facto, exangues quodãmodo neruos frigore affici. Similẽ frigoris ſenſum atq; moleſtiã, frigidi etiã humores cõciliãt. Extra uenas excreti humores illi, ſi putreſcãt, neceſſe eſt poſt rigorẽ, ſequi febrim. Sed putreſcens, quatenus putreſcit, nõ eſt cauſa rigoris: ſed quatenus motu ſuo frigorifico, dolore neruoſa moleſtat: quæ poſtea refrigeratio, unà cum horrore, calore naturali & febrili, ab internis uerſus exteriora quaſi poſtliminiò prorũpẽtib. diſcutit̃. Quòd ſi frigidiſſimo humori, ut uitreo, nõ accidat putredo: neruoſis partibus, eodẽ modo affectis, cõtinget ſine febri horrorẽ aut rigorẽ excitari. Item quòd gleba mouetur ſecundum naturam, ad locum terrę, cauſa & medium eſt grauitas. Qui ſimilitudinem pro cauſa allegãt, per accidẽs cau-

Exempla demonſtrationũ, in quibus per accidẽs mediũ & cauſa adhibetur.

ſa utuntur, nec propoſitum demonſtrant. ut quando ſic argutātur: Quicquid natura ſimile eſt terræ, id ad locum terræ, ſecundum naturam mouetur. Omnis gleba, ſimilis eſt terræ. Ergo, Omnis gleba, ad terræ locum mouetur ſecundum naturam. Similitudo quæ accidit glebæ, non eſt motus naturalis glebæ cauſa, ſed grauitas. Alioqui ſi terra extra centrum uniuerſi eſſet, gleba ſecundum naturam à cētro, & nō ad centrū moueretur. Nec eſt quòd dicat quiſpiā, pro antecedente poni aliquid, quod non poſſit fieri. Quamobrem quum nō poſſit extra cētrum mundi collocari terra, cōſequi etiam oportet, ut à centro non poſſit moueri gleba. Reſpōdemus, ſimilia quatenus ſimilia, qualitate, nō loco definiri. Quare ſi propter ſimilitudinem mobilis eſt gleba, ſecundū eandem quieſcet etiam: & qua, extra centrum, gleba naturaliter, eadem ſimilitudine terra etiam tota, extra centrum quieſcere poterit. Simile huic argumentum eſt, quum nonnulli dicunt, quietis terræ in medio cauſam eſſe: quia ęqualiter ea ab ambitu cœli diſtante, nulla cauſa ſit, quare huc potius, quàm illuc moueatur. Galenus incrementi & conſeruationis corporis animati, per ſe cauſam dicit eſſe, calidum inſitum: quo tamen ipſo confici, & abſumi corpus, & humidum ſiccari natiuum, experimur, non ſuppetente nutrimento. Quare calidum natiuum, per ſe non eſt cauſa conſeruationis, ſed ſecundum accidens. Anima autem, per ſe cauſa eſt. Perinde enim dixerit quiſpiam, calorem per ſe cauſam uigoris corporis: atq; ſi quis ignem, non fabrum, per ſe cauſam eſſe dicat tripodis. De calido inſito, ſic ſcribit Galenus: τὸ θερμὸν δ' οὐκ ἐπίκτητον, οὐδ' ὕστερον τῆς ζώου τῆς γενέσεως, ἀλλ' αὐτὸ πρῶτόν τε καὶ ἀρχαίγονον, καὶ ἔμφυτον. καὶ ἥ γε φύσις, καὶ ἡ ψυχή, οὐδὲν ἄλλο, ἢ τοῦτ' ἐστίν, ὥστ' οὐσίαν αὐτοκίνητόν τε, καὶ ἀεικίνητον αὐτὸ νοῶν, οὐκ ἂν ἁμάρτοις. Quæ quàm ſint conſentanea Phyſicis demonſtrationibus, excutiendum eruditis relinquo. Exempli cauſa, commemorāda hæc eſſe putaui: ut ſtudioſi intelligant, quanta in Phyſicis, & aliàs reliquis diſciplinis concretarum rerum, cautione ſit utendum: ne per accidens medio demōſtrare quidpiā aggrediamur. Accidens autem appello, quod per ſe cum extremis nō eſt coniunctum: ac principijs quidem ueris exiſtentibus, neceſſarijsq;, ne irrepat in demōſtrationes accidens, nō eſt metuendum. Penes enim principia, nō pars dimidia, ſed tota demōſtrationis uis et ueritas cōſiſtit. Quamobrē, autore Ariſtotele, μετιέναι πειρατέον ἑκάστας ἀρχάς, ᾗ πεφύκασι. καὶ σπουδαστέον ὅπως ὁρισθῶσι καλῶς· μεγάλην γὰρ ἔχουσι ῥοπὴν πρὸς τὰ ἑπόμενα. δοκεῖ γὰρ πλεῖον, ἢ τὸ ἥμισυ τοῦ παντός εἶναι ἡ ἀρχή. καὶ πολλὰ ἐμφανῆ γίνεσθαι δι' αὐτῆς τῶν ζητουμένων. Quæ demōſtrātur omnia, uel antè demonſtratis quibuſdam, uel principijs certè explicantur. Reuocantur autem prius demonſtrata, etiam ad principiorum fidem: ut meritò ueritas & fides pręcipua ſit in principijs, & ob hanc cauſam, demōſtraturis etiam diligentiſſimè perpendenda excutiendaq; uideantur. Præterea creſcunt & augentur demōſtrationes in diſciplinis, tam paruis inchoatæ, & tā paucis principijs. Triplex autem ratio eſt augendi eas. Prima, qua propoſitum idem, diuerſis demōſtratur medijs: ut in Phyſicis fieri ſolet, quū demōſtratur quidpiam multifariam, medijs & argumentis cauſarū, quibus naturalia πάθη fiunt: quæ nō tantum formæ cauſa ſunt (ut Mathematica) uerumetiam materię, & efficientis, & finis gratia fiunt. Vt grauitatis πάθος, quoad fit, materiæ & efficientis ratiōe mōſtratur. Quicquid enim cauſa partium materiæ cōdenſatur, & ex tenui fit ſpiſſum, ingraueſcit. Deinde leuiū elementorū, ut permutent in pōderoſa, cauſa effectrix eſt frigus. Quæcunq; eñ calore extenuant, & leuia fiūt, uiciſſim ſolent hęc frigore cōdēſari & ingraueſcere. Deinde grauitatē elementis ineſſe oſtendimus, partim medio cauſæ, quę eſt Forma conſtituens οὐσίαν talium

Ariſto. lib. 4. De cœlo.

In libro de quatuor cōtra naturā motibus, ut rigore, ſpaſmo, &c.

Ethicorum Nicomac. lib. α.

Triplex ratio argumēti Demonſtrationū.

οἰκείαν talium elemẽtorum, partim medio cauſę finientis: ut nimitum ad locum ſuum, nempe ad cẽtrum uniuerſi, moueanť, et in eodem queſcãt. Quãobrem elemẽta non ſint ſinceris qualitatibus prædita, plures ſunt cauſæ. Etenim materia eſt in cauſa, quia particeps contrariorum: deinde forma. etenim quia naturalis, non modò ad agendum eſt efficax, uerumetiam ad patiẽdum habilis. Tum quoque efficiens & miſcens cauſa, corpus cœleſte. Poſtremò finis, propter mixtorum generationem et conſeruationem. Puris enim elementis neq; naſci illa, neq; conſeruari potuiſſent. Haud longè ſecus animatæ facultates omnes, & earum energíæ monſtrantur, ὅτι δὲ, finitione corporis organici animati. Sed εἶδος, formæ ratione: quæ ipſa quoq; finis eſt, & efficiẽs cauſa. Referti ſunt harum cauſarum demonſtrationibus libri Galeni, De uſu partiũ corporis humani. Nihil deniq; diſputari ſolet in Phyſicis, quin aut omnibus, aut pleriſq; his cauſis, ſymptomata, aut propria πάθη demonſtrentur ineſſe: quoniam nonnulla fiunt, non propter finem, ſed duntaxat propter materiæ neceſſitatem: ut uox grauis, uel acuta, uel fuſca: nigri, aut glauci oculi: crines plani; aut criſpi: color cutis albicans, aut niger: bene habitum, aut rugoſum corpus: ſed de his alio loco dicturi ſumus. Veteres Phyſici propemodũ omnes, Phyſicos effectus, ratione materiæ monſtrare ſunt conati. Cenſuerunt enim materiã ſolã, eſſe οὐσίαν rerũ. Materiæ cauſa multa fiunt, quæ tamen coniunctã huic neceſſitati finientem habent cauſam: ut quòd pueri ſunt calidiores & humidiores aliarum ętatum hominibus, materia generationis eſt in cauſa. Deinde cauſa finiens, eſt incrementum corporis. Effectrix eius cauſa, eſt anima. Senectutis cauſæ ſunt duæ dũtaxat: nempe materia, quæ eſt humidum inſitum: & calidi efficientia: quę inefficacior eſt conſeruãdo humidum inſitum illud, nutrimenti affluxu, quàm id ipſum cõſumendo. Quod propter mediocritatem; in prima ætate eſt efficaciſſimum: poſt adoleſcentiam, feruidius, ferè quãtum apponit, tantum abſumit: prouecta ætate frigidius, minus apponens, tabefacit corpus, ut in Maraſmo febrili magis quàm par ſit humidũ cõſumens, molem corporis deſtruit. Propoſita Mathematica, tam uarijs & multis cauſis nõ monſtrantur: quãdoquidem ſecretas à materia atq; motu, ſpecies conſiderẽt. Sed duo ſunt alij reliqui modi, quibus demõſtrationes creſcũt in diſciplinis. Vnus eſt, quando aliud ſubinde, & aliud demonſtratur, prioribus demonſtratiõibus aggregatis & adſcitis ad poſteriores. Vt ſi α propter β inſit ſubiecto, & β eidem inſit propter γ, & γ rurſus ei inſit propter δ. Eſto α prædicatũ proprium, quod triangulo inſit: quia ineſt ei, tres habere æquales exteriori & interiori angulis. Exterior angulus æqualis eſt duobus oppoſitis: quia linea parallela diuidens externum, unum facit uni: ut externum interno, & alterum alteri, ut coalternum cõſtituit coalterno æqualem. Poſtremò tales inter ſe æquales eſſe angulos parallelarum, probať propoſitionibus, 27. 29. Prior, oſtẽditur propoſitione 16. quæ propoſitione 8. quæ nulla alia. Poſterior, propoſitione 15. quæ propoſitione 13. quæ nulla alia. His demonſtratis omnibus, ordine aſſumptis, contexitur demonſtratio, paulo antè propoſita: ut ſi una ſit omiſſa, tota claudicet. Complexione multarum demonſtrationũ tam operoſè non monſtrari Phyſica propoſita, perſpicuum eſt. In his cauſas, & earum differentias, uidere difficile eſt: quòd nimirum natura eas occultauerit, quum in Mathematicis ſint manifeſtiſſimæ. Deinde quòd dicta per ſe, & ſecundũ accidens, non expeditam habeant in Phyſicis diſcretionem: & quòd communibus & Logicis principijs, non autem accommodatis et uernaculis, crebrò in his utamur, idcirco magis refellendis falſis oponionibus plerumq; ſunt occu-

Lib. primi Elementorum Euclidis.

pati, qui concretarum rerum diſciplinas tractant, quàm aſtruendis ueris. Exẽ
pli tamen cauſa, Phyſicum aliquod proponemus, aggregatam eius demõſtra
tionem oſtendentes, pluribus aliàs demonſtratis quibuſdã concluſis. ut: Om
ne corpus animatum, humido natiuo & calido abundãs, adoleſcit. Primùm,
Adoleſcere, eſt nutricationis gratia grandius, quàm antea fuerit corpus fieri,
ſecundum omnes minimas quantitatis partes: ut nulla ſit expers uegetatio-
nis aut incrementi pars, quantumcũq; exilis illa fuerit. Quòd adoleſcens au-
getur ſecundum omnes partes, in cauſa eſt, quia capax ſecundum omnes par
tes eſt uberioris nutrimẽti: quo inſtaurat̃ amplius, q̃ calore ſit difflatũ, uel ali
quo modo exhauſtũ. Proinde quod uegetatur & auget̃, ex anima & materia
concretũ eſt corpus. Deinde ſecundũ oẽs partes uegetat̃ & augetur, nõ ma-
teriæ gratia, ſed formæ: cùm propterea, q eadẽ materia ad numerũ, propter ha
litum & difflationem manet tota: tum, quòd ſi tota penetraret totam, pene-
trarent ſeſe mutuò corpora, eo tamẽ quod prius erat, nõ aucto. Poſtremò, nu
trimẽtum omne admiſcetur totum, per totum id quod uegetatur corpus, pri-
uſquam aſſimiletur eius ſubſtantiæ. Quare totum, ex omni parte patulũ erit
minutiſſimis poris, quibus receptum habeat ſolidius nutrimẽti corpus, aereo
halitu excluſo: in quem ſubinde materia corporis nutriendi, propter calorem
euaneſcit. Horum omnium quæ recenſuimus, ſunt rationes quædam: & non-
nulla, inductione: quædam, demõſtratione exiſtunt nota. At plus aliquanto
nutrimẽti acceſſit adoleſcenti corpori, q̃ difflatu exhalarit. Quod fit propter
habilitatẽ corporis, qua humidiori facilius apponitur et admiſcetur nutrimen
tum. Maior autem uis calidi natiui, promptius aſſimilat idipſum quod eſt ag
glutinatum: qua aſſimilatione neceſſe ſit nõ modò uegetari, uerumetiam au-
geri & adoleſcere nutritum corpus, amplificante ipſum anima in omnes par-
tes, & amplificãdo impletos denuò poros relaxante; uiãq; ſubituro deinceps
nutrimento parante, maiore accreſcentis materiæ additamento, quàm eua-
neſcentis propter calorem nunquam ſtabilem & ocioſum, detrimento. Tota
adoleſcẽtiæ ratio & demõſtratio, diſſoluitur in cõcluſa, quæ ſunt aliàs demon
ſtrata: quorum unũ alterius, poſterius ſcilicet prioris indiget adminiculo. Cõ-
plura hæc ſunt, quæ commemorabimus obiter. Vt uegetetur & creſcat cor-
pus, mõſtratur: quia totum nutrimentum, cum materia totius nutriti, totũ mi-
ſcetur per totum, ita ut plus ſit eius quæ affluxit, quàm eius quæ effluxit mate
riæ. Totius per totum mixtio, monſtratur deinde alia cauſa: nempe qua con-
ſtat, mixtilia in toto mixto ineſſe ſic, ut omnia participent una mixti forma,
quæ rationem habeat actus. Mixtilia autem, rationem habeant materiæ & po
tentiæ, ſed nõ primæ & informis (quæ eſt inſeparabilis: nec miſcetur, ſed cõ-
ponitur cum forma) uerùm quoad ſeparabilia ſuis qualitatib. cõfuſa cũ con-
trarijs eſſe deſinant. Huius cõfuſi corporis ex omnibus (temperamenti unius
gratia) tota elementa, per tota alia qualitatum cõtagio miſceri, nõ q ſubſtan-
tiæ ipſæ, & corpora ſeſe mutuò penetrent, cenſet Hippocrates. Huius cõfu-
ſionis & unitatis, deinde alia cauſa & demõſtratio eſt: nempe actio & paſſio
mutua, participantium qualitatib. cõtrarijs, & eadem materia. ἀνάλυσιν hanc,
Ariſtoteles in libris De ortu & interitu tractat: qui perfectiorem uolet eam,
inde ſibi requirendam ſciat. Primo quidem demõſtrationũ incremento, quod
pluribus medijs deſcribitur, & cauſis, probatur idem prædicatũ de ſubiecto
eodem. Secũdo illo, multis per ordinem cõpoſitis & cõnexis cõcluſionibus,
aliud ſubinde atq; aliud prædicatum & ſubiectum eſſe cõtingit: quoniam aſſu
mendo & progrediendo, creſcunt demõſtrationes per σύνθεσιν. Reſtat tertiũ,
quo

quo prædicatum idem, de ſubiectis diuerſis ac diſcrepantibus medijs demõſtratur. Ariſtoteles appellat αὔξησιν εἰς τὸ πλάγιον, opponens ipſam directę. Vt (uerbi gratia) eſſe duos angulos nõ rectos, duobus rectis angulis æquales, oſtenditur: & de angulis duobus, qui creantur linea recta, alij rectæ lineæ nõ ad perpendiculum inſiſtente. Et præterea de duobus, qui creantur, decuſſante linea recta, duas parallelos, ſed diuerſis medijs demõſtratur tamen, & non eiſdem demõſtrationibus. Haud lõgè ſecus, idem proprium πάθος, nẽpe ἀντιπεπονθὸς, demõſtratur & de parallelogrammis, & de triangulis æqualibus: ſed diſcrepantibus (ut dixi) demonſtrationibus, nec eodem medio. Idem uſuuenit in Phyſicis. Vt Tremoris alia cauſa eſt, qua contremiſcunt inanima: et qua corpus totum, aut certa membra animalium. Febris ſymptoma idem eſt, nẽpe calor contra naturam, per omne corpus diffuſus: ſed eius aliud ſubiectum primum eſt, & alia effectrix cauſa in Febre putrida, cuius ſubiectum eſt, humor cordis inflammatus. Cauſa inflammans, eſt uapor putridus. Diariæ ſubiectũ, ſpiritus eſt cordis: ut Hecticę, ſolida eius ſubſtãtia. Cauſis itaq; et ſubiectis diuerſis, idẽ ſymptoma demõſtrari cõſueuit. quare liquet etiã hac ratiõe, augeſcere demõſtratiões. Ariſtoteles ad illũ tertiũ modũ explicãdũ, ſatis perplexo & obſcuro utit̃ exẽplo: q̃ ipſum iã nũc interpretabimur, ſi prius de hoc tertio modo aliqd monuerimus. Fallimur ꝑfectò ſępenumerò, exiſtimantes eiuſdem πάθους, eandem in omnib. eſſe cauſam, & ſubiectũ idẽ, quũ tamen nequaquam ſint eadem: et ut idem ſit ſubiectum, cauſa tamen non ſemper eadẽ eſt. Vt (uerbi gratia) ἕλξις, πάθος eſt corporis naturalis, nempe motus quidã, quo tractum mouetur uerſus id quod trahit. Eraſiſtratus πάθος illud definijt cauſa una, nempe neceſſitate ſucceſſionis ad id, quod uacuatum eſt. Galenus, cauſis & ſubiectis motum illum diſcrepantibus finit: & monſtrat, aliam eſſe ἕλξιν, qua trahat Magnes ferrum, & purgans medicamentum, ſuum humorẽ: & aliam, qua naturalia in animalibus corpora ὁμοιομερῆ, attrahãt fibris rectis: & qua, per neruos & muſculos, animalis appetitus attrahat membra, flectendo & porrigendo. Qui motus omnes, fiunt uerſus mouens principium: diuerſis tamen cauſis, & ſubiectis rebus. [illegible] Quare nõ ſolum πάθος conſiderandum, uerumetiam ᾧ, καὶ δι' ὅν, ſi ſcientiæ uelimus eſſe compotes, diſtinguendum erit. Exempli Ariſtotelis hæc eſt interpretatio. Numerus omnis aut par eſt, aut impar. Vtriuſq; proprium atq; idem πάθος eſt, eſſe aut finitum, aut infinitum aliquotum. Numerus omnis, qua forma ipſius conſideratur, unus eſt, & indiuiduus: eiq; nec addi quicquam, nec detrahi poteſt. Solet is autẽ comprehendi finitione. Sed quoad Materia participat (eſt enim ſua, ſecretis & Mathematicis quoq; formis materia) quæ nimirum ſunt unitates aggregatæ, eatenus diuiduus numerus omnis eſt. Qua ratione propriè etiam ei ineſt, ut aliquotus uel finitus numerus, uel infinitus appelletur omnis. Aliquotũ intelligi uolo, aliquoties multiplicatum, ſeu aliquoties multiplicem, reſpectu unitatis: quę non ſpecies eſt, ſed materia numeri: quæ omni numero, & finitè & infinitè multiplici, accidit proprietas. Nam ut actu, finitus omnis eſt: ita potentia, eſt infinitus numerus. Quare omnis etiã, ratione unitatis, finitè multiplex eſt, ſiue par fuerit, ſiue impar. Aliquotum Finitum, ποσόν: & Infinitum, ἄπειρον appellat: quod demonſtratur, ut commune πάθος, de ſubiectis duobus, nempe de γ (in Græco textu, perperam adſcribitur β) & de ι. Vt de numero impari, qui ſit γ, prædi-

Euclides lib. 6. prop. 14. & 15.

 catur

catur α: nempe uel aliquotum eſſe, uel infinitum eſſe. Id ipſum quoq; de ι, nẽpe pari numero, effertur prędicatum. Prioris Medium eſt β, numerus impar aliquotus. Alterius medium, numerus par aliquotus, δ uidelicet. In medio, ποσὸν ſeu aliquotum ſignificat, quoad ſubiectum (numerus ſcilicet, par uel impar) participat materia, ſeu ratione denominatiua ποσότητος, non autẽ quoad ratione εἴδους. Nam ratione εἴδους & οὐσίας, nihil eſt παρωνύμως ποσόν: ὅτι (ut Ariſtoteles ait in Metaphyſicis) ἡ ἑκάστου οὐσία, τὸ ἅπαξ. Quare cauſa Materiæ accidit numero cuiuis, ut ſit παρώνυμον, ſeu multiplex ποσόν. Quod ipſum, reſpectu unitatis dicitur ποσὸν ποσάκις: reſpectu uerò numeri cõpoſiti ex alijs numeris, appellat̃ ποσάκις ποσόν. Vt ſexies repetita unitas, eſt ποσὸν ποσάκις: ſed ſenarius ſexies repetitus, eſt ποσάκις ποσόν. Quoniam non idem eſt, ipſum eſſe ſenarium, et ſexies repetitum dici quidpiam, quod etiam dicitur de his, quę non ſunt ſenarius ipſe. A materia ſiquidẽ denominata uocabula, de multis dicuntur, de quibus ſynonyma tamen, non poſſunt prædicari: ut Aureum effertur de multis, de quibus Aurum nequit enunciari. Nam Aurum, in Quid prędicatur de ſubiecto, quod uel eſſentia, uel pars eſſentiæ eſt ſubiecti. Sed qualitatem ſignificat Aureum, non quiditatem: & μορφὴν quandam, non οὐσίαν: reſpectu eius quod poteſt etiã expers eſſe auri, ut eſt figura: quæ quod ad materiam ex qua fit attinet, eſt indefinita: qua ratione materia, ex qua figura efficitur, quodammodo formæ inſtar habet, qualitate nimirum quadam ſuæ formæ determinans figuram: ut uiciſſim Materiæ, Figura denominata à quantitate, determinatrix eſt qualitas. Forma autẽ & Figura, quarta ſpecie cõtinentur qualitatis, quatenus prædicantur ratione aliorum παρωνύμως: quum συνωνύμως prædicatæ, aliorum ſint generum uocabula, ut quantitatis, uel ſubſtantiæ. Ergo ποσὸν ποσάκις, & ποσάκις ποσόν, qualitates & accidentia propria ſunt numerorum: & quum Ariſtoteles inquit, imparem aut parem numerum eſſe ποσόν, intelligendum eſt, omnem (reſpectu unitatis, ut materiæ) eſſe ποσὸν ποσάκις. Sed de hoc exemplo dictum ſatis. Demõſtrationum porrò alia quædam differentia eſt: nempe una, qua ὅτι δεῖ, ſciuntur res: altera, qua διότι, Priore, cognoſcentib. nobis rem cõcluſam, nempe cauſam ſubiecti, per effectum: poſteriore, per cauſam demonſtrantibus effectum. Aliàs diximus, in demonſtrationibus cõcretarum rerum, effectus, nempe φαινόμενα, quia ſenſibus percipiantur, notiora eſſe cauſis: quare prior in his eſt ὅτι, quàm διότι cognitio: illius quidem exiſtente inchoata, huius uerò perfecta demõſtratione. Et ambę quidem nonnunquam ex una & eadem petuntur ſcientia. Interdum ex diuerſis, ut fit in compoſitis Mathematicis, ut Muſica, Optica, Aſtronomia, Architectonica, & ſimilibus: quorum φαινόμενα, ὅτι δεῖ, ſubiectis ineſſe, deprehẽduntur ſenſibus. Propter quam uerò cauſam ita ſint cõparata, docetur & demonſtratur rationibus ſecretæ Mathematicæ. Vt quòd Diapaſῶn, duobus conſtituatur interuallis, nempe ſeſquialtero & ſeſquitertio, cõſtat experiẽtia & ſenſu: principiumq; eſt Muſicum, quoad eius ὅτι δεῖ, noſcitur. Sed quæ cauſa ſit, rationib. demõſtratur Arithmeticis. Idem ſentiendum de cæteris: de quibus cùm aliàs ſit dictum, repeti ea in præſentia nõ oportet. Veruntamen in his, ὅτι, ſyllogiſmo quidpiam nõ monſtratur, ſed inductione, ut demõſtrationis principium colligitur: de quo poſtea. Nam nõ diuerſis, ſed una & eadem ſcientia, ὅτι & διότι reciprocæ demonſtrationes continentur. At uerò in una Scientia, multiplex eſt modus demonſtrationis, ὅτι δεῖ. Primus, quando nõ immediatis quidpiã demonſtrat̃ rationibus, ut ſi cõmuni cauſa, aut ſi organica: quę imperfectæ ſunt huiuſmodi, & ἄμεσοι cauſæ, ut alijs ſuppleri eas ſit neceſſe. Ariſtoteles cau-

ποσὸν ποσάκις, diſtinguitur contra ποσὸν συνεχὲς: & ποσάκις ποσὸν, id eſt numerus cõpoſitus, contra primum.

Ariſtot. lib. Δ. Metaph.

εἶδος materiatum, appellat Ariſtoteles μορφὴν. Eſt autem εἶδος materiatũ, ex quo poteſt aliquid fieri ſecũdũ accidens.

Omne ποσὸν, aut ſimpliciter eſt ποσὸν, ut continuũ: aut ποσὸν ποσάκις, ut diſcretum.

Vocabula παρώνυμα Materiæ et Figurarũ, ſunt in quarta ſpecie qualitatis.

Alia differẽtia Demonſtrationum.

ὅτι & διότι Demonſtrationũ, differentia.

Primus modus Demonſtrationis ὅτι.

teles cauſas, quæ ſunt proximè coniunctæ cum effectu, in Phyſicis appellat ἀκρότατα αἴτια, ad hunc ſcribens modū: Δεῖ δ᾽ ἀεί, τὸ αἴτιον ἑκάστου τὸ ἀκρότατον ζητεῖν, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων· οἷον, ἄνθρωπος οἰκοδομεῖ, ὅτι οἰκοδόμος· ὁ δ᾽ οἰκοδόμος, κατὰ τὴν οἰκοδομικήν. τοῦτο τοίνυν πρότερον τὸ αἴτιον, καὶ οὕτως ἐπὶ πάντων. Vt in genere cauſæ efficientis ſeu gignentis hominem, animal quidem cauſa eſt, ſed non ſuprema: nec homo ſuprema eſt, ſed quia Maſculus. Deinde efficientis huius inſtrumentum primum, nō eſt ſpermaticus humor: ſed in humore illo (ut Ariſtoteles ſcribit) τὸ καλούμενον θερμόν. τοῦτο δ᾽ οὐ πῦρ, οὐδὲ τοιαύτη δύναμίς ἐστιν, ἀλλὰ τὸ ἐμπεριλαμβανόμενον ἐν τῷ σπέρματι, καὶ ἐν τῷ ἀφρώδει πνεῦμα, καὶ ἡ ἐν τῷ πνεύματι φύσις ἀνάλογος οὖσα τῷ τῶν ἄστρων στοιχείῳ. Ex quo eſt euidens, ἄμεσον ποιητικὸν αἴτιον eſſe ὀργανικόν, non humorem ſpermaticum, ſed δύναμιν quandam, quæ proportione reſpondeat corpori cœleſti: quæ tantiſper materiam (quæ nimirum eſt κύημα) moueat, donec omnibus naturis & partibus fuerit abſolutum & perfectum corpus organicum: quo nimirum deinde ποιητικὸν illud permutetur forma animæ. Quamobrem ſperma eſſe, quum nihil aliud ſit, quàm δύναμιν ποιητικὴν eſſe (cuiuſmodi uis & facultas præcipuè cœleſti ineſt corpori) fieri nequit, ut ποιητικόν, pars ſit eſſentiæ eius quod fit & generatur, ſed aliquid eſt extra eſſentiam patientis & fientis aliquid Materię: aliudq́ eſt eſſentiæ ſuę ratione, quod efficit & mouet, & aliud quod efficitur & mouetur. Cæterùm & ἐνεργείας mouentis (quæ nimirum ipſa eſt δυνάμεως quædam efficientia) fieri & naſci quidpiam dicimus: ut ædificatione, domum: curatione Medici, ſanitatem: quæ nimirum ἐντελέχεια gignentis, perfecta demū ſubſtantia animata (quæ naſcebatur) deſinit. Ex quo concludendum, cauſam iſtius motionis, nempe proximam, quam ſperma, ſeu ſpermaticam uim et δύναμιν appello, nō eſſe ſeparatum quid, ſeipſo ſubſiſtens (quod τὸ δέ τι nominat Ariſtoteles) ac nihilominus non eſſe eius quod mouetur & patitur, perfectam, ſed potius naſcentis & fientis aliquid materiæ, perficientem ſeu gignentem quandam ἐντελέχειαν: qua tanquam inſtrumento, primum gignens, τὸ δέ τι exiſtens, habilem & patientem materiam, ex inanima faciat animatam. Veruntamen illud intereſt inter ſpeciem artificioſam, & ſpeciem ſpermaticam, quòd illa efficax eſt ad mouendum & efficiendum, quoad eſt extra materiam mobilē: hæc uerò, quoad eſt intra mobile ſubiectum abdita. Non enim prius eſt actu ſperma, quàm mouere & informare κύημα incipiat: quoniam (ut ait Ariſtoteles) ſi nondum mouere poteſt κύημα, alio prius indigebit mouente, ut gignente cauſa: quę nimirū ex potentia ſpermate, faciat actu ſperma. Quamobrem cum proximè mouens κύημα, actu ſperma appelletur, rationemq́ habeat εἴδους, quo gignens τὸ δέ τι, primum generet: ipſum ſperma τὸ δέ τι, ac per ſe mobile & ſeparabile quiddam non erit: nec ex ipſo, quatenus parte quadam naſcentis & fientis aliquid materiæ, generabitur quidpiam, ſed ex ipſo, ὡς ἐκ τεκταίνοντος, καὶ τοῦ εἴδους, καὶ ὡς ἀπὸ τῆς ἰατρικῆς, ὁ ὑγιασθείς. Cauſam hanc ἄμεσον non intelligens Galenus (quam Ariſtoteles appellat σπέρμα, ſeu σπερματικὴν δύναμιν, ſeu γονήν: quam ut efficientem, & non ut partem materiæ κυήματος, generationis cauſam eſſe cenſet) Ariſtotelem coarguit, & inſimulat erroris, oſtendens ſperma partem materiæ eſſe naſcentis animati corporis, ſeu animalis. Idem fatetur Ariſtoteles, ac miſceri corpus ſpermatis cum mēſtruo ait, & mixtis utriſq́, conſtitui κύημα: quod ipſum deinde mixtum ſit materia ſpermatis. Sperma autē appellat εἶδος mouens, & efficiens, & efformans materiam (neq́ materia, neq́ pars materiæ exiſtens) at περίττωμα illud, quod in pleriſq́ gignentibus cum ſpermate iungitur, non ſperma, ſed corpus appellat ſpermatis,

Phyſicorū B.

Metaph. Θ. & De gener. animal. lib. B.

Libro α. περὶ γενέσεως τῶν ζώων.

Spermatis uocabulum, apud Ariſtotelē ſignificat δύναμιν γεννητικήν, nō σωματικὸν περίττωμα.

ſpermatis, ſic ſcribens: οὐ τὸ σῶμα, οὐθὲν κοινωνεῖ τοῦ σπέρματος, ἡ δ' ἐν αὐτῷ κίνησις, καὶ δύναμις. αὕτη γάρ ἐστιν ἡ ποιοῦσα. τὸ δὲ συνιστάμενον, καὶ λαμβάνον τὴν μορφὴν, τὸ τοῦ ἐν τῷ θήλει περιττώματος λοιπόν. Nam ſi Ariſtoteles nihil fieri ex ſpermatico corpore, & excremento (ut cenſet Galenus) diceret: quàm quæſo ſibi ſcriberet ipſi conſentanea, quando affirmat, oſſa & neruos naſci ἐκ περιττώσεως σπερματικῆς; Præterea quorſum illud etiam pertinet, quum inquit: τοῦ δὲ σπέρματος ὄντος περιττώματος, καὶ κινουμένου τὴν αὐτὴν κίνησιν, καθ' ἣν περ τὸ σῶμα αὐξάνεταί τε μεριζομένης τῆς ἐσχάτης τροφῆς, ὅταν ἔλθῃ εἰς τὴν ὑστέραν, συνίστησι, καὶ κινεῖ τὸ περίττωμα τοῦ θήλεος τὴν αὐτὴν κίνησιν, ἥν περ αὐτὸ τυγχάνει κινούμενον κἀκεῖνο. Proinde Ariſtoteles, ſpermaticum εἶδος, quando poſt finitam ſuam energiam aboleri dicit, nequaquam opus eſſe cenſet, ut tãquam inutile quoddam & ocioſum excrementum excernatur ab utero. Non autem inquit materiam ſpermatis aboleri, quandoquidem ſit pars κυήματος, ſed εἶδος aboleri ait & δύναμιν: quòd ni mirum ea δύναμις ſit incluſa ἐν τῷ πνεύματι: qui ſpiritus eſt uehiculũ πλαστικῆς, ut Galenus: et ut Ariſtoteles appellat, σπερματικῆς δυνάμεως: qui abſoluto ſpermatis motu, & perfecto opere eius euaneſcit: ſimulq́; perit cũ eo δύναμις hęc, & permutatur Animæ forma (ut ſuprà diximus) quoad ipſa δύναμις uidelicet Anima non eſt, ſed animati corporis inſtrumentum. Attingere duntaxat hoc loco uoluimus exempli cauſa πρῶτον καὶ ἀκρότατον αἴτιον ποιητικὸν, τῆς γενέσεως τῶν ζώων: quam cauſam Galenum abſurdè cum materia ſpermatis confudiſſe, & immeritò reprehendiſſe Ariſtotelem, planum (ut opinor) fecimus.

γενέσεως τῶν ζώων libro B.

In reliquis cauſis idem uſuuenit: ac ſæpenumerò quidem antecedentibus cauſis, pro coniunctis utimur: ut ſi quis obſtructionem, febris putridæ cauſam eſſe dicat: quum non tamen ſit ἄμεσος, ſed extra uenas putreſcens, aut potius uapor putridus, cordis humores afficiens, ſit coniuncta. Quare febris hæc putridæ, ὅτι δὴ, demonſtratio erit: & præterea medium ἔμμεσον, ſi nutricationis materia, ſanguis dicat̃. Non enim proxima eſt materia ὁμοιώσεως, quæ eſt perfecta θρέψις. Nam ſpermaticæ partes, non niſi in ſpermaticam ſpeciem mutato ſanguine nutriuntur: nec ſanguineus etiam humor, ſanguinearum materia eſt, niſi ritè prius ſit appoſitus, deinde etiam agglutinatus: qui tum demum materia eſt aſſimilationis, quæ uera eſt nutricatio. Ita ſi quis animam, & non facultatem uegetatricem, formam animati corporis pronunciet. Haud longè ſecus, per mediatam finientem, ὅτι oſtendimus: quæ ſunt omnes imperfectè demõſtrationes, à uulgo uſurpatæ, ſed ab eruditis explendæ omnibus cauſarum numeris, ut διότι fiat demonſtratio. Secundum genus eſt ὅτι, & inchoatarum Demonſtrationum: quibus per φαινόμενα & effectus, monſtrantur cauſæ, ac uiciſſim (quum ſint ἀντιστρέφοντα) per cauſas oſtenduntur effectus: illis quidem nobis, his uerò natura et ſimpliciter notioribus medijs. Nihil (inquit Ariſtoteles) uetat, quo minus reciprocam habentium prædicationem, καὶ τῶν ἀντικατηγορουμένων, notius ſit nobis φαινόμενον (quod ipſum effectus quidam eſt, & non cauſa) quàm cauſa: quoniam omnis noſtra à ſenſu inchoat cognitio, & ſcientia rerum: quibus niſi aſtipulentur cauſæ & rationes, pro conſentaneis, & ueris nequaquam habendæ erunt. Siquidem (eodem autore) ἀποδεικτῶν debeant eſſe ἀναπόδεικτοι ἀρχαί: de quo aliàs. Genus illud ὅτι demõſtrationum, cum διότι demonſtratione reciprocatur. Vt ſi quis oſtendat, propiores nobis ferri Planetas, φαινομένῳ illo quo apparent nobis, non ſcintillare: deinde διότι demonſtret, eoſdem non ſcintillare, quia ſint propriores. Cauſa enim eſt propinquitas, ut non uideantur ſcintillare: & nequaquam non ſcintillare, cauſa eſt propinquitatis, ſed effectus & ſignum. Quanquam propinquitas, non eſt

Secundus modus Demõſtrationis ὅτι.

ἄμεσος

ἄμεσος cauſa nō ſcintillandi, nihilominus ea ut ἀμέσῳ in præſentia utitur Ariſtoteles, quum exempla ſubinde ex triuio (ut dicitur) arripiat. Tenuitas & exilitas luminis leuiter perſtringentis oculos, cauſa eſt huius tremulæ & ſcintillantis lucis. In hac enim exilitate, quaſi colluctari inter ſe uidētur, priuatio & habitus: ut in motu membrorum tremulo, & terra tremente, & iamiam defectuiro in pariete aut plano, lumine tenuiſſimo ſolis, quaſi dimicante ipſo cū opacitate. Aliæ porrò ſunt cauſę tremoris in uoce, & neruis, ac ſimilibus: de quibus nihil attinet loqui in præſentia. Huic ſimile φαινόμενον eſt, quo noſcitū Luna eſſe globoſa: quia rotundis incrementis ipſius augetur & diminuitur etiam uiciſſim lumen, ſimilibus detrimentis, quod nobis eſt notius: ſed tamen cauſa hæc non eſt, propter quam globoſam eſſe oporteat. Non enim quia lumen rotundatur, idcirco Luna globoſa eſt: ſed quia ipſa globoſa eſt, neceſſe eſt lumen eius ita in orbem concreſcere & decreſcere. Non modò ad cognitionem & θεωρίαν, demonſtrationes illæ reciprocæ adhibētur, ſed uſui etiam ſunt plurimùm in artibus, quæ non niſi per φαινόμενα quædam cauſas deprehendunt. Atqui perſpicuum eſt, cauſis incognitis nihil laude dignum ab artifice præſtari, quum ſcientē quoq; ipſum eſſe artificem oporteat: quādoquidē ſint etiā quædā cùm ποιητικαὶ, τὰ πρακτικαὶ ἐπιστῆμαι. Mathematicæ præterea & ſecretæ ſcientiæ, per cauſas demōſtrant proprietates: & uiciſſim poſitis proprietatibus, nonnunquā oſtendunt etiam cauſam eſſe: ſed non ita reciprocis demonſtrationibus, ut fit in Phyſicis: quum propria huiuſmodi ſenſibus non percipiantur, ſed tantū ſyllogiſmo & ratione concludātur. Proinde φαινόμενα, niſi cum ſubiecto & cauſa ſint reciproca, διότι ijs non monſtrabitur. Quamobrem quieſcendum non eſt, quouſq; perueniatur ad ἀντικατηγορούμενα, quū ab accidentibus abhorreat demonſtratio: nec artificem etiam, quid faciendū ſit, aut non ſit, fideliter accidentia admoneant. Signorum & φαινομένων in arte Medica maximus eſt uſus, quibus inueſtigātur cauſæ: ijs enim indicatur, quid faciendum ſit, medico. Quibuſdam cognoſcuntur morbi ipſi (quæ ſunt παθογνωμονικὰ) quibuſdam cauſæ morborum, quibuſdā ſubiecta ſeu loca, in quibus contra naturam affectus inſunt. Nonnullis nihil horum noſcitur, ſed uel motus uehementes morbificarum cauſarum, uel earundem ſalubres uel inſalubres alterationes: quorum omniū cauſas exquiſitè habere cognitas, ad ſcientiam pertinet Medici. Cognitis autē his, congruentibus occurrere remedijs, perfecti artificis eſt. Suis porrò proprijs ſymptomatibus, ſinguli cognoſcendi ſunt morbi. Morbi autē ſuis cauſis, & eo in quo primo inſunt ſubiecto, ſolent definiri: & per morbos, ut cauſas, ſymptomata monſtrantur διότι: per ſymptomata autē, morbi, ὅτι ἐστί, cognoſcuntur. Quod de ſymptomatibus, cauſis & ſubiectis, exempli cauſa diximus, idem intelligi debet de omnibus accidentibus proprijs: ſiue ſecundum, ſiue contra naturam, rebus cum materia concretis inſint. Quæ ſi fuerint (ut dixi) ἀντικατηγορούμενα, ὅτι permutari poterit, διότι demonſtratione: ſin minus, duntaxat imperfecta, & ὅτι δὴ, non etiā διότι ratione, concluſio demonſtrabilis erit. Tertius eſt modus demonſtrationis ὅτι, ſed non reciprocantis cum διότι demonſtratione: quando nimirum proprium πάθος ἴδιον fuerit, ſed nō ἀχώριστον: de quibus aliàs me dixiſſe recordor: qualia ſunt illa, de quibus ſubiecta prædicantur. quibus tamen primis nō inſunt ipſa πάθη, nihilominus autem ſubiectis primis illis cōtinentur, ut ſine his finiri nequeant. Verbi gratia, omnem qui rarum & magnum ſpiret, laborare inflāmatiōe ſeu phlegmone cerebri, certū eſt: ſed nō cōtrà, quicūq; phlegmone cerebri eſt affectus, rarum etiam & magnū ſpirat. Quòd non reciprocanī, in cauſa

Tertius modus Demonſtrationis ὅτι. Hunc modū his uerbis expreßit Ariſtoteles: ἐφ' ὧν δὲ τὰ μέσα μὴ ἀντιστρέφει, καὶ δὴ γνωριμώτερον ἀναίτιον, τὸ ὅτι μὲν δείκνυται, τὸ διότι δ' οὔ.

in cauſa eſt, quia phreneticus non quia phreneticus, ſed quoad participat his accidẽtibus, quæ Galenus libro primo περὶ δυσπνοίας multis cõmemorat uerbis, mihi uerò ſtudioſo breuitatis, in præſentia ſunt omittẽda, illius ꝓprietatis ſubiectũ exiſtit. Phreneticus enĩ, quia phreneticus, contrarijs participat ſymptomatibus, nẽpe βραχυπνοίᾳ, & μακροπνοίᾳ: ſed cõtrarijs de cauſis, ac nõ niſi cõpoſitũ ex oppoſitis prædicatũ, ſimpliciter de phrenetico demõſtrabile eſt, quũ omni id, ſoli, & ſemper inſit. Quoniã (autore Ariſtotele) ἐπεὶ τῶν ἁπλῶς ἐπιστητῶν, καθ' αὐτὰ ὅσως ἐνυπάρχειν τοῖς κατηγορουμένοις, ἢ ἐνυπάρχεσθαι, δι' αὐτά τε δεῖν καὶ ἐξ ἀνάγκης. οὐ γὰρ ἐνδέχεται μὴ ὑπάρχειν, ἢ ἁπλῶς, ἢ τὰ ἀντικείμενα· οἷον, γραμμῇ τὸ εὐθύ, ἢ καμπύλον, καὶ ἀριθμῷ τὸ περιττόν, ἢ τὸ ἄρτιον. de q̃ tertio Libro diximus. Res naturalis q̃a naturalis, ſubijcit̃ motui & quieti. Animal quia animal, ſubiectũ eſt ſpirationis, & eiuſdẽ priuationis. Et homo quia homo, Muſico & ἐμύσῳ. Idẽ ſentiẽdũ de reliquis. Alioqui muſicũ, ſimpliciter de homine quia homo, demonſtrari nequit: quũ nõ poſſit eſſe ἀντιστρέφον τὸ ὅτι & διότι, neq; ut ἀντικατηγορούμενα, queãt reciprocari prædicata cũ ſubiectis. Syllogiſmos aliquot ſubijciamus, ὅτι demonſtrationis, quæ permutari διότι demonſtratione nequeat: cuius medium ſit ἀναίτιον, ſed quod nobis notius tamen quàm cauſa ſit. Omnis qui poteſt oratores & poetas interpretari, tenetq; rationes ſcribendi & loquendi, homo eſt. Sed omnis Grammaticus, facultate hac præditus eſt. Ergo, Grammaticus, homo eſt. Cauſa de proprio monſtratur: ſed uiciſſim per hanc cauſam, de ſubiecto proprium demonſtrari nequit, nempe de Grammatico, quòd facultate interpretandi, loquendi & ſcribendi ſit præditus. Homo enim quia homo, non eſt cauſa, ut poſſit aliquis rectè ſcribere & loqui: ſed quia præditus habitu artis Grammaticæ. Omnis homo præditus habitu artis Grammaticæ, poteſt rectè ſcribere, et emendatè loqui. Omnis Grammaticus præditus eſt habitu artis Grammaticæ. Ergo, Omnis Grammaticus poteſt rectè ſcribere, & emẽdatè loqui. Omnia ſunt ἀντικατηγορούμενα: & διότι hæc demõſtratio, permutari põt cũ ὅτι demõſtratiõe. Cauſa uerò proprietatis iſtius, Homo non eſt: ſed pars cauſæ, ut huius, Omnis homo præditus habitu artis Grammaticæ. Homo enim, nõ eſt ἀντιστρέφον cũ hoc prædicato, ſed cũ prædicato compoſito: ut, Omnis homo, peritus uel imperitus eſt artis Grãmaticæ. Effectus itaq; ſi uſurpentur pro medijs (quod genus mediorum, appellat Ariſtoteles hic ἀναίτιον) quoniam non poſſunt cum talibus cauſis reciprocari, non ut ipſis ὅτι, ita quoq; διότι per eas cauſas monſtrabitur. Similis huic etiam hæc eſt, ὅτι demõſtratio. Omnis cui phlegmone affectum eſt cerebrum, phreneticus eſt. Omnis qui magnum & rarum ſpirat, phlegmone affectum habet cerebrum. Ergo, Omnis qui ſpirat rarũ & magnum, phreneticus eſt. Concluſio non eſt ἀντιστρέφος: quapropter ὅτι cum διότι demonſtratione nequit reciprocari. Cum compoſito prædicato, fit ſubiectum reciprocum. Omnis qui rarum & magnum, uel frequentem et minutum ducit anhelitũ per uices, phreneticus eſt. Et cõtrà uerũ identidẽ: Omnis phreneticus, talẽ ſpiritũ ducit. Cauſa eſt apud Galenum in primo libro περὶ δυσπνοίας. Phrenetica διάθεσις, cauſa eſt utriuſq; ſymptomatis. Namq; ut ambo ſymptomata non ſine cauſis, ita cauſę non poſſunt explicari ſine affectu, ſeu ſubiecto ſymptomatum. Subiectum autem cum alterutro ſymptomatum non eſt reciprocum, ſed cum utroque, niſi cauſa propria limitetur. Vt quòd phrenetici paruo & crebro anhelitu ſpirant, in cauſa eſt, quòd laborante phantaſia, & ſenſu cõmuni, operũ quodammodo naturæ phrenetici obliuiſcuntur: qua ratione & βραχυπνοοι ſunt, & dicuntur βραχύπνοοι. Deinde quòd permutatur huiuſmodi βραχύπνοια, in μακρόπνοιαν,

κρόπνοιαν,id eo fit:quia uidelicet minuta hæc ſpiratio,quum neceſſitati naturę non ſufficiat,quo minus calor cordis,ac ſpiritus ſuffocetur,ſuccurrit ei ſubinde magna,ſed tamen rara ſpiratio:quæ non tam uoluntaria ſit, quàm neceſſaria in phrenetico.Omnis quē neceſſitas urget, ut cum minuta ſpiratione magnam permutet, & cum crebra raram, phreneticus eſt. Omnis qui rarum & magnum ſpirat,cum neceſſitas urget, ut cū minuta & crebra ſpiratione, permutet magnam & raram. Ergo, Omnis qui rarum & magnū ſpirat phreneticus eſt.Illa ὅτι demonſtratio,permutari διότι demonſtratione poteſt,ſi de medio ſeu cauſa,in Maiore proprium πάθος prædicetur:ut ſi de illo ſubiecto, Omnis quem neceſſitas urget, ut cum minuta ſpiratione magnam permutet, prædicatum efferatur, magnum & rarum ſpirare. Omnis phreneticus eſt,quē neceſſitas urget,ut cum minuta ſpiratione magnam permutet. Quare omnis phreneticus rarum & magnum ſpirat. Propter limitationem medij & cauſæ, quæ reciproca eſt cum extremis,extrema quoq; inter ſe ſunt ἀντίστροφα. Quando mediū ἀναίτιον non fuerit ἀντίστροφον,demonſtratio ὅτι, non poterit permutari διότι demōſtratione:ut in hoc ſyllogiſmo· Quicquid actu mouet̄, eſt cōſtitutū ex materia & forma. Omnis res naturalis, patiēs cōtrarij actu mouet̄. Ergo,Omnis res naturalis,patiēs cōtrarij actu,cōſtituta eſt ex materia & forma.Prędicatū cōcluſionis (quod ipſum eſt cauſa motus & quietis, rei cuiuſq; naturalis)pro medio uſurpari nequit,ut διότι cōſtituatur demōſtratio, quādo quidē Maior nō ſit ἀντίστροφος.Cōpoſitorū aūt propriorū παθῶν,q̄d διαζευγμένως ſubiectis prædicata inſint,neceſſarias cōſtat eſſe cauſas. Alterutrius aūt,q; inſit,non niſi ſecundum accidens,et contingens eſt cauſa:ut quòd animatum corpus ſit ſanum,aut quód ſit ægrum. Non enim ut omne ſanum, eſt animatum corpus:ita uiciſſim,omne animatum, eſt ſanum:ſed omne aut eſt ſanum, aut ægrotum. Cauſa uerò, ſeu medium ἀντίστροφον, cum alterutro extremorū, non cum utroque erit per ſe & ex neceſſitate connexum. quod liquet hoc ſyllogiſmo·Omne corpus organicum ſymmetrō,eſt animatum. Omne ſanū,eſt corpus organicum ſymmetron.Ergo,Omne ſanū,eſt animatum.Quum autē falſa ſit conuerſa concluſio (fieri enim nullo modo poteſt,ut omne animatū, ſit ſanum) ut ὅτι,ita διότι monſtrari reciprocè nullo modo poterit:nempe per cauſam,effectus.Falſo enim concluſo,neceſſe uel ambas, uel alteram præmiſſam eſſe falſam. Hactenus de tertio modo demonſtrationum ὅτι δὴ,nō permutabili cū διότι demonſtratione diximus.quum enim ex propoſitionibus, in quibus prędicata per ſe,dicuntur de ſubiectis,ſint conflatæ,pro demōſtrationibus quibuſdam numerantur,& habentur nō iniuriâ. Quartus eſt modus demonſtrationis ὅτι: in quo pro medio ponitur quidem cauſa, ſed quę latius ſeſe proferat, quàm πάθος ſeu effectus, cum quo non ſit ἀντίστροφος. Huiuſmodi omnes ſunt negantes, & qui duntaxat in Secunda figura concludātur ſyllogiſmi: quum neq; intrà, neq; in medio extremorum, ſed tantum extrà poſſit collocari medium. Quamobrem genuina non eſt cauſa, quæ cū extremis non eſt ἀντίστροφος (ut diximus) quam ὅτι demonſtrationem conficere certum ſit nihilominus: quum per ſe ſecundo modo prædicetur medium de extremis, affirmatione & negatione neceſſarijs. Vt ſi quis parietem non ſpirare monſtret,hoc ſyllogiſmo·Quicquid ſpirat, animal eſt. Nullus paries, animal eſt.Nullus ergo paries ſpirat.Quòd paries non ſpiret,pro cauſa affertur,quia non ſit animal. Si per ſe ac primò, negatio animalis cauſa ſit negatæ ſpirationis:uiciſſim affirmatio animalis,cauſa per ſe primó erit affirmatæ ſpirationis. Sed affirmatio, nō eſt prima cauſa affirmationis : non enim omne animal,ſed

Quartus modus Demōſtrationis ὅτι.

Si negatio per ſe,primò cauſa eſt negationis: Affirmatio per ſe,primò cauſa affirmationis erit.

nimal,ſed dũtaxat animal præditum pulmonibus,ſpirat. Quare negatio,non erit prima cauſa negationis:id eſt non animal,non prima cauſa erit,non ſpirationis. Propriorũ cauſas,cum proprijs effectibus reciprocari neceſſe eſt:quãdoquidem & cauſis,& ſubiectis primis quibuſdam demonſtrentur & finiantur propria. Quare primæ cauſæ cum effectis, ἀντίςροφον quiddam erunt: & negatio ſi cauſa erit negationis,affirmatio quoque erit affirmationis:& affirmatio ſi fuerit affirmationis,negatio quoq; negationis erit per ſe prima cauſa. Vt ſi non potentiæ ſeu facultates corporis animati, ſed συμμετρία illorum accidentium,quæ poſſunt exuperantia participare,uel defectu,ſanitas eſt,aut ſi propter ſymmetriam talium accidentium corpori animato ea ineſt:neceſſe erit, ἀσυμμετρίαν per ſe ac primò, cauſam eſſe morbi. Si potẽtia,per ſe cauſa eſt actionis: impotentia, per ſe cauſa erit non agendi. Et habitus ſecundum naturam,ſi per ſe cauſa eſt expeditæ actionis:ut ſanitas, quæ eſt habitus facultatum animararum: contrarius habitus,nempe morbus, cauſa per ſe erit impeditarum actionum [illegible]

[illegible] Innumera ſunt huiuſmodi, quorum hoc modo primæ cauſæ poſſunt eſſe exploratæ, ſi ex æquo reſpondeant affirmationes, negationibus cauſarum & effectuũ. quod ipſum, non niſi in reciprocis propoſitionibus poteſt habere locum, prædicatum de ſubiecto affirmantibus: cùm alioqui negationes omnes ſint reciprocæ & ἀντίςροφοι. Si tonicum muſculorum robur, cauſa per ſe eſt intrepidæ quietis membrorum: neceſſe erit, ut eorundem imbecillitas, cauſa per ſe ſit tremulæ mobilitatis. Galenus nutu grauitatis, colluctantis cum oppoſitis muſculis, contremiſcere inquit membra. Id uerò nequaquam eſt cõſentaneum,quũ membra non modò ſurſq; deq;,ſed etiam in obliquum & tranſuerſum tremore concuti uideamus. Si per ſe cauſa eſt intermittentis febris,& cũ horrore,uel rigore incipiẽtium paroxyſmorum, excretus extra uenas humor, & putreſcẽs: neceſſe erit profectò,ut intra uenas putreſcens,cauſa ſit non intermiſſionis febris, & cum horrore uel rigore ingruentium, & ſubinde repetitorũ paroxyſmorũ. Quare ſi habebitur cauſa per ſe prima affirmationis, habebitur etiam negationis per ſe,ac prima cauſa. Et negatio, cauſa eſſe negationis quãdo ponitur,affirmatio quoq; erit affirmationis. Quòd ſi non ſit, negatio quoque negationis non erit. Directè hæc conuertuntur, non (ut Dialectici loquuntur) per contrapoſitionem:ut quando de negatione conſequentis, prædicatẽ negatio antecedentis,conceſſa & uera conſequentis de antecedente, affirmatione exiſtente. Regula hac analytica oſtendit Ariſtoteles,libro primo De anima,Mentem ſeu Animam,cauſa mentis à corpore ſeparabilem eſſe. Si nulla eſt (inquit) facultas animę, quin corpus informet, nullamq; exerceat energiam ſine corpore:neceſſe erit, nullã quoq; eſſe ſeparabilem. Quare ſi aliqua eſt, quæ ſine informatione corporis ſit, & gratia cuius ipſi per ſe animæ πάθηματα quædam & energiæ inſunt, non quatenus informat corpus, ſeparabilẽ ipſam eſſe oportebit. Animam propter νοῦν ποιητικόν,à corpore poſſe ſeparari, oſtendit libro tertio: quòd nimirũ ſuapte οὐσίᾳ poſſit eſſe ἐνεργείᾳ,quod ipſum corporeo agenti nulli congruit. Idem autor libro ſeptimo ἀκροκινήτων, nullũ à ſeipſo primo moueri corpus,ſed ab alio, ſimili demõſtrat argumẽto. In motibus alijs,excepto motu in loco,perſpicuum eſt,ipſum à ſemetipſo primo nihil moueri. Verùm in loco quæ mouentur, ipſa quædam ſemetipſa uidentur ciere:ut grauia & leuia,et animata corpora atq; animalia. Si omnino ſunt idẽ,

primò

primò mouens & primò motum: atq; illud ipſum eſt, quod à ſemetipſo primò mouetur, quod eſt mouens ipſum ſeſe: neceſſe erit, Mouẽs, nõ quia pars, ſed quia totum mobile, cauſam eſſe ſuæ motionis, quatenus ea in ſemetipſo toto mobili ineſt. Quare ſi affirmatio totius primò mouẽtis, cauſa eſt affirmationis, qua ipſum illud totum primò quoq; dicitur moueri: non eſt dubium, quin negationem etiam motionis primò mouentis, ſequatur negatio motionis: quatenus in ipſo, ut toto mobili, primò ineſt motio. Cęterùm conſtat, mobile omne, corpus eſſe: & ex neceſſitate, eſſe quantum, et diuiduum in partes: quod de mobilibus in loco, demonſtrauit Ariſtoteles libro ſexto Phyſικῶν. Quare totum aliud erit, quàm pars: & quæuis, extra quamuis aliam partem erit. Fingatur iam pars quædam uacare motu: cum parte, & propter partẽ hanc non motam, totum etiam expers motionis neceſſariò erit, propter hypotheſin qua ſtatuitur, totum quia totum, moueri. Nam ſi parte nõ mota, cauſa alterius partis, totum moueatur: ipſum ſcilicet, per accidẽs totum mouebitur: nec totum primò mouens & mobile erit, ſed aliud mouens, & aliud primò motũ erit. Neq; nos negamus, totum ex primo mouente & moto conſtitutum: ſed hoc quęritur, utrum mouens primum, ipſum quoq; primò ſit mobile: id eſt, utrum ipſum ſemetipſum primò moueat. Propter hypotheſin itaq;, parte quieſcente, totũ quieſcet: quum ei non niſi quatenus totum, motionem ineſſe ſit poſitum: ac neq; mouens, neq; mobile primò, ſit propter partẽ. At uerò quicquid quieſcẽte alio, ipſum quoq; totum quieſcit: id ipſum quoq; motu alterius, ſeu mouẽte alio, neceſſe eſt moueri. Quoniã (ut diximus) ſi affirmatio eſt cauſa affirmatiõis, nẽpe ſi quies partis, eſt cauſa quietis totius: ſequitur, ut negatio etiã quietis, id eſt motu partis, ſit cauſa negationis quietis, id eſt motionis alterius partis. Iam rurſus pars illa mouens (qua eſt quantitas) iterũ ipſa ſeſe primò non mouebit, propter eandem, quæ paulo antè dicta eſt, cauſam. Quamobrẽ diuiſione hac, ſemper mouens quoddã occurret, quod nõ ſeipſo, ſed cauſa alterius ſit mobile: nec peruenietur ad primũ, cùm ſectio quãtitatis infinitè pergat. Sed liquet, nullũ poſſe eſſe mouens primò, quod ipſum quoq; mobile ſit primò. Qua igitur primò mouens erit, hac ratiõe partiũ expers erit: & qua primùm mobile, corpus erit, & partibus diuiduũ, atq; quantũ. Primum mouens immobile, eſt Anima, quantitatis ipſa per ſeſe expers. Quamobrem per ſeſe quoq; immobilis eſt: ſed per ſe tamen primò mouens principiũ corporis, nec partem extra partem habet, cũ ſit ὅλως ὅλον quiddam. Quicquid enim eſt, & ubicũq; eſt, ibi totum eſt: quod dę toto corporeo nequit dici. Huic argumento debemus cognitionem diuinorũ & incorporeorum: quorũ rationẽ nobis exprimi primi motoris proprietate cõſtat. Primi aũt motoris notitia elucet, quatenus oppoſita eſt rationi primò, & per ſe mobilis. Quã ſi Galenus intellexiſſet rationẽ, de Animæ eſſentia dubitare nõ potuiſſet, quin eſſet incorporei generis. Reprehenſum eſt hoc argumẽtũ à Galeno, in libris (ut opinor) demõſtrationũ: quanquã Auerroes, qui eius reprehenſionis mentionẽ facit, loci & libri non meminit. Per contrapoſitionem, Auerroes conſectarium huius argumenti concludit hoc modo: Quicquid ipſum à ſeſe primò mouetur, iſtud à ſeipſo primò quietis etiam erit particeps. Quare ſi à ſeipſo primò quietis non erit particeps, nõ erit etiam motionis à ſemetipſo particeps. Negatio conſequentis uera oſtenditur, ſęctione mobilis in partes: de qua paulo antè dictum. Galenus negat conſectarium eſſe uerum: non enim ſi pars quieſcat, ob id totum quoq; ipſum quieturum. Partis enim motu, poſſe totum etiam moueri, ſecundum accidens; quamobrem non eſſe neceſſe, ut quieſcente mobilis par-

Galeni error, & falſa reprehenſio qua arguit Ariſtotelem.

Auerroes li. 7. Phyſicorum, cap. 1.

bilis parte, ipſum etiam totum quieſcat. Sed quod Galenus dicit, implicat hypotheſεως contradictionem. Nam quod cauſa partis mouetur totum, ipſum primò & per ſe neq; mouetur, neq; quieſcit, ſed cauſa partis. Quæritur autem de mobili, quod per ſe ac primò eſt mobile: nempe de corpore naturali, utrũ à ſeipſo primò mouente moueatur, an uerò ab alio: & ſi ab alio, utrum partibus diuiduo, an indiuiduo. Sophiſma illud Galeni, coarguit etiam Auerroes: ut ex eo facilè perſpici poſſit, Galenum quamuis ſtudioſiſſimũ, non tamen ſemper intelligentiſſimum fuiſſe Demõſtrationum: & cupidius interdum, quàm uerius ab ipſo reprehenſum Ariſtotelem. In pleriſq; alijs, ſummi & acerrimi ingenij uir, & ab omnibus certatim laudandus: quanquam methodi exquiſitione par non eſt, neq; philoſophiæ ſubtilitate etiam conferendus Ariſtoteli.

Galenus De differentijs Morborum. Proinde idem ille noſter Galenus, argumento talis affirmationis & negationis, morbum ſolutæ unitatis, ad genus ὁμοιομερῶν & organicorum morborum pertinere ſcitè oſtendit. Si, inquiẽs, continuata unitas, ſimilibus & organicis partibus cauſa eſt, ut ſuã præſtare poſſint energeian, ſecũdum naturam. Ergo non continuata, cauſa erit, ut partes illæ nõ poſſint ſuis ſufficere actionibus. Similibus partibus diuiſis, morbus ipſe per ſe in parte ὁμοιομερεῖ ineſt: idem poteſt etiam eſſe cauſa organici morbi. Vt (uerbi gratia) præciſio nerui, quia neruus ὁμοιομερὴς eſt, morbus erit ὁμοιομερὴς: ſed quoad magnitudinis, & quantitatis gratia breuior fit, quàm antea fuerit, organicæ partis habet rationẽ: cuius breuitatis ſymptoma eſt nõ poſſe coaleſcere. Solutæ unitatis (quatenus ὁμοιομερὴς corpus) ſymptoma eſt, impeditus ſpiritus animalis in muſculos trãſitus. Quamobrẽ non ſi organicus affectus nonnunquã ſequitur ſimilarem, ob hãc cauſam ſimilaris, organicus etiam erit: ut ſi in cranio fracto, figura etiam deprauetur. At ſimplici rimula ſeu fiſſura, ut ſimilare corpus afficitur duntaxat, non etiã ut ὀργανικόν, impediens nimirũ illam energiam: ad quã præſtandã, os cranij natura continuum ipſum eſſe uoluit. Quidã ex recentioribus Galeni Momus, perperam ipſum reprehendit: qui affectum ſolutæ unitatis, ad ὁμοιομερεῖς partes, non pertinere exiſtimat, ſed tantũ ad organicas: ueruntamen ratio conſtat, propter quã etiã ὁμοιομερὴς exiſtimari debeat morbus. Tametſi ipſa per ſe, Quantitas continua, nullius energiæ ſit cauſa: eſt tamen cauſa, ſine qua non poſſunt ſimilares, ſuam etiã energiam præſtare. Sunt tales (ut dictũ eſt) ἄμεσοι cauſæ, quibus etiam διότι poteſt monſtrari: quibus uerò ὅτι duntaxat in Secunda figura monſtratur, uulgares ſunt, hyperbolicæq; cauſæ. Qualis eſt hęc: Vtinam, ne in nemore Pelio. & hæc Anacharſidos: qui interrogatus, quã ob cauſam buccinatrices apud Scythas non eſſent? reſpondit: Quia in Scythia

Ruellius lib. 1. hiſtoriæ ſtirpium, cap. 202. uuæ non naſcuntur. Ac ei ſimilis fuit hæc quoq; Hegeſandri Pythermi: qui articularis morbi, per uiginti annos populariter graſſantis, cauſam eſſe dicebat, quòd mora ſcilicet non proueniſſent. Is enim, horum eſum morbo huic reſiſtere arbitrabatur. Expoſuimus omnes modos, quibus in eadem ſcientia demonſtrabile eſt, ὅτι ἐστὶ. Præter hos, alius eſt quidam, quo differt ὅτι cognitio, à διότι ipſius demõſtratione, cõpoſita nimirũ, ex diuerſis diſciplinis, unius contemplatione: quẽ modũ ſupra quoq; attigimus. Ordinis cauſa, una ſcientia alteri ſubiecta eſt tamen, inferiorq;, ſuperioris adminiculo, cauſam demonſtrat: ſed πάθος tale ineſſe ſubiecto, cognoſcere pertinet ad inferiorẽ & ſubiectã: ad quam tamen cauſæ eius, propter quã inſit, nõ pertineat abſq; ſuperioris ſcientiæ cuiuſdã principijs, cognitio. Vt quòd fracti, & non ad perpendiculum directi radij, per inæqualia media penetrent, ὅτι cognoſcit Opticus. Item quòd inconſpicuum in uaſe inani ſignũ, idipſum repleto uaſe aqua, quòd cõſpicuũ

fiat,

fiat, ὅτι uerum noſcit Opticus: διότι aũt, lineamentis & rationib. demonſtrat Geometricis. Ita ſeſe habent Mechanica, ad Stereometriã: & Harmonica, ad Arithmeticam: et φαινομένων cœleſtiũ contẽplatio, ad Aſtronomicas ratiões: quæ ſunt, oẽs Arithmeticę & Geometricæ. διὸ (inquit Ariſtoteles) τὰς μὲν ἀρχὰς τὰς περὶ ἕκαστον, ἐμπειρίας ἐστὶ παραδοῦναι· λέγω δ᾽ οἷον τὴν ἀστρολογικὴν μὲν ἐμπειρίαν, τῆς ἀστρολογικῆς ἐπιστήμης. ληφθέντων γὰρ ἱκανῶς τῶν φαινομένων, οὕτως εὑρέθησαν αἱ ἀστρολογικαὶ ἀποδείξεις. Ex qua ſcientia Medium & cauſa demonſtrationis ſumitur, ὁμώνυμος eſt ei cui adhibet̃: ut Geometria Optica, aut Geometria Aſtronomica, aut Arithmetica Muſica. Geometria, item Arithmetica, quia diuerſorum primò ſubiectorum ſunt diſciplinæ, ὁμωνύμως de ijs prædicantur: cùm alia ſit, quæ ſimpliciter Quantitatis, alia quæ Concretæ quantitatis conſideret propria, quum non idem & commune utriuſq; ſit ſubiectum. Nec inferiores & ſubiectę de ſuperioribus (quum materiam ſuppeditent) συνωνύμως, ſed παρωνύμως ſolent prædicari: ut Opticum de Geometria, item Aſtronomicum & Muſicum de Arithmetica. quoniam de Forma prædicatur Materia, ſeu Subiectum, παρωνύμως. Quatenus igitur ſunt ſecretę & concretæ, nihil habẽt συνώνυμον illæ ſcientiæ: quandoquidem circulus etiam (uerbi gratia) ὁ τε ἁπλῶς λεγόμενος, καὶ οἱ καθ᾽ ἕκαστα, ὁμωνύμως λέγεται. Item Mathematicus circulus, & Phyſicus. Sunt præterea diſcrepantes alio quodam modo ſcientiæ, cognitiõe ὅτι & διότι, quodãmodo συνώνυμοι, quoad nimirũ ambę ſunt ſubiecto rũ cõcretorũ: uerùm una, ſubſiſtẽte Mathematica concreta adhuc in materia, nõdum tamen ueniente ſub ſenſum, ſed καθόλου quadã ratione comprehenſa, non ad uſum quendam accommodata, & ad res ſingulas. Altera eſt, quæ notitiam applicat ad ſingula, in quibus ars & coniectura iunguntur cũ ſcientia, artem tamen gubernante ſcientia: quarũ illa per ſenſum ὅτι, hac uerò per ſcientiã διότι cognoſcatur. Quamobrẽ non temerè dixit Ariſtoteles, eas eſſe σχεδὸν συνωνύμους: quũ ſubiectarum rerũ artibus concretio ſenſilis contẽplationẽ & aciem mentis, quodãmodo τῷ ἀβεβαίῳ materiæ præſtringat. Talis eſt Nautica, reſpectu Aſtronomiæ: & Muſica, ſeſe applicans ad uocum et ſonorum inſtrumẽta, ſi cõferat̃ Muſicæ Mathematicæ: quę (ut Plato ſcribit in Philebo) τὸ ξύμφωνον ἁρμόττουσα οὐ μέτρῳ, ἀλλὰ μελέτης στοχασμῷ. καὶ ξύμπασα αὐτῆς αὐλητική, τὸ μέτρον ἑκάστης χορδῆς, τῷ στοχάζεσθαι φερομένης θηρεύουσα, ὥστε πολὺ μεμιγμένον ἔχειν τὸ μὴ σαφές, σμικρὸν δὲ τὸ βέβαιον. Infimæ ſunt cognitiones illæ, ac minimũ habent ἀκριβείας, quas artifices adhibent rebus ſub ſenſum cadentibus: in quibus cõiectura expertorũ, ſeu per ἐμπειρίαν ſolertiũ, q̃ ſciẽtia eruditorũ ſine experientia plus nonnunquã aſſequitur: autore Ariſtotele libro primo Metaphyſicæ. Ars & uſus, ὅτι ſubijcit. Superior compoſita Mathematica, ut (uerbi gratia) Muſica, explanat διότι: propterea quòd penes eam ſit cauſarũ demonſtratio, eorum παθῶν, quæ ueniunt ſub ſenſum. Eadem conditione Empirica Medicina, ſubiecta eſt Dogmaticæ: & Dogmatica, ſed ut ſpecies generi, Phyſicę. De hoc diſcrimine ſic Ariſtoteles: οἱ πλεῖστοι τῶν ἰατρῶν φιλοσοφώτερον τὴν τέχνην μετιόντες οἱ μὲν τελευτῶσιν εἰς τὰ περὶ ἰατρικῆς, οἱ δ᾽ ἐκ τῶν περὶ φύσεως ἄρχονται περὶ ἰατρικῆς. Et alio quodam loco: περὶ δὲ ὑγιείας καὶ νόσου οὐ μόνον ἐστὶν ἰατροῦ, ἀλλὰ καὶ φυσικοῦ μέχρι τοῦ καὶ τὰς αἰτίας εἰπεῖν. ᾗ δὲ διαφέρουσι, καὶ ᾗ διαφέροντα θεωροῦσι, οὐ δεῖ λανθάνειν. ἐπεὶ ὅτι γε σύνορος ἡ πραγματεία μέχρι τινὸς ἐστὶ, μαρτυρεῖ τὸ γινόμενον. τῶν τε γὰρ ἰατρῶν, ὅσοι κομψοί, ἢ περίεργοι, λέγουσι τι περὶ φύσεως, καὶ τὰς ἀρχὰς ἐκεῖθεν ἀξιοῦσι λαμβάνειν, καὶ τῶν περὶ φύσεως πραγματευθέντων οἱ χαριέστατοι σχεδὸν τελευτῶσιν εἰς τὰς ἀρχὰς τὰς ἰατρικάς. Proinde quum in uniuerſum duo ſint genera ſciẽtiarum, quorum uno conſiderantur πάθη à corporibus naturalibus ſecreta: qua-

Priorũ Analytic. lib. 1.

Quomodo ſubordinatæ Sciẽtiæ differãt inter ſe.

Metaphy. 7.

Subordinatæ συνώνυμοι diſciplinæ.

Ariſtot. περὶ αἰσθήσεως καὶ αἰσθητοῦ.

περὶ ἀναπνοῆς.

lia ſunt Mathematica εἴδη, ὡς ἀφαιρέσεως ὄντα: altero, concreta cum materia naturali: ut Phyſica, nempe ἐκ προσθέσεως ὄντα, & Formæ naturales item cũ Mathematicis compoſitæ, quæ formæ compoſitis illis Mathematicis diſciplinis ſubijciuntur. Deinde utroq; modo compoſitis, artes quædam ſint ſubiectæ, proferentes ſeſe ad ſingulas: & ſenſiles res, quarũ cognitionis rudimenta quidem ſint penes experientiã, perfectio autem penes ſcientiam: illa nimirũ certa coniectura percipiente, ὅτι δή: hac uerò, minimè fallente demonſtratione, διότι colligente. Ratio nobis porrò explicanda, qua fiat, ut aliquando quod ſcimus, & demonſtratione notiſſimum habemus, id quodãmodo neſcire atq; ignorare uideamur. Vulgus, adeoq; omne genus artificum, quod ἐμπειρίᾳ nitiť, ὅτι noſcit, ut interim διότι ignoret. Proximus eſt ab experientia artis habitus, quẽ deinde ſcientia, ſcientiã ad extremũ ſapientia perficit. ἐμπειρία, autore Ariſtotele, τῶν καθ' ἕκαστα δὴ γνῶσις, ἡ δὲ τέχνη, τῶν καθόλου. Deinde φ ars colligať ſingularũ rerũ obſeruationibus, quibuſdamq; καθόλου concluſis, idem teſtatur his uerbis: γίνεται δὲ τέχνη, ὅταν ἐκ πολλῶν τῆς ἐμπειρίας ἐννοημάτων, καθόλου μία γένηται περὶ τῶν ὁμοίων ὑπόληψις. Cognoſci hæc quòd ſint uera, ſine demonſtratione poſſunt: qua cognitione contenti Empirici, cauſas rerum negant cognitu eſſe neceſſarias. At διότι ſcientia, poteſt fieri, ut nonnunquam cum ὅτι, ignorãtia ſit coniuncta. Aliàs uerò διότι mõſtrari nequit, non præcognito prius ὅτι δή. Diuerſorum ſubiectorum, quando una perficiens, altera perfecta eſt ſciẽtia, poterit καθόλου quidpiam ita ſciri, ut interim ipſum, quoad eſt κατὰ μέρος, et certis applicatur ſubiectis rebus, ignoretur: quando nimirum ὅτι ſubiectæ rei fuerit ignotum. Vt καθόλου ratione Arithmetica demõſtratur, proportionem ſuperparticularẽ, aut ſuperpartientem non admittere medium numerum, eadem proportione relatũ ad extremos. Poteſt fieri, ut ſciens illud καθόλου, id ipſum tamen quiſpiam uerum eſſe non intelligat, in rebus, ὅτι δή, ignotis. Vt ſi quis ignorãs tonum comparari proportione ſeſquioctaua, exiſtimet illum numero medio proportione ſimili diuiduum. Aut ſi quis ſciat Geometricè angulos in peripheria circuli rectis lineis comprehenſos æquales, æqualibus etiam ſegmentis tanquam baſibus inſiſtere: propter ignorantiã tamen Aſtronomicorum ſubiectorum, ὅτι δή, ueritatem huius demõſtrationis ab hac parte quodammodo neſciat. Quoad quidem ἐπιστητὰ omnia καθόλου ſciuntur, eatenus ὅτι δή, cognitio ſubiectorum & prædicatorum, præcedat διότι neceſſe eſt. Sed quatenus tãquam εἴδη quædã ſecreta certis adhibenť ſubiectis, quorum ſubiectorum εἶδος non eſt idem, ſed inſtar ſunt materiæ cuiuſdam, gratia cuius forma quælibet multitudinis eſt particeps (quum ipſa per ſeſe forma, una, ſimplex, & indiuidua exiſtat) prius ſcilicet διότι (tanquam formæ καθόλου) quàm ὅτι, talium ſubiectorum plurimorum concretorum cognitum erit. Perſpicuum eſt id primùm in ſcientijs & diſciplinis, ordinis cauſa quodammodo confœderatis ſic, ut ſuperior inferiori demonſtratione ferat ſuppetias: prius tamen non opitulatur inferiori, quàm fuerit illud ſubiectum (cui demonſtratio adhibetur) ὅτι cognitum. Deinde in artibus etiam idem uſuuenit, quarum notitia iam ſeſe ad καθέκαστα ſenſu nota profert: quæ nimirum actionis & efficientiæ ſunt ſubiectum per ſe, cognitionis autem & ſcientiæ, ſecundum accidens. Libro ſecundo oſtendimus, καθόλου ſcientiam, nonnunquam cum ignorantia eius de quo prædicatur καθόλου, coniunctam eſſe: quòd ipſum καθόλου, ab Ariſtotele appellari εἶδος, de quibus autem prædicetur, καθέκαστα ſeu ὑποκείμενα dici, planum fecimus alio quodam loco. Quòd autem hæc ſubſint καθόλου ſubiecto, aliàs ſenſu ipſo atque inductione notum

eſt, aliàs

eſt, aliàs quodam probandum eſt ſyllogiſmo. Repetere ea, nihil eſt opus: nos quæ faciunt duntaxat ad præſentem locum intelligendum, tractabimus in præſentia. Multa ſcimus in uniuerſum, quorum ſcientia nos fugit tamen in ſubiectis rebus: quoad nimirum eſſe eas, nõ animaduertimus. Simulac enim, quòd ſubiecta τῶν καθόλου ἐπιστητῶν exploratum nobis fuerit, de his etiam ſcire nos quidpiam arbitramur: nempe idipſum, quod καθόλου ratione antè ſciebamus: quæ confunditur in καθέκαστα cognita, ὅτι δὴ, tamen per ἐπίσκεψιν prius. Niſi enim demonſtrator ſeu contemplator quaſi è ſublimiore ſpecula, ad καθέκαστα etiam mentis aciem conuerterit, nõ pauca ipſius cognitionem, propter ἀντεπίσκεψιν effugient: propterea quòd ſubiecta & inferiora, diſcrepãt ab eſſentia τοῦ ἁπλῶς καθόλου δὴ ἀφαιρετικῶς ὄντος: cuius ipſi ſcientia ſunt præditi, cuiq; (ut diximus) tanquam materia quædam, καθέκαστα concreta ſubijciuntur: quæ uſum, & (ut ſic dicam) fructũ harũ demonſtrationum, non etiã proprietatem ſibi uendicant. Etenim per ſe, ſpecies ſecretas Mathematica conſiderant, non quoad enũciantur de ſubiecto Phyſico quodam. Quòd ſi etiam de ſubiecto quodam Phyſico efferuntur, iam id eis accidet: & quatenus quidem Geometrica, non prædicantur de alio diuerſi generis. Quoad per ſe de alio, iam non Geometrica erunt, ſed Optica, aut Aſtronomica, aut Architectonica ſeu Mechanica. Quoniam de ſpecie (ut paulo antè dixi) παρωνύμως materia profertur, itemq; ea quæ propter materiam, propria πάθη formis attribuuntur, cum certis ſubiectis concretis. Nam propria πάθη Mathematicarum formarum, quæ ipſis propter concretionem accidunt naturalium ſubiectorũ, Mathematicis quia Mathematicis, id eſt quia ſecretis, non inſunt, ſed quia cũ certo ſubiecto concretis. Nam quæ ſecretis inſunt, Mathematicarum diſciplinarum ſubiectis propriè inſunt: quibus στοιχεῖα, & ſimpliciſſima quæq; εἴδη demonſtrantur, & poſtea concretis etiam proprietatibus demonſtrandis uſurpari poſſunt, non tanquam propria & peculiaria quædam ipſis concretis adiudicari & aſſeri, quum elementa ſint communia, nulloq; de Phyſico ſubiecto propriè demonſtrentur. Atque id ipſum eſt, quod Ariſtoteles his intelligi uerbis uoluit: τὰ γὰρ μαθήματα περὶ εἴδη ἐστίν· οὐ γὰρ καθ' ὑποκειμένου τινός. Quo differunt à concretis Mathematis, ſincera illa, & ſecreta & cõmunia στοιχεῖα. Nonũnquam etiam accidit, ut quemadmodum quod ὅτι noſcitur & διότι, monſtratur Mathematicis rationibus in Optica: ita quiddam ſit cognitum ὅτι δὴ, Phyſicè, cuius διότι deinde oſtendatur rationibus & principijs Opticis. Vt quòd Iridis materia ſit rorulenta nubes, docere pertinet ad Phyſicum: quæ cauſa uerò ſit, ut inflexis radijs ſolis ex oppoſito, tam uarię colorũ formæ conſpectui noſtro repręſententur, Opticus cõſiderat. Poſtremò quòd rotunda, quòd ſemicirculi figura, aliquando minore, nunquam maiore appareat, Geometricis mõſtratur rationibus. Has omnes cauſas Ariſtoteles libro tertio μετεώρων, tractans de iride, explanat. Quædam igitur διότι, uernaculis rationibus explicat Opticus, pleraq; Mathematicis. Vt quamobrem procul aſpicientibus, paralleli uideantur concurrere: & quî fiat, ut duobus oculis, res una uideatur gemina, cõtra naturam detortis: quæ ſine Geometria, principijs demonſtrantur Opticis. Idem conſiderandum in alijs quoq; concretis diſciplinis, quæ ſunt mediæ inter Phyſicen & Mathematicen. Quò reſpiciens dixit Ariſtoteles: τὸ δὲ διότι, ὀπτικοῦ, ἢ ἁπλῶς, ἢ τοῦ κατὰ τὸ μάθημα. Fit etiam nonnũquam, ut diſciplinæ, quæ penitùs diuerſo modo propria πάθη conſiderant: ut Phyſica, quæ, concretas: & Mathematica, quæ ſeparatas à motu & materia conſiderat formas: ut nihilominus concreta conſiderans, ratione utatur non-

Talia ſubiecta ſunt Optica, Aſtronomica, Muſica, & ſimilia.

nunquam Mathematica. Vt quãdo Medicus cauſam reddit propter quã rotunda difficilius ſit curare, quàm recta uulnera, aut oblonga. In reponẽdis luxatis oſſibus, cum uerò alijs quibuſdam, uſum in arte Medica habere Mathematicen, docet Hippocrates in epiſtola quadam ad Theſſalũ filium. Ac Phyſici quoq; rotunda probant eſſe terram, aquam, cœlum, proprietate Mathematicorum φαινομένων. Sed de differentijs diſciplinarum, dictum ſatis, & modorũ quibus inter ſe cõmunicent: dũ ſuperior inferiori, et magis καθόλου, ei quę minus eſt, explicatione cauſæ, ac demonſtratione ſuccurrit. Quælibet autem ſuum ὅτι, cognitum habeat oportet, quum id nõ aliunde accipiat cognitum.

DEMONSTRATIONVM
Liber VI.

DE finibus, & quaſi limitibus diſciplinarum, quibus ſunt diſcluſæ: nec non de modis & differentijs demonſtrationũ, ſuperiore libro diximus. Cùm uerò plures ſint Figuræ ſyllogiſmorum, quibus colligitur uerũ: ex his quæ nã maxime ſit accommodata demonſtrationi, deinceps oſtendemus. Et cùm ſyllogiſtica ignorãtia, ſit oppoſita demonſtrationi & ſcientiæ: cauſas etiam, & modos ignorãtiæ, interpretantes Ariſtotelem, explanabimus: quæ lõgè maxima, & præcipua huius libri pars erit, & tractatio. Non modò enim ſcientiæ, uerumetiam ignorantiæ cauſas demonſtratori cognitas eſſe oportet: alioqui ἀμετάπειστος non erit, & diuerſum ei facile perſuadebit̃. Deinde quòd conſtet etiam, oppoſitorum non poſſe eſſe niſi unam ſcientiam: quare ſciẽtiæ Methodi, & ignorantiæ quoq; una erit, & eadẽ ἀνάλυσις. Quæ quidẽ tũ demũ
Galenus lib. 3. De ſimpli. medicamentis. perfecta eſt, & abſoluta, autore præſtantiſſimo Galeno, ὅταν μὴ μόνον τὸ ἀληθὲς γινώσκωμεν, ἀλλὰ καὶ τῶν παραλογισμῶν αἰτίας ἐκμάθωμεν. Quamobrem non tantum ſimplex ueritatis uia, ſed multiplex etiam inſcientiæ, & errorum pręterea ambages, & perplexa deuia paralogiſmorum cognoſcẽda: nimirum ut illa incedere, hanc euitare & declinare ualeamus. πολλαὶ γὰρ ἀνὰ στρατόν εἰσι κέλευθοι, inquit Homerus. Sed præfatum ſatis: nunc quæ figura ſyllogiſtica præſertim ſit accommodata demonſtrationibus, conſiderandum. Omnibus mo-
Primã figurã Demonſtrationi accommodatiſſimã eſſe. dis perfectiſſima eſt Prima figura, quorum in prioribus Analyticis mẽtio fit. Eadem quoq; perfectiſſima eſt, ratione demõſtrationis & ſcientiæ. Hac enim Mathematicæ diſciplinæ, quæ uincunt alias exquiſitione ſcientiæ, & ἀκριβείας, ſua probant concluſa: ut Geometria, Arithmetica, Optica, & ſimiles: propterea quòd in his, non niſi per cauſas & media, propria πάθη ſubiectis ineſſe uel non ineſſe cognoſcimus, quo deſcribitur διότι & perfecta demonſtratio. Notius autem nobis, & non φύσει medium, ut in Phyſicis φαινόμενον, ſi colligẽda ſit cauſæ negatio de ſubiecto, plerumq; in Secunda figura ſolet uſurpari. Exemplũ Mathematicæ demonſtrationis in Prima figura, tale eſto. Omnis figura, cuius exterior angulus diuiduus, alicui ex lateribus παραλλήλῳ linea, angulos duos conſtituit, duobus internis et oppoſitis ęquales, externum habet duobus oppoſitis angulis æqualem. Sed omnis triangulus eſt talis figura. Ergo. Repetitis his non eſt opus. Mathematicarum demõſtrationũ ἀναγωγὴ ad

formam

formam ſyllogiſticam, eſt equidem difficilis: quòd in his medium paucis uerbis nō poſſit explicari, multo minus uno, altero'ue nomine perſtringi & cōprehendi poteſt: quum media nimirum hæc, ſint finitiones propriorū παθῶν, quæ ſanè longos habēt explicatus. In his (inquit Ariſtoteles) οὐ δεῖ τοὺς ὅρους ἀεὶ ζητεῖν ὀνόματι ἐκτίθεσθαι. πολλάκις γὰρ ἔσονται λόγοι, οἷς οὐ κεῖται ὀνόματα. διὸ καὶ χαλεπὸν ἀνάγειν τοὺς τοιούτους συλλογισμούς. Ergo uel in hac ſola atq; unicè, διότι ſcientia concluditur: ut affirmans καθόλου, uel plerunq;, & in pleriſq;: ut negans καθόλου, qui plerunq; etiam in Prima, διότι conficitur: ſed ὅτι δὲ crebrius in Secunda, pro medio uſurpantes effectum, ſeu φαινόμενον: quales crebri ſunt in Phyſicis, in quibus neceſſe eſt per effectum cognoſci cauſam. ut · Omne præditum anima, nutritur. Nullum quatenus natura tātum eſt præditum, nutritur. Quare, Nullum quoad natura tantum eſt præditum, eſt animatum. Refelluntur hoc argumento Stoici, qui principium nutricationis in ſtirpibus, Naturam dicūt eſſe, & non Animam. In Prima διότι, ſic conficitur ſyllogiſmus · Nullū expers animæ, nutritur. Omne Phyſicum, quia Phyſicum, expers eſt animæ. Nullum Phyſicum, quia Phyſicum, nutritur. Demonſtratio eſt, quum προτάσεις omnes ſint ἀντίστροφοι. Nonnunquam διότι quoq; concluditur, ſed negans tantum in Secunda figura, ac rarò admodū: frequentes autē ſunt, ὅτι δὲ demonſtrationes duntaxat in hac figura. ut · Nullum infinitum, eſt in loco. Omne corpus naturale, eſt in loco. Igitur, Nullū naturale corpus, infinitū eſt. Finitū enim, cauſa eſt ut circunſcribatur aliquid loco: & locus uiciſſim, nō eſt cauſa finitionis. His terminis duntaxat ὅτι, & non etiā διότι, in Prima, conficitur ſyllogiſmus. Demonſtrari enim nequit, nullum infinitum corpus, eſſe in loco. Sed demonſtratur, nullum quod ſit in loco, eſſe corpus infinitū: ut hoc modo · Nullū corpus naturale, eſt infinitum. Omne quod eſt in loco, eſt corpus naturale. Ergo, Nullū quod eſt in loco, eſt infinitū. Sed διότι etiā monſtratur in Secunda, ut hoc modo · Omne quod eſt in loco, eſt corpus naturale. Nullū infinitum, eſt corpus naturale. Ergo, Nullū infinitum, eſt in loco. Ex quo eſt euidens, cōcluſa non omnia negantia, διότι in Prima figura monſtrari: quod uſuuenit, quando per cauſam negationis unā duntaxat oſtenditur, prædicatū nō ineſſe ſubiecto. ut corpori naturali, quia infinitū, adſcribitur in loco nō eſſe: ut finitum, uiciſſim cauſa eſt circūſcriptionis loci. Quòd ſi duæ fuerint cauſæ diuerſi generis, ijs διότι negans ſyllogiſmus in Prima quoq; figura conficietur. ut quando probatur, nullū expers pulmonis, ſpirare: hoc modo · Nullū animal nō cōſeruās calidū inſitū cordis, motu & refrigeratione aeris, ſpirat. Omne expers pulmonis, eſt animal nō cōſeruās calidū inſitū cordis, motu & refrigeratione aeris. Ergo, Nullū expers pulmonis, ſpirat. Subiectū, cauſa eſt inſtrumētalis in animali, ut ſpiret. Nā pulmo, inſtrumētū eſt animæ, quo ſpirat. Mediū, cauſa eſt finiēs, & gratia cuius, ſpirationis. Nam ut cordis calor temperetur, & ut exhalent eius fuliginoſa excrementa, ducitur ſpiritus. Sed de negantibus ſyllogiſmis infrà dicturi ſumus: quæ'nam ſint etiam hoc in genere ἄμεσοι propoſitiones, item quæ ἔμμεσοι. Hactenus liquet, in Prima figura, uel ſola, διότι mōſtrari, uel utplurimùm, & in pleriſq;: ut quando concluſio eſt negans. Quum autem præſtantiſſima ſit διότι demonſtratio, & nihil aliud ſit Scire, quàm διότι ἐπιστᾶν: cui porrò dubium ſit, quin Prima figura, ex omnibus ſcientiæ ſit maximè affinis, & penes eam quaſi prerogatiua ſit Demōſtrationis? Deinde notiſſimum eſt, finitionibus omnia cognoſci exquiſitiſſimè: quum ſcilicet omnium οὐσία, & quid uerè ſint res, finiendo intelligantur. Noſci autem eas conſtat, quando quid ſint, non quando quid non ſint, percipiuntur. Affirmatio enim,

& non

Prio. Analyt. lib. α.

& nõ Negatio, declarat eſſentiam. Atqui ſola Prima figura, ea quæ καθόλου af-
firmantur, poſſunt demonſtrari: quamobrem hoc etiam nomine in primis ἐ-
πιστημονικὴ erit. Aliàs oſtendemus, definitionem propriorum παθῶν, non niſi
figura orationis differre à demonſtrationibus. Subiectorum porrò in demon
ſtrationibus terminorum, finitionum partes, non niſi Primæ figuræ ſyllogiſ-
De Anima lib. α. mo colliguntur, medijs φαινομένοις. Quo reſpiciens dixit Ariſtoteles: ἔοικε δὲ οὐ
μόνον τὸ τί ἐστι γνῶναι, χρήσιμον εἶν, πρὸς τὸ θεωρῆσαι τὰς αἰτίας τῶν συμβεβηκότων ταῖς
οὐσίαις, ὥσπερ ἐν τοῖς μαθήμασι, ἀλλὰ καὶ ἀνάπαλιν, τὰ συμβεβηκότα συμβάλλεται μέ-
γα μέρος πρὸς τὸ εἰδέναι τὸ τί ἐστιν. Hominis finitionis partes, ita colligere licet:
Quicquid ſeipſo ſubſiſtit, ſubſtãtia eſt. Quicquid mobile eſt, corpus eſt. Quic
quid nutritur, animatum eſt. Quicquid ſentit, animal eſt. Quicquid intelligit,
mentis eſt compos. Sed omnis homo ſubſiſtit ſeipſo, mobilis eſt, nutritur, ſen
tit, intelligit. Ergo, Omnis homo, ſubſtantia corporea, animata, ſentiens, intel
ligens eſt. Hac ratione colligit finitionem animæ Ariſtoteles, in ſecũdo libro
De anima. In Secũda figura, finitionis partes non colliguntur. Non enĩ quid,
ſed quid non ſit ſubiectum, hac oſtenditur figura. Tertia concludit nihil in u-
niuerſum. Sed finitio καθόλου, congruit definito. non enim quidam, uel aliquo
modo: ſed ex toto, & in uniuerſum, Homo eſt animal bipes. Tertia eſt ratio,
atq; argumentum prærogatiuæ: quòd nimirum demonſtrationes imperfectę
Primæ figuræ, ut compleantur probandis mediatis, adminiculo Secundæ &
Tertiæ nõ indigent. Sed Secunda & Tertia, indigent Prima, ad complendas,
& omni numero mediorum condenſandas propoſitiones ἐμμέσους, uſq; dum
peruentum ſit ad ἄμεσον. Nulla enim earum eſt, καθόλου adhibens ad probandũ
præmiſſas, quæ non habeat ut minimum alteram affirmantẽ: quæ ſi fuerit ἔμ-
μεσος, nõ niſi per Primã figurã ſtipari medijs, & ἄμεσος fieri poteſt: quales ſunt
Tertiæ figuræ ſyllogiſmi, qui primo concluduntur modo, ambabus καθόλου af
firmantibus præmiſſis. At negans propoſitio non minus, dum ἔμμεσος medijs
expletur, exaggerãdis Primæ figuræ ſyllogiſmis perficitur, quoad extremum
concludendo occurrat ἄμεσος. Nos aliquot exemplis ἀνάλυσιν hanc tractabi
mus, non ſolum propter pręſentia, ſed etiam ob ſequentia intelligenda: quan
do nimirũ diſſeremus de his: quæ primò ineſſe uel non ineſſe dicuntur. Item,
ut quales ſint mediorum & cauſarum συστοιχίαι, quibus condenſari tales ſyllo
giſmos oporteat, idq; in poſterum non ſit obſcurum: atq; etiam ut nunc per-
ſpicuum ſit, quàm facilè demonſtrabilia propoſita, expleantur omnibus me-
dijs, per Primæ figuræ ſyllogiſmos. In figura Secũda, probetur ἐμμέσοις, quòd
nullum ſperma pars ſit eius, quod naſcitur, hoc modo· Nihil quod pars eſt rei
fientis, effectrix eſt ipſius δυνάμεως, nempe animati corporis. Omne ſperma, ef
fectrix eſt δυνάμεως animati. Ergo, Nullum ſperma, pars eſt rei fientis ſeu naſcẽ
tis. Maior propoſitio conuerſa, eandem habet uim, & faciliorem probationẽ
medijs omnibus per Primam figuram conſertis & contextis, hoc modo· Nul
la ἐντελέχεια gignens, eſt pars eius quod fit. Omnis effectrix δυνάμεως animati
corporis, eſt ἐντελέχεια gignẽs. Ergo nulla effectrix δυνάμεως eſt pars eius quod
fit. Maior præcedentis ſyllogiſmi rurſus demonſtratur, hoc ſyllogiſmo· Nul-
lũ, quoad materia uacat, pars eſt eius q̃d fit. Omnis ἐντελέχεια (quia ἐντελέχεια
agens) materia uacat. Ergo, Nulla ἐντελέχεια, eſt pars eius quod fit. Rurſus ma
ior hoc medio · Nullũ ingenerabile per ſe, eſt pars eius quod fit. Omne uacãs
materia eſt ingenerabile per ſe. Ergo, Nullũ uacãs materia, eſt pars eius quod
fit. Conſtat efficiens, quoad ſit ἐντελέχεια, eſſe principium, quod ſuapte natura
ἀγέννητον & ἄφθαρτον ponũt Phyſici: probatio pertinet ad Metaphyſicã. Tot
ſyllogiſmis

ſyllogiſmis conſtat ἀνάλυσις & demonſtratio huius propoſiti, cuius tamẽ contrarium uerum eſſe uideatur Galeno: de quo ſuprà quoq; diximus. Probandũ eſt de ſpermate, quòd non ſit materia eius quod fit corporis, & generatur. Primò notum eſt, quòd efficiens non ſit pars eius quod generatur: ut Faber non eſt id ex quo fit domus, nec idea, ſpecieſúe domus artificioſa, nec ipſa οἰκοδόμησις. his enim omnibus domus fieri dicitur, & generari, ſed non ex illis. Quoniam omnis effectrix δύναμις, eſt quædam ἐντελέχεια: & omnis ἐντελέχεια agens, quia ἐντελεχεία, neq; Materia eſt, neq; materiatũ quid. Deniq; omne quatenus uacans materia, ſeu ipſum uacare materia, cauſa prima, & ἄμεσος eſt, ut ex ipſo nihil generetur, nihilq; fiat. Quæ ſi in unam ſummã omnia contrahantur, medium ſeu finitionẽ cõſtituent ingenerabilis, ſeu huius prædicati quod de ſemine dicitur, ipſum ſcilicet non eſſe partem naſcẽtis fœtus corporis. Eadem negantur omnia de eo quod pars eſt naſcentis, per contrariam & oppoſitam συστοιχίαν cauſarum: ut τοῦ κυήματος, quo animatum naſcitur, quod materia eſt, ſeu materiata cauſa, non efficiens. In minorib. propoſitionibus, ſeu ſubſumptionib. συστοιχία hęc cõſpicua eſt cauſarũ & effectuũ, quibus τῷ προσλαμβάνειν, augent̃ demõſtrationes. Cæterũ effectũ de ꝓxima cauſa prædicari ἀμέσως, liquet: ſed cauſam ſeu medium, de ſubiecto ἐμμέσως, uſq;dum peruentum fuerit ad primã. Propter figuræ Primæ perfectionem, augeri, & quodãmodo expleri omnib. medijs demonſtrationes ſubiectis, alijs quibuſdã exemplis planũ faciemus. Quæritur, utrũ ſenſus externi primò ſentiant, an uerò cerebrũ: ut externi ſint eius energię duntaxat cauſa inſtrumentalis, non aũt principalis. Cerebro, & non externis ſenſibus, primò ſentiri & noſci ἐνεργητικῶς res ſenſiles, hac demonſtratione eſt perſpicuum · Quicquid per ſe ac primò ſentit ἐνεργητικῶς formas ſenſiles, idipſum quoq; diſcernit eas. Nullus ſenſus exterior diſcernit eas. Ergo, Nullus ſenſus exterior ſentit per ſe ac primò formas ſenſiles. Monendi ſunt hoc loco lectores, ſenſionem & ſentire, in præſentia ſignificare ἐνέργειαν, & non πάθος ſenſiliũ formarum: quæ formæ, primò & per ſe, παθητικῶς adumbrãtur & recipiuntur in ſingulis & externis. Qua ratione cerebrũ nihil ſentiẽs, nihilominus ἐνεργητικῶς dicitur omnia ſentire. Quòd primò ac per ſe ſentiens ἐνεργητικῶς formas ſenſiles, idipſum quoq; diſcernat eas, hoc liquet argumento, quo cõſtat, omne naturale, ſeſe uel aliud perficiẽs ἐνεργητικόν, penes quod eſt primò & per ſe agere, propter finem agere. Itaq; reciproca ſunt, propter finem agere, & eſſe primò & per ſe ἐνεργητικόν. Ergo, penes quẽ ſenſum fuerit diſcernere ſenſiles ſpecies (quod ipſum eſt, gratia cuius ſentit animal) penes eundẽ erit, primò & per ſe eſſe ἐνεργητικόν ſenſionis. Minor propoſitio, hoc probatur medio · Nullum expers facultatis iudicandi, diſcernit ſpecies ſenſiles. Omnes ſenſus exteriores, ſunt expertes facultatis iudicandi. Ergo, Nulli ſenſus exteriores diſcernũt ſpecies ſenſiles. Rurſus Maior ſic · Nullũ inſtrumẽtũ ſenſus, expers unitatis, facultate præditũ eſt iudicãdi omnia ſenſilia. Oẽs ſenſus externi, nõ ſunt ſenſus unus. Ergo, Nulli externi, præditi ſunt facultate iudicandi. Liquet etiam hac demonſtratione, per Primam figuram expleri totam ipſam medijs. Demonſtretur in Tertia figura, quendam habitum, ſeu διάθεσιν Athleticam, permutari repentè ex optima ualetudine in periculoſiſſimam. Quendam autem habitum dico, & non omnẽ: ut nimirum hunc, qui (ut Hippocrates ait) peruenerit in Athletis ad ſummũ. Omnis oppreſſio ſubita facultatũ naturaliũ, prius ualidiſſimo exiſtente habitu, affert permutationem repentinã ex optima ualetudine, in periculoſiſſimã. Omnis oppreſſio ſubita facultatum naturalium, prius exiſtente ualentiſſimo

habitu, euenit in Athletica εὐεξίᾳ. Ergo, Quædam εὐεξία Athletica, affert permutationem repentinam ex optima ualetudine, in periculoſiſſimam. Maioris propoſitionis in Prima figura, demõſtratio hæc eſt. Quicquid calidum inſitum in optimo habitu confertim debilitat, derepẽtè ualetudinem optimam permutat in periculoſiſſimam. Omnis plethora Athletica, calidũ inſitũ confertim debilitat. Quare, Omnis plethora Athletica, derepẽtè ualetudinem optimam permutat in periculoſiſſimam. Rurſus monſtrandum, quamobrẽ plethora Athletica, ſubitò calidum inſitum debilitet. Omnis ἀσυμμετρία quantitatis morbida ſanguinis, uincit in plethoricis ſanam cõſtitutionem calidi inſiti. Sed in omni plethora Athletica, talis eſt ἀσυμμετρία uincens morbida. Et quæ deinceps ad perfectionem ſyllogiſmi poſſunt addi. Ita contexuntur media, uſq; dum perueniatur ad ἄμεσον, per ſyllogiſmos Primę figurę. Quãobtem (autore Hippocrate in Epidemijs) ὅισι πλεῖστον τὸ θερμὸν, μεγαλοφωνότατοι; Quia magna uox, creatur multo aere uehementer per amplam arteriam impulſo: qualis fuit apud Homerũ Stentoris. Quæ cauſa eſt inſpirati multi aeris? Magnus cordis calor. Quæ cauſa amplitudinis pectoris, & aſperæ arteriæ? Idẽ calor, in prima formatione. Quę cauſa roboris, & ualidorum muſculorũ? calor idem, effectrix cauſa ualentium omnium partium. Tot ſyllogiſmis & medijs, condenſanda huius propoſiti demonſtratio.

De cauſis ignorantiæ, oppoſitæ Demonſtrationi.

Dictum hactenus eſt, de perfectione demonſtrationis: quæ nimirum ei ratione Primæ figurę accidit. Reſtat ut conſideremus etiam, quænam ſint cauſę inſcientiæ eius, quę Demonſtrationi eſt oppoſita. Quomodo ſuis & uernaculis rationibus, propoſita uera ſint demonſtranda, ſuperioribus ac pręcedentibus libris docuimus: nunc quo errore mediorum, falſas, oppoſitas ueris neceſſarijs concludamus, de ſentẽtia diuini Ariſtotelis, tradere & explicare aggrediemur. Propoſitiònes quidem omnes neceſſariæ, uel ſunt ἄμεσοι, uel ἔμμεσοι: item affirmantes, uel negantes. Ariſtoteles hoc loco, prædicatum nullo medio de ſubiecto demonſtrabile, dicit ineſſe ἀτόμως.

Quid ſit ἀτόμως ineſſe.

Quod ipſum ſic interpretatur: λέγω δὲ ἀτόμως ὑπάρχειν, ἢ μὴ ὑπάρχειν, τῷ μὴ εἶναι αὐτῶν μέσον. Nã quæ prædicata ſubiectis ꝑpter aliud, & nõ quia ipſa, uel ineſſe uel nõ ineſſe intelligunt̃, demonſtrabilia exiſtunt. Quæ ſecus, nullã habent demonſtrationẽ, ſed tãquam principia, alijs demonſtrandis adhibentur. Sed horum ἀμέσων nihilominus ueritas, falſis nonnunquam medijs labefactatur: & tanquam ſi diuidua eſſent, medijs, ſed alienis tamen detorquentur in oppoſitum ſcientiæ errorem. Omnibus notum, maſculinum ſexum, temperamẽto calidiorẽ eſſe fœminino: nõ aliam ob cauſam, quàm quia maſculinus. Commentus eſt Parmenides medium: quo contrarium uideretur eſſe uerum. Liquet in natura rerum quæ ſunt omnia, eſſe ea multa, & non unum. Idem, nullam in rebus multitudinem, ſed omnia unum eſſe, errore quodam fallacis medij cenſuit. ἀτόμως de cauſa, prædicatur effectus: & negatio effectus, de cauſæ negatione. Peruertitur illorum ueritas primorum uiolenter, per media aliena

Quomodo ἄμεσοι προτάσεις, peruertantur alienis medijs.

diuiſis,

diuiſis, & in oppoſitum falſum, detortis propoſitionibus. Quid notius, quàm quod dixit Hippocrates: Morbos quos facit repletio, illos curat inanitio? Vt intemperiem, quam in phlegmone facit is qui affluxit ſanguis, tollit eius ſanguinis diſcuſſio, quæ hanc intemperiem calidã faciebat, eratq; eius cauſa cõiuncta. Si quid autem ab illo ſanguine factum ſit, nec porrò amplius fiat: ut ſi Gangræna, aut Apoſtema, uel Vlcus, deſinente certè cauſa, nõ etiam deſinit effectus. Ergo ἀτόμως uerum eſt, quod dixit in Aphoriſmo Hippocrates. Iulianus Sophiſta, fallaci argumento contrarium probare conatus eſt. Similis temeritas in Lyco fuit, quum Hippocratem refelleret dicentem, qualitatẽ ſpermaticæ & natiuæ humiditatis, abundantiorem in recens natis eſſe, quàm poſterioribus ætatibus: & ob humorem primum illum, plus etiam ineſſe caloris proprij & natiui. Hanc immediatam, Lycus paralogiſmis quibuſdam ſubuertere conatus eſt. Quid euidentius, quàm quod moueatur, idipſum non eodẽ loco quieſcere? Zeno, quicquid loco moueretur, id ipſum quieſcere eodẽ in loco, non utcunq; perſuadere, ſed etiam demonſtrare molitur. Innumera ſunt huiuſmodi, quibus exiſtentib. ἀτόμως ueris, fallaci argumentorum ſpecie, oppoſita eorum probantur eſſe uera: ut interim nihil dicã de his propoſitis, quæ diuiſa & hiulca, medijs expleri poſſunt. Ita ſanè uidentur omnia eſſe obnoxia inſidijs decipientium, atq; fallentium nos argumentorum. Petita igitur etiam ex ipſis diſciplinis ψευδογραφήματα quædam, ſoluẽda demõſtratoribus. alioqui enim ſcientes, non erunt ἀμετάπτωτοι, ſi quouis uento (ut ſic loquar) erroris iactentur, & nõ conſtanter uero aſſentiantur. Sed nunc περὶ ἀτόμων, uerba faciamus. Duplex earum genus eſt, Affirmantium ſcilicet, & Negantiũ. Certiſſima & euidentiſſima eſt cognitio affirmantiũ ἀτόμως propoſitionũ, cùm ſint ſeipſis conſpicuæ: ut Sol, ſeipſo conſpicuus eſt: colores autem, & quæ priuatione luminis permutantur, non ſeipſis percipiuntur, ſed interuentu luminis. Sed priuatio ipſa luminis, ut opacitas & tenebræ, ſentiuntur per accidẽs, communi ſenſu percipiente priuationẽ: quũ ipſius per ſe nulla ſit uis, aut energia perfectæ priuationis. Affirmantes ἀτόμως, ut comprehẽdentes, prædicando & ſubijciendo, cauſas & effectum, item cauſas & ſubiectum, ſeipſis noſcimus: quandoquidem mens ipſa, propriè rerum οὐσίας, καὶ τὸ τί ἦν εἶναι, apprehendat. Non enim alij ſunt intelligentiæ rerum ὅροι, quàm quibus quid res, non quid non ſit, percipitur. Negantes propoſitiones porrò nonnullæ ſunt, quibus primò, ac nullius interuentu medij, prædicatum nulli ſubiecto ineſſe intelligitur: quibus ſimpliciter, hoc non eſſe illud, aut non eſſe in illo (quod eſt ſimpliciter aliud eſſe, & nulla ratione idem) nullius interuentu alterius, quod Eſt, noſcitur. Quod ipſum tamen, μὴ ὂν ἁπλῶς (ut tenebræ) non percipit per ſe, ſed per accidens: quoad nimirum accidit prædicato, reſpectu ſubiecti, Nõ Eſſe, uel non ineſſe ſubiecto, nullius Medij adminiculo. Aliæ ſunt negantes, quibus de ſubiecto negatur prædicatum, aut negari intelligitur, adminiculo cuiuſdam medij entis: quemadmodum colores quidem ipſi non ſunt conſpicui, ſed cum lumine ſunt aſpectabiles: ita negantium illarum ueritas, non ſine affirmantium, & medij cuiuſdam adminiculo ſcitur à nobis. Affirmata enim, & oppoſita negantibus prędicata, in toto quodam inſunt, in quo toto tamen, ſubiecta non inſunt: nec ſine affirmatione, negatio, id eſt abſq; præmiſſis, negans talis propoſitio haud ſcitur. Proinde in toto quodam eſſe, nihil aliud eſt, q̃ in aliquo primo ineſſe, quod aliàs ἀτόμως ineſt: ut Eſſe maius ſua parte, ineſt toti: Omne corpus naturale, eſſe mobile. Aliàs ἐντόμως, ſeu ἐμμέσως: ut, Exteriorem angulũ trianguli, quando dicimus æqualem eſſe duobus oppoſitis.

Scripſit Galenus pro defenſione Hippoc. cõtra Lycum.

Phyſικῶν li. ζ.

Quæ ſint ἄμεσοι negantes propoſitiones.

Quo pacto ſit νοητὸν τὸ μὴ ὄν.

Prædicatum quidem primò ineſt huic ſubiecto, ac in toto ipſo: ueruntamen non ἀτόμως, quum ſit demonſtrabile. Symptomata morbido corpori cuidam ut primo ſubiecto inſunt, uerùm non ἀτόμως, quum explicentur et demōſtrētur cauſis. Vt quando in lypiria febri, corpori accidit propriè, ut interiora corporis ferueāt, exteriora ſint frigida. Morbus hic eſt inflāmatio, & phlegmone interior. Cauſa, quòd phlegmone ad ſeſe ſpiritum & humores attrahit uerſus interiora: quam effectus & ſymptoma, nempe refrigeratio externarū partium ſequitur. Monendum etiam hoc loco, aliud eſſe πρώτῳ, & aliud πρώτως ineſſe uel non ineſſe: illo ſubiectum, hoc modo declarante, ut idem ſit πρώτως & ἀτόμως ineſſe. Proprium πάθος, cuidam ſubiecto primo poteſt ineſſe, ſed tamen non primò. Cauſa proprij, & primo cuidam ineſt, atq; etiam primò, ſeu πρώτως, quia ἀτόμως: quum nō poſſit διότι monſtrari, & ἄμεσον quiddam, niſi medium ſit prima cauſa. Quomodo affirmatum prædicatum ἀτόμως inſit, liquet: qua ratione uerò ἀτόμως non ineſſe, uel non ἀτόμως, aliquid contingat,

Tres ſunt modi, quibus non primò negatur prædicatum de ſubiecto.

nunc eſt declarādum. Tres proinde ſunt modi, quibus nō primò de ſubiecto negat̃ prędicatū, id eſt nō ſine medio & demōſtratione. Primus eſt, ſi prędicatū ſit in toto quodā, in q̃ ſubiectū nō ſit. Secūdus, ſi ſubiectū ſit in toto quodā, in quo prædicatū nō ſit. Tertius, ſi prædicatū ꝙ negat̃ ſit in toto quodā, & in toto etiā quodā, ſubiectū de quo negat̃, inſit. His ergo trib. modis, prædicatū de ſubiecto nō negabit̃ ἀτόμως: quū medio, et ſyllogiſmo quodā talis negatio ſit demōſtrabilis. Eſto, ut α, nempe prædicatum, in nullo β, ut primo ſubiecto inſit: ob idipſum non etiā πρώτως & ἀτόμως nō inerit: ſiquidem α in toto quodam inſit, in quo β non inſit. Sic enim conſtitutis terminis, ſyllogiſmo cōcludetur, in nullo β, ineſſe α. Propoſitum ſit: Nullum corpus naturale, eſt infinitum. Si finitio accipiatur prædicati, Maior affirmans erit: aut ſi eius proprietas quædam. Qua exiſtente, neceſſe ſit infinitum eſſe: quæ nulla poſſit tamē quadrare corpori naturali. Talis aūt in Secunda figura erit Syllogiſmus: Omne corpus infinitum, expers eſt loci, & motionis ad certum locum. Nullū naturale corpus, eſt expers loci, & motionis ad certum locum. Ergo, Nullū naturale corpus, eſt infinitum. Media ſumuntur, aliàs finitiones prædicatorum, aliàs uerò σύστοιχα propria prædicatorum uel ſubiectorū: quæ ſanè liquet omnia, per ſe dici, & reciproce conuerti: quod ipſum, eſt in toto quodam eſſe, uel non eſſe. Nam niſi καθόλου ſint affirmantes propoſitiones, demonſtratio nō erit. Quapropter cùm ſit καθόλου, Omne γ eſt α: conuerſa erit etiam καθόλου, ut Omne α, eſt γ. Reciprocantur enim: Omne expers loci, & motionis ad certū locum corpus, eſt infinitum. &: Omne infinitum, eſt expers loci, & motionis ad certum locum. Atq; illud eſt, in toto quodam ineſſe: cùm nō ſit idem, Omni & Toti alicui ineſſe. Sed de hoc dictum ſatis. Quòd ſi Medium ſubiecti σύστοιχον accipias, Minor affirmans erit, & Maior negans: in utraq; figura demōſtrabile propoſitum erit. In Prima ſic: Nullum quod loco circumſcribitur corpus, eſt infinitum. Omne naturale, loco circumſcribitur corpus. Ergo, Nullū naturale, eſt infinitum. Nullam ἐντελέχειαν (conſtituentem rei οὐσίαν) partibus continui eſſe pręditam, in quas partes ipſa poſſit diuidi, ſic oſtenditur: ut perſpicuum ſit, prædicatum in aliquo toto non eſſe, in quo toto ſit ſubiectū. Nullum quo res per eſſentiam unum quid eſt, partibus eſt continui præditum, in quas poſſit diuidi. Omnis forma οὐσιώδης, ſeu ἐντελέχεια, eſt qua res per eſſentiā una eſt. Ergo, Nulla forma οὐσιώδης, partibus eſt prædita, in quas poſſit diuidi. Corpus, quia unum quantum & continuum, diuiduum eſt per ſe: ac primò, id eſt καθόλου, in partes iſtius generis, id eſt quantitatis. Sed quoad unum eſt, non

continuum,

continuum, negatio nimirum prędicati ei congruit. Negatio unius continui, ſine medio prędicatur, & ἀτόμως (de quo paulo pòſt dicemus) negaĩ: de uno κατὰ τὴν οὐσίαν, item de uno, quo multa dicũtur unũ eſſe, ratione ſubiecti unius: ut externum angulum trianguli, ęqualem duobus oppoſitis: & tres internos angulos, æquales duobus rectis, quando unum dicimus. Idcirco propria hæc duo πάθη, pro uno habentur, quia per ſe ac primò inſunt in uno quodam ſubiecto, nempe triangulo: quum ratione ſeu demonſtratione, & finitione, non ſint unum, ſed diſcrepent εἴδει. Cæterùm ipſa per ſe εἴδη, quoad finiuntur, atq; ipſa quoad αὐτὰ καθ' αὑτὰ conſiderantur, tertio modo per ſe, in ſubiecto nullo inſunt: nec in ipſis alia, ſed quicquid ſunt, id ſeipſis exiſtũt: & ob id ipſum, in toto nullo ineſſe poſſunt. Vt ſi dico: Nulla Forma, qua res αὐτὸ ὄν ſimpliciter eſt, continua quãtitas exiſtit. De negantibus ἀτόμως, paulo pòſt dicemus. Nunc de negantibus demonſtrabilibus, quæ reſtant dicenda, exequamur. Horum (ut diximus) uel prædicatum eſt in toto quodam ſubiecto, uel in toto quodam eſt ſubiectum, uel utrumq;. Nam ſine adminiculo affirmantis (qua de toto quidpiam ſubiecto aſtruitur) nihil poteſt demonſtrari, quòd non inſit ſcilicet prædicatum ſubiecto. De duobus modis diximus: nunc de tertio diſſeramus, rem ipſam declarantes exemplo. Subſtantiæ naturali, quia ſubſtãtia, aut quia prędita habitu, aut quia prędita figura, aut quia relata, aut quia particeps actionis uel paſſionis, per ſe & καθόλου ineſt, ut ſecundum hæc genera careat mobilitate. Vt ſubſtantia, quoad ſubſtantia, expers mobilitatis eſt ſecundum ſubſtantiã. Et Subſtantia, quatenus habitu prædita, expers motionis eſt ſecundum habitum. Idem de reliquis ſentiendum. Ariſtoteles autem in Phyſicis, ſecundum hæc genera, rebus mobilitatem non ineſſe demonſtrat. Deinde idem demonſtrat, ſecundum tria duntaxat genera, rebus naturalibus mobilitatem ineſſe: ut ſecundum Quantitatem, Qualitatem patibilem, & Quia eſt alicubi. Ergo Mobile eſſe, ſecundum incrementum uel decrementum, in aliquo toto primo ineſt: nempe in ſubſtantia, quoad prædita eſt quantitate. Et Alterabile eſſe, ut proprium πάθος, in quodam totò ineſt ſubiecto: nempe in ſubſtantia, prædita patibili qualitate. Poſſe moueri, ſecundum diuerſa prædicamenta, propriè corpori naturali, quia naturale, tanquam in toto aliquo ineſt. Sed poſſe moueri creſcendo, uel alteratione, uel loco, corpori naturali, non ut primo ſubiecto, ſed determinato prius commemoratis generibus, ut totis quibuſdam inſunt ſubiectis prædicata. Idem uſu quoque uenit in Mathematicis proprietatibus. Externum angulum habere æqualem duobus oppoſitis, ἐν ὅλῳ ſeu καθόλου ineſt triangulo, quia triangulus. Item tres habere angulos æquales duobus rectis, proprium eſt trianguli, quia triangulus. Simplicia prædicara, ut æquale eſſe duobus oppoſitis, & æquale eſſe duobus rectis angulis, non inſunt triangulo, quia triangulus: ſed illud, quia triangulus, participat exteriore angulo: hoc autem, quatenus tres ſunt ipſius interni, ipſi ineſt propriè. Itaq; probari poteſt ſyllogiſmo, ſpeciem unius proprietatis, de ſpecie alia negari: quoad ambæ ſpecies, ſubiecto cuidam communi quia ipſum, inſunt. ut hoc perſpicitur exemplo. Nullũ participans triangulo, ratione exterioris anguli, poteſt tres duobus rectis æquos habere. Omnis exterior triãguli angulus, ęqualis duobus oppoſitis, participat triangulo, ratione exterioris anguli. Ergo, Nullus exterior triãguli angulus, æqualis duob. oppoſitis, poteſt tres duobus rectis ęquales habere. Phyſico exemplo idem oſtenditur. Nullum corpus naturale, quia patibilibus qualitatibus prędità, creſcit. Omne corpus quia alterabile, eſt corpus natura-

αὐτὰ καθ' αὑτὰ nec ſubijci, nec prædicari poſſunt.

le, quia patibilibus qualitatibus prędítum. Ergo, Nullum corpus quia alterabile, creſcit. id eſt: Per ſe nullũ corpus, quia alterabile, particeps eſt incrementi. Non enim de his, quæ per accidens unum ſunt, demonſtramus aliquid. Facile his exemplis intelligitur, quo pacto quæ per accidens, id eſt ſubiecto unum aliquid ſint quodam communi, diſtinguenda, & determinanda, & ſeparanda tamen inter ſe ſint proprijs rationibus, quibus commune διακτικὸν limitatur & circumſcribitur. Creberrimusq; is eſt hallucinãdi modus, ut alienum, & per accidens ſubiectum, medio quopiam non conuenienti, affirmationi alicuius proprij ſubijciatur: de quo tamen, per ſe negari ipſum, uera demonſtratione cõſtet. Poſtea modos & cauſas ἀπάτης tractabimus. Ariſtotelis hæc uerba: ὅτι ἐνδέχεται, τὸ β μὴ ἐν ᾧ, ἐν ᾧ ὅλῳ δὲ τὸ α, ἢ πάλιν, τὸ α ἐν ᾧ τὸ β: huius tertij modi præmiſſis cõſtituendis accommodat. Priore modo, duntaxat Secundę figuræ: altero, Primæ, nec non Secundę figuræ modo ſyllogiſmi poſſunt concludi. Exempla noſtra ſunt Primæ figuræ ſyllogiſmi: qui uolet, transferat etiã in Secundam. Priores duo modi, prædicatum & ſubiectum ponũt: quorum alterum, medio, ſeu tertio toti cuidam ſi inſit, alterum eidem ineſſe nequeat. συϛοιχίαι in ijs præſertim conſiderandæ: ut quæ triangulo (quatenus triangulum) propriè inſunt, parallelogrammo ineſſe non poſſunt. Sunt autẽ quędam cõmunia utriſq; πάθη: ut nimirum triangula triangulis, & parallelogramma parallelogrammis (quatenus æqualib. inſiſtunt baſibus, & intra eaſdem eriguntur parallelos) quando dicuntur inter ſe æqualia. Item quatenus dicuntur habere latera ἀντιπεπονθότα: quæ propriè ad συϛοιχίας nõ pertinent. Nõ enim ſi uni inſunt propria hæc, alteri ineſſe nequeunt. Talia uocat ἐπαλλάττοντα Ariſtoteles, affinia ſcilicet, & ex uno in aliud ſubiectum translata ſeu communia quædam media: quũ alia tranſferri nõ poſſint in alia, nempe diſcrepantis ſubiecti σύϛοιχα. Sunt autem unius ſubiecti, & dicuntur σύϛοιχα cõplura, quæ in uno quodam ſubiecto toto inſunt, & in alio nullo inſunt, & unum etiam alterius adminiculo demõſtratur ineſſe. Quòd ſi ſubiecta cõtraria erunt, illorum quoq; σύϛοιχα cõtraria erunt. Atq; interdum etiam nõ cõtrariorum, ſed participantium cõtrarijs, cõtraria ſunt σύϛοιχα. Vt Materia & Forma, nõ ſunt contraria: quę tamen illis propriè inſunt, σύϛοιχα ſunt cõtraria: quanquã Materia, propriè particeps, eſt cõtrarij Formæ, nẽpe priuationis. Formæ σύϛοιχα ſunt Vnum, Indiuiduum, Finitum, Perfectum ſeipſo, Perficiẽs alia, Nullo alio indigens, Diuinum, Deſiderabile, Pulchrum, & ſimilia. Cõtraria, pertinent ad συϛοιχίαν Materiæ. Eſſe ἀγέννητον, eſſe ἄφθαρτον, eſſe partẽ & principiũ cõpoſiti naturalis, cõmunia ſunt: quæ ipſis, nõ quia materia aut forma, ſed quia principia ſunt, ſeu potius quia ſimplices οὐσίαι, quadrãt: quorũ ratiõe, συϛοιχίαι neq; ἐπαλλάττειν, id eſt quodammodo e regione & alternis non opponi, aut mutua Affirmatione & Negatione ueris præmiſſis reſpondentia dicuntur. Adminiculo (ut diximus) affirmantium, negantes demonſtrationes colliguntur. Si quæ uerò prædicata, negantur ἀτόμως de ſubiectis, aut ſi quæ affirmantur ἀτόμως, carebunt demonſtratione. Cæterùm ἀτόμως affirmantũ & inſunt, effectus cum cauſis, nempe finitiones propriorũ παθῶν, ſuis primis ſubiectis: quę definitiões ſunt ὁρισμοὶ λόγοι propriorum. Et præterea Axiomatum ſubiectis, ſua propria ἀτόμως inſunt: quia hæc omnia prædicata Medijs carent, inſuntq; nõ modò primis ſubiectis illis, ſed etiam primò. Quamobrem ſeipſis manifeſtiſſima omnia hæc erunt, quum ſint indemonſtrabilia uera: propterea quòd neq; prædicatum illorũ in toto alio quodam eſſe poſſit, neq; etiã ſubiectum: quod ipſum nihil aliud eſt, quàm ἄμεσον eſſe. Proinde neque effectus cauſæ, neq;

Quæ σύϛοιχα, quæ ἐπαλλάττοντα dicantur prædicata.

Quæ nõ ἀτόμως inſint.

idem

idem ſubiecto ſuo ἀτόμως ineſt: ſed prius quòd inſit ὅτι, poſterius διότι poteſt demonſtrari. Cui enim effectus toti ineſt, eidem toti cauſam quoq; ineſſe per ſubiectũ demõſtrañ ὅτι: & cui cauſa, ut toti, eidẽ effectus etiã demonſtrañ, διότι ineſſe. Diximus, quæ nam affirmata prædicata, πρώτως καὶ ἀτόμως ſuis inſint ſubiectis. Vt autẽ affirmata, ita negantia quædam nõ ἀτόμως inſunt, ſed demõſtrari poſſunt, nõ ineſſe: ſic etiam nõnulla ſunt indemõſtrabilia, et quæ ſuis ſubiectis primò & ἀτόμως nõ inſunt. De negantibus demõſtrabilibus primùm diſſeremus, poſtea de reliquis: ſuprà, modos nõ ἀτόμως propoſitionum negãtium, expoſuimus. Proinde omni quæ proponitur negante, negatur uel proprium de alio quodam proprio, uel proprium de ſubiecto, uel ſubiectum de proprio, uel ſubiectum de ſubiecto. Appello ſubiecta, quæ ipſa per ſe ſunt, tertio modo: nec dici de alio poſſunt, quum intelligantur abſolutè ſuis finitionibus, non quoad in alio quopiam inſunt: qua ratione, non per ſe tertio modo, ſed per accidens tertio modo, eſſe dicũtur: de quibus paulo pòſt. Alijs qui ſuperſunt tribus modis, propoſita negantia demõſtrabilia continentur: quoniam demonſtrari, quòd prædicatum nulli ſubiecto inſit, nõ poteſt, niſi terminorum alter in quodam medio, ut toto & καθόλου inſit: quoniam eorum quę inſunt uel nõ inſunt in quodam toto, per medium quoddam ἀντίςροφον, non eorum quæ ſimpliciter ſunt uel non ſunt, uel inſunt quidem, aut nõ, ſed nõ tamẽ ut in totis ſubiectis, demõſtratio eſſe cõſueuit. Neceſſe igitur eſt, alterum (ut minimùm) negantis propoſitionis terminũ, eſſe proprium πάθος, prædicabile de ſubiecto quodam, tanquam medio, in quo toto inſit. Nam quòd tanquam parti ineſt, ſyllogiſmo quidem colligitur: quo tamen non omnia in uniuerſum, ſed aliquid etiam ſenſu & inductione interdum agnoſcitur uerum: cuius tamen ueri ignorantiam, cum καθόλου ſcientia, ſimul poſſe ſtare, iam antè diximus, Quamobrem tales ſyllogiſmi, ἀποδείξεις non ſunt, ſed elemẽta ἀποδείξεων, de quib. dictum aliàs. Propria, negata de ſubiectis, demonſtrationem habent nullam: niſi eadem, de quibus nam primis affirmẽtur, cõſtiterit. Nam ſi ſubiectum proprij, de quopiam negetur: de ipſo eodem, proprium quoq; neceſſe eſt negari. Vt ſi de cœleſti corpore negatur, eſſe ipſum corpus materiatum: de ipſo proprium quoq; materiati corporis, nempe eſſe mutabile, neceſſariò negabitur. Animã nõ eſſe corpoream harmoniam, item eandẽ nõ eſſe diuiduam in partes, probat Ariſtoteles hoc medio: quia uidelicet Anima, nõ ſit illæ res, quibus propriè harmonia accidit. Harmonia autem, eſt rerũ corporearum πάθος: quod eis accidit uel cauſa motiõis, uel cõpoſitionis definitæ, qua eiuſdem generis nihil poſſit in cõpoſito recipi. Perfecta enim eſt quæq; ſpecies harmoniæ, proportione & numero ſuarum partium: nec ei addi quid, aut detrahi poteſt. Cæterùm cum corporis Animati, ut organici, multæ ſint & uariæ cõpoſitiones: quæ nam earum Anima erit? Nam ſi quælibet erit, ut plures unius corporis harmoniæ, ita plures etiam erunt Animæ: & unũ Animatum, multa erit: quo nihil dictu eſt abſurdius. Quòd ſi nõ erit corporis harmonia, ſed ipſa per ſe erit Anima quædam Harmonia: quæ nam quæſo, aut qualis erit harmonia facultatis qua intelligit, itẽ eius qua ſentit, aut qua appetit: ſiquidẽ corporeis partib. δυνάμεις Animę nõ ſint cõcretæ, ſine quib. nulla eſt harmonia? Oſtẽdit hoc argumẽto Ariſtoteles, Animã nõ poſſe eſſe corpoream quãdã harmoniã: quare nec omnino harmoniã, quũ ſeparata à nullo corpore eſſe poſſit harmonia. Deinde, cùm ꝓpriũ ſit Animæ, ut diſſimiles et organicas partes contineat: ſi partibus corporeis huiuſmodi, ipſa quoq; diuidua eſſet, Animæ nimirũ alia quadã anima qua cõtineret, & unum quid per

eſſentiam cõſtitueretur, opus eſſet. Ariſtoteles, quum probat Animam ratione talium ſubiectorum nõ participare his, quibus proprie inſit harmonia, & quibus harmonia organici corporis ſolet definiri: ſimul etiam demõſtrat, Animam nõ eſſe harmoniam, ſeu harmonicam ſpeciem. Breuiter demõſtratio cõprehẽdi poſſet hoc ſyllogiſmo. Omnis harmonia Animata, diuidua eſt partibus organici corporis. Nulla Anima, diuidua eſt partibus organici corporis. Ergo, Nulla anima, eſt harmonia. Ex quo eſt euidens, nullam ſine affirmatiõe demõſtrabilem eſſe negationẽ: eiusq; uel prędicatum eſſe, uel ſubiectũ, uel utrumq;, quod proprie in aliquo toto inſit, πᾶν nimirum quoddã. Quibus terminis ſic habentibus, οὐκ ἐνδέχεται τὸ α τῷ β, πρώτως μὴ ὑπάρχειν. Syllogiſmi tales, cõficiuntur uel in Prima, uel Secunda figura. In Secunda figura, hoc modo. Sit uerum, ſed nõ ἀτόμως, α in nullo eſſe β. Medium ſumatur γ, quod in toto α, ſed in nullo β inſit. In Prima, hoc modo. Sit δ Medium, quod inſit omni β: eidem uerò nulli, inſit α. Cõcluſio eſt nota. Si proprium unum de alio negatur, ambo in quodam toto ſubiecto neceſſitate erunt: & non ἐπαλλάττουσαι tales erunt συστοιχίαι. Vocat Ariſtoteles ἐπαλλάττουσας, coincidentes: ut quando ſubiecta oppoſita, cauſa generis, participant eiſdem prędicatis. Quoniam ut duorum & oppoſitorum generũ, eædem poſſunt eſſe differentiæ: hac conditione tamen, qua duo genera hęc ſub uno genere quodam collocentur (ut Ariſtoteles libro ſexto Topicorũ, loco trigeſimoquinto docet) ita oppoſita ſubiecta, propter genus, in quo toto inſunt propria huiuſmodi, coïncidẽtib. prædicatis in συστοιχίᾳ, participant quibuſdam.

Quid ſint ἐπαλλάττουσαι συστοιχίαι.

Per

ſe νοητόν, habet hæc συστοιχία, ſeipſo abſq; Materiæ adminiculo ſubſiſtere: quod eſt, eſſe ſecretum, eſſe ἀΐδια, ἐνεργείᾳ, uoluptate æterna frui, eſſe δι' αὑτὸ καλόν, & δι' αὑτὸ ἄριστον, & ſimilia. In cõcretis ſubſtãtijs, ſunt oppoſita. Quocirca, quando negantium propoſitorum demõſtrationes nobis cupimus eſſe notas, ſubiecti & prædicati συστοιχίαι conſiderandæ erunt: ut ſi corpus naturale nullum eſſe infinitum, aut ſi externa bona aut corporis, nõ eſſe Fœlicitatem ipſam, aut ſi lege nõ iuſtificari eum qui fide ſit iuſtus, probare conemur. Ex genere propemodum ſimili, ſunt illa Rhetorum, ex cõtrarijs cõcluſa, quæ ipſi Enthymemata appellant de quib. in Topicis ad Trebatium Cicero. Manifeſtiſſima ratio cõcluſionum illatum, eſt in συστοιχίαις proprietatum, quarum una negatur de alia: quia uidelicet una earum, ſit in toto quodã ſubiecto, in quo nullo, altera inſit. Vt α ſit, cuius ſyſticha ſint γ δ: & β, cuius ſyſticha ſint, ε ζ: quorum nullum de altero poſſit prædicari, nec fuerint (ut diximus) coincidentes συστοιχίαι: neceſſe erit, ſi α fuerit in toto γ, ut in eodem nullo ſit β: & in quo toto β (ut in ε) in eodẽ nullo ineſſe α. Vt ſi α ſit in toto θ, in eodem β nullo inerit. Alioqui enim nõ ſimpliciter σύστοιχον erit, ſed coincidẽs συστοιχία, quæ prædicari põt de utroq;: neq; his negãtes cõficiunt ſyllogiſmi, ut ἀΐδιον, ἄφθαρτον, quæ de Materia & Forma prędicant: quæ ijs, ut totis quibuſdã nõ inſunt, ſimplici uerò eſſentiæ (quia ſimplex eſſentia) καθόλου, & ut toti inſunt cuidã. Coincidẽtes aũt nõ ſunt demõſtrabiles, quia καθόλου ſcilicet nõ monſtrẽt affirmans: ut ſi ſyllogiſmo colligas, omnem Formam, eſſe immutabilem. Omne principium, eſt immutabile.

immutabile. Omnis forma, principiū eſt. Neq; principiū, neq; immutabile, καθόλου prędicaẽ de Forma. quare demōſtratio, ſyllogiſmus hic nō erit: in quo πάθος, reſpectu ſubiecti, nō eſt καθόλου. Aliud proinde eſt cùm dicič quidpiā in toto quopiā ineſſe: & aliud, ipſum ſimpliciter eſſe id quod ei accidit, quum nihil ipſum ſibi accidat. Vt em̄ propriū πάθος ineſſe ſubiecto, uerißime dicitur: ita falſiſſimū eſt, ſi ſubiectū pronuncieẽ ipſum eſſe πάθος: quū πάθος & ſubiectū, diſcrepēt finitionibus, quib. ſimpliciter omnia ὄντα ᾗ ὄντα ſeparanẽ: atq; quoduis ὂν reſpectu alterius, non ipſum, ſed aliud, et ut nō ipſum, ita participās Nō Ente dici cōſueuit. Nō em̄ quia ipſum ſit, ſed quia inſit, prædicaẽ de ſubiecto Accidens. Ipſum uerò per ſe, Non Ens, ut tenebræ, nō intelligitur, quū eius nulla ſit finitio. Quoad finitur autem, & alterius natura Non Ens participat, ab alio, ut ſubiecto participari (non autem ipſum eo participans, eſſe noſciẽ) prędicatione: qua uel affirmatur de quodam ſubiecto, uel negatur proprium πάθος: eaq; aut ἀτόμως, aut non ἀτόμως ſubiecto ineſſe, agnoſci conſueuit. Finitio proprij, ſubiecto ineſſe ἄτομον intelligitur: quia uidelicet neq; ſubiectum, neq; prædicatum, in alio quodam totò ineſſe queat. ut ſi quādo prædicatur de triāguli externo angulo, ratio & definitio, qua perſpicuū ſit, ipſum eſſe ęqualem internis duobus oppoſitis: quæ conficitur nimirum Medio totius demōſtrationis, definitio. Quum neq; ſubiectum (ut dixi) in alio quodā toto poſſit ineſſe, neq; etiam prædicatum: neceſſe erit, quod effertur, propoſitum eſſe ἄτομον, & indemōſtrabile. Idipſum prædicatum, ſi quiſpiam dixerit nō ineſſe, ſed ipſummet eſſe triangulum externo præditum angulo, non ſimpliciter hallucinatur: ſed planè mentis acie orbatus nihil uidet, dum ipſum ens, nō eſſe ipſum, ſed ſimpliciter aliud cenſet: ut captus oculis, tenebras aliquid eſſe exiſtimat, quum tamen nihil ſentiat. Prima Lux hæc eſt mentis, qua ipſum eſſe ipſum, nempe αὐτοέκαστον, intuetur. Secundum eſt lumen, qua uidet ipſum *αὐτοέκαστον,* non eſſe aliud ipſum, quandoquidem αὐτοέκαστον ſit unum, et nō etiam aliud: *ſeu ipſum ens,* ſed unicè eſt, quicquid eſt: infinitè autem quæcunq; alia eſt, nō ipſa. Mens ſe- *uulgò Scholæ* metipſa percipit hæc, cùm ſint prima νοητά: quæ probare nimirum, aut impro *appellāt, Qui-* bari alijs nō poſſunt rationibus: nec demōſtratione quadam aſtruantur per- *dditatem cuiuſ-* fectę ullæ finitiones ac ἀναπόδεικτα, quoniam Medio carent: in quo toto prædica- *que rei.* tum aut ſubiectum ineſſe, quo demōſtrari poſſit. Eſt ergo oppoſitiſſima hæc *Oppoſitißima* ueritati Mentis ignorantia, qua exiſtimatur quidpiam non ipſum eſſe ipſum: *quę nā ſit ue-* ut ſi quis Naturam opinetur, eſſe ipſam craſin, ut Empedocles, quādo inquit: *ritati ignorā-* φύσις οὐδενός ἐστι, ἀλλὰ μόνον μίξις διάλλαξίς τε μιγέντων. Aut quando Anima cē- *tia.* ſetur ipſa harmonia: quæ eſt Platonis in Timæo ſententia. Aliud enim eſt ſtatuere Animam, eſſe harmoniam corporis, ſeu in corpore harmoniam: et aliud Animam eſſe ipſam harmoniam. Aut tempus, ſi exiſtimatur eſſe ipſe Motus: quum ſit tamen πάθος motionis quoddam proprium, ut Numerus in motu; ſecundum prius & poſterius Nunc. Aut ſi Voluptas pronunciatur eſſe ipſa Motio, qua reſtituitur incitatius, ex nō naturali in naturalem affectionem animal. Rebus quatenus motu participant, ineſt tempus: nihilominus neque tempus ipſe motus, nec motus ipſum tempus dici debet. Idē de uolupiate, & reliquis ſentiendum. Ipſum enim αὐτοέκαστον, & οὐσία cuiuſq; rei, in ſubiecto nullo eſt: nec prędicatur de quoq; alio toto, ut prædicari ſolent propria. Nō enim *De cauſis igno-* ut genera, & ſpecies, & differentiæ, & propria, de alio quodam quod ipſa nō *rantiæ, & dif-* ſunt, ita finitiones etiam prædicari de alio ſolent: ὅτι (ut Ariſtoteles inquit, in *ferentijs Non* explicatione tertij modi Per Se) οὐχ ἕτερόν τι ὄν, ἐστὶν ἡ οὐσία, ὅπερ ἐστίν. Hoc modo, *Entis.* Qualitas, καὶ τὸ τί ἦν εἶναι ἕκαστον, λέγεται καθ' αὑτό: quo nō ſecundū aliud quiddā *Metaphy. li. ζ.*

eſſe quod ei adeſt, aut cui ipſum propriè ineſt, ſed quod ſeipſo eſſe dicitur. Etenim ἐπιφάνεια, ſeu ſuperficies aſpectabilis, non illud ipſum eſt cui ſic adeſt, ut id cui adeſt, ſine ipſo eſſe intelligi nequeat: ut color nequit intelligi ſine ſuperficie, quamobrē idē nō eſt ſuperficiei eſſe, & colori eſſe. Alioqui etiam ſuperficiei eſſe, & leui ſeu polito eſſe, idem ſimpliciter eſſent: ex quo neceſſariò ſequereť, ipſum colori eſſe, & leui eſſe, unū atq; idem ſimpliciter eſſe. Ex quo eſt euidens, ſubiectum non eſſe ipſum πάθος: nec ullius τὸ τί ἦν εἶναι, poſſe de alio quopiam dici aut prædicari, nedum poſſit demonſtrari: de quo poſtea uidebimus. Nihil notius eſt, quàm cùm ipſum eſſe ipſum intelligitur. Cōtrà, ab intelligētia rerum nihil eſt alienius, quàm ipſum aliud eſſe putare: quę eſt maxima ἄγνοια (ut diximus) ſimilis tenebris, ſimpliciter Non Ens pro Ente percipiēs, pro lumine tenebras. Ei uerò Non Enti omnino aliud opponitur, Nō Ens ἀόριστον, participās natura alterius: quod ipſum etiam de Ente ſolet prædicari, ut nomen infinitum apud Dialecticos: ut quando dicitur homo eſſe, neq; lapis, neq; arbor, neq; aliorum quicquam, quo ipſius eſſentia nequit finiri: quod ipſum, Non Ens, quodammodo eſſe Ens, Plato teſtatur in Sophiſta. De primo Non Ente, oppoſito ei quod καθ' αὑτὸ tertio modo, diciť ὄν, ſic Plato ſcribit, cōparans ipſum, de Parmenidis ſentētia, tenebris: ἀλλ' ἔστιν ἀδιανόητόν τε, καὶ ἄῤῥητον, καὶ ἄφθεγκτον, καὶ ἄλογον. De altero, quod participat natura alterius, nempe ἀόριστον illud, ſic ſcriptum reliquit: τὴν γὰρ θατέρου φύσιν ἀποδείξαντες οὖσάν τε, καὶ κατακεκερματισμένην ἐπὶ πάντα τὰ ὄντα πρὸς ἄλληλα, τὸ πρὸς ὂν ἑκάστου μόριον αὐτῆς ἀντιτιθέμενον, ἐτολμήσαμεν εἰπεῖν, ὡς αὐτὸ τοῦτ' ἔστιν ὄντως μὴ ὄν. Et paulo inferius: τὸ δ' ὄν, ἅτε θατέρου μετειληφός, ἕτερον τῶν ἄλλων ἂν εἴη γενῶν, ἕτερον δ' ἐκείνων ἁπάντων ὄν, οὐκ ἔστιν ἕκαστον αὐτῶν, οὐδὲ ξύμπαντα τὰ ἄλλα, πλὴν αὐτό· ὥστε τὸ ὄν, ἀναμφισβητήτως αὖ μυρία ἐπὶ μυρίοις, οὐκ ἔστιν, καὶ τ' ἄλλα δή, καθ' ἕκαστον οὕτω, καὶ ξύμπαντα πολλαχῇ μὲν ἔστι, πολλαχῇ δ' οὐκ ἔστι. Cęterùm nemo ignorat, ipſum quoduis Ens, participare multis, quorū negatio de ipſo uerè καὶ ὄντως efferať. Quoniam participans natura alterius, non tam uerè ipſum ens eſt, quàm reliqua omnia quæ accidunt ei, uerè nō eſt. Vt Homo, uerè nō eſt quantitas, aut qualitas ſua, aut pars corporis: ut caput, collum, manus, pedes: quæ nihilominus quòd in homine inſint, uerè poſſunt affirmari, quorumq; cauſa, aliquid homo ὄντως μὴ ὄν, poſſit dici: ꝓpterea ꝙ aliquo modo ſint, et nō ſint, quę de ipſo hoc modo ſolent prædicari accidētia. Sed ad inſtitutū noſtrum nos reuocemus, & quę nam ἀτόμως nō inſint, planum faciamus. Quādo definitio ἀποδείξεως proprij πάθους, de ſubiecto negatur, indemōſtrabilis nimirū hæc erit negatio. Simplici enim mentis duntaxat intuitu, uera noſcitur: ut affirmatio quoq;, qua nō ipſum eſſe, ſed ineſſe ſuo ſubiecto proprium pronunciatur: propterea quòd neq; ſubiectum, neq; prædicatum pronunciatorum cōſiderata ut αὐτὰ ὄντα, in quodā toto medio poſſunt eſſe, ſine quo nō cōficitur demōſtratio. Alius eſt modus, quo negatur ἀτόμως propoſitio: quando nimirum duo quædam propria πάθη, uni cuidam ut toti inſunt, quorum unum de altero negatur ἀτόμως ſcilicet: cùm neque ſubiectum, neq; prædicatum, in quodam toto medio eſſe queat. Vt ſi proponatur: Nullum corpus naturale, quia mixtum, aut ſimplex elementum, ipſum quoq; eſſe corpus, quoad formæ mixti, uel elementi ſubſtantia cōſtituētis eſt particeps. Subiectum in nullo primo ineſt, cùm ſit proprium πάθος ſubiectum ſuum implicans. Mixtum enim, uel elementum, implicitum eſt cū ſubiecto ſuo, quod eſt corpus naturale: quod in nullo alio eſt, ut toto quodam. Cōpoſitæ enim uel differentiæ, uel propria, cōpoſita ex oppoſitis, uel illæ generi ſuo, uel hæc ſubiecto, ἀτόμως nōnunquam inſunt: neq; uerò de-

Non Ens ἁπλῶς, ἀόριστον.

Sed principiū Naturæ Deus, eſt omnia in omnibus.

Quę nā ἀτόμως nō inſint.

uerò deinde cum ſubiectis cōpoſita, alijs ineſſe per ſe ſecundo modo poſſunt. Deinde nec prædicatum in aliquo ineſt, nempe corpus naturale, quoad formæ particeps, cōſtituentis mixti, uel elementi ſubſtantiā: quū ſit itidē cōpoſitum, ex ſubiecto & prædicato proprio, quod in nullo alio toto poteſt ineſſe. Tale eſt illud quoq; propoſitum: Nullum corpus particeps motus & quietis, eſt Mathematicum, & ſecretum corpus. Item: Nullum infinitum continuum, eſt numerus, quo deueniatur ad minimum in numero. Item illud: Nulla tota quantitas, eſt minor ſua parte. Nam tota quantitas, ſubiectum in nullo alio toto ineſt; Prædicatum impoſſibile eſt ut alicui alij inſit. Huius generis etiam illud eſt: Nullū corpus naturale, expers mobilitatis uel in orbē, uel ſecūdū rectā lineam eſt, quatenus naturale. Impoſſibile enim eſt, ut prædicatū ſit in alio primo & toto aliquo. Subiectum ipſum per ſe eſt, nec de toto quodam cui inſit, ut παντὸς enunciatur. Eiuſdem modi eſt illud etiam ἀτόμως propoſitum negās: Nullum corpus naturale, ſimul in orbem, & ſecundum rectam mobile eſt. Itē illud: Nullum, ſeipſum gignit. Item: Nihil eſt, quod eadem ratione ſit agens & patiens, perficiens & ab alio perfectum. Sunt prima hæc nota, quæ demonſtrari non poſſunt: quum neque ſubiectum, neque prædicatum poſſit in quodam toto ineſſe: quare indemonſtrabilia ſunt negantia propoſita huiuſmodi. Non tamen ſi propoſitum ſit quoddam, cuius neq; prædicatum neque ſubiectum, ſit in quodam alio toto, ob id neceſſe erit ipſum eſſe negās. Quippe ἀμέσως quoq; affirmantis, neuter terminus in quodam ineſt alio toto: atq; id propoſitio affirmans, cum negante habet commune. Nam quemadmodum affirmatum prædicatum πάθος ἄτομον, in quodam ſubiecto toto eſt, ut in alio eſſe non poſſit: ita negatum etiam prædicatur de quodam toto uno ἀτόμως, ut de alio toto negari nequeat. Quod cōſiderans Ariſtoteles, nō ſine cauſa adiecit hāc determinationem: μὴ ὑπάρχῃ δὲ τὸ α τῷ β. Sic enim ſcribit: ἐὰν δὲ μηδέτερον ᾖ ἐν ὅλῳ μηδενὶ μὴ ὑπάρχῃ δὲ τὸ α τῷ β. Nam ſi medium erit, ei ſcilicet ut toti, alterutrum inerit: neq; ἀτόμως non inerit, ſed uel in Prima, uel Secūda figura non ineſſe concludetur. Atqui ponitur, ἀτόμως non ineſſe. Quòd ſi dicas eſſe Medium quoddam, in quo neuter terminorum inſit: ne hoc quidem modo demonſtrabilis erit, quum ex ambabus negantibus, nihil poſſit cōcludi. Hactenus quæ demonſtrabilia, & quæ præterea ſint indemonſtrabilia propoſita negantia, oſtendimus. Reliquum eſt, ut diſſeramus de erroribus Syllogiſticæ ignorantiæ: quum eiuſdem ſit Methodi, notitia contrariorum. Quare quot modis, & quibus cauſis erretur, explicare, pertinebit ad ἀνάλυσιν ſciētiæ. Primùm ignorantiæ modos explicabimus: deinde quot ſpecies, & quæ nam ſint eius quę Scientiæ eſt oppoſita, planū faciemus. Aliud eſt, Nō ſcire quidpiā: & aliud Neſcire, & oppoſito ſcientiæ habitu ignorare, errare, hallucinari, & labi. Neſcit, qui per accidens Medio cognoſcit quidpiam. Nam quod ſcitur, demōſtratur Medio, quod cum extremis per ſe ſit cōnexum. Deinde cōceptus animi falſus, duplex eſt. Vnus eſt Simplex, oppoſitus negatione tantum uero conceptui: ut quando nullo argumento creditur quidpiam eſſe, uel non eſſe, ſed tamē falſò. Alius eſt, argumento & ſyllogiſmo fallaci, confirmatus animi conceptus falſus, ſcientiæ oppoſitus. Hanc Ariſtoteles, κατὰ διάθεσιν: illam, κατὰ ἀπόφασιν ἄγνοιαν appellat. Deniq; eſt conceptus animi falſus, qui ſimul cū ſcientia cōiunctus eſſe poteſt: ut ſi quod in Vniuerſum & καθόλου ſcitur, ex parte ignoretur: aut ſi habitu quidem ſit ſciēs, actu uerò ignoret: cuiuſmodi nonnunquam in occupatis, aut ebrijs, aut incontinentibus, ignorantia eſſe cōſueuit. De cęterò cōtraria ſcientiæ ignorantia, ſyllogiſmus eſt quidam

ἀτόμως negantes propoſitiones, ἀναπόδεικτοι.

Pertinet hoc ad interpretationem textus Ariſtotelis.

περὶ ἀπατητικῶν συλλογισμῶν.

Modorū quib. non ſcitur aliquid, differentia.

ἄγνοια κατὰ ἀπόφασιν, διάθεσιν.

dam, ἐπιϛημονικῷ oppoſitus, perimens ipſum: quoniam ignorantia talis, ſtare cũ ſcientia nequit. Fieri aũt nullo modo poteſt, ut ſimul quidpiã ὅλως ſeu καθό-λου ſciatur & ignoretur: cuius duo ſunt modi, ſed tamen ambo ſunt impoſſibi-les. Prior eſt modus, cuius media nõ ſunt σύϛοιχα: alter, cuius ſunt σύϛοιχα. Prioris, illud exemplum eſto. Sit α, quod per ſe β inſit, & γ. Ambo hæc, per ſe inſint ipſi δ. & cognitum ſit, eidem ambo hęc ineſſe: nempe ipſi δ, quod inſint per ſe, & β & γ. Poteſt fieri, ut interim quis arbitretur, α nulli ineſſe γ. Quare ſimul exiſtimabit, propter diſcrepantia Media, α omni ineſſe, atq; etiã nulli ineſſe δ. Id eſt, καθόλου ſcientia & ignorantia, quód α inſit δ, ſimul erunt. Quamobrem hoc modo fieri nequit, ut ſciatur quidpiam, & ignoretur ſimul. Accidit hoc impoſſibile, quoad idem de eodem, per media non σύϛοιχα, ſciri poſſe ponitur: quamobrem ut conſequens, ita quoq; antecedens ἀδύνατον quiddam erit. Alter eſt, quo demonſtrationis ſunt σύϛοιχα Media. Vt ſi α ſcitur eſſe in δ, quia α ſit in β, & β ſit in γ, & qua γ per ſe prædicetᷓ de δ. Vt (uerbi gratia) α πάθος proprium, ineſt triangulo, ut δ, quia γ: nẽpe quia habere tres, per ſe prædicatur de triangulo. Cæterum α, id eſt duobus rectis, æquales eſſe ſeu ęquiparari, tribus ineſt angulis, nẽpe ε, quia α ineſt ζ, nẽpe externo & interno angulis trianguli: ratione nimirũ, qua externus & internus anguli, efformantᷓ duabus lineis rectis: quarũ una alteri inſiſtens, creant duos angulos, quib. propriè ineſt, ut ſint æquales duobus rectis. Deinde β, id eſt æquiparatio exterioris & interioris angulorũ, ineſt ipſi γ, tribus ſcilicet angulis. Sed β eſſe in γ, nõ eſt ἐπακτόν, ſed ἐπιϛητόν, & pertinet ad abſoluendam καθόλου demonſtrationẽ, & ſcientiam propoſiti ſuperioris. Incognita hac demonſtrabili propoſitione (poteſt enim fieri, ut quiſpiam cognitis, quòd α inſit β, & pręterea quòd γ inſit ipſi δ, nihilominus ignoret, β ineſſe γ) quamobrem nec quòd α inſit ipſi δ, ſcientia præditus erit, quum omnis tota & perfecta ſit ſuis numeris demõſtratio. Nec eſt quòd dicas, ſi quis ſciat α in β eſſe, ſciturum quoq;, id ipſum α quòd ſit in γ, propterea q γ ſit pars β, eo modo quo ſolet κατὰ μέρος, eſſe pars τοῦ καθόλου. Eum autem, qui ſcientia τοῦ καθόλου ſit pręditus, pro ſciente haberi, etiam ſi κατὰ μέρος, ignoret. Atqui γ, partem eſſe ipſius β, liquet. Nam propter β, & quia γ, nempe tres anguli, ſunt ęquales β, nempe duobus angulis, creatis linea recta, incidente in aliã rectã α, quod propriè ineſt ipſi β καθόλου, γ quoq;, tãquã parti eius ineſſe ſcitᷓ. Deinde neſcitᷓ etiã, α ineſſe ipſi ε, propterea q τῶν μέρος ignoratur. Ex quo concludendum, hoc modo partim ſciri quidpiam, & partim ignorari: ut quòd α ſit in δ, uidebitur ſcire, propterea quòd ſciat, α eſſe eſſe in β, & γ in δ. Rurſus neſcire, quia ignoret, ut β eſſe in γ, ita quoque α eſſe in γ. Atq; id ipſum eſt, quod hoc loco ait Ariſtoteles: ὑπολαμβάνειν δὲ τὸ α, παντὶ τῷ β ὑπάρχειν, καὶ πάλιν μηδενὶ τῷ γ. ἅμα γὰρ ἔσονται, καὶ οὐχ ὑπολήψεται ὑπάρχειν. Vt ſciatᷓ quidpiã, nihil eſſe oportet pertinens ad καθόλου demõſtrationẽ, quod demonſtrabile exiſtens, ignoretur. Nã ſcientia & definitio rei, quicquid eſt, illud totum eſt. Nec poteſt fieri, ut quod ſcitur aliquo modo, nempe ꝓpter pleraſq; partes demonſtrationis cognitas, id omnino & uerè ſciatur. Neſcitur enim ſimpliciter, quod imperfecta demonſtratione ignoratur. Quãquam aliquo modo ſcitur, nẽpe imperfectè, & (ut aliàs diximus) per ἀπαγωγὴν, quæ ἄμεσος non eſt. Scientia aũt & demonſtratio omnis, ἄμεσος exiſtit: quæ ſimul eſſe non poſſunt. Impoſſibile enim eſt, ut qui per ἀπαγωγὴν aliquid nouit, id omnino ſe ſcire arbitretᷓ: cùm quod hoc modo ſciat, id perfectè neſciat. Quare fieri nequit, ut ignorans perfectè quidpiã, ſimul id ipſum quoq; ſciat: quod hoc ſanè modo accidere oſtendimus, qui non minus atq; pręcedens, derogat aliquid

Duplex ignorantiæ κατὰ διάθεσιν, παραλογισμός.

De his duobus impoßibilibus ἀγνοίας modis, Ariſtot. li. β. priorum Analyt. in cap. περὶ τῆς κατὰ τὴν ὑπόληψιν ἀπάτης.

Cuiuſq; trianguli tres anguli, ſunt æquales duobus rectis.

In priorum Analyt. lib. β.

Ariſto. libro β priorum ἀναλυτικ. in cap. περὶ ἀπαγωγῆς.

aliquid καθόλου ſcientiæ. Aliud ſubijciamus exemplum, quo declaretur idem. Homo, ſit ι. Affectus humani, ſint δ. Mediocritas in affectibus, ſit γ. Mens recta ratione informata, ſit β. Virtus ethica, ſit α. Notum ſit, in ι eſſe δ, & in δ eſſe γ: & notum præterea ſit, α eſſe in β: ignoretur autem, β eſſe in γ: & ob id neſciatur ipſum, & exiſtimetur etiam, α in nullo eſſe γ. Poteſt enim fieri, ut noſcatur, α eſſe rectam rationem mentis in rebus agendis: id eſt, ut notum ſit, α eſſe β: & neſciatur tamen, α eſſe γ, quoad neſcitur etiam β eſſe γ. Virtutem eſſe in homine propter affectus, & rectam rationem in rebus gerendis, norūt plurimi. Sed eam eſſe in mediocritate affectuum, & rectam rationē, conſtituere hāc ipſam mediocritatem, poteſt fieri ut neſciat quiſpiam: quæ mediocritas nimirum, pars eſt rectæ rationis: ſed quæ tamen nō ut ἐπακτὸν, uerùm ut ἀποδεικτὸν ſubijciatur quiddam, ipſi α, β, tanquam καθόλου uera. Eadem eſt reprehenſio huius, quæ ſuperioris exempli: quoniā omnino neſcitur, cuius nō omnes partes demonſtrationis cognitæ fuerint: nec ſcitur, & ignoratur id aliquo modo. Nunc reliquum eſt, ut de his modis diſſeramus, quibus ſcientia ſimul cum ignorantia coniuncta eſſe poteſt. Prior modus eſt, quando ſubiectum demonſtrationis καθόλου, αἰσθητόν quiddam, & quod ſenſu percipiendum ſit, ſub ſe cōprehendat, de quo (cum lateat ſenſum) prædicatum dici ignoret: eius nimirum quod eſt κατὰ μέρος, ignorātia cū ſcientia καθόλου cōiungetur. Vt ſi quis ignoret, deſcriptum in circulo triangulum, nō uidens illum, hauddubiè neſciet etiam ipſum habere tres duob. rectis æquos: quum tamē in uniuerſum ſciat, quemlibet aut omnem habere tres duobus rectis æquos. In tali ſyllogiſmo ignorantiæ, propoſitio duntaxat altera erit ignota: ut Minor, ſubijciens rem ſenſu ipſo ignotam, Medio. ut: Omnis triangulus tres habet duob. angulis æquos. Iam ſi ignoret, non animaduertendo aut ſentiendo quendam triangulum, exiſtimabitur nō quēlibet noſſe, quòd habeat tres duobus rectis æquos: quāuis καθόλου notitia perceptum habeat, omnem triāgulum habere tres duobus rectis æquos. Hæc ſimul ſcientia poteſt eſſe cum ignorantia coniuncta, cùm καθόλου ſcientiæ, hac ignoratione nihil derogetur. Quare ſi eueniat idem in ſyllogiſmo, in quo propoſitio καθόλου quodā, ei ſubiecta ſpecies ignoretᵗ quædā, nēpe κατὰ μέρος quiddam, uel prędicati, uel ſubiecti iſtius cogniti καθόλου: in uniuerſum cognitum erit quidpiam, quod tamen ipſum, ratione partis ſit ignotum. Vt ſi omne principium eſſe immobile ſciatur, ſed interim ignoretur, formā conſtituētem οὐσίαν rei, eſſe principium: ignorabitur ſcilicet quoddā principium eſſe immobile: quod ipſum κατὰ μέρος eſt quoddam, reſpectu καθόλου cogniti. Ita ſanè multa ſimul ſciri & ignorari poſſunt. Notum & compertum eſt, Febrim intemperiem eſſe calidam, per uniuerſum corpus diffuſam, cuius initium factum ſit in corde. Poteſt autem fieri, ut illo cognito, ὅλον nihilominus & pars ignoretur. Complures enim fuerunt, qui Diariam et Hecticam, febres eſſe neſcirent, cùm dūtaxat putridam eſſe arbitrarētur: quam cauſam cùm adderent febris καθόλου pronunciato, eius etiam καθόλου ſcientiam corruperunt. Conſtat inter omnes, cōuulſionis ſeu ſpaſmi (quoad eo ſignificatur ſymptoma) peculiare ſubiectum eſſe neruum, organico morbo affectum, nēpe breuitate non congruente eius naturæ. Species, quæ deſcribitur cauſa, ignota eſſe poteſt: qua ratione quidam ſpaſmus ignorari poteſt, nihilominus omnium ſpecierū cauſa καθόλου cognita. Symptoma enim conuulſionis, ſpeciei eidē, ut morbo nō ineſt, quia neruus ſcilicet repletus, aut reſiccatus: ſed quia breuior eſt quantitate, idcirco motus, & detorſio illa membrorum eueniunt. Quando igitur uel prædicatum, uel ſubiectum incognitæ propoſitionis, aut prædicato, aut

Vna ſpecies ignorantiæ, quæ poteſt ſimul eſſe cum Scientia.

Altera ſpecies ignorantiæ, quæ ſimul ſtare poteſt.

to, aut ſubiecto propoſiti καθόλου tanquam medio neſcitur ineſſe: cum ſcientia nimirum τοῦ καθόλου, ignorantia τοῦ κατὰ μέρος, coniuncta erit. Alter eſt modus, quo ignorari dicitur propoſitio, & ea quidem καθόλου: quæ tamen ignorantia, eiuſdem ſcientiam non eliminat, hac ratione, qua prędicatum ſubiecto ineſſe neſcitur: propterea quòd utrorumq; terminorum cum medio termino cohęrentiã actu non conſiderat quiſpiã, quæ tamen habitus grata ei non ſit incognita. Sępenumerò enim accidit, ut eorum quæ alioqui ſcimus, in mentẽ nobis non ueniat: ut ſcientes quodammodo ignoremus, id eſt ſcientes habitu, idipſum ignoremus actu. Quod alioqui incogitantibus uſuuenit, uel propter affectum aliquem animi, uel propter obliuionem quandam & quòd non ſunt memores prius cognitorum. Vt ſi quando Galenus in locis affectis inquit, energiæ ſenſionis, ipſum cerebrum eſſe ſubiectum: quod tamen non ſubijciatur τῷ πάθει extrinſecus ſenſionis, quo duntaxat externi afficiantur ſenſus. Idẽ quaſi parum memor eius quod uerè ſciebat, cenſet alio in loco, ſenſum externum, & non cerebrum, eius energíæ ſubiectum eſſe. Influere autem facultatẽ hanc ſentiendi è cerebro in ſingulos ſenſus, tanquam ex cõmuni quodam ſenſu: cui ſenſionis energía, nõ aliam ob cauſam adſcribatur, quàm qua ſubmittat ſpiritus animalis facultatem ſenſibus: qui nimirum ſine illo, ſint expertes ſenſionis. Cõtrà in libro De locis affectis, nõ ſenſus externos, ſed ipſum cerebrũ inquit ſentire, ut ipſum cerebrum audire, ipſum cerebrum uidere: ſed adminiculo externorum. Aliud autem eſt, uidere ſi quis dicat ipſos oculos, ſed adminiculo cerebri: & aliud, ſi quis opinetur, uidere cerebrum ipſum, ſed adminiculo oculorum: quæ Galenus diuerſis in locis ſentiens, ſi per incogitantiam & actu duntaxat ignorauit, ipſo cerebro ſentire animal, non oppoſito Scientiæ errore eſt hallucinatus. At ſi ratione quadam & ſyllogiſmo, errorem hunc aſtruxit, oppoſito nimirũ errore Scientiæ hallucinatus fuit, de quo deinceps diſſeremus, qui ſimul cũ ſciẽtia ſtare nequit. Sin aũt ſuſpenſa animi ſententia, quæ nam uera eſſet, cognoſcere non potuit, pro non ſcientia hæc erit numeranda dubitatio: quum ſit uia ad ſcientiam, non ipſa ſcientia, quælibet ἀπορία. Redeamus ad propoſitum. Si concluſio καθόλου ignoretur, hac ratione, qua non conſideratur actu, amborum extremorum cum medio cohærentia, ambasq; præmiſſas, actu ignoret quiſpiam eſſe ueras, quas tamen habitu ſciat eſſe ueras: huiuſmodi ſciẽtia, quin cũ ignorãtia cõiuncta eſſe poſſit, nemini (ut opinor) dubium eſt. συλλογισμὸς γὰρ, ἡ ἐναντία ἀπάτη, τῆς καθόλου ἐπιστήμης. Sed error ille, ſine ſyllogiſmo eſt: quoniã hoc in modo, reſpectu medij, cui nõ adnectuntur extrema propoſitionis ambo, ambas ignorari actu contingit præmiſſas. In priore modo, concluſio ignoratur: quia duntaxat alter terminus propoſitionis cum medio nexus, neſcitur: quorum utrumq; breuiſſimè Ariſtoteles his complexus eſt uerbis, de priore loquẽs modo, & de poſteriore: καθ' ἑκάτερον ἢ, τὴν μίαν, ἢ κατὰ τὸ ἕτερον, ἀμφοτέρας ὅλως κωλύει. Poſſet illud, cauſa interpretationis addi: ἀγνοεῖ δὲ προτάσεις τοῦ συλλογισμοῦ· οὐ γὰρ ἐπίσταται ὅτι τὸ α, τῷ γ, μὴ συνθεωρῶν τὸ καθ' ἑκάτερον. Proinde extrema ignorantia eſt, qua cenſetur ipſum nõ eſſe ipſum, ſic perfectiſſimè noſcitur ipſum eſſe ipſum: ut ipſum bonũ eſſe bonũ, ipſum ęternũ eſſe ęternũ. Videtur tamẽ illa quoq; notitia poſſe ſtare cũ contrario errore ſimul, præmiſſis nimirum exiſtentibus concluſioni oppoſitis. Etenim ſyllogiſmi cauſa, poteſt prædicatum et ſubiectum, quibus effertur ipſum bonum eſſe bonum, cum tali medio connecti, quibus conſtituanť deinde præmiſſæ tales, ut ijs bonum habeatur pro malo, & uiciſſim malum pro bono: quę cõtrariæ ſunt ὑπολήψει, qua ſtatuitur, ipſum bonum eſſe bonum.

Non ne-

Non nemo poſſet exiſtimare, oppoſitā ſciētiæ ignorantiā, tali cōprehendi ſyllogiſmo, quo nimirū opinet̃ quiſpiā ſimul, et ipſum bonū eſſe bonū, & ipſum bonū non eſſe bonū, ſed malū. Cæterùm ei, qua bonū cenſetur eſſe bonū, magis eſſe oppoſitā hanc ὑπόληψιν, qua putat quiſpiā bonū non eſſe bonū, quàm eā, qua putat quiſpiā bonū eſſe malū, docet Ariſtoteles in fine περὶ ἑρμηνείας: quæ hoc loco tractanda nō uident̃. Eſto, α bonū, β malū eſſe, γ bonū eſſe. Qui ergo α & β cenſet idem eſſe, & β etiam atq; γ, uidebitur contrariam cōcluſioni ὑπόληψιν concepiſſe. Contraria eſt autem, qua bonum cenſetur malum, aut malū cenſetur bonum, ei qua exiſtimatur bonum eſſe bonum, ὑπόληψει. Vt ſi quis ita argumentetur: Omnis uoluptas, eſt bonum. Omne ipſum bonum, eſt uoluptas. Ergo, Omne ipſum bonum, eſt bonum. Atqui conſtat, quandam uoluptatem eſſe malum: quare eius reſpectu, implicitè malum dicitur eſſe bonū. Deinde conditione eadem, ipſum quoq; bonum pro malo habebitur. Item: Quod nō naſcitur aut interit, æternū eſt. Quicquid ipſum eſt æternum, nō naſcitur aut interit. Nō quicquid porrò nō naſcit̃ aut interit, æternum eſt. Nam ſunt & nō ſunt quædam, abſq; generatione & corruptione, nec ſunt æterna tamē. Siquidē (autore Ariſtotele) ἐπεὶ δ' ἔνια ἄνευ γενέσεως, καὶ φθορᾶς, ἔστι καὶ οὐκ ἔστιν, οἷον αἱ στιγμαί, ἅπερ εἰσίν, καὶ ὅλως τὰ εἴδη, καὶ αἱ μορφαί· οὐ γὰρ τὸ λευκὸν γίγνεται, ἀλλὰ τὸ ξύλον λευκόν. Hac ratione, cùm non naſcentia & intereuntia quædam non ſint æterna: neceſſe erit ὑπολαμβάνειν, non æternum eſſe æternū, & ipſum æternum non eſſe æternum. Sed fieri nequit, ut ipſum nō eſſe ipſum, ſibi perſuaſum habeat quiſpiam ſimpliciter: qua nimirum ratione ſunt oppoſitæ ὑπολήψεις illæ, & quiddam profectò ἀδύνατον. Per accidens autē, nihil uetat, nempe reſpectu alterius, quo minus ipſum non uideatur ipſum eſſe: ut æternum, uidetur eſſe non æternum. Etenim principia ſubſtantiarum, & compoſitarum ſubſtantiarum accidentia, cùm per ſe ipſa materiam non habeant, per ſe quoq; ſunt æterna: expertia ſcilicet ortus & interitus per ſe. Sed quoad ſunt pars caducorum, uel quoad ijs accidunt, per accidens nimirum generant̃ & intereunt: quo per accidens ortu & interitu, ſolēt etiā pro nō æternis haberi. Qua ratione fit, ut illæ nō ſint oppoſitæ ὑπολήψεις, quibus æternū eſſe æternū, & æternum eſſe caducū cenſetur: quū res quoq; ipſæ ſint hoc modo comparatæ, ut quodam modo rationem habeant æternorum, & alio caducorum, & nō æternorum. Peruagatiſſima hæc ratio locum habet in his, de quib. propter dubitationē ſuſpenſas habemus ſententias: & modò hoc, modò aliud uidet̃ nobis eſſe uerū, neutrum tamē ſcitur, cū ſcientē oporteat eſſe ἀμετάπτωτον. Quamobrem diſcutienda in his eſt accidentis natura: quæ multiplex eſt, & quaſi caligine quadā mentis aciē hebetat: utpote cuius inſtantia, ipſum quoq; non uideatur ipſum eſſe. Satis ſuperq; dictum & expoſitum hactenus, quibus, & quot modis non perempta ſcientia, poſſit quidpiā ignorari. Iam nunc deinceps diſſeremus de modis & cauſis ignorātię, quoad ea eſt oppoſita Scientiæ: quæ quoniā ſyllogiſmo quodā aſtruitur, τῶν διάθεσιν dicitur ἄγνοια, ſeu ἀπάτη. Propoſitionum duplex eſt genus, affirmantium ſcilicet, & negātium. Vnum eorum eſt, in quibus ἀτόμως prædicatum, ſubiecto uel ineſſe, uel non ineſſe ſtatuitur. Alterum eorū, in quibus ἐμμέσως: quale nimirum propoſitū ſolet eſſe demonſtrabile. Indemonſtrabilia ſunt propoſita, in quibus quod affirmatur aut negatur, ἄτομον quodam medio eſt. Si quis talibus, falſum quoddam adhibet Medium: non ſimpliciter decipitur, propterea quòd argumento quodam, ipſius ſubnixus eſt error, cuius falſitas ſit coarguenda: opponendusq; ſyllogiſmus erit ſyllogiſmo, quo de concepto errore poſſit deduci, quē

Metaphy. π.

Quid ſit Syllogiſmus ἀπατητικός.

Nã ſi ſubiecto, ut toti, Mediũ nullũ ineſt: nec ſubiectũ ei, ut toti inerit: cùm in toto eſſe, ſit reciprocum. Subiectum huius propoſiti, nulli alij, ut toti, poteſt ineſſe. Et ſpirare negatum prædicatũ, cui toti inſit, in maiore nequit poni: cùm ἄναιμον negatum prædicatũ, nulli alij toti ſubiecto poſſit ineſſe. Quare propoſitio hæc negans erit indemõſtrabilis.

fallaci quiſpiam medio concepit argumẽtando. De negantibus primum, poſtea de affirmãtib. ἀτόμως propoſitis, differemus. Principiò quod ἀτόμως ſubiecto alicui nõ ineſt, medium id habebit nullum, quod eidem ſubiecto, ut toti, & καθόλου inſit. Suprà enim fuit demonſtratum, ſi propoſitum ſit ἀτόμως negans, ex neceſſitate neq; prædicatum poſſe in toto alio quodam, neque ſubiectum ineſſe. Quamobrem in ſyllogiſmo, quo peruertitur ἀποφαντικῶς negans ἄτομος uera, fallaci medio neceſſe eſt in Prima figura, Minorẽ propoſitionẽ affirmantẽ (non poteſt enim ea eſſe negans) ſemper eſſe falſam. Maior propoſitio aliàs uera, aliàs ſolet eſſe falſa. Maiorem ueram ponamus, huiusq; ἀμέσου, quo pronunciatur: Nullum expers pulmonis animal (quo reliquas etiam cauſas omnes ſpirationis comprehenſas uolumus) ſpirare. Medium ſit, animal expers ſanguinis, ſeu ἄναιμον. Error hic non eſt ſcientiæ oppoſitus, & nequaquam ψευδογράφημα quoddã erit hoc medio, arbitrari pulmonis expers animal, nõ ſpirare, quia ſit ἄναιμον: cum deroget duntaxat καθόλου ipſius rationi ac demonſtrationi, & κατὰ συμβεβηκὸς aberretur à ueritate ſcientiæ propter falſum medium, nihilominus uera exiſtente concluſione. Nullum enim, quia ἄναιμον, ſpiratione deſtituitur: quemadmodum etiam nec, quia ἔναιμον, pulmones habens animal, ſpirandi facultate eſt præditum. Syllogiſmus ἀγνοίας huius, ſeu ἀπάτης κατὰ συμβεβηκός, talis eſt. Nullũ ἄναιμον ſpirat. Omne carens pulmonibus, eſt ἄναιμον. Ergo, Nullum carens pulmonibus, ſpirat. Tametſi concluſio uera ſit, nihilominus ueritas eius non percipitur ἐπιστημονικῶς, propter medij errorem, quo labefactatur adulteraturq;, proprij πάθους ſcientia. Si non habentibus pulmones, per ſe cauſa eſſet ἄναιμον, ut non ſpirarent: haud dubiè per ſe cauſa erit, habentib. pulmones, ἔναιμον, ut ſpirare ualeant. Nam ſi negatio per ſe cauſa negatiõis eſt, affirmatio quoq; affirmationis erit. Sed affirmatio ἐναίμου, per ſe cauſa nõ eſt ſpirationis. Quamuis enim omne pulmones habens, ſit ἔναιμον: nõ tamen quodcunq; ἔναιμον, pulmones habere cõſueuit. Poteſt etiam fieri, ut propoſitiones & præmiſſæ ambæ ſint falſæ, ac ſimul etiã falſa ſit concluſio: quæ nimirum magis, imò maximè ſcientiæ eſt oppoſita ignorantia. ut ſi quis ita argumentetur. Omne ἔναιμον ſpirat. Omne expers pulmonis, eſt ἔναιμον. Omne expers pulmonis ſpirat. Eſſe, uel nõ eſſe prædicatum in toto ſubiecto, hoc loco καθόλου ratione, non κατὰ παντὸς interpretari debemus. Poteſt enim fieri, ut prædicatum ſit in omni ſubiecto, ita ut nihilominus ſit in nullo ipſo, quia ipſum: ut pulmones habens, licet omne ſit ἔναιμον, nihilominus uerum eſt, nullum animal, quia pulmones habeat, eſſe ἔναιμον. Ita poteſt dici, quòd ἔναιμον ſit in nullo participe pulmonis, quia particeps pulmonis, tametſi plurimis aut potius omnibus pulmone præditis inſit: quia uidelicet in nullo καθόλου, & quatenus particeps pulmonis, ineſſe ἔναιμον queat. Sic intelligi debet, quando Ariſtoteles ait: εἰ γὰρ μήτε τὸ α μηδενὶ τῷ γ ὑπάρχει, μήτε τὸ γ μηδενὶ τῷ β. Aliud enim eſt, in nullo: & aliud, in nullo, ut toto, ineſſe. Etenim γ mediũ, ut ἔναιμον, nõ ſimpliciter nulli participi pulmonis ineſt, cùm inſit omni: ſed nulli tamẽ, quatenus ipſum, ineſt. Prædicatũ quidẽ α, nẽpe ſpirare, nõ in quocũq; ineſt, in eo καθόλου ineſt. Vnũ em̃ eſt in quo ineſt, ut in toto quodã, ſeu καθόλου, ut in habẽte pulmões. In quocũq; iã alio ineſſe dicať, ei ſcilicet, nõ quia ipſum, ineſſe affirmabitur. Tametſi quibuſdam ſubiectis complura nonnunquam propria inſunt: ut corpori naturali, eſſe mobile, eſſe in loco, eſſe in tempore, eſſe ſimplex aut mixtũ, & ſimilia. Corporis porrò animati ſunt propria, ſanum eſſe uel ægrum, particeps eſſe nutricationis, adoleſcentiæ, ſenectutis, facultatibus naturalibus eſſe præditum, & ſimilia. Quorumlibet porrò ſubiectorum

Hic ἀποφαντικός, propter falſam concluſionem, opponitur ſimpliciter ἐπιστημονικῷ.

ctorum propria πάθη ſolent inueſtigari atq; demonſtrari in diſciplinis, ut omnibus eſt notum. Quinetiam in Mathematicis, unius multa poſſunt & ſolent eſſe propria: ut trianguli propriũ eſt, ut eius exterior angulus, æqualis ſit duobus oppoſitis: item, ut eius tres interni, ſint æquales duobus rectis: item, tres externi ut ſint æquales quatuor rectis. Quæ quidem omnia ſubiectis inſunt propria ἀντίστροφα: quæ diximus aliàs (πρῶτα καθόλου) ſolere ab Ariſtotele appellari. Hac ratione fit, ut prędicatum unum, reſpectu plurium, καθόλου per accidens ſit quoddam, et ἀντίστροφον: quod ipſum nihil aliud eſt, quàm eſſe ipſum in toto quodam ſubiecto & reciproco. Vt: Habere tres duobus rectis ęquos, ineſt per accidens καθόλου, figuræ habenti externum angulum, duobus oppoſitis ęqualem: item, habenti tres externos, æquales quatuor rectis. Ratione enim horum omnium prędicatorum propriorũ, καθόλου per accidens ſubeſſe dicitur ſubiectum: quod nimirum multifariam proprijs ſubijcitur prædicatis: et hoc ſanè modo unius, multa poſſunt eſſe καθόλου reciproca ſubiecta, quorum unum interdum tamen nobis, alio ſit notius. Vt notius eſt nobis, quòd habẽs pulmonem ſpiret, quàm quòd præditum ſit diaphragmate. De utroq; καθόλου dicitur, ſpirare. Omne enim animal habens pulmones, ſpirat. Item: Omne habens diaphragma, ſpirat. Vtrumq; eſt καθόλου ἀντίστροφον. Spirationis enim cauſa inſtrumentalis, nequit ſine his intelligi. Sunt porrò alia quædam ſubiecta, ſic determinata, ut ea latius ſeſe proferant prædicatis proprijs, quibus ut καθόλου ὄν, non inſit proprium illud: quamuis ſine illo, ut ſubiecto, eſſe nequeat. Vt: Nullũ ſpirans, expers ſanguinis eſſe poteſt. Sed omne ſpirans, animal ſanguineum, ſeu ἔναιμον eſt: non autem contrà, quoduis ἔναιμον ſpirat. Quum autem omnia ſpirantia, ſint ſanguinea: uidentur uiciſſim, omnia etiam ſanguinea ſeu ἔναιμα, ſpirare. Verũtamẽ ſanguineum, quia ſanguineum ſeu ἔναιμον, non ſubijcitur ſpirationi: quum multa ſint ἔναιμα, quæ tamen non ſpirant. Nõ enim quicquid ex neceſſitate eſt, ſeu quicquid neceſſariò de habente pulmones prædicatur, idipſum quoq; καθόλου ei ineſt, & per ſe: ut quamuis habens pulmones, ex neceſſitate ſit ἔναιμον, ob id ἐναίμῳ tamen habere pulmones nõ ineſt, quia ἔναιμον. Cuiuſmodi Medijs, ſæpe conſtituitur ἀγνοίας ſyllogiſmus ἀτόμων negantium propoſitorum. Videntur enim prædicata hæc, omni Medio καθόλου ineſſe, cùm tamen καθόλου nulli inſint. Vt, ſit propoſitũ negans, Nulli β ineſſe α, ἀτόμως. Ex neceſſitate medium γ, in nullo καθόλου erit β. Quinetiã (ut dictum eſt) ſi ſit propoſitio negans ἄτομος: neq; negatũ prædicatum, neq; ſubiectum, in quodam toto medio inerit. Nam ſubiectum ſi in toto γ uerè diceretur eſſe, tum ἀτόμως α non negaretur de β. Quare ex neceſſitate, Minor affirmans, falſa erit: Maior autem ſyllogiſmi præmiſſa, aliàs ſi ſit affirmans, falſa erit. Vt ſi Medium alienum ſit, & extra complexum α, aut ſi latius ſeſe proferat quàm prædicatũ: ut præcedente liquet exemplo, τῶν συμβεβηκὸς medio colligente falſum. Aliàs uera, ſi prædicatum ad plura pertineat quàm Mediũ (de quo poſtea) uera Maior erit, ſed Minor falſa, errorem atq; ἄγνοιαν concluſionis offundens. Ignorantia enim huiuſmodi, nõ modò falſa, ſed etiam uera concluſione affirmãte poteſt exiſtere (eſt enim ἀπατητικός, τοῦ διά τι, συλλογισμός) propterea quòd tota eius falſitas penditur falſa ratione Medij, non minus quàm cõcluſionis: quum non modò ex falſis falſa, ſed etiã uera poſſit ex falſis ſequi concluſio. Proinde ἀμέσως negantis prædicatum, aliquando de Medio γ, uerè ἀμέσως negatur: idipſum autem γ, de ſubiecto β, nũquam καθόλου uerè affirmabitur: quum β in nullo toto ſit, cui γ, quòd α non inſit, ob id etiam α ipſi β non inſit: quum tamen ex hypotheſi, α primò & ἀτόμως, nulli inſit β. At nonnulla

Horum unum, reſpectu alterius, neque ſubiectum, neq; cauſa per ſe eſt, ſed ſignũ & τεκμήριον: de quo diximus aliàs.

Syllogiſmus τῶν συμβεβηκὸς, ἀπατητικός: Omne ἔναιμον, ſpirat, quia ἔναιμον. Omne habẽs pulmones, eſt ἔναιμον. Omne habens pulmonem, ſpirat, quia ἔναιμον. Medium ἔναιμον, latius ſe profert prædicato.

ipſi α inſunt hoc modo, ut dici de omni α queant: ut omne ſpirans, quando dicitur eſſe ἔναιμον, aut in aere uiuens. quæ tamen καθόλου ineſſe, non dicuntur. Nullum enim ſpirans, quia ſpirans, ἔναιμον eſt: nec quia ſpirans, in aere uiuit: quum ſpirantia quædam ἀμφίβια, uiuant etiam in aquis, ut Ranæ, & Phocæ, ac ſimilia, pulmonibus etiam prædita. Ex his quæ diximus hactenus, euidens eſt, α prædicatum, in quibuſdam, quorum ratione dicitur prædicari & eſſe, ut ſpirare, reſpectu diaphragmatis, καθόλου ὑπάρχειν. Deinde etiam eſſe aliquid, quod ipſum eſſe ſanè dicatur, ſed tamen eius reſpectu, καθόλου nullum exiſtat, καὶ ἐν μηδενὶ καθόλου illo ineſſe pronuncietur. ut: Nullum ἔναιμον, quia ἔναιμον, ſpirare dicitur uerè. Quare falſum erit, ſi quis opinetur, omne ἔναιμον, quia ἔναιμον, eſſe præditum facultate ſpirandi. Quæ perſtrinxit omnia, breuiſſimis et obſcuriſſimis uerbis Ariſtoteles, ita habētibus: ἐγχωρεῖ δ' οὕτως ἔχειν τὸ γ πρὸς τὸ α, καὶ τὸ β, ὥστε μήτε ὑπὸ τὸ α εἶναι, μήτε καθόλου τῷ β. τὸ μὲν γὰρ β, ἀδύνατον εἶναι ἐν ὅλῳ τινί (πρώτως γὰρ ἐλέγετο αὐτῷ τὸ α, μὴ ὑπάρχειν) τὸ δὲ α, οὐκ ἀνάγκη πᾶσι τοῖς οὖσιν εἶναι καθόλου, ὥστε ἀμφότεραι ψευδεῖς. Hic eſt unus modus quo falſa Affirmans concluſio, oppoſita ἀτόμως neganti propoſitioni, fallaci aſtruitur medio. Alter eſt, quo uera ἄμεσος affirmans concluſio ignoratur, falſo medio implicita: ut ſi de quo omni, α, nempe prędicatum, uere ἀμέσως affirmetur, id ipſum uerò Medium, cùm nulli ſubiecto, ut β inſit. nihilominus aūt omni ineſſe falſò poſitum fuerit, ſequatur concluſio talis affirmans uera. Talis error accidit, quando prædicatum, ut α, ἀτόμως nō modò ſubiecto, nempe β, ſed etiam Medio, ut γ ineſt: qua ratiōe ſubiectum & medium nō ſunt ὑπάλληλα. Conditione hac, Maiore & Concluſione ueris, Minor falſa erit: propterea ꝙ ſpecies ſubiecti, de ſpecie alia (quibus utriſqꝫ ἀμέσως, unū ineſt prædicatum πάθος) uerè prædicari nequit. Huius medij errore accidit, ut propriū uideatur ſoli alteri ſpeciei, uel tāquam parti cuidam & cauſæ τοῦ καθόλου ineſſe: uel ſpeciem unam ſubiecti, ut exiſtimet quiſpiam cauſam eſſe, propter quam πάθος alteri ſpeciei ut ſubiecto propriè inſit: cùm tamen utraqꝫ ſpecies per ſe cauſa ſit, ut huiuſmodi πάθος ſuo ſit in ſubiecto. Suo loco oſtendemus, talia propria πάθη, quæ compluribus ſubiectis ἀτόμως inſunt, quamuis Dialecticè ſint ſynonyma (habent enim definitionem unam ὀνοματώδη) nihilominus Phyſicè eſſe homonyma: propterea quòd ἐκ προδιέστως conſiderantes τὰ ὄντα Phyſici, ſubiectis & cauſis diſcrepantibus, propria πάθη definiant. Exemplis id declarabimus quibuſdam: ac primùm, ſi duobus ex æquo primò cōgruēs πάθος, alteri uideatur ineſſe, nō quia ipſum, ſed quia participet altero. Vt Doloris πάθος, duobus primò ineſt, nempe neruoſarum partium imperfectis ſectionibus, & earūdem imperfectis etiam dyſcraſijs. Galenus cenſet quodam in loco, dyſcraſiam, non quia dyſcraſia, ſed quia participet ratione ſolutæ unitatis, cauſam eſſe doloris. Auerroes opinatur contrà, ſolutionem cōtinui unius, in neruoſis, cauſam eſſe doloris: nō quia ſolutio, ſed quia particeps ipſa dyſcraſiæ ſit. Omnis dyſcraſia imperfecta & fiens neruoſarum partium, eſt dolorifica. Quælibet ſolutio unius continui, particeps eſt dyſcraſiæ neruoſarū partium. Ergo, Quælibet ſolutio unius continui in neruoſis, eſt dolorifica. ἀπατητικὸς eſt ſyllogiſmus, & quoddam ψευδογράφημα. Excretio humoris inutilis, propriè & ἀτόμως ineſt corpori cacochymo, uel propter naturę robur, uel propter morbi uiolentiam & magnitudinem, uel propter pharmaci trahentis efficaciam. ſunt enim huius ſymptomatis tres cauſæ, quibus primò adſcribitur. Naturalis facultas excernens, uaſis ſecundum naturam habētibus congruit: Symptomatica, magnitudini morbificæ materiæ, & imbecillitati retentricis

Propria quæ πρώτως inſunt differentibus ſpecie ſubiectis, ſunt homonyma.

facultatis

facultatis uaſorum. Iam ſi quis opinetur, omne robur uaſorum, irritatũ à morbifica materia, humorem inutilem excernere: & omnem ſymptomaticã uiolentiam, participate robore naturæ: & hac ratione, prouenire excretionẽ humoris inutilis: ſimili errore, quo ſuprà, hallucinabitᷣ. Nõ enim poſſunt ſimul eſſe, ac ne per accidens quidem, effectus his cauſis diſcrepãtes. Poteſt autem fieri, ut efficacia purgandi non primò inſit pharmaco, ſed per accidens: quandoquidem κάθαρσις, genere non uideatur eſſe ἕλξις, ſed ὦσις: fibris nimirum uaſorum tranſuerſis propellentibus, & repellentib. à ſe redundãtem humorem, pharmaco ſeparante illum, & facultatem excretricem ſtimulando ad expulſionem: ut ob hanc rationẽ, non per ſe, ſed ſecundum accidens ineſſe excretio inutilium humorum, pharmacorum efficaciæ uideatur. Vaſis ſanguinem continentibus, ut arterijs; diſtenſio ſeu διαστολὴ ineſt: aut propter facultatem uitalem, à corde ipſis influentem: aut propter humores, ſeu ſpiritum, implentem arterias. Galenus, quia uitali facultate diſtendantur, impleri cenſet arterias: contrà uerò Eraſiſtratus opinatur eas extendi, quia impleantur. Quum ergo διαστολὴ, duobus primò inſit, nẽpe repletis; & ζωτικῆ δυνάμει amplificatis, quæ in corde eſt, & promanat in arterias: ſi quis ex utriſq; unã componat cauſam, eiuſdem modi erit ἄγνοια ſeu ἀπάτη, cuius erat ſuperior. Nulla enim δύναμις ζωτικὴ, repletio eſt. At in Minore ponitur eſſe. Etenim repletio arteriarum, cauſa non eſt διαστολῆς arteriarum; ſed effectus quidam, cùm in alijs ſit cauſa διαστολῆς. Concoctio humorum, primò duobus ineſt: nempe humoribus crudis tenuibus, quoad à calore natiuo & ξηρότητι inſpiſſantur: & craſſis contra naturam, quoad eodem per craſin naturalem liqueſcunt, fiuntq; tenues & diluti, apti ad excretionem. ἀπάτη eſt, & ἄγνοια τῆς διαθέσεως, ſi quis opinetur, Nullum humorem, calore aut frigore cõtra naturam denſiorem, κράσει, qua ſpiſſitudo ipſius extenuetur & diluatur, non autem magis quam antea dẽſetur, pro concocto habendum: quia uidelicet omnis humor, calore aut frigore, contra naturam denſior, temperamento etiam naturali concoctus, fiat ſpiſſior. Minor hæc falſa eſt, quum eius negatio ſit uera. Videtur autem pleriſq; omnibus Medicis, uera eſſe: quia uidelicet exiſtimant omnem cõcoctionem, Materiam humoris efficere quàm antea fuerit ſpiſſiorem, nec dilutione liquatam aliquam concoqui: qua liquatione crudorum concretorum contingat, tenues alioqui, & acres etiam, denſatorum naturali calore, ἰχῶρας temperari, & hac temperatione, quoad excrementa ſunt, etiam ſpiſſeſcere. Pluribus hactenus exemplis docuimus, quo pacto, ſi prædicatum quoddã ἐπόμως multis inſit, hallucinari cõtingat, Minore falſa, etiam ſi Maior propoſitio uera exiſtat. Syllogiſmus eſt. Omne crudum tenue, calore natiuo concoquitur ſpiſſante. Omne crudum, eſt tenue crudum. Falſa eſt Minor, cùm etiã craſſum ſit quoddam crudum. Omne igitur crudum, cõcoquitur calore natiuo ſpiſſante. Nihil porrò refert, quod ad ſpeciem erroris attinet, etiãſi πάθος inſit pluribus, ἀμέσως. Vt in omnes partes ocyus mouere & incitare, πνεύματι ineſt: & præterea etiam inſtrumento facultatis animalis, nempe animali facultati & neruis. Ariſtoteles magno errore, cenſuit facultatis animalis inſtrumentum eſſe πνεῦμα ἔμφυτον. Quanquam non ἀμέσως, mouendi efficacia eſt in facultate animali; propterea quòd cauſa inſtrumentalis explicari ſoleat muſculis, neruis, ſpiritu animali, & cerebro. Tot ſunt ἐπόμων modi, quibus inſcienter prædicatum ſubiecto omni ineſſe exiſtimatur, quib. duntaxat in Prima figura hallucinari poſſumus. Proinde cõcluſionum falſarum negãtium, qui modi ſint ἀγνοίας, non modò in Prima, uerumetiam in Secunda figura, iam nunc deinceps pla-

Syllogiſmus. Nullus pro crudo humore qui habetur, cenſeri debet concoctus. Omnis humor denſus niſi fiat ſpiſsior, pro crudo humore habetur. Nullus humor denſus niſi ſpiſsior fiat, pro concocto habendus.

Quibus modis, & quot, colligatur ἄγνοια concluſionis negantis falſæ.

ceps planum facere conabimur. In Prima poſſunt quidem interdum ambæ eſſe falſæ, poteſt etiam alterutra eſſe falſa: aut Maior ſcilicet, aut Minor. Loquimur de his adhuc concluſis, quorum prędicatum affirmatū ἐνόμως, ſeu ἀμέσως uerè ſubiecto omni ineſt: quibus tamen nulli ineſſe, fallaci probetur ψευδογραφήματι ſubiecto prædicatum. Poteſt enim fieri, ut negatio prædicati, falſò cuidam medio dicatur ineſſe: & idipſum medium deinde in Minore etiā falſò ineſſe, & affirmari contingat de ſubiecto concluſionis. Aut poteſt fieri, ut uerè prædicatum negetur de medio, & medium deinde falſò affirmetur de ſubiecto concluſionis. Aut ut prædicatū uerè negetur de medio, quod ipſum tamen falſò affirmetur de ſubiecto concluſionis. Ambabus falſis, quomodo falſa negans cōcludat, primùm explicabimus. Eſto, ut α inſit omni Β, ἀμέσως indemonſtrabile hoc nimirum erit propoſitū. Cæterùm α ſit hoc modo comparatum, ut primò inſit duobus, nempe ipſi γ, & præterea etiam ipſi Β, omni. Si quiſpiā permutatione hac utatur, & è regione ponat, α nulli ineſſe γ, & rurſus γ, omni ineſſe Β: ambabus ſcilicet falſis præmiſſis, concludet nulli Β ineſſe α. Per ſe, ac primò ineſt Animæ, ut conſeruet & uegetet corpus animatum: quoniam uerißimè dicitur, omnē Animam uegetare corpus. Idipſum quoque prędicatum, de calido dicitur natiuò: quoniam eodem etiam, corpus uegetari dicimus. Plurimi porrò ſunt, quibus inſtrumentales uiſæ fuerunt principes eſſe cauſæ (quo nomine ueterum phyſiologiam creberrimè reprehendit Ariſtoteles) & qui Animam, eſſe calidum inſitum, ſunt arbitrati, eo ſunt hallucinati, quòd principem effectricem cauſam, ab eius inſtrumento non poſſent diſtinguere. Cæterùm inſtrumentali cauſæ, quoad ipſa per ſe conſideratē, nempe calori inſito, propriè accidit, ut materiam quam informat, nō cōſeruet, ſed conſumat & diſſipet, corpusque animatum perpetuò tabefaciat: quod in primis perſpicitur in pueris, quorum corpora abundantia calidi natiui ſunt fluxiſſima, exhalantque facilimè; ut propter hanc cauſam, plurimo quoque indigeant nutrimento. Quamobrem calidum non ſeipſo conſeruat & uegetat corpus, ſed qua eſt inſtrumentum animæ, quo ſubinde nutrimentum corporis concoquat & aſſimilet: nō autem quia ipſum præcipuè concoquat & aſſimilet, quum perpetuò fluidam faciat materiā, & magis effluxus quàm affluxus ſit cauſa. At uerò quoad calidum natiuum Animæ eſt inſtrumētum, magis affluxus quàm effluxionis cauſa eſſe cōſueuit. quo reſpiciens dixit Galenus, & ſcripſit hæc de calido inſito: *In libro de quatuor motib. nō naturalibus. Et in libro de maraſmo.* ἀλλ' αὐτὸ πρῶτόν τε καὶ ἀρχαιγονον, καὶ ἔμφυτον. καὶ ἥ γε φύσις, καὶ ἡ ψυχή, οὐδὲν ἄλλο, ἢ τοῦτ' ἐστίν. Ipſum autem per ſe perpetuò diffluens, cauſa non eſt conſeruationis, ſed interitus rerum: qua ratione non eſt inſtrumentum animæ, atque ἔμφυτον, ſed ſimpliciter calidum. Falſa igitur hæc eſt: Nullum ἔμφυτον calidum, corpus conſeruat. Quinetiam hæc falſa eſt: Omnis anima, eſt ἔμφυτον calidum. Quibus concluditur, quòd Nulla anima, conſeruet corpus animatum. Omnes id quo uiuimus, aut ſine quo non uiuimus, Animam eſſe cēſent, quam tamen alius aliud quid eſſe dicat: ut Xenocrates Numerum, ſeipſum mouentem: alij Harmoniam, alij Craſin quandam: quas opiniones omnes refellit Ariſtoteles: quoad nimirum poſitis illis, conſequatur negatio quædam proprietatis cuiuſdam, quam tamē ſit euidēs ſubſtantiæ Animæ propriè ineſſe. Vt (uerbi gratia) notiſſimum eſt, Animam uarijs facultatibus præditam, ſic unam eſſe ad numerum, ut partium cauſa diuidi nequeat. Deinde perſpicuum etiam eſt, corpus animatum, partium cauſa diſſimiles habere craſes, & ſubſtantijs partes diſcrepantes: quibus nihilominus unum corpus ὅλως, conſtituatur nempe organicum corpus: propterea

quòd ſeparatis,et à toto ſecretis partibus, perimi ſpeciem, et οὐσίαν organicam earum contingat. Neq; enim aut Cor, aut Hepar, aut Oculus, uel Neruus, à toto ſeparata, id uerè ſunt, quod eſſe dicuntur. Quamobrem, & his una organici corporis ad numerũ οὐσία conſtituitur, ut nihilominus corporis unitas hæc ab unitate eſſentiæ animæ differat: quoad nimirum partes corporis, cõtinuo uno participant. Partes autem Animæ, eſſentia duntaxat, non etiam accidente quodam (quale eſt συνέχεια) unitatis ſint participes. Ex his quæ diximus, euidens eſt, falſam eſſe hanc, qua dicitur: Nulla craſis multiplex partium corporis animati, eſt ad numerum una οὐσία. Quinetiam conſtat, illam quoq; eſſe falſam, qua ſtatuitur, omnis anima eſſe craſis multiplex partium corporis animati, quibus itidem falſa hęc concluditur: Nullam animam eſſe ad numerum unam. Ambabus nimirum falſis præmiſſis, ſubnixo concluſionis errore: quē exempli cauſa errorem hoc loco commemorauimus. Præterea poteſt etiam fieri, ut falſa negans ἀτόμως, non utraq;, ſed duntaxat alterutra falſa præmiſſa cõcludatur. ut, uerbi gratia: Nullum pulmone præditum, ſpirare. Spirare, propriũ eſt animalis: quoad cauſa quadã (qua nimirũ dicit habere pulmones) limitatur, gratia cuius proprium hoc, ἀντιστρέφον eſſe, & καθόλου ei ut ſubiecto ineſſe dicitur. Si quæ ſunt alia, quæ propriè inſunt animali, aut omnino cauſa nõ ſunt ut ſpiret, aut latius ſeſe proferũt, quàm ſpiratio. Vt ἔναιμον nulli quod ſpirat, animali ineſt. ἔναιμον, ſeu neruos habens, latius ſe proferũt. Etenim omne præditum pulmonibus, eſt etiam ἔναιμον, & neruis præditum: ſed non contrà, quicquid ἔναιμον, aut neruis prędītum, idipſum quoq; pulmones habet, & ſpirat. Piſces enim non habent pulmonem, cùm tamẽ ſanguine & neruis ſint præditi. Calidiore ſecundum naturam temperamento, quum ſint propiores à primo ortu, pueros eſſe præditos, ἀτόμως uerum eſt. Falſam negantẽ probate conantur nonnulli, propter ſymptomata quædam puerorum, & eorundem cauſas: ut quòd crebro uomitu uexantur, quòd cruditatibus, quòd ſpaſmis corripiantur, quòd ſomnolenti etiam appareant, uidentur frigidiores reliquis ætatibus. Errant autem, qui hæc eis ineſſe putant hac ratione, qua pueri ſunt, & propiores ab ortu ſuo: qui quidem propter calorem inſitum plurimum, ſunt uiuaciſſimi. Syllogiſmus τῆς ἀπάτης, talis eſt· Quæ multis cruditatibus laborat ætas, nulla poteſt eſſe calida. Puerilis ętas, multis oneratur crudis humorib. Ergo, Nulla puerilis ætas reliquis eſt calidior. Galenus ſcribit, pueros non quia pueri, ſed quia uoraces ſint, ſenes autem quia frigidi ſint, crudiores eſſe reliquis ætatibus. Simili errore hi decepti fuerunt, quos Hippocrates refellit in libro de Natura humana. Iis uiſum fuit, unũ eſſe duntaxat humorẽ, quo hominis cõſtaret natura: propterea quòd nullum Ens Vnum, multæ poſſit eſſe οὐσίαι: quum una eſſentia, non poſſit aliud eſſe quàm id ipſum quod eſt unicè. Cęterum rati ſunt ueteres Phyſici, cuiuſq; rei ſimpliciter eſſentiam & οὐσίαν, eſſe materiam ex qua naſceretur, qua nimirum res uerè eſſet: ea uerò quibus informaretur, accidere omnia, nec formam eſſe ſimpliciter rerum naſcentium οὐσίαν. Poſteriores autem, ut Timæus, Plato, Ariſtoteles, non Materiam, ſed Formam, unum illud eſſe cenſuerunt, quo res ſimpliciter eſſet, quodq; in multas eſſentias diuidi nullo modo poſſet, ut diuiditur Materia: quę Materia, ſecundum accidens unitate participaret, nẽpe συνεχὲς quantitatis, gratia cuius, omnis eſt diuidua in partes. Deinde in mixtis, ratione κράσεως, diuiduam in multas eſſentias, Materiam eſſe conſtat: quum κρᾶσις unũ, non niſi ſecundũ accidẽs unum poſſit dici: quum in ea ſint multæ ſimpliciter οὐσίαι ſcilicet mixtorum elementorum. Veteres itaq;, quod proprium erat Formæ, Vnum trãſ-

Ad numerũ Vnum eſſe, prędicatur de Anima, id eſt incorporea ſubſtantia, & organico corpore, ſeu corporeo omni, ἀμέσως.

Syllogiſ. Nullũ neruis preditũ ſpirat. Omne pulmões habens, eſt neruis preditum. Nullũ ergo hobẽs pulmones, ſpirat.

Minus extremũ, ut β, nẽpe puerilis ętas, in Medio eſt, ut γ, quod eſt, laborare cruditate: et in Maiore termino, ut α, quod eſt, eſſe calidũ ſecundũ naturã magis alijs ętatibus. Aliqua igitur ex parte etiã α eſt in γ: nec uera eſt in uniuerſum negatio, qua dicitur, Nullam poſſe eſſe calidã craſin ętatis, quæ plures aggreget cruditates.

tulerunt ad Materiam: exiſtimantes, non ex multis, ſed uno quodam humore naturam animalis uel hominis conſtitutam. Syllogiſmus huius ἀγνοίας, talis eſt Nullum ſimpliciter Ens, multæ diſcrepantes natura οὐσίαι poteſt eſſe. Omne Animal, ſuæ materiæ ratiõe, eſt ſimpliciter Ens. Ergo Nullum Animal, ſuę materiæ ratione, multæ diſcrepantes natura οὐσίαι eſſe poteſt. Quo concludit, ſubſtantiam Animalis, unum duntaxat quoddam eſſe elementum, & nõ concretum quiddam ex pluribus elementis. Sed ἀτόμως hæc uera nota eſt omnibus, omne Animal ratione ſuæ materiæ ſeu corporis (quod eſt organicum) habere multas ſpecie differentes partes. Exemplis his par eſt intelligi, multa ineſſe ſubiectis rebus, quorum cauſa ignota, proprium quoddam ſuo ſubiecto nulli ineſſe exiſtimet̃. ut: Nulla ſubſtantia uidet̃ quibuſdã ἀπαθὴς, ſed omnis (ut Heraclito uiſum) ἀδιαθὴς: quia ſcilicet nulla κρᾶσις, ſit ἀπαθής. Omnẽ autem ſubſtantiam, eſſe κράσει præditam: quare quamlibet obnoxiã ἀδιαθέσει, nec eſſe ullam ἀπαθῆ. Niſi ſubſtantiæ, & ipſius κράσεως, ineſſet ἕξις, uerum profectò eſſet, nullam eſſe ἀπαθῆ. Etenim ut propter qualitates patibiles, omnis eſt ἐμπαθὴς, ita propter habitum, nulla ἐμπαθὴς eſt: quam cauſam ignorãtes quidam, ἀδιάθεσιν rebus ineſſe arbitrantur. Qui omnẽ ſubſtantiam, quoad κρᾶσιν præditam, ἐμπαθῆ dicunt eſſe, non hallucinantur illo ἀγνοίας errore. His uerò autoribusq, ui ſubſtantiam omnem κρᾶσιν eſſe pronũciant, aut κρᾶσιν opinantur eſſe habitum, nihil ijs ſcilicet erit ἀπαθές. quorum alterum uidetur Empedocli uerum, quum inquit: φύσις οὐδενὸς ἐστὶν, ἀλλὰ μόνον μίξις, διάλλαξίς τε μιγέντων. alterum Galeno, qui temperatione primarum qualitatum, ſimilariũ οὐσίαν & habitum finit: quibus utriſq; alterationi non obnoxijs, nihilominus κρᾶσιν conſtat eſſe alterabilem. Conſiderandum itaq;, non modò quæ propriè rebus accidant, ſed etiam noſcendæ cauſæ, propter quas inſunt, quibus cauſis nimirum limitantur ſubiecta: quum illarum limitationũ confuſione, ἀγνοίας ſyllogiſmo contingat concludi, Nulli ſubiecto prædicatum ineſſe, quod tamen inerat omni, ritè limitato ſubiecto. Ratione hac, qua dictum eſt, poteſt Minor eſſe uera, concluſione negante exiſtente falſa. Quoniam prædicatum negatũ neceſſe non eſt, quibuſuis uerè ineſſe: quum ſubiectum cui propriè ineſt, multa ſit alia, quorũ cauſa uerè de ſubiecto, nempe Medio, negetur in Maiore prędicatũ concluſionis: quod tamen ipſum Medium, ſubiecto cõcluſionis inſit. ut ἀπαθὲς, negatur de patibilibus qualitatibus, uerè: ſed de prædito habitu, uerè tamẽ affirmatur ἀπαθές. Fieri autem nullo modo poteſt, ut ſi α de β negetur, concluſione falſa, & α in Maiore negetur de γ uerè, quin in Minore, γ de β falſò affirmetur. Nam ſi uerè affirmaretur γ de β, quũ α omni β uerè inſit, & omni β etiam inſit γ: quomodo ei medio nulli, uerè ineſſe α negabitur in Maiore? Nam ſic conſtitutis præmiſſis, uera etiam erit concluſio, Negãs: q; eſt contra hypotheſin. Aut ſi hæc, nempe Minor, uera fuerit: Maiorem ſcilicet falſam eſſe oportebit. Nam ſi ambæ ſint ueræ, concluſio nequaquam falſa negans erit: quũ tamen falſam eam eſſe, poſitum ſit. Proinde in tali ſyllogiſmo ignorantię, põt etiã accidere interdũ, Maiore exiſtẽte falſa, ut Minor tamẽ ſit uera. ut ſi β, nẽpe ſubiectũ cõcluſiõis, ſit in γ medio, & in α extremo: quæ duo, nẽpe γ & α, ὑπάλληλα eſſe oporteat. Eſſe in aliquo dicit̃ hic quidpiã, tanq̃ in quodã uel genere, uel ſubiecto cõmuni, uel ꝓprio cuiuſdã generis, uel ſuo uernaculo ꝓprio: ut, Habere pulmones, propriũ eſt animalis, habentia collum: hæc ſunt duo reciproca propria. de quo prædicatur omni, ut proprium generis, Animal ἔναιμον. In Animali autem, ut communi & generali ſubiecto ineſt, de quo habente pulmones, ut proprietas quædã prædicatur, ſpirare. In his omnibus,

per ſe

per ſe ſecundo modo ineſſe dicimus ſubiectum illud concluſionis, nẽpe pulmones habere: quoniã de habẽte pulmones omni, uerè & ritè ſolent omnia hęc prędicari. Quæ cùm ita ſunt comparata, poteſt accidere, ut falſa Maiore, & Minore uera, ſyllogiſmo τῆς ἀπάτης falſum quiddam concludatur. ut hoc modo. Nullum ἔναιμον, ſpirat. Omne habens pulmones, eſt ἔναιμον. Ergo, Nullum habens pulmones, ſpirat. Subiectum concluſionis, & medio & prędicato ineſſe, perſpicuum eſt. Empedocles cenſuit, Elemẽta eſſe immutabilia, deceptus hoc ſyllogiſmo. Nullum principium, eſt mutabile. Omne elementum, eſt principium. Ergo, Nullum elementum, eſt mutabile. Si quid ex parte, aut aliquo modo uerum ſit, idipſum in uniuerſum pro uero habeatur, & ſimpliciter, erroris non immeritò cauſa exiſtit. Etenim quoddam principium, nempe quo generatur οὐσία, non quo conſtituitur mixtum, pro immutabili habẽdum. Non enim ſimpliciter omnium, ſed mixtorum duntaxat, elementa ſunt principia: quod non animaduertens Empedocles, non iniuriâ eſt hallucinatus. Equidem uerum eſt & conſentaneum, principium quatenus principium, non mutari: nihilominus tamen ratio principiorum diſtinguenda, cuius differentia in rebus ipſis appareat: quibus non conſideratis, communes illæ propoſitiones nobis offundant errorum tenebras, parum circumſpicientibus ipſarũ rerũ uernaculas rationes. Nam (ut inquit Ariſtoteles) οἱ δ' ἐκ τῶν πολλῶν λόγων ἀθεώρητοι τῶν ὑπαρχόντων ὄντες, πρὸς ὀλίγα ἀποβλέψαντες ἀποφαίνονται ῥᾷον. *De ortu et interitu, lib. 1.* Similis huic eſt error Anaxagorę, cui uiſum, nihil fieri & naſci ex eo quod actu nihil eſſet. Nullum nihilum ſubijcitur generationi naſcẽtium rerũ. Quicquid actu ſuo caret, id nihil eſt. Ergo, Nullũ actu ſuo carens, ſubijcit̃ generationi naſcentiũ rerũ. Maior falſa eſt. Nõ enim Nullũ nihilũ, ſubijcitur generationi, ſed quoddã, nempe actus gratia, quod nõ eſſe, aut nihil eſſe dicitur. Cęterùm quod actu ſuo caret, id ſpecies eſt nihili, nõ omne: eiq́; eſt oppoſitum, quod dicit̃ non modò actu, ſed etiã δυνάμει eſſe nihil penitùs. Exemplis hiſce monemur, nõ oſcitãter pro cõmunibus nõ uſurpãda pronunciata, quibus in ſpecie poſſit opponi inſtãtia. Hactenus in Prima figura concludi falſam negantẽ, & ambabus, & altera duntaxat falſa præmiſſa, oſtẽdimus. Reliquũ eſt, ut ignorantiæ ſyllogiſmi, quo pacto in Secũda cõficiant̃ figura, planum faciamus. In hac figura, ambab. ex toto falſis, nullũ cõcludit̃ falſum. Etenim ut ἀτόμως uerũ eſt, Omne pulmonib. prędituũ, ſpirare: ita falſiſſimũ eſt, Nullũ pulmonibus prędituũ ſpirare: quod eſt, Nulli β ineſſe α. Si concedat̃, Mediũ quoddam eſſe, ut γ, quod ut falſò omni α ineſſe, ita quoq; falſò, omni β ineſſe dicat̃: quũ utriſq; nullis inſit, nõ conficiet̃ ſyllogiſmus, utiq; ex ambab. negantibus falſis omnino. Neceſſe itaq; erit, permutata Maiore in negantẽ (uerbi gratia) uerã, & Minore in affirmantẽ falſam, nõ ambas eſſe falſas præmiſſas. Quòd ſi ex toto falſa ſit affirmatio, qua dicit̃ omne pulmones habẽs, eſſe ἔναιμον: eius negatio, qua in uniuerſum, Nullũ pulmones habẽs, ἔναιμον dicitur, uera neceſſariò erit. Idem ſentiendũ de Negatione etiã falſa. Quapropter oppoſitis (ſiquidẽ utrãq;, affirmantẽ ſcilicet & negãtẽ præmiſſas, ex toto falſas poſſe eſſe cõcedamus) ut diximus, ueris earũ ambabus præmiſſis, cõcluſio quoq; uera erit: nẽpe qua ſtatuitur, Nullũ habens pulmones, ſpirare: quod fieri nullo modo poteſt, quum eius contrarium ſit uerum, quod in figura tamen Secunda concludi nequit: quare nec antecedens uerum erit, quo ſtatuitur ſimul ambas ex toto eſſe falſas. Ex quo perſpicitur, in hac figura, ambabus ex toto falſis præmiſſis, non poſſe nos quopiã ἀγνοίας ſyllogiſmo, à ueritate aberrare, & decipi. At uerò nihil uetat, quo minus aliqua ex parte falſis ambab. pręmiſſis, in Secunda fi-

Si β eſt in γ, ut ſi, habere pulmones in ἐναίμῳ: & rurſus, β ſit in α, ut ſi habere pulmones, in prædicato ſpirationis: nõ poteſt fieri, quin etiam α ſit in γ, id eſt, ſpiratio in ἐναίμῳ quodam.

In Secunda figura, quomodo conficiantur ſyllogiſmi ἀγνοίας, τῆς ἀτόμως μὴ ὑπαρχόντ.

cunda figura concludamus falſum: ut ſi γ medium, cuidam inſit α, & præterea
etiam cuidã β. Quare ſi omne α eſſe γ, & nullum β eſſe γ, ſumptum fuerit: am-
babus ex parte falſis, cõcluſio quoq; falſa erit: nullũ ſcilicet β, eſſe α. In ueras e-
nim contrarias, tales non neceſſe eſt permutari. Vt ſi quis hoc modo argumẽ
tetur. Omne ἔναιμον ſpirat. Nullum aquatile ſpirat. Ergo, Nullum aquatile eſt
ἔναιμον. Falſa cõcluſio eſt. Nam præter μαλάκια, & μαλακόστρακα, & ὀστρακόδερ-
μα, reliqua quæ degũt in aquis (autore Ariſtotele) ſunt ἔναιμα omnia: quod
ipſum etiam ἀτόμως eſt notum. Medio fallaci, huiuſmodi notitia deprauatur,
quodamq; errore ſyllogiſmi in talibus hallucinamur: cuius ſcilicet in præmiſ-
ſis falſitatem quandam ineſſe oportet. Maiorem liquet falſam eſſe, ſed ex par-
te quadam. non enim omne ἔναιμον ſpirat: ut ſuprà oſtendimus. Item Minor
falſa, ſed nõ ex toto. ſunt enim ἀμφίβια quædam aquatilia ſpirantia. Huic ſi-
mile eſt illud. Omne graue, ſubſidit in aqua. Nullum lignum, ſubſidit in aqua.
Ex parte ſunt falſæ præmiſſæ. Non enim omne graue, ſubſidit. Nam quæ par-
ticipant multo aereo, ut ligna, quamuis grauia, non ſubſidunt tamẽ. Ex parte
etiã falſa eſt Minor, propterea ꝙ Hebenus lignũ ſubſidit, & mergiẽ. Quapro-
pter nõ temerè de ſubiectis primis ꝓprietatũ eſt pronũciandũ, ſed καθόλου ue-
ritas in omnibus eſt cõſiderãda, cuius nimirũ principiũ eſt in ſenſu & experi-
entia rerum: prauiſq; mehercle nõnunquam rationibus, peruertitur ſenſibus
teſtatiſſima rerum ueritas: ut quum Anaxagoras, niuẽ eſſe atram, conatus eſt
probare alienis rationibus. Tametſi autem ambæ ex toto falſæ, in Secũda fi-
gura eſſe nequeant: alterutram tamen earum præmiſſarum, ex toto falſam eſ-
ſe contingit. Etenim quicquid in prædicato concluſionis nullo, falſò dicitur
ineſſe, id ipſum in ſubiecto omni affirmaẽ uerè ineſſe. Et quicquid omni ſub-
iecto falſò ineſſe, id nulli prædicato uerè ineſſe oportebit. Nam mediũ, quod
nulli prædicato ineſt, ex neceſſitate quoq; ſubiecto nulli inerit: & uiciſſim, ꝙ
nulli ſubiecto, nulli quoq; prædicato inerit: quia uidelicet prædicatum uerè
ſubiecto omni inſit ἀτόμως. Et quodcunq; inerit Medium, omni prædicato,
idipſum omni quoque ſubiecto: & uiciſſim, quod ſubiecto omni, idem prędi
cato quoq; omni inhærebit. Quamobrem neceſſe erit, ſi una uera fuerit præ-
miſſa, ut altera ſit falſa: ſiue Maiore negante Minor affirmans, ſiue Maiore af-
firmante & Minor negans extiterit. Attamen ſi medium ut γ, omni ſubiecto
ut β inſit, non ob id omni quoq; prædicato ipſum inerit: neceſſe tamen eſt, ut
cuidam inſit: ut ſi α prædicatũ pluribus, quàm uni β ἀτόμως inſit. Vt, Loco mo
ueri, corpori naturali ineſt, uel quoad cõtrariorum locorum particeps eſt ſe-
cundum rectã lineam, uel quatenus rotundo ambitu, ſuper axe ſeu polis qui-
buſdam uerſatur. Itaq; ſi quid omni ineſt ſubiecto, ut corpori participãti cõ-
trariorum locorum interuallo, graue eſſe, uel leue ineſt: nihilominus prædica
to, nempe loco moueri, cuidam duntaxat inerit. non enim omne, ſed quoddã
loco mobile, graue aut leue eſſe conſtat. Atq; illud quod eſt in textu Ariſtote
lis ſcriptũ, ſic accipi debet: ἀνάγκη γὰρ εἰ τῷ β παντὶ, καὶ τῷ α τινὶ ὑπάρχειν. Aliàs,
quod Medium omni prædicato ineſt, id ipſum omni quoq; ſubiecto inerit:
propterea quòd aut reciprocum cum prædicato ſubiectum eſt, aut ſubiectũ
aſtringitur anguſtius, & ad pauciora pertinet. Vnum atq; alterum ſyllogiſmũ
in Secunda figura τῆς ἀγνοίας καὶ ἀπάτης proponam, exempli gratia. Nullos
pueros calido abundare natiuo, nonnulli hoc colligunt paralogiſmo. Nullũ
calido plurimo natiuo præditum, procliue eſt ad ſomnum. Omnes pueri, ſunt
procliues ad ſomnum. Ergo, Nulli pueri, calido plurimo natiuo ſunt præditi.
Falſa Maior eſt: quoniam ſomnus naturalis plurimus his accidit, quorũ na-
turalis ca-

turalis calor multus non pauco humido inſito fouetur: qui minimè eſt acris, ſed temperatiſſimus calor: propter humiditatem natiuam plurimam, qua ſopitur energía cerebri ſecundum naturā, adiuuāte calore ſomnificam uim humidi. Huiuſmodi calidum natiuum, ſi quis neget facere procliuitatem ad ſomnum: quod negatur, ex toto falſum erit. Sed quia homonymon eſt, & uſurpatur non una ſignificatione, abundantia caloris natiui, ut docet Galenus in libro contra Lycum: idcirco diſtinguenda ſunt ſignificata. Primò, in id quod quantitate ſimpliciter amplius eſt, & id quod analogía plus dicitur. Quantitate, plus calidi eſt inſiti in corporibus adoleſcentum: proportione autē, qua natiuus comparatur ἐπικτήτοις humoribus, maior eius uis eſt in pueris. Ratione hac, Maior & Cōcluſio, habendæ ſunt pro falſis. Quòd ſi calidum inſitum abundantius, ita quiſpiam interpretetur, ut ſignificet gradum quantitatis, nō qualitatis, quod eſt ſimpliciter calidius, non ſecundum naturam primam calidius: ut Maior, ita Concluſio quoq; uera exiſtet. Fefellit etiam Ariſtotelem ἀγνοίας huiuſmodi ſyllogiſmus, ut cerebrum facultatis ſentiendi expers arbitraretur. Etenim ut cordis calor temperatior eſſet, & minus ferueret, e regionē oppoſitum ei cerebrum putauit. Qua ratione perſuaſit ſibi Ariſtoteles, principatum nullū ineſſe cerebro, ratione ſenſus & uitæ, cùm ſoli eum cordi omnē adſcriberet. Talis uerò eſt ἀπάτης ille ſyllogiſmus. Nulla ſentiens primò pars, caret principatu uitæ. Omne cerebrum, caret principatu uitæ. Ergo, Nullum cerebrum, ſentiens primò pars eſt. In priore ſyllogiſmo, Maior ex toto, in poſteriore, Minor ex toto eſt falſa propoſitio. Sunt autem concluſa falſa, ἀτόμως notis propoſitionibus oppoſita. Etenim per ſe notum eſt, pueros calido & humido natiuis utriſq; maximè abundare: quæ nimirum qualitates, inſunt primò in materia naſcentium animalium efficaciſſimæ: & ob id, à Galeno appellatur ἀρχήγονον θερμόν. Nec (ut idem autor teſtis eſt) qualitas eius progreſſu ætatis augetur, ſed ἐπικτήτῳ κράσει potius minuitur: creſcente autem corpore, quantitatem quoq; eius creſcere, nihil prohibet. equidem hanc quantitatē, non proportione conſtat eſſe maiorem ea, quæ eſt in prima ætate. Præterea ἀτόμως & inductione notum eſt, cerebrum facultate ſentiendi eſſe præditum. Sed logicis quibuſdam argumentis fretus Ariſtoteles, principatum huius facultatis adſcribit cordi. Diximus de fictis rationibus, quibus nonnunquā ueritas primarum, & ἀτόμων propoſitionum peruertitur: quæ nimirum nullos habent οἰκείους λόγους, quibus demonſtrari ualeant. Reſtat, ut deinceps demonſtrabilium quoq; propoſitionū ſyllogiſticos errores, eorūdemq; modos & ſpecies explanemus. Quo pacto Demonſtrabilia propoſita ſint proprijs, accommodatis, uernaculiſq; rationibus & argumentis mōſtranda, præcedentibus libris docuimus. Ariſtoteles cùm hoc loco, tum alibi ἀποδεικτικοὺς λόγους, oppoſitos uerò his, κοινοὺς καὶ ἀλλοτρίους, καὶ πλασματώδεις: de his diximus aliàs. De cæterò aūt, ineruditio & ἀπαιδεία eſt, diſcrimen non noſſe inter uernaculas & alienas rationes demonſtrandorū: eſtq; omnino eruditi hominis, diſcrimina noſſe argumentorum. Etenim (autore Ariſtotele) πεπαιδευμένου γὰρ ἐστὶ, κατὰ τρόπον, τὸ δύνασθαι κρίνειν εὐστόχως τί καλῶς, ἢ μὴ καλῶς ἀποδίδωσιν ὁ λέγων. Idem in Ethicis ad Eudemum: ἀπαιδευσίας γὰρ ἐστὶ περὶ ἕκαστον πρᾶγμα, τὸ μὴ δύνασθαι κρίνειν τούς τε οἰκείους λόγους τοῦ πράγματος, καὶ ἀλλοτρίους. Excutiendi itaq; ſunt nobis, iſtius quoq; generis ἀπατητικοὶ συλλογισμοί, quibus aut oppoſita τοῖς οἰκείοις, argumenta uſurpantur, uel adhibentur aliena: & ea uel communia, ut ueriſimilia & logica: uel alterius ſcientiæ propria, & ad aliam non appoſitè tranſlata. Sunt autem tria genera paralogiſmorum. Vnum eſt, quod utitur falſis

Demonſtrabilium propoſitionū, & ἀτόμων, quales ſint ἀγνοίας ſyllogiſmi.

Ariſtot. lib. 1. De partib. animal. Idē lib. 1. Ethico. ad Eudemum.

tur falſis quibuſdam aſſumptis, quorum ἀντίφασις ſit uera, ac ſcientiæ cuiuſdam uernacula propoſitio, accommodata cuidam ueræ demonſtrationi. Id genus erroris, ψευδογράφημα oſtẽdimus aliàs appellari à Dialecticis: eſtq; hæc eius apud Ariſtotelem in Topicis definitio: ὅτι γὰρ οὐδ' ἀληθῶν καὶ πρώτων συλλογίζεται ὁ ψευδογραφῶν, ὅτι δὲ ἐνδόξων, ἀλλ' ἐκ τῶν οἰκείων μὲν τῇ ἐπιστήμῃ λημμάτων οὐκ ἀληθῶν δέ, τὸν συλλογισμὸν ποιεῖται· τῷ γὰρ ἢ τὰ ἡμικύκλια περιγράφειν μὴ ὡς δεῖ, ἢ γραμμάς τινας ἄγειν, μὴ ὡς ἂν ἀχθείησαν, τὸν παραλογισμὸν ποιεῖται. Alterum eſt genus paralogiſmorum, quod ἐριστικὸν ſeu Sophiſticum appellatur, quando communi & ueriſimili argumento, ſed non uero, propoſitum cõcluditur: quòd etiamſi nonnunquã ſit uera concluſio, nihilominus ſyllogiſmus eſt τοῦ διὰ τί, ἀπατητικός: qualis eſt Bryſonis tetragoniſmus. Sophiſta ab hac parte, quomodo differat à Dialectico, docet his uerbis Ariſtoteles in Elẽchis: ὁ μὲν οὖν κατὰ τὸ πρᾶγμα θεωρῶν τὰ κοινά, διαλεκτικός ἐστιν· ὁ δὲ τοῦτο φαινομένως ποιῶν, σοφιστικός. Huiuſmodi Syllogiſmus ἀπατητικός, reuera quidẽ ſyllogiſmus eſt: qui nihilominus ſit apparẽs tamen, reſpectu eius qui uernaculo argumento colligat propoſitum, ac demonſtret: quem his uerbis deſcribit Ariſtoteles: ὁ τὸν ὄντα μέν, φαινόμενον δὲ οἰκεῖον τοῦ πράγματος. Tertium genus eſt paralogiſmi, Syllogiſmus ſcilicet apparens: qui quomodo ſit refellendus, locis erudimur Sophiſticis. In duobus poſterioribus generibus paralogiſmorum, nõ ſi quid Sophiſticis argumentis non demonſtratum fuerit, idcirco eorundem ἀντιφάσεως demonſtrari quidpiam, poterit. At primi generis & modi error atq; ignorãtia, ſtare nequaquam poteſt cum ſcientia eiuſdem: propterea quòd ἀντιφάσει ei eſt oppoſita ἀποδεικτικὴ ἐπιστήμη, & conuerſa propoſitione in oppoſitam, error ſyllogiſticus ſcilicet permutatur in ſcientiam. δεῖ γὰρ οὐκ ἀποδεῖξαι, δεῖ καὶ ἐλέγξαι, τὸν θέμενον τὴν ἀντίφασιν τοῦ ἀληθοῦς. οἱ δὲ σοφιστικοὶ ἔλεγχοι, ἂν καὶ συλλογίζωνται τὴν ἀντίφασιν, οὐ ποιοῦσι δῆλον, εἰ ἀγνοεῖ. καὶ γὰρ τὸν εἰδότα ἐμποδίζουσι τούτοις τοῖς λόγοις. Ex quibus eſt euidens, συλλογισμὸν ἀντιφάσεως, Sophiſticis argumentis non opponi, quoad ſunt non ueri, ſed apparentes dũtaxat & ſyllogiſmi, & elenchi Sophiſtarum. Et ut maximè ſit ſine labe ſyllogiſmus, nihilominus tamen fallit, quoad uidetur, ſed non eſt οἰκεῖος τοῦ πράγματος: quum argumenta eius petantur πορρωτέρω τῶν οἰκείων ἀρχῶν. Nũc deinceps ſumus dicturi de errore eorum, quæ non ἀτόμως, ſed Medio quodam inſunt ſuis ſubiectis: quod Medium, uel eſt οἰκεῖον, uel non eſt οἰκεῖον. Eſt autem οἰκεῖον Medium (ut hoc loco definit Ariſtoteles) δι' οὗ γίνεται ὁ ἀντιφάσεως συλλογισμός. Verè neque probant aliquid, neq; refellunt Sophiſtæ: quòd nimirum in Sophiſmatibus, uerum & falſum ἀντιφάσεως nõ diſtinguatur. Sed ψευδογράφοι & ψευδογραφήματα, ἀντιφάσει corrigũtur: qua permutatione, ex falſo ſyllogiſmo fit ἀπόδειξις, ex errore efficitur ſciẽtia. Proinde ſi Medium ſit uernaculum, quo nimirũ exiſtente, neceſſe ſit prædicatum ineſſe uel nõ ineſſe omni, aut nulli ſubiecto: fieri non poteſt, ut ambæ ſint falſæ præmiſſæ: duntaxatq; Maior erit falſa, ſi falſa ſit concluſio, Minore ſemper uera exiſtente. Nam neq; in affirmante, neq; etiam in negante ſyllogiſmo, falſa affirmans permutari uera negante poterit. Siquidem οἰκεῖον Medium demonſtrabilis cõcluſionis fuerit: quandoquidem in ueram negantem permutari non poſſit falſa affirmans Minor: nec poſſit fieri (quum ſit οἰκεῖον) quin ſi de ipſo falſo negetur prædicatum, ipſum nihilominus de ſubiecto Medium uerè affirmetur. Alioqui enim uernaculum non eſſet, ſi ſubiecto propriè non ineſſe diceretur: quum neq; affirmans, neq; etiam negans demonſtratio, in Prima figura negare medium οἰκεῖον de ſubiecto poſſit: id eſt, cum Minor præmiſſa, negans propoſitio eſſe nequeat. Proinde ſi

ψευδογράφημα quid, in diſciplinis.

In Elenchis.

In Elenchis, paragrapho: παρ' ὁπόσα δ' ἐλέγχονται οἱ ἐλεγχόμενοι.

Quid ſit οἰκεῖον Medium.

Quia in Sophiſmatib. uocabula & orationes, ambiguè uſurpãtur.

Ratio, propter quam ἀντιφάσει ψευδογράφημα ἐπανορθοῦται, cuius Medium eſt οἰκεῖον, Minor non poßit eſſe falſa.

inde ſi oppoſitus tali ignorantiæ ſyllogiſmus, affirmans ſit demõſtratio, medium ex eadem erit ſyſtœchia, in qua ſunt extrema. Quòd ſi negãs ei uera demonſtratio opponetur, Medium, reſpectu prędicati, ex alia ſumetur: quum enim prædicatum nulli inſit, non erit medio σύστοιχον. Vtroq; modo ſi fuerit ἀποφατικὸς, Maiorē falſam, Minorem autē ueram (ut antea diximus) eſſe neceſſe eſt: propterea quòd ſemper affirmans eſt Minor in Prima figura, Maior autem, & affirmans & negans eſſe poteſt: & utroq; modo falſa ſic, ut permutatione ἀντιφάσεως, uera fiat: conſtituaturq; ſyllogiſmus permutatione hac ἐπιστημονικὸς, cùm prius eſſet ἀποφαντικὸς. Nõ iniuria quæſierit quiſpiam hoc loco, quid cauſæ ſit, quòd uernaculo medio fallatur quiſpiam: quo tamē unicè rem quamlibet ſciri ac demonſtrari contingat, nec ſit quicquam medio demõſtrationis euidētius. Quòd ueris & euidētibus non habetur fides nonnunquam, & affirmans creditur uera, cùm tamen negans ſit uera: & uiciſſim cùm negãs ſit uera, affirmanti potius habetur fides, cùm ſit falſa: in cauſa ſunt falſæ inſtãtiæ: quibus quum ueris rationibus occurrere non poſſumus, neq; falſitatem earum diſſoluere, ipſis tanquam ueris aſſentiemur. Nam qui oppoſito potius credit quàm uero, is non eſt ſciens: quem (ut ſecũdo Libro diximus) ἀμετάπειστον eſſe oportet, propter falſas ἐνστάσεις. Etenim ut uerę inſtãtiæ labefactãt falſas propoſitiones, & poſtea uſurpantur ut προτάσεις in demonſtrationibus (quum nõ niſi rationibus quibuſdam differant φύσεις & προτάσεις: ut aliàs docuimus) ita uiciſſim, falſæ inſtantiæ ſunt in cauſa, ut oppoſitæ ueris propoſitionibus, falſæ nimirum pro ueris habeantur: qua ratione, labes quædam exiſtunt demonſtrationum, & quo minus fides ueritati habeatur, impediũt. Demonſtrat Ariſtoteles in Ethicis, Hominem eſſe fœlicem: quia ſit in uita perfecta ἐνεργητικὸς ſecundum habitum uirtutis. Demonſtratio hoc comprehenditur ſyllogiſmo · Quicunq; in uita perfecta, ἐνεργητικὸς eſt ſecundum habitũ uirtutis, eſt fœlix. Omnis uirtute præditus, in uita perfecta ἐνεργητικὸς eſt ſecundum habitum uirtutis. Ergo. Maiori propoſitioni, multi ieſe opponunt philoſophi. Alius enim Indolentiam, alius Voluptatem, alius Scientiam probare conatur id eſſe, quo fœlicitatis particeps dicendus ſit Homo: quorum errorem qui non intelligit, ipſe in errorem inducatur neceſſe eſt. ἀπορία. λύσις.

.Et qui ſint ἀγνοίας ſyllogiſmi, & quàm uariæ inſtantiæ, non neſciunt, qui in dubium uocari etiam ueras cauſas in diſciplinis, animaduertunt. Omne elementum eſſe ſimplex corpus, eo argumento perſpicitur, quo diuiduum ipſum non eſt in alia corpora, quũ uidelicet non ſit ſuapte natura mixtum. At nullum ἐπινοίᾳ tantum diuiduum corpus, reipſa quoq; & uera, eſt diuiduum: quũ omnia ſimplicia, reuera ſint compoſita & mixta: neq; ipſa ſint indiuidua, quamuis ratione, & ἐπινοίᾳ ſint diuidua. Hac inſtantia poteſt fieri, ut quiſpiã opinetur, nullum ἐπινοίᾳ diuiduum corpus, eſſe ſimplex. Quo poſito, concludatur deinde, Nullum elementum eſſe ſimplex. Conuerſa itaq; Maiore, fit ἀντιφάσεως Syllogiſmus, & ἐπιστημονικὸς, hoc modo · Omne corpus, quoad ἐπινοίᾳ duntaxat diuiduum eſt, ſimplex eſt. Omne elementum eſt corpus, quoad ἐπινοίᾳ duntaxat diuiditur. Ergo, Omne elementum, ſimplex eſt. Qui ad ſenſum exigunt rationem ſimplicis corporis, illis nullũ quod ἐπινοίᾳ duntaxat ſit diuiduum, ſimplex uidebitur, ſed quod ſenſu etiam nihil alieni ſibi admixtum habeat: quare Maioris oppoſitum, uerum eſſe putabũt. Ita ſenſit Athenæus (autore Galeno, libro primo de Elementis) qui ſenſibus

φαεγῆ cenſuit eſſe elementa: nec eſſe opus, ut definiantur intelligentia. Menſuram itaq; ſimplicitatis elementorum, is non intelligentiam, ſed ſenſum ponit: non diſtinguens homonymian diuidui corporis, in eam quæ ſenſui apparet, & quæ mentis fit ſecretione. Fallaces ergo inſtantiæ impediũt, quo minus habeaẽ fides ueris & uernaculis Medijs: quę aliàs Sophiſticę ſunt, aliàs in ſingulis diſciplinis praue intellectis, aut animaduerſis rebus pertinẽtibus ad ſcientiã, ſolẽt opponi ueris propoſitiõibus. Nã quid notius, ꝙ Lunæ deficere lumẽ, quia ex diametro oppoſita ſoli, propter obiectũ in medio terrę, incurrat in metam noctis? Non'ne fieri poteſt, ut alicui falſis rationibus perſuadeatur, Lunam eſſe extra metã illã: aut certè extra metã, orbem eſſe quo rotetur Luna: nullaq; interſectione eum coniungi cum Ecliptica: quibus ſanè peruerti, & labefactari uernaculi Medij ueritatem contingit. Et inuentus eſt noſtra memoria, qui Galaxian circulum, non flammeum, & inſtar Cometæ ardentem ignem, ſed colluſtratione quadam ſyderum efformari ipſum, contra Ariſtotelem conquiſitis argumentis, demonſtrare ſit aggreſſus. Idem, fluctuare uentis quoq; aerem; non ſublatis exhalationibus, ſed certo poſitu aſtrorum motum hunc aeris excitante, cenſet. Præterea, nullum eſſe igneum elementũ: ac omne illud ſpacium, aereo impleri corpore, attingente cœlum arbitratur. Quinetiam frigus & ſiccitatẽ, qualitates non eſſe cenſet, ſed priuationes duntaxat quaſdam calidi & humidi: minimè tamen, Phyſicis & conſentaneis oſtendit argumentis: Nam ſi priuationes ſunt: quomodo contrariæ ſpecies erunt? quo pacto, agendi & patiendi mutuò, δραστικὴν uim habebunt? qua tandem ratione, motus his inerit alterationis? quum ſubiectum, priuationis cauſa, ſubitò habitus ſpecie permutetur, priuatione non impediente habitus ſucceſſionem? Quis autem unquam priuationibus ſpecies diſtinxit elementorum: aut partem eius quod conſtituitur ſecundum naturam, priuationem dixit? Cæterùm quando paulatim habitu permutatur priuatio (ut ſi uiſu, cæcitas) propter motum in loco ſcilicet iſtud, & contrariorum alterationes, fieri conſueuit. Aliàs ſubita eſt permutatio omnis: ut generatio, corruptio, illuminatio, motionis in quietem mutatio, habitus in priuationem. His omnibus notiſſimis principijs, Media hæc opponuntur, quibus autor hic conſtruit ſyllogiſmum ἀπατητικόν, concludentem falſum: Nullum frigus, nullam ſiccitatem, eſſe qualitatem, ſed priuationem duntaxat quandam. Sed hoc nõ eſt demonſtrare, uerùm ritè demõſtrata, falſis Medijs peruertere, & pro certis principijs, commentijs & fictis uti rationibus, καὶ πρὸς ὑπόθεσιν βεβιασμένοις λόγοις, ſemetipſum & alios fallere. Satis, exempli cauſa, dictũ de ſyllogiſmis negãtibus, ratione oppoſitorum uernaculo Medio, fallentibus. Id ipſum quoq; uſu uenit in affirmantibus fallacibus, quorum oppoſiti ſeu negantes, ſint ἀποδεικτικοί. Simili enĩ cõuerſione corrigunẽ, & ἀντιφάσει ἀπατητικοὶ fiũt ἀποδεικτικοί. In his, ex alia ſyſtœchia Mediũ ſumiẽ: quoad nimirũ de ipſo nullo per ſe prædicaẽ πάθος. Ipſum aũt per ſe dicieẽ, de omni ſubiecto. Ita fit, ut Mediũ & Subiectũ, ſint σύστοιχα: Prædicatũ uerò ac Mediũ, itẽ Prædicatũ ac Subiectũ, σύστοιχα nõ ſint. Quod Ariſtoteles his intelligi uerbis uoluit: ὁμοίως δὲ καὶ ἐκ τῆς ἄλλης συστοιχίας ληφθέντος τὸ μέσον. Nã in affirmantibus (in quibus, ex καθόλου propoſitionibus conficiũtur ſyllogiſmi) omnia ſunt σύστοιχα, proprietate cauſam, cauſa uerò ſubiectũ in ſe ac per ſe continẽte. Nullũ mixtũ eſſe ἀπαθές, Medio ex alia ſyſtœchia petito, ſic ꝓbaẽ. Nullũ alterabile, eſt ἀπαθές. Omne mixtũ, eſt alterabile. Ergo, Nullũ mixtũ, eſt ἀπαθές. Fit ἀπατητικός, cõuerſa Maiore in falſam affirmantẽ. Certũ eſt, omne ꝙ præditũ ſit habitu, eſſe ἀπαθές. Deinde liquet etiã,

Card. de Varietate rerum.

à natura

à natura mixtas οὐσίας, habitu quodam κράσεως deuinciri, ne facilè diſſoluãtur: ut Animatorũ οὐσίαν habitu Sanitatis conſeruari experimur, & propter Morbum, contra naturam affici & alterari corpora. Quapropter, quũ Omne præditum habitu, ſit ἀπαθὴς: & Omne ſecundum naturam temperatum, ſit præditum habitu: ſequitur, ut Omne ſecũdum naturam temperatũ, ſit ἀπαθής. Quæ concluſio, contraria eſt, & oppoſita Maiori propoſitioni, ratione generis ſui. Nam Temperata dicũtur, ſeu Mixta, quia prædita qualitatibus alterabilibus, quarum cauſa ſunt ἐμπαθῆ. deuinciuntur hęc ſuis quibuſdã ſecundũ naturã habitibus, quib. nõ peremptis, nec ſubſtantiã ipſam aboleri cõtingat alterationibus. Habituũ nota ſunt nomina, & ſpecies notæ, primùm in ſimplicibus corporib. ſeu elemẽtis, leuitas et grauitas: in animatis, ſanitas et morbus: in mixtis inanimis, quiddã ꝓportione his ſimile erit. Hac ratiõe põt ergo uerè & rectè dici, quoduis alterabile eſſe ἀπαθής: non tamen ſimpliciter, & quia ipſum, ſed quia participans habitu. Ipſum alterabile uerò, quia ipſum, nullum eſt ἀπαθής, ſed potius ἐμπαθὴς, propter perpetuam agentium & patientium contagionẽ, quæ propria eſt alterabilium ſeu patibilium qualitatum. Itaq; uerum eſt, per ſe & καθόλου, Nullum alterabile, eſſe ἀπαθής. uerum etiam eſt, ſed per accidẽs uerum, Omne alterabile, eſſe ἀπαθής. συμβεβηκὸς, iam antea diximus, aptum eſſe & accommodatum erroribus aſtruendis, & refellendis ueris, ſi per φύσιν eiſdem opponantur. Non per accidens autem uera concluſio erit, ſi talis conficiatur Syllogiſmus, determinato per ἀναδίπλωσιν prædicato · Omne præditũ habitu, eſt ἀπαθὴς, quia præditum habitu. Omne temperatum ſecundum naturam, eſt præditum habitu. Ergo, Omne temperatum ſecundum naturã, eſt ἀπαθὴς, quia præditum habitu.

Genus tẽperamẽti, eſt, Qualitas patibilis. Prædituũ habitu eſſe, & præditũ eſſe patibilibus qualitatibus, genera ſunt oppoſita.

Vt ergo καθ' αὑτὸ, & καθόλου ſemper ἐπιστημονικόν, ita κατὰ συμβεβηκὸς, perpetuò in diſciplinis ſolet eſſe ἀπατητικόν. Medium uernaculum uſurpari, iam oſtendimus, & in affirmantibus & negantibus ſyllogiſmis: nempe quatenus uel eiuſdem eſt συστοιχίας cum extremis, uel alterius cuiuſdã, reſpectu nimirum prædicari. Quibus quomodo ſit oppoſitus ἀπατητικός, ſatis (ut opinor) ſuperq; planum effecimus. Tertium modũ deinde deſcribit Ariſtoteles, quo ignoratur κατὰ διάθεσιν συλλογιστικὴν ἀγνοίας, concluſio: non καθόλου, ſed κατὰ μέρος falſa. Suprà oſtenſum à nobis fuit, ex parte ignorantiam, καθόλου ſcientiæ non eſſe oppoſitam, ſi Minore duntaxat ignota, concluſionem ignorari accidat. Aut ſi concluſionem ignorari contingat: non quòd habitu, ſed quòd tantum actu, ambæ præmiſſæ ignorẽtur. Quapropter ſi Maior nõ modò habitu ignoretur, uerumetiam ei contraria propoſitio pro uera habeatur, ἀπατητικός erit. Maior autem, καθόλου eſt: ſed Minor, κατὰ παντὸς duntaxat erit propoſitio: quũ ſit pars Maioris, inductione ſenſus nota interdum, aut nonnunquam etiã colligi eam ſyllogiſmo contingat. qualis eſt hic Empedoclis ἀγνοίας συλλογισμός· Omnis qualitas mixtorum, eſt φύσις. Omnis craſis, eſt qualitas mixtorum. Ergo, Omnis craſis, eſt φύσις. Ariſtotelicis rationibus perſpicuum eſt, κρᾶσιν accidens eſſe, & qualitatem: ſed φύσιν, eſſe οὐσίαν, & partem compoſitæ ſubſtantiæ naturalis. ἄμεσος καθόλου eſt, Nullum accidens, eſſe ſubſtantiã. Deinde conſtat etiam, κρᾶσιν omnem eſſe accidens. Conuerſa in contrariam Maiore, fit ἀποδεικτικός. Idem modus eſt, ſi Maior ſit καθόλου affirmans uera, ſi permutetur in contrariã. ut· Omne præditum patibilibus qualitatibus, eſt ἐμπαθής. Omne

animal,prædítum eſt patibilibus qualitatibus. Cõtraria Maioris, cauſa eſt ſyllogiſticæ ἀπάτης:Nullum præditum patibilibus qualitatibus,eſt ἀπαθής. Minor in his, ex neceſſitate uera,& affirmans eſt, ut in præcedentibus. Galenus quodam abſurdo (tanquam ὑστέρῳ quadam) huic ueræ propoſitioni ſeſe opponit: Nam ſi (inquit) omne præditum patibilibus qualitatibus, eſſet ἀπαθής: ſequeretur,ut animal ſemper contra naturã afficeretur & ægrotaret. quod cùm ſit falſum,etiã id ex quo ſequit̃,falſum erit. Quapropter,Nullũ patibilib. qualitatibus præditũ,erit ἀπαθής. Nõ animaduertit Galenus,quæ nã in rebus cauſa eſſet ἀπαθείας. Etenim nõ quia prædita qualitatib. patibilibus, ſed quia habitibus prędita corpora ſunt,ἐμπαθῆ ſeu δυσπαθῆ ipſis ineſt. qua ratiõe abſurdũ ſit, ἀπάθειαν dicere ineſſe aut accidere animalibus : cùm præditum eſſe habitu, non ſit ſyſtœchon ἀπαθείας,ſed ἐμπαθείας: contrà autem, habenti patibiles qualitates, σύστοιχον eſt ἀπάθεια,& non ἐμπάθεια: nihilominus ambo, per ſe, concretis ex Materia & Forma ſubſtantijs inſunt, & ἐπάλλαξιν quandam habẽt huiuſmodi συστοιχίαι. Omne em̃ qualitatib. patibilibus præditũ, particeps etiã habitus eſt corporei:& uiciſſim,omne habitu prẹditum,participat etiam patibilibus qualitatibus. Idem de proprijs affectionibus, nempe ἐμπαθείας & ἀπαθείας ſentiendum. Ariſtoteles itaq; οἰκεῖον Medium geminum poſſe adhiberi inquit,quo ſyllogiſmus ἀνηφάστως, ſyllogiſmo ignorantiæ queat permutari: unum,quod ſit eiuſdem cum ſubiecto συστοιχίας: alterum, quod ſit alterius συστοιχίας. Vt quando demonſtrandum eſt: Omne habitu prẹditum eſt ἐμπαθές ex eadem ſyſtœchia, Medium οἰκεῖον tale adhibetur: Omnis qualitas agendo efficax,motu alterationis quodam acquiſita, eſt ἐμπαθής. Omnis habitus, eſt talis qualitas. Quare, Omnis habitus, eſt ἐμπαθής: Ad habentia, & cõcretas qualitates, termini huius ſyllogiſmi ſunt transferendi. Nam non ipſæ qualitates, ἐμπαθεῖς uel ἐμπαθεῖς: ſed propter qualitates, πάθη hæc ſubiectis rebus quadrãt. Ex alia deinde ſyſtœchia, propter eius ἐπάλλαξιν, aliquo modo οἰκεῖον adſciſcitur Medium: pars quoad eſt principalis nimirum Medij: quę pars etiam propriè ſubiecto eidem inſit, & πάθος alterum, abſq; eo nõ poſſit ineſſe ſubiecto. ut Habitus, ineſt corpori naturali, non alia ratione, quàm qua eſt particeps qualitatum alterabilium: quæ caducis rebus propriè inſunt. Quapropter uerum eſt, cùm dicitur: Omne patibilibus qualitatibus præditum corpus, eſt ἐμπαθές. Omne quod habitu eſt præditum, qualitatibus etiã patibilibus eſt præditum. Ergo, Quicquid habitu eſt prẹditum, ἐμπαθές exiſtit. Si poſitum ſit, Nullum patibilibus qualitatibus præditũ corpus, eſſe ἐμπαθές: concludetur falſum illud ſcilicet, Nullum habitu præditum corpus, eſſe ἐμπαθές. Maior itaq; falſa erit. Sed quo pacto eius contraria eſt uera, inquies? Aut qui poterit patibilibus præditũ qualitatibus, eſſe ἐμπαθές; Profectò non quia ipſum, ſed quia pars finitionis habitus (quum ſine ſubiecto patibili, habitus eſſe nequeat) dicitur ἐμπαθές tale ſubiectum: quod tamen, quia ipſum, ſit non modò ἐμπαθής, uerũ etiam ἀπαθής. At nihilominus ἐμπαθές, determinatio eſt ἐμπαθοῦς: nec poteſt iſtius generis ἐμπαθές ſine ſubiecto patibili ſubſiſtere: nec eſt patibile quicquã expers habitus, ſi principiũ habitus ſit Natura. Perinde eſt, atq; ſi quis tres habere angulos ęquales duob. rectis, ineſſe dicat habẽti externũ angulũ, æqualẽ duob. oppoſitis. Vtrunq; em̃ ꝑpriè ineſt triangulo: ſed alterũ, ut continens, alteri ut contento, ineſt ſecundum accidens. Nam tres habere duobus rectis æquos, ineſt habenti externum duobus oppoſitis æqualem: non quia ipſum, ſed quia ſine ipſo, triangulo proprium hoc ineſſe nequit. Iſtius generis multa ſunt in natura, oppoſitis participantia proprijs, ita tamen ut unum cõtineatur altero:

Quæ συστοιχίαι habeant ἐπάλλαξιν.

Patibilib. qualitatibus prẹditum eſſe, Medium eſt, quo per accidẽs uero, oſtenditur neceſſaria hæc cõcluſio: Omne habitu præditum, eſſe ἐμπαθές. Nam ut falſis, ita etiam per accidẽs ueris, concluditur interdũ uerum. At per ἀνάλυσιν, negãs Maior, per ſe uera ſic efficitur: Nullum patibilibus qualitatib. prẹditum corpus, eſt ἀπαθές, quia patibilib. qualitatibus præditum.

altero:quo ſine, continens ſpecies finiri nequeat. Vt calor febrilis, non poteſt abſq; calore naturali ſubſiſtere. Ac multa ſymptomata caloris febrilis, corpori inſunt, quæ per accidens etiam, calori adſcribuntur naturali: quoad nimirum in eodem ſubiecto eo exiſtente, abſq; adminiculo ipſius calor febris, ſymptomata hæc non procreat febris propria. Ex his ſymptomatibus, eſt calor nō naturalis, unà cum naturali diffuſus, per corpus uniuerſum. Non enim ut naturalis à corde, per ſe ſine alieno, ita quoq; alienus calor ab eodem, ſine adminiculo naturalis, in uniuerſum corpus diffundi poteſt. Concluſio eſt: In omni febre, calorē nō naturalē à corde diffundi per uniuerſum corpus. Ea ſic probat̃ οἰκείῳ, & διότι medio: In omni intēperie calida cordis, naturalis caloris ſubiecto mixto, cū ſubiecto nō naturalis, calorē nō naturalē à corde diffundi per uniuerſum corpus cōtingit. Mediū illud, perfectè cauſam explanat diffuſionis caloris nō naturalis, per omne corpus. Nō ēm ipſe per ſe, calor non naturalis cordis, ſed ui & efficacia inſiti caloris diffundit̃ per reliquū corpus. Ex alia ſyſtœchia ſumpto Medio, mōſtratur ὅτι, hoc modo: In omni intemperie calida cordis morbida, calorē non naturalē à corde diffundi per uniuerſum corpus cōtingit. Reliqua facilē habent ſubiectionē. Mediū, pars cauſæ eſt eius, quia perfectè monſtrat̃ & καθόλου propoſitum. Eadē eſt ἀνάλυσις huius, quę ſuperioris exempli. Poteſt etenim fieri, ut fallaci argumento, Maioris propoſitionis oppoſitū uideatur eſſe uerum, quo ἀπατητικὸς poſtea colligatur ſyllogiſmus, cuius conuerſione deinde fiat ἐπισημειωτικὸς (ut iam antea diximus) quandoquidē ſit οἰκεῖον μέσον, δι᾽ οὗ γίνεται τῶν ἀντιφάσεων ὁ συλλογισμός. Tertius modus (ut diximus) iſtius ſyllogiſmi eſt, quo non καθόλου, ſed ἐπὶ μέρους concluditur, cuius Maior propoſitio, ſit καθόλου: nempe, ut mediū δ, ſit in toto α, ſcilicet prædicato: Minor autem ſit ἐπὶ μέρους, in qua δ ipſum, non ſit in toto β, ſed δ duntaxat prædicetur de omni β: quum non ſit idem, ſubiectum in toto eſſe prædicato, et prędicatum dici de omni ſubiecto. Hunc modum his expreſſit uerbis Ariſtoteles: εἰ καὶ ἐν τῷ ὅλῳ, α δὲ, καὶ ἐπὶ τοῦ β κατηγορεῖται παντός. Negantē ἀπατητικὸν δι᾽ οἰκείου μέσου in Prima figura, tractauimus hactenus: ſuo loco dicemus etiam de affirmante. Nūc de ſyllogiſmo negante fallaci diſſeremus, quoad eius Medium non eſt οἰκεῖον: id eſt, quoad permutatione falſarum pręmiſſarum in contrarias ueras, nihil concluditur. Vt ſi Medium δ ſub α, ſit, adeoq; ipſum δ, de nullo prædicetur β. Siquidem ambæ fuerint contrariè poſitæ, nempe ſi Maior negans, & Minor affirmans (alioqui enim nō conficitur ſyllogiſmus) ambas oportebit eſſe falſas. Vt ſi α ſit in toto δ, ſed δ ſit in nullo β: conuerſis utriſq; in falſas, ſyllogiſmus quidem erit, ſed ἀπατητικὸς, quem tamen ἀντιφάσει corrigere non liceat. Nam permutatione falſarum præmiſſarum in ueras pręmiſſas, ἀσυλλόγιστος conſtituitur. Neq; enim in Prima figura Minor, negans eſſe poteſt. qua ratione, non uernaculum etiam Medium, definit hoc loco Ariſtoteles: propterea quòd uitium erroris, conuerſis pręmiſſis, non corrigatur in aſyllogiſto. Alioqui demonſtrationis Medium οἰκεῖον appellatur, quo conſtituuntur propoſitiones ſyllogiſmi, quibus per ſe, dicitur de ſubiecto prædicatum: eoq; differt ἀποδεικτικὸς, à Dialectico & Sophiſtico ſyllogiſmo. Quapropter ut non omne uerum, ita quoq; non omne falſum, ἀποδεικτικόν eſt: & correctio quidem Sophiſtici ſyllogiſmi, non ad demonſtratorem, ſed potius uidetur pertinere ad Dialecticum: ut in Elenchis autor eſt Ariſtoteles. Itaq; ſyllogiſmus in demōſtratione, dupliciter uitioſus eſt. Vno modo, quia falſum aſſumitur: ſed tale, quod emendari conuerſione propoſitionis in contrarium poſſit. Qui ἀπατητικὸς, oppoſitus eſt ἐπισημειωτικῷ, ψεῦδος λαμβάνων, ἀλλ᾽ οὐκ

Syllogiſmi negātes ἀπατητικοὶ in Prima figura, quorū Medium eſt nō οἰκεῖον, quales.

ἀσυλλόγιστος: qua ratione, δι' οἰκείου μέσου γίνεσθαι τὸν ψευδῆ συλλογισμόν, dicimus. Altero modo, quia non tantum falſæ ſumuntur præmiſſæ, uerumetiã his conuerſis in contrarias ueras, non conficitur ſyllogiſmus, ſed ἀσυλλόγιστος. qua ratione, Medium ſyllogiſmi dicitur μὴ οἰκεῖον: non quia per ſe de ſubiecto non efferatur prædicatum, ſed quia permutatione falſarum, in ueras, conficiatur ἀσυλλόγιστος. Quo fit, ut ad demonſtrandum, & conficiendum ſyllogiſmum, tale non ſit accommodatum Medium: cùm omnis demõſtratio ſit etiam Syllogiſmus, ac duplici nomine talis ἀσυλλόγιστος ſit uitioſus. quo reprehenduntur etiã ab Ariſtotele in Phyſicis, λόγοι Parmenidis & Meliſſi, inquiente: καὶ γὰρ ψευδῆ λαμβάνουσι, καὶ ἀσυλλόγιστοί εἰσιν. Errores porrò hi ſyllogiſtici, non tã pertinent ad eos ſyllogiſmos, quibus perfectè cõſtituunt demõſtrationes, quàm ad eos, quib. perfectæ coaceruari ſolent. Pluribus enim una demõſtratio, ratione ἀναλύσεως, cõtexitur & retexit ſyllogiſmis: qui ἀποδεικτικοὶ dicũtur, quia pertinent ad ἀπόδειξιν: non quia ſingulis demonſtretur quidpiam, ſed quia ſingulis, pars quædam demonſtrationis conficitur. Decæterò autem, falſos hoſce & ἀπατητικοὺς ſyllogiſmos, ſeu paralogiſmos potius, diſcrepare à Sophiſticis, qui ſunt oppoſiti Dialecticis, oſtẽdit Ariſtoteles in Topicis, ad hunc ſcribẽs modũ: ἔτι δὲ παρὰ τοὺς εἰρημένους ἅπαντας συλλογισμοὺς, οἱ ἐκ τῶν περί τινας ἐπιστήμας οἰκείων γινόμενοι παραλογισμοί· καθάπερ ἐπὶ τῆς γεωμετρίας, καὶ τῆς ταύτης συγγενῶν, συμβέβηκεν ἔχειν. ἔοικε γὰρ ὁ τρόπος οὗτος διαφέρειν τῶν εἰρημένων συλλογισμῶν. οὔτε γὰρ ἐξ ἀληθῶν, καὶ πρώτων, συλλογίζεται ὁ ψευδογραφῶν, οὔτε ἐξ ἐνδόξων· εἰς γὰρ τὸν ὅρον οὐκ ἐμπίπτει. οὔτε γὰρ τὰ πᾶσι δοκοῦντα λαμβάνει, οὔτε τὰ τοῖς πλείοσιν, οὔτε τὰ τοῖς σοφοῖς, καὶ τούτοις, οὔτε τὰ πᾶσι, οὔτε τοῖς πλείοσιν, οὔτε τοῖς ἐνδοξοτάτοις, ἀλλ' ἐκ τῶν οἰκείων μὲν τῇ ἐπιστήμῃ λημμάτων, οὐκ ἀληθῶν δὲ τὸν συλλογισμὸν ποιεῖται. τῷ γὰρ, ἢ τὰ ἡμικύκλια περιγράφειν μὴ ὡς δεῖ, ἢ γραμμάς τινας ἄγειν, μὴ ὡς ἂν ἀχθείησαν τὸν παραλογισμὸν ποιεῖται. Interpretatio hęc eſt nimirũ οἰκεῖος, & μὴ οἰκεῖος μέσου: quo uidelicet ſyllogiſmus erroris, quãdo cõficit οἰκείῳ μέσῳ, oppoſito ἀντιφάσεως ſyllogiſmo poſſit corrigi: quãdo aũt nõ ſit οἰκεῖον, falſis præmiſſis permutatis in ueras, cõtingat fieri ἀσυλλόγιστον: qua ratione uidet duplicari error, & talis eſſe, ut ἀντιφάσει nõ poſſit corrigi. Ex quo par eſt intelligi, alia eſſe ἀνοίκεια, & alia μὴ οἰκεῖα μέσα: quũ ſint ἀνοίκεια, logica argumẽta et cõmunia, quæ paſſim Ariſtoteles opponit οἰκείοις: quãdoquidẽ λόγοι nõ ſint ὁμογενεῖς τοῖς ὑποκειμένοις λόγοις, ſed ἀλλότριοι, καὶ κενοί, & πλασματίαι: de quibus aliás. Proinde ſi pręedicatũ omni inſit Medio, ſed Mediũ nulli ſubiecto, cõuerſis præmiſſis in cõtrarias: nõ modò falſę erũt ambæ, ſed ne corrigi quidẽ poterũt cõplexione quadã ſyllogiſtica. Vt (uerbi gratia) Perpetuũ, ineſt in omni experte facultatis contradictionis. deinde, Expers facultatis ſeu δυνάμεως contradictionis, nulli ineſt materiato. Maioris contraria, falſa eſt, item Minoris, quibus tamen conſtituat ſyllogiſtica complexio: quibusq́ conſtitutis, ex falſis ambabus, concluditur uerum. Permutatis autem in ueras contrarias, efficitur ἀσυλλόγιστος complexio: qua ratione, dicitur μὴ οἰκεῖον adhibitũ huiuſmodi Medium. Eius Medij oppoſito, legitima conficitur demõſtratio, hoc modo· Nullum particeps δυνάμεως contradictionis, eſt perpetuum. Omne materiatũ, eſt particeps δυνάμεως cõtradictionis. Ergo, Nullum materiatum, eſt perpetuum. Itaq; ad probandum, nullum materiatum eſſe perpetuum, medium οἰκεῖον erit, particeps eſſe facultatis ἀντιφάσεως, & non, expers eſſe facultatis ἀντιφάσεως. Et illo quidem Medio, duntaxat Maior poteſt eſſe falſa, complexione exiſtente ſyllogiſtica: hoc autem, ambas neceſſe erit falſas eſſe præmiſſas, ſi complexu Media aſtringantur ſyllogiſtico cum extremis. Iam antea diximus, fallacibus inſtantijs labefactari ueras

In primo libro ἀκροαμάτων.

Quid ſit μὴ οἰκεῖον, & ἀνοίκειον μέσον.

ctari ueras pręmiſſas poſſe: quibus tametſi uerum concludatur, nihilominus ſit ἀπατητικὸς ſyllogiſmus, & oppoſitus ἐπιστημονικῷ. Quamobrem concluſis metienda ueritas non eſt præmiſſarum, ſed contrà potius fieri debet. εἰ γὰρ ἦν ἀδύνατον ἐκ ψευδῶν ἀληθὲς δεῖξαι, ῥᾴδιον ἂν ἦν τὸ ἀναλύειν. Vt autem uerū, quod nullo modo fallat, concludatur: non modò præmiſſas ueras, ſed complexionem quoq; ſyllogiſticam neceſſariam, & quæ fallere non poſſit, eſſe oportet. Omne expers δυνάμεως, eſſe perpetuū, ut falſam, falſa ἐνστάσει coarguere licet. Vt (uerbi gratia) Forma naturalis, ipſa per ſe expers eſt δυνάμεως contradictionis, & tamen perpetua non eſt. Soluitur inſtantia, quòd neq; per ſe neq; ſecundum accidens, participat tali facultate. Alioqui uera erit, & uidebitur contraria: quòd Nullum, ſcilicet expers δυνάμεως, ſit perpetuum. Haud longè ſecus Minor quoq; poterit falſò refelli: Nullum ſcilicet quia materiatum, eſſe expers talis δυνάμεως. Nam cùm elementa ſint materiata, ac (ſecundum Empedoclem) ſint immutabilia: haud dubiè, omne materiatum erit expers huius δυνάμεως. Et cœlum etiam quibuſdam uidetur materiatum, & tamē expers illius potentiæ cōtradictionis. Ita fit, ut falſis inſtātijs, ueræ præmiſſæ permutentur in falſas, conſtituentes tamen ſyllogiſmum: quibus mutatis in contrarias, efficiatur deinde ἀσυλλόγιστος, ut tali medio, ſyllogiſmo ἀντιφάσεως demōſtrari nihil queat. Eôdem accedit, quòd eiuſdem rationis Media nō ſunt quorum alterum exprimitur affirmatione cauſæ, alterum negatione contrarij eiuſdem cauſæ deſcribitur. Vt, Particeps eſſe δυνάμεως contradictionis, per ſe & affirmans cauſa eſt eius quòd nulli materiato inſit perpetuitas: ſed, Expers eſſe δυνάμεως cōtradictionis (priori cauſæ cōtraria & oppoſita) quoad negatur, cauſæ rationem uidetur habere, ſed per accidēs. ut quum dicitur: Nullum materiatum, quia non expers eſt potentię contradictionis, eſt perpetuum. Etenim negatione cauſæ, prior eſt affirmatio: & habitus, priuatione: & omnino negatione, prior eſt affirmatio. Prius etenim & certius noſcitͬ, bonū eſſe bonum, quàm bonum non eſſe malum: quoniam in malo, includitur priuatio boni. Ac perinde eſt, ſi quis bonum opinetur non eſſe malum, atque ſi boni negationem in bono non eſſe arbitretur. Quare per ſe noſcitur bonum, ſi quatenus bonum, conſideratur. At ſi quatenus nō malum, per accidens intelligitur. Quo fit etiam, ut maior ſit hæc ignorantia, qua bonum cenſetͬ non eſſe bonum, quàm qua exiſtimatur, bonum eſſe malum: quum inter bonum & malum, ſit medium, ſed inter bonum & non bonum, non ſit. Et multa ſunt quę contrarijs, nulla uerò quæ contradicentibus participent: quāquam contrariorum idem πρῶτον δεκτικὸν non eſt, ſiquidem in eodem, ſed non eodem primo fuerint. Et utrumq; ſimul falſò prædicari poteſt contrariū, ἀντίφασις aūt minimè. Hæc plenius & uberius tractantur ab Ariſtotele, in fine libri περὶ ἑρμηνείας: de quibus hoc loco monuiſſe ſatis eſt. Ad inſtitutum meum, hæc quæ diximus, ita pertinent, ut intelligamus ſcilicet, unum eſſe demonſtrationis οἰκεῖον Medium: quod nimirum, per ſe, cauſa ſit uel affirmationis prædicati de ſubiecto, uel negationis: quoad de ſubiecto ſcilicet ipſum affirmatur uerè. Eius autem oppoſitum, quamuis de ſubiecto uerè negetur, deq; eodem prædicatum affirmetur uerè & per ſe, tamen οἰκεῖον non eſſe: quòd nimirum eo ἀσυλλόγιστος quędam complexio conſtituatur, qua complexione nihil demonſtrabile uidetur eſſe. Simili modo οἰκεῖον non eſt Medium, ſi Maiorem ueram, Minorem autem conſtituat falſam: illam negantem, hanc uerò affirmantem pręmiſſam. Nā ne hoc quidē modo, corrigi poterit ἀπατητικὸς, Syllogiſmo ἀντιφάσεως. Eſto, ut α, nempe pręedicatum, nulli δ, ut ſubiecto inſit. Perpetuum enim,

nulli ineſt participanti facultate contradictionis. Falſum autem ſit, quum A di citur omni ineſſe B: ut quum participans facultate contradictionis, affirmatur ineſſe ἀΰλῳ ſeu immateriato, Medium non erit οἰκεῖον. Minor enim, nõ poteſt eſſe negans uera: quũ ex duabus negantibus conſtitutus, ſit ἀσυλλόγιστος. Nec affirmans etiam uera Maior eſſe poteſt. quomodo enim eſſet ἀπατητικός, & falſus ſyllogiſmus, ambabus exiſtentibus ueris præmiſſis? Sed ueris præmiſſis, concluſio etiam uera erit. At in Prima figura, Maiore negante uera, & Minore falſa affirmante, neceſſe erit concluſionem eſſe falſam. Nã ſi uera ſit concluſio, nõ erit καθόλου, & oppoſita ἐπιμερικῷ cõcluſo: quo in genere, nihil uetat, quo minus Maiore uera, & Minore falſa, uerum nihilominus cõcludatur: ut liquet ex Analyticis prioribus. Quòd ſi fuerint καθόλου præmiſſæ,ueraq; ſit Maior, ita ut Medium A, nempe participans facultate contradictionis, ſit in nullo α, ut in finitione perpetui (quod eſt, prædicatum) nõ cõtineatur A Medium. Deinde, A quidem in Minore affirmetur ineſſe omni B, nempe ſubiecto concluſionis (quod eſt ἄϋλον) ſed falſò tamen, cùm uidelicet nulli inſit. Quibus ita poſitis, ſequitur concluſio ex neceſſitate falſa: qua, Nullum ἄϋλον dicitur eſſe perpetuum. Quapropter cùm falſa ſit καθόλου concluſio, neceſſe erit, ſi Maior falſa non ſit propoſitio, Minorem eſſe falſam: quæ ſi ipſa quoq; fuerit uera, iam non ἀπατητικός, ſed ἀποδεικτικός erit huiuſmodi ſyllogiſmus.

De erroriб. in Secunda figura: ac primum de his, qui pertinẽt ad propoſitiones ἀτόμους.

Errores porrò cõcipiunt ſyllogiſmis Secundæ figuræ, quorũ οἰκεῖον Mediũ eſſe nequit. Nõ enim permutari poſſunt ἀντιφάσεως ſyllogiſmo, ut negãtes Primæ figuræ ſolẽt: cùm in hac ſola figura ſit affirmãs καθόλου cõcluſio, quæ permutari poſſit falſum cõcludẽte ſyllogiſmo negãte. Quapropter Ariſtoteles ἀπατητικὸς Secũdæ figuræ, adnumerat negãtibus Primæ figuræ ἀπατητικοῖς, errorem nõ uernaculo Medio cõcludẽtibus: quoniã permutari ſcilicet in Secũda figura ἀντιφάσεως ſyllogiſmo nequeũt, quandoquidẽ oẽs in hac figura ſint ἀποφατικοί. Proinde ambabus ex toto falſis præmiſſis, nequit in hac figura fieri ἀπατητικός.

Nam prædicatum cùm ἀμέσως inſit ſubiecto, nõ poteſt fieri, ut Mediũ ſit, quod prædicato proprio omni, & nihilominus eius ſubiecto nulli inſit.

Nã ſi prędicatũ cõcluſionis, ſubiecto per ſe ac primò inſit, nullũ reperiri põt Mediũ, quod cùm prædicato inſit omni, interim nulli ſubiecto ineſſe queat. Qua ratione, neceſſe eſſe unã ex toto uerã, alteram ex toto eſſe falſam. Veruntamen nihil uetat, quo minus ambæ exiſtant ex parte aliqua falſæ, eo modo, quo ſuprà dictum fuit τῶν ἀτόμων. Nullum ignem, ſuapte natura calidum & ſiccum eſſe, oſtẽditur ambabus ex parte falſis. Vt ſi quis id tali ἀπατητικῷ probare conetur· Nullum ſuapte natura calidum & ſiccum, eſt qualitas quædam in aliena materia. Omnis ignis, eſt qualitas quædam in aliena materia. Ergo, Nullus ignis ſuapte natura calidus & ſiccus eſt. Interpretatio hęc eſt Maioris, quòd uidelicet nullum ſuapte natura calidum & ſiccum ſit, quod rationem habeat qualitatis in aliena materia. Ignis, ſeu igneum elementum, in mixtis perfectis, cum alijs concretum elementis, quoad ijs etiam ſuas cõmunicat qualitates, non ſimpliciter ignis dicitur: ſed cauſa qualitatum communicatarum, rationem habet qualitatis ignearum participatarum in aliena materia. Ergo quædam etiam caliditas & ſiccitas, ſuapte natura calidi & ſicci, eſt qualitas quædam non ſincera ignis, ſed quoad eſt in aliena materia. Secreti autem & ſinceri ignis, & quoad conſideratur etiam ut elementum, nõ re ipſa, ſed ſecretum ratione, rectè dicitur, Nullũ elementum ſuapte natura calidum & ſiccum, eſſe qualitates in aliena materia: ut ijs non ignis, ſed igneum conſtituatur quidpiam. Eodem ſenſu Minor etiam poteſt exponi, quũ dicitur: Omnis ignis, eſt qualitas quædam (calida & ſicca) in materia aliena. Non enim omnis eſt, ſed is qui cum patiente materia iungitur: ac nõ ſeipſo ſecretus ſubſiſtit.

ſiſtit. Multi ſunt huiuſmodi paralogiſmi in Secunda figura, propter Medium quod quodammodo utriſque extremis accidit: quod ipſum accidens καθόλου eſſe nequit, ut aliàs oſtendimus: quamobrem ambas præmiſſas, non ex toto, ſed ex parte cõtingit eſſe falſas. Cuiuſmodi ſyllogiſmus etiam illorum eſt, qui frigidiore temperamento præditos pueros opinantur, quàm adoleſcentes, propterea quòd crebrioribus laborent cruditatibus. Nullum, inquiunt, calidius temperamentum, crebris afficitur cruditatib. Omnes pueri, crebras ſentiunt cruditates. Nulli igitur pueri, ſunt calido prędíti tẽperamento. Alij ſunt in hac figura ἀπατητικοὶ, quorum alterutra ex toto falſa eſt præmiſſa, altera exiſtens uera: qui non minus atq; modò commemorati, non uernaculo conſiciuntur Medio. Etenim ſi Medium eſſet οἰκεῖον, ἀντιφάσεως συλλογισμῷ corrigi poſſet ἀπατητικός: ſed nõ poteſt corrigi, permutandis falſis in ueras prę miſſas. Nam falſa negans concluſio, in affirmantem, in Secunda non poteſt permutari. Deinde ſi ambæ ex toto falſæ, permutarentur in ambas ex toto ueras, concluſio eadem negans (nempe ἀπατητικῶ, & eidem oppoſiti ſyllogiſmi) uera ſimul & falſa eſſet. Et falſa quidem, propter falſitatẽ concluſionis, & ambarũ pręmiſſarũ. Vera aũt: quia ueris ex hypotheſi ambabus, ex neceſſitate, uera ſequit̃ cõcluſio. Abſurda aũt hęc eſſe, mediocriter etiã eruditi intelligũt. Ex quo par eſt intelligi, ambab. ex toto falſis, ἀπατητικὸν in Secũda figura nõ cõfici. Cõflari aũt & cõſtitui ex alterutra falſa prę miſſa, ex toto poterit: ut ſi γ Mediũ, omni inſit & α & β extremis, ſi ſumat̃ γ quidẽ omni α, & idipſum γ nulli ineſſe β: Maior uera, Minor falſa exiſtet ꝓpoſitio. Sin contrà poſitũ ſit, & γ quidẽ nulli α ineſſe, ſed β omni ſumat̃: Maior ex toto falſa, ſed Minor uera ponet̃: utroq; fallaci ſyllogiſmo, ꝓpter Mediũ μὴ οἰκεῖον. corrigi eñ nõ poſſunt ἀντιφάσει. Nã ſi Maior falſa affirmãs permutet̃ in uerã negãtẽ, ambas fieri negãtes cõtinget: quib. nihil cõcludit̃. Sin uerò poſita fuerit falſa negãs, permutatione eius in uerã, ambę fient affirmãtes in Secunda figura: quibus itidẽ nihil ut ἀσυλλογίστως concluditur. Hactenus fallaces ſyllogiſmi, quorum Negans concluſio falſa ſit, quo pacto, qualibusq; Medijs ſtruant̃, oſtendimus. Reſtat, ut de Affirmante etiam fallaci ſyllogiſmo dicamus aliquid. Affirmans fallax ſyllogiſmus ſi uernaculo conſtet Medio, fieri nõ poteſt, ut ambę falſæ ſint præmiſſæ: ſed Maiore falſa, ſemper Minor uera erit: propterea quòd Maiore affirmante falſa, conuerſa in Maiorem negantem ueram, efficiatur ἀποδεικτικός. Ambabus autem falſis negantibus præmiſſis poſitis, conflatur ἀσυλλόγιστος. Ex quo perſpicitur, ſi Medium fuerit οἰκεῖον, Minorem ſemper ſubſiſtere ueram affirmantem, ac non niſi Maiorem in negantem ueram eſſe permutabilem. Vt ſi quis talem conficiat ἀπατητικὸν. Quicquid præditum eſt patibilibus qualitatibus, ἀπαθὴς exiſtit. Quicquid alterabile eſt, præditum eſt patibilibus qualitatibus. Ergo, Quicquid alterabile eſt, ἀπαθὴς erit. Permutatione Maioris falſæ, in negantem ueram, fiet ἀποδεικτικός. Maior proinde uera eſt, per accidens, quando monſtratur ὅτι δεῖ, illud propoſitum, Omne habitu prę ditum, eſſe ἀπαθὴς: ex alia nimirũ ſyſtœchia petito Medio, quo non διότι mõſtretur: de quo ſuprà diximus. Quando autem διότι monſtranda eſt cõcluſio, qua dicitur: Quicquid habitu præditum eſt, ἀπαθὴς exiſtit. nam ſine qualitatibus patibilibus nihil prę ditũ eſt habitu, falſa Maior erit: quoniam in demonſtratione διότι, prædicatum πάθος Medio per ſe ineſt, non quia accidit ei id ipſum, cui per ſe ineſt. ut tres habere duobus rectis ęquales angulos, per ſe ineſt Medio, quo monſtratur διότι eius. Sed ei quo monſtratur ὅτι, ut triangulo, quoad externum duobus oppoſitis habet æqualem angulum, ineſt ſecundũ accidens.

Ex parte, non ex toto, falſæ ſunt premiſſæ ambe, in ἀπατητικῷ Secũdæ figuræ.

accidens. Etenim per ſe Medium ſubiecto ineſt, itemq́; prædicatum eīdē per ſe ineſt: ſed Medio nihilominus prædicatum ſecundum accidēs ineſt, in demonſtrationibus ὅτι δὴ: quo differunt etiam à διότι demonſtrationibus, ὅτι δὴ demonſtrationes. Syllogiſmus ἀπατητικὸς prior affirmans, ſic permutatur in negantem ἀποδεικτικὸν διότι· Nullum præditum patibilibus qualitatibus, eſt ἀπαθὴς. Omne alterabile, eſt præditū patibilib. qualitatibus. Ergo, Nullū alterabile, eſt ἀπαθὴς. Ex alia ſyſtœchia Medio poſito, ὅτι δὴ, ſyllogiſmus ἀπατητικὸς affirmans conficitur hoc modo· Omne ſubiectum præditum habitu, eſt ἀπαθὴς, quia ſubiectum. Omne alterabile naturale, præditum eſt ſubiectū habitu. Ergo, Omne alterabile eſt ἀπαθὴς, quia ſubiectum. Alterabilia naturalia, prædita ſunt habitu: ut ſimplicia, grauitate & leuitate. Mixta etiam res quæq; per naturam, ſuo quodam habitu (quo ſit δυσπαθὴς aut ἀπαθὴς) perficitur. In Animatis, perfectiones alterationum ſunt Sanitas & Morbus. Alterationes, principio conſtant externo: ſed Habitus, rebus inſunt propter Naturale principium & internum, determinās alterationes patibilium qualitatum. Liquet autem, Formam eſſe determinās principium illud, conſtituentem ſcilicet ποιὰν rei naturalis. In ſyllogiſmo propoſito, errorem concluſionis emendare licet, conuerſa Maiore in contrariam negantem. Verè quidem ἀπαθὴς, affirmatur de ſubiecto, quoad eſt præditum habitu: ſed non de prædito habitu uerè negatur quatenus eſt præditum, ſed quatenus tantum ſubijcitur habitui. Qua ratione ſecundum accidens pronūciatur, ſeu prædicatur ἀπαθὴς negatum, de habitu: per ſe autem, de habente, et eo Quod præditum eſt, ſubiecto, nō Quo præditum, negatur. Quare uera hæc erit negatio: Nullum (quia ſubiectum) habitus particeps, eſt ἀπαθὴς. non autem hæc: Nullum ſubiectū, quia uel quatenus particeps eſt habitus, ἀπαθὴς exiſtit. Nam ſi uera ſit concluſio, Nullum alterabile eſt ἀπαθὴς: neceſſe erit hanc quoq; eſſe ueram, Nullum habitu præditum, eſt ἀπαθὴς: eo quod dictum eſt ſenſu, quo prædicatum ἀναδιπλώσει Medij determinatur. Etenim non ut aqua frigida, quia frigida, non eſt particeps caloris: ita etiam, quia aqua, & ſubiectum naturale frigoris, particeps caloris non erit: quoniam quia aqua, participare poteſt frigore, non quia frigida. Et ſanguis etiam, quia calidus, ἐπακτέον calore nequit eſſe frigidus: ſed quia ſubiecto & materia aqueus, & quia ſubiectū caloris, poteſt ſanè eſſe frigidus. Eſt enim (ut Hippocrates ait, atq; Ariſtoteles) φύσει frigidus ſanguis. de ſubiecto enim id oportet intelligi.) [illegible]

De Reduplicatiuis ſyllogiſmis, Ariſtoteles in priorib. Analyticis.

[illegible] Minor uera, quando fuerit οἰκεῖον Mediū, eodem modo, quo dictum fuit ſuprà in ſyllogiſmis negantibus, οἰκείῳ Medio fallētibus. Et ut in illis, ita quoq; in his affirmantibus, fallax etiam quidam eſt τῶν μέρος ſyllogiſmus, conuerſione emendabilis: ut ſi quis ita, ſecundum Empedoclem, argumentetur· Omnis Mixtio, eſt Natura, & pars eſſentiæ Mixti. Omne temperamentum animatorum, eſt Mixtio. Quare, Omne temperamentum animatorum, eſt Natura, & pars eſſentiæ Mixti. Corrigitur Maioris præmiſſæ (ut diximus) ἀντιστροφῇ, etiam hic ἀπατητικὸς: qui non modò Empedoclem, uerumetiam Galenum, & alios fefellit, qui rerum οὐσίαν, κρᾶσιν eſſe ſunt arbitrati.

arbitrari. Præterea affirmante ſyllogiſmo fallimur etiam, alieno, & non uernaculo adhibito Medio: cuius præmiſſis, in ueras conuerſis, fit ἀσυλλόγιστος. Vt ſi Medio A omni, inſit α prædicatum cõcluſionis: Medium autem A, nulli inſit β ſubiecto. Ambabus præmiſſis exiſtentibus affirmatis, fallax erit ſyllogiſmus, qui ἀντιστροφῇ non poterit emendari: quare Medium etiam non erit οἰκεῖον. Enimuerò poteſt fieri, ut α prædicatum ſit in duobus, ut Medio & ſubiecto cõcluſionis: quorũ unũ tamẽ alteri nulli inſit: ut

Cauſa eſt falſa. Si permutetur Minor in negantem, ἀσυλλόγιστος erit. Item Omnis ſpaſmus prouenïens affectis per ſe morbo neruis, neruos uerſus principium conuellit. Omnis Epilepſia, eſt ſpaſmus, prouenïens affectis per ſe morbo neruis. Ergo, Omnis Epilepſia, neruos uerſus principium conuellit. Symptoma cõuulſionis, ſeu ſpaſmus (quoad eo ſignificatur ſymptoma) propriũ πάθος eſt, quod prędicatur de ſpaſmo, ut de morbo, atq; etiam de Epilepſia, ut de morbo. Minor eſt falſa tamen. Spaſmus enim, quoad eo ſignificatur Morbus, prædicari de Epilepſia nequit: ſed quatenus ſymptoma duntaxat eo ſignificatur uocabulo. Aſyllogiſtos igitũ eſt, ſi mutatũ in cõtrariã Minor. Quòd ſi A, nulli ſubſit α, ſumatũ aũt ſubeſſe omni: falſa erit concluſio (ſiquidẽ Minor uera fuerit) & fallax ſyllogiſmus, quẽ Minoris ἀντιστροφὴ corriget (medio nimirũ exiſtentẽ uernaculo) qualis hic eſt ἀπατητικός.

Conuerſa Maiore in contrariam, fit ἐπισκεπτικός. Quòd ſi Minor etiam falſa fuerit, Medio exiſtente alieno, ſyllogiſmi falſitas non corrigetur. Permutatis enim, ambas effici negantes præmiſſas oportet. Tali ſyllogiſmo fallaci, colligitur à Democrito, quòd nimirum omnis atomus ſit principiũ, quia omne minimum in genere corporeo, ſit principium. Quamlibet autem atomon, eſſe minimum in genere corporeo. Neutra eſt uera: quum minimum in quantitate nullum ſit, nullo certè οἰκείῳ Medio oſtendi poterit, Atomon, rerum eſſe principium. Poteſt etiam fieri, ut ambabus falſis affirmantibus, uerum concludatur, ſed alieno Medio: quoniam conuerſis, fit aſyllogiſtos. Itaq; ſi A ſub α non fuerit, contingit utraſq; eſſe falſas. Contingit etiam, ſi Maior ſit falſa, Minorem eſſe ueram: & ſi Minor fuerit falſa, Maiorem eſſe ueram. quod ipſum his ab Ariſtotele expreſſum eſt uerbis: καὶ ὁποτέραν ἔτυχε: ſubijci debet, ἐγχωρεῖ ψευδῆ εἶν. Hactenus ut fallacibus Medijs, & quibus atque quot modis, ſyllogiſmo quidpiam ignoretur, quæ nimirum ſcientiæ contraria eſt ignorantia, planum fecimus: quorum ſummam denuò, paucis quibuſdam perſtringemus capitibus. Duntaxat quæ per ſe ſubiectis rebus, & non quæ ſecundum accidens inſunt uel non inſunt, contemplatur Demonſtrator. Horum quædam ἀτόμως inſunt, uel non inſunt. Nonnulla uerò ἐμμέσως, & non ἀτόμως, ſeu πρώτως. Quæ ἀτόμως inſunt, aut principia ſunt, inductione nota: aut determinata cauſis ſuorum prædicatorum ſubiecta, quibus proprium πάθος finitur οὐσιώδει ratione: nec de ſubiecto ita determinato per ἔμμεσον cauſam, πάθος amplius eſt demonſtrabile. Quo enim demonſtraretur, quum nullum ſuperſit Medium, niſi quod finitionis eſſen- *Quot modis ἀτόμως dicatur quidpiam ineſſe.*

ni eſſentiæ prædicati accidit? Sunt autem & hæc κυρίως in principijs, & quæ ſunt definitiones demonſtrabilium παθῶν, & quæ per ſe ſunt iam actu ἀναπόδεικτα (ut diximus) quæ ſeipſis uera intelliguntur eſſe. Nihilominus fallacibus nonnunquam Medijs, talium ſcientia labefactatur: et aut uera conclu ſa falſis, aut falſa etiam falſis colliguntur principijs ac præmiſſis: confirmata ſcilicet ſyllogiſmo ignorantia, cuius οἰκεῖον Medium nullum eſſe poteſt, quandoquidem propoſitum ſit ἀναπόδεικτον, & permutari ἀντιστρεπτικῶς nequeat ἐπιστημονικῷ, ſi Medium ſit accidens. Quot Modis, ſecundum accidens prædicatum inſit ſubiecto, dictum eſt, quum Modos Per Se, quatuor explicaremus: quibus in præſtantia repetitis nihil eſt opus. At uerò, ſi prædicatū πάθος ſubiecto inſit ἀμέσως: aut οἰκείῳ Medio fallemur, ratione qua prædicatum πάθος, de ipſo uerè affirmari exiſtimatur, cui tamen reuera nulli inſit: aut cui Medio nulli inſit, de eo tamē omni prædicari exiſtimetur. Nequit enim eſſe ἀπάτη συλλογιστική, niſi ſit erratum in præmiſſis, in quibus Medium cum extremis aut uerè, aut perperam connectitur. Aut Medium certè ſi adhibeatur, quod non ſit accommodatum propoſito demonſtrando, erit μὴ οἰκεῖον. Tale autem eſt, ut præmiſſis falſis permutatis in ueras, conſtituatur ἀσυλλόγιστος. Nec ſatis eſt, prædicata per ſe, de ſubiectis dici, niſi prædicentur etiam συλλογιστικῶς. Idipſum etiam de negantibus intelligendum, quib. nos errare & hallucinari contingat. Per ſe propoſitionibus, quo pacto ueris, conficiantur ἀποδεικτικοὶ συλλογισμοί: nec non, quo pacto falſis, ἀπατητικοὶ conflentur: ſatis (ut opinor) abundè docuimus. Iam nunc deinceps, quibus primordijs incipiant & contexantur Demonſtrationes, finitis'ne, an infinitis, ſequente Libro tractare aggrediemur.

Quibus Modis ἀμέσως prædicatum ſubiecto inſit.

IACOBI

DEMONSTRATIONVM
Liber VII.

SI eſſent infinitæ partes è quibus ſtrueretur, aut in quas diſſolueretur Demonſtratio, nulla ſanè rerū Scientia poſſet eſſe: quum uidelicet infiniti nulla ſit comprehenſio, definita autem ſit omnis rerum ſcientia. Infinitas porrò rebus nulla ineſt, quæ non ipſis cauſa materiæ accidat, quæq; nō ſit accidens, rebusq; nō quoad ſunt καθόλου, ſed quatenus καθ' ἕκαστα notitiæ ſubiecta, inhæreat. In his ſanè infinitis, non Scientiam, ſed coniecturam uerſari, aliàs diximus: & ſuo oſtendemus loco, quid inter Scientiam & Opinionem, inter ἐπιστητὰ & δοξαστὰ interſit. Nūc ſcientiæ quæ'nam ſint initia, & quæ ipſius ex principijs ſtructura, hoc libro explanabimus: non noſtram, ſed diuini Ariſtotelis ſententiam, cùm hoc libro, tum alijs ſequentibus interpretantes. Vera omnia, ſunt conſentanea rebus extra intellectum poſitis: nec aliud eſt falſitas, quàm diſſentiens à rebus ipſis ratio. Veritas enim & falſitas rerum, quoad intelliguntur, & ſunt in Mēte, exiſtunt πάθη. In errorem autem nos maximè inducit ſimilitudo: quòd nimirum quæ aliqua ex parte ſimilia ſunt, pro eiſdem ſimpliciter ſolent haberi: nec percipi ſemper cauſæ φαινομένων, aut ſenſu poſſunt, aut ratione. uerè enim dictum illud eſt à Platone: ἰκὼν τοῖς παρὰ τὰ ὄντα δοξάζουσι, ἀπατωμένοις δῆλον, ὡς τὸ πάθος τοῦτο δι' ὁμοιοτήτων τινῶν εἰσερρύη. Quia πνεῦμα alioqui celerem, & in omnes partes motum, excitare ſolet, φαινομένου ſimilitudine deceptus Ariſtoteles, motus animalis quoq; cauſam eſſe cenſuit πνεῦμα ἔμφυτον. Quinetiam Eraſiſtratus, quum uideret διαστολὴν & συστολήν, repletione & uacuatione corporibus accidere: & πάθη hæc ambo acciderent ſemper alternis, in arteriarum motu: ſpiritum uitalem ex corde in eas influentem & refluentem, uibrare arterias putauit, ſimilitudine hallucinatus. Experientia quidem anatomica deprehendit Galenus, arterias non quia impleantur diſtendi, ſed quia diſtēdantur ἐπιρρέοντι quadam δυνάμει cordis, ideo impleri. Quare ſenſus & anatomia deprehendit illū errorē, quem ratio ſimilitudine adulterata inuexerat. Conflictatus ſimili errore eſt Eraſiſtratus, quum tractū animati corporis, ſucceſſione ad id quod uacuatum eſt, definiret. Non enim omnis tractus, eâdē ſit cauſa, quamuis cauſa ſimilitudinis omnium uideatur eſſe eadem. Quamobrem in omnibus, diſtinguenda ſimilitudo: nec quod aliquo modo idem, ſimpliciter habendum pro eodem, demonſtratione & definitione: diſtinguente nimirum ſimilitudinem fallacem, uel ſenſu ipſo euidētem, uel ratione omnibus numeris abſoluta perſpicuam. His enim utriſq;, uerum omne inueſtigatur: quibus autem fallimur, ea aut ſenſum effugiunt, aut uitioſa ratione quadam deprauantur. Geminam hanc falſitatis cauſam, Galenus in libro, quo diſputat, εἰ κατὰ φύσιν τὸ αἷμα ἐν ἀρτηρίαις περιέχεται, his expoſuit uerbis: ἐγὼ πειράσομαι δεῖξαι πρότερόν γε καθόλου περὶ πάντων τοὺς λογισμοὺς σφάλμα, διὰ βραχέων ὑπομνήσας. ἁπάντων εἰς γνῶσιν ἡκόντων ἀνθρωπίνην, τὰ μὲν αἰσθήσει, τὰ δὲ λόγῳ φωρᾶται. καὶ τοίνυν ὥσπερ τὰς αἰσθήσεις πολλὰ τῶν αἰσθητῶν καταφεύγει διὰ τὰς πολλὰς αἰτίας, οὕτω καὶ τὸν λόγον. ὁ μὲν δὴ φιλαλήθης ἀνὴρ, ὅτι τῶν ἐναργῶς γινωσκομένων ἀφίσταται, διὰ τὴν τῶν ἀδήλων ἀγνωσίαν, ὅτι τοῖς ἀγνώστοις συγκατατίθεται διὰ τὴν τῶν ἐναργῶν γνῶσιν· ὁ δὲ μὴ τοιοῦτος ἢ τοῖς ἀδήλοις συναπορήσει τὰ γινωσκό-

μένα, ἃ οὐχὶ τοῦτο καὶ τὸ ἄδηλον προσήκει τὸ. πεπόνθασι δὲ τὸ μὲν πρότερον οἱ Σκεπτικοί, τὸ δ' ἀδύτερον οἱ πλεῖστοι τῶν δογματικῶν. Diligenter itaq; prouidendum, ne aut ſenſibus aut rationi, plus quàm par ſit, aut confidamus, aut derogemus. Nam qui diffidit euidentibus, ſtupidus eſt: qui uerò de dubijs promptè pronunciat, eſt temerarius. Qui autem propter obſcuritatem in dubijs, ſuſpicionem concipit etiam de his quæ clara ſunt, de numero illorum eſt, qui dubitationibus oblectantur. At qui non modò ſuſpecta habet uera, ſed ea quoq; argumentis confutanda cenſet, extremè inſulſus eſt, ac deſipit. Quęcunq; igitur ſub ſenſum uenire poſſunt, cognoſcenda ſunt diligentiſſimè. Neq; enim ſine his ulla contexi poteſt demonſtratio: quoniam à ſenſibus omnis noſtra arceſſit cognito rerum, propterea quòd penes illos ſunt rudimenta diſciplinarum, quibus non niſi propter ſenſum, habemus fidem. Neceſſe igitur eſt, ut earum rerum expertes ſimus ſcientiæ, quarum ſenſus ſcilicet nobis defuerit. Fieri enim nullo modo poteſt, ut Scientia, quoad diſcendo acquiritur, ſenſu illarum rerũ deſtituatur, quarum traduntur diſciplinæ & ſcientiæ. Quoniam nihil neque Inductione, neq; Demonſtratione colligitur, abſq; rebus ſenſui ſubiectis. Nõ equidem demõſtratione qua perfectè ſcitur, ſed qua diſcitur quidpiam, & nõ qua Mens, καθόλου εἶδος in ſemetipſa expreſſum intuetur (quod ipſum ſcilicet eſt αὐτὸ ὄν) ſed qua rudimentis utens ſenſus, illud ipſum εἶδος demonſtrando colligit. Nihil (inquam) diſcendo proficitur, niſi uel à rebus ſenſu notis per ἐπαγωγὴν, ad καθόλου uerum pergas: uel καθόλου notum, aut ſenſu, aut demõſtratione, ſed tamen ἐπαγωγικῷ ſyllogiſmo, ad ſubiectum quoddam, experientia ſenſus manifeſtum accõmodes: de quibus ſatis multa, libro Secũdo diximus. Loquimur in præſentia, περὶ ἀνυποθέτων τῆς ἀποδείξεως ἀρχῶν, non autem περὶ ἐνυποθέτων: de quibus equidẽ aliàs copioſè diximus, nec opus eſt ea denuò repetere. De cæterò autem omnia prima, & quo ad nos, maximè καθόλου nota, nullam ſine ſenſibus neq; notitiam, neq; fidem habent: quorum, ut Axiomatum, in demonſtrando præcipuus uſus eſſe conſueuit. His enim, tanquam uinculis quibuſdam, prius cognita & demõſtrata, alijs cognitis uel per ſe, uel aliàs demonſtratis, connecti ſolent. Veritas horum (quo ad nos) τῶν καθόλου, quoniã ea ſunt confuſiſſima ὡς τὰ καθ' ἕκαστα, abſq; ijs reb. quibus applicatur ſenſus, contemplatione Mentis nequit apprehendi. Nam niſi in ſingulis uera ſint, patianturq;, ut falſa, quandam inſtantiam, καθόλου demonſtrandorum ſcilicet principium non erunt. De principijs autem, & quaſi elementis Demonſtrationum diſſerendum: quorum (ut dixi) fides eſt penes ſenſum, quibusq; cauſa Mentis, nihil certius aut notius nobis eſſe poſſit. Aeſtimanda hæc nõ ſunt accidentibus, ſed ſecernẽda principia potius à cõfuſione omniũ, quod ipſum ſenſus ſine Mente nequit aſſequi: cui Menti omniũ rerũ διάκρισιν adſcripſit Anaxagoras, quum ipſam Mentem cauſam & principium omnium rerũ eſſe dicit. Secretionis porrò principiorum, duo ſunt modi. Vnus eorum, quæ Mathematicis ſinceris diſciplinis ſubijciuntur, & ὡς ἐξ ἀφαιρέσεως ὄντα ſolent appellari. Alter, concretorum cum materia naturali, & quoad motionibus ſunt obnoxia: nempe Phyſica principia, καὶ ὄντα ἐκ προσθέσεως: ſic enim nominat Ariſtoteles. Dicuntur autem Mathematica, χωριστὰ ſcilicet ab his quę cadunt ſub ſenſum rebus, & corporibus naturalibus: non quòd reipſa et uera ſint ſecreta, ſed quòd ἐπινοίᾳ ſeparentur ab his, quæ materiæ gratia ipſis ſunt cõcreta. Vt lineæ concreta latitudo eſt, & propter materiam latitudini concreta eſt altitudo: quum tamen nihilominus primum ſine ſecundo, & ſecundũ ſine tertio finiatur: quibus finitionibus uerè (nempe τῆς ποσότητος εἴδη) ſunt quod eſſe

dicuntur:

Galenus lib. 1. de Motu muſculorum.

dicuntur: propterea quòd Veritas, eſt πάθος rerum, quatenus ueniũt ſub cõtemplationem mentis. Quo reſpiciens dixit Ariſtoteles in Phyſicis: ἀγίνεται ψεῦδος χωριζόντων. Nam quòd concreta talia non ſunt, id ipſis cauſa alterius, nempe naturalis materiæ accidit. Quanquã ſecreta etiã ſuã habent materiã, ſed quodammodo νοητὴν, ut Ariſtoteles appellat: qua Mathematicam & immobilẽ uult intelligi, gratia cuius Mathematica diuidi etiã in partes nõ ὁμοιο-ειδεῖς poſſunt: ut linea, in partes ęquales uel inæquales, circulus, in ſua ſegmenta. Nihilominus à ſenſibus illorum arceſſunt notitiæ: & quæ primò ac cõmuniſſimè his accidant, inductione explorata percipimus. Aliorũ omnium quę tractantur & demonſtrantur in diſciplinis, cum materia & motu eſt coniũcta ratio principiorum, qua ratione, pro ſecretis non habentur: quãuis certis generibus principia nihilominus ſint diſtincta, & limitata. Communis etenim ſubiecti gratia haud imus inficias, quin certa genera rerum ἐπιστητῶν, ſint confuſa, atq; concreta cum multis alijs. Sed quoad de his habentur ſcientię & demonſtrationes, ſeparatim nihilominus conſiderant̃, atq; inter ſe ſecretis (cauſa generum ſubiectorum) diſciplinis tractantur: quamuis in uno quodã ſubiecto communi inſint, & re ipſa diſcreta inter ſe nullo modo uideãtur. Verũ tamen Vnum atq; Idẽ, multis tamen nominibus, & limitationibus uarijs, ſcientijs & demonſtrationibus ſubijcitur: quia uidelicet τοιόνδε. Vt corpus naturale, quia cõpoſitum ex Materia et Forma, alijs proprietatibus ſubijcitur, quę ſuis quibuſdam demonſtrant̃ principijs, deinde alijs: quia Simplex, alijs: quia Mixtum, alijs: quia Animatum, alijs: quia Sanum uel Aegrum, alijs: quia Maſculinum uel Fœmininum, uel quia Fœlicitatis & Miſeriæ particeps. In quæ genera ſubiectorum, diuiſis & diſtributis diſciplinis, eorundem conſentaneis & uernaculis principijs, quæ de his ſciri poſſunt, ſolent demonſtrari, nulla admixtione accidentis: quib. notitia rerum turbatur, & genuina intelligentia adulterari ſolet: ex genere ſcilicet, in genus aliud, principiorum tranſitione. Cæterùm primas & ἀμέσους omnes propoſitiones, nullo alio quam ſenſus adminiculo nouimus, ex quib. conſtruuntur, et in quas diſſoluuntur etiam omnes demonſtrationes, quum nihil ſit his prius aut ſimplicius: atq; his quidem conſertis & contextis, omnia συλλήβδην (ut Hippocratis uerbo utar) cognoſcuntur ac ſciuntur ἀποδείξεσι. Quum ergo non ſint ἀποδεικτά, nec nobiſcum nata, ſed acquiſita principia: per ſenſum & ἐπαγωγὴν ſint acquiſita oportet, ſenſu nimirum percipiente καθέκαστα. Neq; enim is ullius rei ſciens eſſe poteſt: & ex his, ad numerum multis, unam ſpeciem καθόλου colligente mentis noſtræ ſolertia, principia hæc effloreſcunt. Nulla igitur ſine ſenſu, diſciplina aut doctrina Scientiæ eſſe poteſt. Deinde etiam, quòd communium horũ & principiorum, in Demonſtratione nullus eſt uſus abſq; ſyllogiſmis Epagogicis: in quibus Minor præmiſſa, aſſumitur ſenſu atq; inductione nota. Nequit enim inductione quidpiam nobis eſſe notum, niſi idipſum ſentiendo prius habeamus exploratum. Enimuerò quid profuerit Phyſico, ſi cum multis norit, omnia quæ fiant & generentur, naſci ex contrarijs: ſi non ſubijciat Minorem hanc inductione notam, nempe, Quãlibet ſubſtantiã naturalẽ, fieri & generari? Sunt aũt ambæ ἄμεσοι, & notæ ἐπαγωγῇ. Talibus aũt ſyllogiſmis (ut iam ſæpe diximus) aggregat̃ & contexit̃ demonſtratio. Quæ modo ſunt cõmemorata, interpretationis uim habent horũ uerborũ Ariſtotelis: ἔτι γὰρ ἐκ τῶν καθόλου ἄνευ ἐπαγωγῆς, ὅτι δὲ τῆς ἐπαγωγῆς, ἄνευ τῆς αἰσθήσεως: ſubijci debet, ἐνδέχεται λαβεῖν ἐπιστήμην. Quod ipſum nihil aliud eſt, q̃ ſi dixiſſet: Diſcendo nullã conſequi poſſumus ſcientiam ex καθόλου principijs notis, niſi Minor per ἐπαγωγὴν ſubij-

De Dieta acutorũ.

γωγὴν ſubijciatur: neq; ἐπαγωγὴ eſt ulla, cuius rudimenta non ſint in ſenſibus prius expreſſa, quibus primò ad intelligentiam informatur mens noſtra. Proinde ut omnis ſyllogiſmus tribus conficitur terminis, ita quoq; is ἐπαγωγικὸς, quo principia καθόλου nota adhibentur ad res ſingulas, et ſenſu notas. ut ille eſt: Quicquid fit, ex cõtrarijs naſcitur. Omnes res naturales et φύσει, fiunt. Minor ſenſu, & ἐπαγωγῇ nota. Itẽ: Omne totũ, eſt maius ſua parte. Quiuis rectus angulus, reſpectu acuti, eſt totũ. Et hæc Minor, ἐπαγωγῇ eſt nota. Ex talibus, ut primis ſyllogiſmis, texitur demonſtratio omnis, & in eoſdem retexitur: qui demonſtrationes non ſunt tamen, ſed earum quædam primordia, quibus ſcientia addiſcitur. Ariſtoteles talem ſyllogiſmum appellat non eum quo demõſtretur quidpiam actu, ſed poſſit aliquid actu demõſtrari. Alius enim eſt, quo demonſtratur quidpiam ex neceſſitate & actu ἀποδεικτόν: de quo paulo deinceps. Affirmans itaq; ἐπαγωγικὸν, probat α eſſe in γ: quia ſcilicet α ſit in β, & β ſit in γ. Negans uerò, quia β ſit in γ, & quia in nullo β inſit α. Idcirco etiam in nullo γ, eſſe α. Tales ſyllogiſmi (ut dictum eſt) principia ſunt, quo ad nos, demonſtrationum. Quare non ſimpliciter principia ſunt: quoniam intelligẽtia eorundem cum ſenſibus coniuncta, compoſitam quodammodo illorum naturam eſſe declarat, ac materiæ non expertem: qualis non eſt ἀτόμων εἰδῶν in Mentis complexu impreſſorum, quibus nihil eſt ſimplicius, & ob id ipſum ὄντως principia exiſtunt. Illa uerò, quo ad nos demõſtrationum principia, quia ſimul comprehendunt εἰκόνας ſenſiles, ab Ariſtotele & Platone appellantur ὑποθέσεις: quum non ſint ἀνυπόθετα, ſed effectis adumbrata principia quædã. de quibus Plato, libro ſexto de Republica, ſic ſcriptum reliquit: ταῦτα μὲν ὡς εἰδότες ποιησάμενοι ὑποθέσεις αὐτὰ, οὐδένα λόγον οὔτε αὐτοῖς, οὔτε ἄλλοις ἔτι ἀξιοῦσι περὶ αὐτῶν διδόναι, ὡς παντὶ φανερῶν. ἐκ τούτων ἀρχόμενοι, τὰ λοιπὰ ἤδη διεξιόντες, τελευτῶσιν ὁμολογουμένως ἐπὶ τοῦτο, οὗ ἂν ἐπὶ σκέψιν ὁρμήσωσι. Niſi de his alio quodam libro copioſius ſcripſiſſem, & planè omnia expoſuiſſem, quæ ad intelligẽtiam iſtius loci pertinẽt, plura afferrem ſanè, quæ facerent ad interpretationem eius: ſed opus non eſt, quæ dicta ſunt aliàs, ea denuò repetere, & inculcare diligentibus & induſtrijs lectoribus. A talibus itaq; profecti initijs & hypotheſibus, pergimus ad demonſtrabilia propoſita, quæ iam neceſſe ſit demonſtrari, ſolaq; ratione percipiantur, ac non etiam ſub ſenſum uenire queant, ut primordia demõſtrationũ illa, de quibus iã diximus. Quod ipſum Plato etiã his, paulo antè cõmemoratis uerbis, intelligi uoluit: ἐκ τούτων ἀρχόμενοι, τὰ λοιπὰ ἤδη διεξιόντες, τελευτῶσιν ὁμολογουμένως ἐπὶ τοῦτο, οὗ ἂν ἐπὶ σκέψιν ὁρμήσωσι. Eſto ἀποδεικτόν, omni γ, ineſſe α. Mediũ ſit β, cui omni inſit α. ipſum aũt β, inſit omni γ. καθόλου ſunt ambę pręmiſſæ, & partes eius ἄδηλοι: quod dũtaxat mẽte cõprehẽdit, nec uenit ſub ſenſum. Deinde ſit etiã ἀποδεικτόν, Medio quodã alio, quòd α nimirũ, ipſi inſit β. Itẽ alio quodam ſit demõſtrabile, quòd β inſit omni γ. Analyſis demonſtrabiliũ non deſinet, uſq; dũ ad ἐπαγωγικὸς fuerit deuentũ: quorũ nimirũ ſpecies & ueritas, ſit teſtata ſenſu & inductione: nec ſint ἀποδεικτὰ, ſed propter ſenſum nota quędam principia. ἀποδεικτικὸν eſt Medium, quod cum extremis conuertitur: & ἀποδεικτόν, quod nimirũ cũ Medio & ſubiecto, reciprocaſ prędicatũ πάθος. Verbi gratia, tres habere angulos duobus rectis ęquales, ἀποδεικτὸν eſt, de triangulo, tali Medio. Quæcunq; figura, tres angulos internos habet æquales duobus, interno ſcilicet & externo, duobus rectis tres habet ęquales. Sed omnis triangulus, tres angulos internos habet ęquales duobus, interno ſcilicet & externo. Maior demonſtrabilis eſt alio Medio, nempe quòd tres, æquales ſint duobus, interno nimirum & externo angulis: quibus

Quodnam ſit ἀποδεικτικὸν Medium.

duos

duos etiam rectos æquales eſſe, demonſtrabile exiſtit. Quamobrem ſi duo recti, ſunt æquales interno & externo angulis (quod alias monſtratur) & eiſdem, nempe interno & externo angulis, ſunt æquales tres trianguli (quod ipſum quoq; ἀποδεικτόν eſt, nec ſenſu notum) perfecta demonſtratione, concludetur adminiculo Axiomatis, tres etiam angulos, duobus rectis eſſe æquales. Ex quibus eſt euidens, in hoc ſyllogiſmo, Maioris prædicatum, reſpectu Medij, demonſtrabile eſſe: nec nõ Medium, reſpectu ſubiecti, eſſe ἀποδεικτόν: quorum omnium ἀνάλυσις in ἀπαγωγικοῖς deſinat & quieſcat, in quibus nihil eſt ἀποδεικτόν, propter cauſam antea dictam. Probãdũ itaq; in Minore, quòd nimirum trianguli tres, ſint æquales duobus, externo & interno. Deinde in Maiore ſciri oportet, duos illos (quibus ſcilicet ſint æquales tres interni) æquales eſſe duobus rectis angulis: quibus (ut dixi) probatis utriſq; præmiſſis, tota perfecta erit Demonſtratio huius ab initio propoſiti. Habitum eſſe, quo res ſit ἀπαθής, hoc oſtenditur ſyllogiſmo. Quocunq; terminantur alterationes patibilium qualitatum, eo res ἀπαθὴς exiſtit. Sed omni habitu terminãtur alterationes patibilium qualitatũ. Ergo, Omni habitu, res exiſtit ἀπαθής. Maioris propoſitionis probatio ἄμεσος hæc eſt. Quocunq; præſente, tanquã perfectione deſinit quidpiam fieri et moueri, eo ipſo res eſt ἀπαθής. Sed omne quo terminantur alterationes patibilium qualitatum, eſt quo præſente, tanquam perfectione deſinit quidpiam fieri & moueri. Ergo, Omni quo terminantur alterationes patibilium qualitatũ, res ἀπαθὴς exiſtit. Minor inductione nota eſt, nec probabilis eſt Medio quodam: niſi forſan finitione Habitus id magis liquet, qua poterit quiſpiam, tanquam Medio quodam, uti ad demõſtrãdam Minorem pręmiſſam. Media porrò, quæ adhibentur Maiori pręmiſſæ probandæ, aut Minori præmiſſæ, nihil aliud ſunt quàm per ſe λόγοι: quibus intelligatur, aut Medio pędicatũ ineſſe, aut Mediũ ſubiecto: qui ut Medium cum extremis, ita ipſi cum Medio ſunt ἀντίστροφοι. Etenim ad Prædicati finitionem, partes omnes atq; λόγοι, qui ſunt in Medio extremorum, pertinent: qui tantiſper dẽſantur intermedij, donec ad ἀτόμους omnes propoſitiones fuerit peruentum. Nõnunquam non proximo et ἀμέσῳ argumento oſtendiť prędicatum πάθος, ſuo ineſſe ſubiecto, ſed quodam ex omnibus notiſſimo, & ἐνδοξοτάτῳ: quæ non uera, ſed opinione multorum uidetur eſſe demonſtratio, pertinens ad Dialecticam ſolertiam: quæ quorundam in diſciplinis etiam cõmuniter notorũ gnara et intelligẽs, uideť ſcire quidpiã, quãuis reuera ignoret & neſciat: quãdoquidẽ omnib. numeris Medio perfecta, & abſoluta ſit quæuis Scientia. Vt (uerbi gratia) Vulgò notum eſt, complexu ſuo uentriculum cõcoquere cibum. Vulgaris hæc erit, & Dialectica ratio, ſi quis ita colligat: Quicquid cibum complectitur, eundem complectens etiam concoquit. Omnis ſecundum naturam habens uentriculus, cibum complectitur. Ergo, Omnis ſecundum naturam habens uentriculus, cibum concoquit. Eraſiſtrati hæc fuit ratio, qua cenſuit ſolum complexum uentriculi cauſam eſſe concoctionis: & non etiam, quia certa quadam ſpecie ſubſtantiæ præditus; & quia primis qualitatib. ritè tẽperatus. Ei ſimilis hic quoq; ſyllogiſmus exiſtit. Quoduis animatum adoleſcit, ſi plus nutrimenti appoſitum ſit, quàm non adoleſcẽte corpore apponitur. Sed omne corpus, quod interno principio, ex minore fit maius, eſt corpus animatum adoleſcẽs. Ergo, In omni corpore, quod interno principio, ex minore fit maius, plus nutrimenti apponitur, quàm eodẽ nõ adoleſcente. Popularis hæc eſt ratio adoleſcentiæ. Perfecta eius demõſtratio nequit intelligi, niſi cauſæ omnes nutricationis intelligãtur: quæ multæ ſunt,

& difficiles habent explicatus. Dialectici manifeſtis cauſis, & uulgò notis, finiũt & cõcludũt, ſi quid ſyllogiſticè colligendũ: Scientię aũt, abditas rerũ cauſas, & maximè uernaculas, et undiquaq; ἀμέσους, ad demõſtrandũ afferũt. Neq; eñ eodem Medio Dialecticus, Iratũ uindictę cupidũ oſtẽdit, quo Phyſicus: propterea quòd exquiſitionem cauſarum, ſingulæ ſcientię ſibi uendicãt: communib. autem rationibus, contentus eſt Dialecticus. Populariter itaq; notis cauſis & principijs, Dialecticus eſt contentus: quarum notitia fretus, quanquam demonſtrare nequit, reprehendere tamen poteſt eos, qui inſcientes, cuiuſdam rei ſcientiam ſibi uendicant. Tametſi autem uera ſit reprehenſio: nihilominus quia nõ coarguitur inſcitia οἰκείῳ μέσῳ τοῦ πράγματος, ſyllogiſmus apparens ἐπιστημονικὸς erit, quia non contrarius ἐπιστημονικῷ. Reprehenſio talis, fit confeſſione ſeu cõceſſione cuiuſdam: quo poſito, ex neceſſitate ſequatur negatio eius, quod in ea ſcientia non modò peritis, ſed etiam uulgò exploratiſſimum eſt uerum. Vt ſi Prodicum quiſpiam, ignorantẽ artis Medicæ uelit oſtendere, concedente ipſo febricitantes curandos eſſe exercitijs corpus calefacientibus, atq; etiam fomentis calefacientibus: nempe (ut Hippocrates ſcribit) δρόμοισι, πάλῃσι, πυρίῃσι. Concedente etiam eodem, Febrim, calidũ eſſe morbum. Deinde, cum ſit notiſſimum omnib. contraria curanda eſſe contrarijs remedijs: non difficile erit, ignorantiæ coarguere Prodicum, qui calidum morbum curans calidis remedijs, concedat etiam, non contrarios contrarijs, ſed ſimilibus eſſe curandos. Modum hunc coarguendi eos qui uendicent alicuius rei Scientiam, non ad Sophiſtam, ſed ad Dialecticum pertinere, ſcribit Ariſtoteles in Elenchis. Pars hæc Dialecticæ appellatur πειραστική: cuius multa ſunt exempla paſſim in Platonicis. de qua ſic Ariſtoteles ſcribit in Elenchis: ἔστι δ' ἡ πειραστικὴ μέρος τῆς διαλεκτικῆς. αὕτη δὲ δύναται συλλογίζεσθαι ψεῦδος δι' ἄγνοιαν τοῦ διδόντος περὶ τὸ πρᾶγμα τὸν λόγον. Et paulo pòſt: οὐδὲ γὰρ ἡ πειραστικὴ τοιαύτη ἐστὶν, οἷα ἡ γεωμετρία, ἀλλ' ἣν ἂν ἔχοι καὶ μὴ εἰδώς τις. ἔξεστι γὰρ πεῖραν λαβεῖν, καὶ τὸν μὴ εἰδότα τὸ πρᾶγμα, τοῦ μὴ εἰδότος, εἴπερ καὶ δίδωσιν, οὐκ ἐξ ὧν οἶδεν, οὐδ' ἐκ τῶν ἰδίων, ἀλλ' ἐκ τῶν ἑπομένων ὅσα τοιαῦτά ἐστιν, ἃ εἰδότα μὲν, οὐδὲν κωλύει μὴ εἰδέναι τὴν τέχνην, μὴ εἰδότα δὲ, ἀνάγκη ἀγνοεῖν. Cõcluditur itaq; ſyllogiſmus ille, conceſſo falſo quodam, propter ignorantiam: quam conceſſionem poſtea ſequatur notiſſimi cuiuſdam, καὶ φανεροτάτου principij inficiatio: ut diximus paulo antè. Diſtinguit hoc loco Ariſtoteles, ueras demonſtrationes & apparentes, quas appellat Dialecticas: quemadmodũ in primo de Anima libro, quid inter Dialecticas & Phyſicas finitiones interſit, docet. Sunt autem ſimilimi ſyllogiſmi illi demonſtrationibus: id eſt, cùm non ſint Demonſtrationes, uidentur tamen eſſe, quando Medium ſumitur, quo præmiſſę & propoſitiones conſtituantur, quæ uideantur ἄμεσοι eſſe, cùm tamen reuera non ſint ἄμεσοι. Quo in genere ſunt etiã ἀπαγωγαί: illis enim omnib. deeſt aliquid, quo minus pro perfectis habeantur demonſtrationibus, Sed his apparentibus Demonſtrationibus, nihil etiam uidetur deeſſe: cùm tamen non ſint perfectæ, propterea quòd reuera non ineſt ἀμέσως prædicatum πάθος: ut α, ipſi Medio, ut β: ſed quia uidetur nulli alij ineſſe, idcirco συλλελόγισται διαλεκτικῶς. Verùm quæ demonſtrãtur abſolutè, compleri omnibus his partib. quę pertinent ad eſſentiã prædicati oportet: cùm demonſtratio & finitio, ſit ut Numerus, quib. ne minimum quidem deeſſe poſſit. Continentur autẽ definitione prædicati, hoc modo per ſe, & Medium & Subiectum. ut, Concoctio cibi quando finitur, comprehendit complexum cibi, nempe Medium & uentriculum, ſubiectum ſcilicet concoctionis actiuæ: ſed complexio tamen, non eſt ἀμέσως cauſa. Alter eſt modus ap-

Quo pacto πειραστικὴ Dialectica, declaret et coarguat alicuius inſcientiam.

modus apparentis demonſtrationis, quando nimirum prędicatum in Medio per ſe ineſt, ſecundo modo, ſed in ſubiecto ineſt ſecundum accidens, oppoſitum ei modo. Vt ſi πάθος in Maiore prędicatur de ſubiecto, in quo primo ineſt, tãquam Medio: ſed in Minore, Mediũ dicitur de ſubiecto, per ſe quidem primo modo, ut genus ſolet dici de ſpecie. Quo fit, ut in concluſione prædicatum, de ſubiecto dicatur ſecundum accidens, ſecundo modo per ſe oppoſitũ. Vt quando ſic argumentetur quiſpiam· Omne corpus naturale, eſt mutabile. Elemẽtum, eſt corpus naturale. Ergo, Quoduis elementum, eſt mutabile. Videntur huiuſmodi ſyllogiſmi demonſtrationes eſſe, ſed non ſunt: quoniã Medium tale in Maiore ſubijcitur, quod nequaquam λόγος eſt τοῦ πάθους, ſed abſolutum ſubiectum, καὶ τὸ διότι, quod ſua peculiari quadam finitione noſcitur. Deinde id ipſum πάθος, in concluſione dicitur, non de eo ſubiecto, cui primo ineſt, ſed cui ſecundum accidens: quoniam differentiæ ſpecierum, accidunt generibus. Nam cui per ſe ſecundo modo ineſt (eſſe mutabile) nempe corpori naturali: ei nimirum, ut generi, accidit eſſe elementum. Quemadmodum de albo, ut de Petro, per accidens prędicatur homo: quum homo prædicetur per ſe, de Petro: de albo autem, quia accidit ei de quo per ſe prædicatur, ſecundum accidens dicitur homo. Cui autem dubium ſit, quin alia ratione, Homo prædicetur de albo, & alia de homine, Album? Nam homo dicitur de albo, nõ quia album, ſed quia aliud quiddam, ut quia Petrus: ſed album, de hoc homine (ut de Petro) non quia aliud quiddam, ſed quia ipſum. Accidentia enim ſingulis ad ſenſum rebus, per ſe inſunt: at καθόλου notis, ſecundum accidens. Ergo album, Petro homini, non quia aliud quiddam, inerit: per accidẽs autem Homini, qua nimirum eſt καθόλου. Haud longè ſecus, Mutabile, per ſe ineſt Corpori naturali: ſed elemento, ineſt ſecundum accidens: quia uidelicet aliud quiddam. Non enim quia elemento, ſed quia elementi eſſe, accidit corpori naturali, ob id mutabilitas ei dicitũ ineſſe. Corpus naturale non eſt λόγος mutabilitatis, ſed τὸ διότι ſubiectũ: quamobrẽ Mediũ ἐπιστημονικὸν eſſe nequit. Atqui λόγος eſt prædicati, nẽpe particeps eſſe δυνάμεως τῆς ἀντιφάσεως, propter materiam. Cæterùm ἐπαγωγικοί, quorum Maiores propoſitiones ſunt Axiomata, pro Medijs non habent λόγους, ſed inductione & ſenſu notas ſubiectorum determinatiões, qualia τὸ διότι ſubiecta appellãtur, quibus τῷ συμβεβηκός, in concluſione prædicato ſubijci quidpiam oporteat: quod ipſum ſcilicet, καθόλου propoſitionis ſubiecto accidat: ut paulo antè diximus. Atq; hi uerè ſunt ἄμεσοι ſyllogiſmi, ſed demonſtrationes tamen non ſunt: quanquam ambabus præmiſſis, per ſe prædicatur quidpiam de ſubiecto, nihilominus ſecundũ accidens, in concluſione dicitur de ſubiecto prædicatum: cùm neq; prædicatum in definitione ſit ſubiecti, nec ſubiectum in definitione prædicati includatur. Quoniam demonſtrantium ſyllogiſmorum Medium, multo & uario complexu uerborum efferẽdum plerumq; eſt, idcirco inquit Ariſtoteles, χαλεπὸν ἀνάγειν τοὺς ποιοῦντας συλλογισμούς. Deinde etiam fallimur nõnunquam, & δι' ἀμέσων cõfeciſſe nos ſyllogiſmum arbitramur: quando nimirum in præmiſſis, καθ' αὑτὸ dicitur de ſubiecto prædicatum: neq; aliud ſubiectum eſſe prædicati exiſtimatur, quàm τὸ διότι: quum demonſtrabilium propoſitorum Medium tamen (quod in Maiore ſubijcitur) non ſit τὸ διότι, ſed λόγος ſeu finitio prædicati: qui λόγος, ſenſu percipi nequeat, ſed comprehendi tantum poſſit mẽte & intelligentia. Videntur itaq; quidam ἄμεσοι & ἀναπόδεικτοι ſyllogiſmi, qui tamen non ſunt, quando nimirum τὸ διότι pro Medio uſurpatur: cui quamuis prædicatum per ſe inſit, non ob id tamen ἀμέσως, ei ineſt. Vt (uerbi gratia) ſi quis

Metaphy. Δ.

demonſtrare, aut Demonſtrationem hunc ſyllogiſmum opinetur: Omnis triangulus, habet tres duobus rectis æquos. Omnis Iſoſceles, eſt triangulus. Ergo, Quiuis Iſoſceles, habet tres duobus rectis æquos. Prædicatum ſit α, Medium ſit β, Subiectum ſit γ. Certum eſt, β non poſſe Medium eſſe, reſpectu α, quandoquidē ſit ἀποδεικτόν: cuius ſcilicet Medium, neceſſe ſit eſſe λόγον, & nequaquam τὸ διότι, ſeu rem inductione notã. Alioqui τῶν ἀμέσων ἀποδείξεων οὐκ ἔσται ſυλλογισμός. φανερὸν οὖν, ὅτι τὸ μέσον, οὐχ' οὕτως ἐστὶ ληπτέον, ὡς τὸ διότι, ἀλλ' ᾗ ὅτι λόγον, ut in demonſtrationibus. Non enim ſequitur: Non eſt aliud τὸ διότι Medium, propter quod α ſit in β. Ergo α eſt proprium ἀναπόδεικτον. Nec præterea quicquid καθ' αὑτὸ, idipſum ἀμέσως quoq; eſt in ſubiecto Medio: de quo ſatis dictũ hactenus opinor. Itaq; in ſyllogiſmis perfectarum Demonſtrationum, nihil eſt quod ſecundum accidens de ſubiecto prædicetur ullo, ſed omnia per ſe enunciantur de ſubiectis, Secundo modo: nempe quo ſubiectum includitur in finitione prædicati, & non quo prædicatum in finitione ſubiecti. Etenim in finitione prædicati πάθους, & Medium ineſt, nempe λόγος cauſæ, & Subiectum τὸ διότι: in cuius finitione tamen non aliud ſubiectum includitur, aut ſi quod ineſſe ipſi dicatur, non niſi per accidens ei ineſt: ut differentia ἰσοσκελοῦς, per ſe non ineſt triangulo, ſed ei accidit. At quæ per ſe prędicãtur, ſine his quibus inſunt primis ſubiectis, intelligi aut definiri non poſſunt: cuiuſmodi prædicata, ſecundo Per ſe modo comprehenduntur. Alia per ſe prędicãtur, quia ſunt pars finitionis eius de quo prædicantur: ut λόγος ὀνοματώδης proprij πάθους, pars eſt finitionis λόγου οὐσιώδους eiuſdem, qui Medium eſt demonſtrationis: ut ſuo loco dicemus. Sunt autem in omni Demõſtratione, duo εἴδη: quorum unum, eſt ſubiecti εἶδος: alterum, prædicati. Subiectum eſt, cui πάθος primo ineſt, & quia ipſum, & nõ quia de alio quodam prædicatur: aut quia alij ineſt, cui alij per ſe πάθος inſit: ut quum de albo, ſolet prædicari homo. Quare ſubiectum primum, nulli alij inerit, ut ei propter aliud cui ineſt, aut de quo per ſe dicitur, πάθος tale quadret. Alioqui enim primum non eſſet, ſi propter aliud, huic πάθει ſubijceretur, quod duntaxat primo huic ineſt ſubiecto, per ſe & unicè. Equidem qua genus, aut qua ſpecies, poteſt de alio per ſe dici. Sed qua ſubiectum per ſe, alicuius proprij, de alio per ſe ſecundo modo nequit prędicari. Quamobrem ſubiectũ illud ſic definitur, ut in ipſo per ſe ſint alia, ipſum uerò in alio per ſe ineſſe non poſſit. Species uerò proprij πάθους, contrà atque ſubiecti εἶδος comparatum eſt. Etenim per ſe prędicantur de alijs, propria πάθη, nempe de ſubiectis ſuis: de ipſis uerò, prædicari per ſe nihil poteſt, quũ ſit εἶδος quoddam proprium πάθος, omnibus eſſentiæ ſuæ partibus definitum: quod per ſe, & quia ipſum, non autem propter aliud medium ſubiecto inſit. Vt ergo in primo ſubiecto, alia per ſe inſunt, ipſum aũt in nullo alio per ſe ineſt: ita πάθος, quod primo ei ineſt ſubiecto atque unicè, ſubijci alterius per ſe prædicationi nequit: quum duo πάθη, eidem primo συνωνύμως δεικτικῶν, nullo modo ineſſe queant. Ergo ſuo cuidam ſubiecto, quoduis proprium πάθος inerit, Medij cuiuſdam interuentu: de quo, per ſe primo modo, λόγος ὀνοματώδης prædicati, nempe πάθους demonſtrabilis, effertur. Sed Medium, quod eſt λόγος οὐσιώδης, de ſubiecto enũciat̃, ſecũdo modo Per ſe. Deinde Per ſe etiã prędicatũ in Medio dicit̃ eſſe: quia ſcilicet ꝓpter ipſum Mediũ, πάθος ſuo ſubiecto primo ineſſe intelligitur. Poſtremò demonſtratione permutata in forma Finitionis prædicati πάθους, abſolutã habens intelligentiam οὐσίας: quæ nimirum eſt, τὸ τί ἦν εἶναι, cuiuſq; rei, penitus per ſe nẽpe tertio modo, eſſe dicitur: propterea, quòd non poteſt prædicari, ὅτι οὐχ' ἕτερόν τι ὄν, ὅπερ ὅπερ ὄν. Oſtendimus

Ariſto. lib. α priorum ἀναλυτ. in cap. περὶ τῆς ἀναλύσεως συλλογισμῶν.

mus

mus hactenus, quo pacto omnes Per ſe modi, in demonſtratione locum habere poſſint: nec ullus accidentis modus ſit, gratia cuius indefinita poſſit dici demonſtratio. An cauſa eorum quæ per ſe prædicantur, poſſit eſſe infinita, iā nunc deinceps uidebimus. Planum fecimus paulo ante, quoddam primum eſſe ſubiectum, cui demonſtretur quidpiam ineſſe: & ſupremum πάθος, quod per ſe inſit, & cui aliud per ſe ineſſe nequeat. Eſto γ ſubiectum, quod in nullo alio per ſe inſit. Illud aliquando, non limitatum quodam accidente, ponitur: ut triangulus, quia triāgulus, habet tres duobus rectis æquos: & animal, quia animal, ſenſu tactus eſt præditum. Nonnunquam autem quodam limitatur accidente: ut triangulus, quia præditus exteriore angulo, aut quia diametro circuli inſcriptus, uertice tertij anguli, περιφέρειαν attingit. Simili modo & ratione animal demonſtrationibus ſubijcitur, non quia animal, ſed quia maſculinum aut fœmininum: item, quia ſomni uel uigiliarum particeps: aut animatum, non quia animatum, ſed quia ſanum, uel ægrum. Plurima enim ſymptomata inſunt animatis, non quia animata, ſed quia morbis prædita. Et morbis prædita ſunt, non quia animata ſunt ſubſtantia, ſed quia animata participant his accidentibus, quæ πρόσθεσιν admittunt, & ἀφαίρεσιν. Idem ſentiendū de reliquis. Eſto igitur ſubiectum γ primū ut animal, cui calidior κρᾶσις cōſtituens maſculinū ſexū, nēpe β inſit: nec ſit aliquod Mediū, quo probari poſſit ineſſe huic ſubiecto. Deinde ſit proprium πάθος animalis, quia maſculinum: ut ratione propagationis, ſit ποιητικόν, reſpectu materiæ eius ex qua naſcitur animal: quod ipſum ſit ε. Cauſa & Medium, quo nimirum maſculinum eſt ποιητικόν, ſit ζ. Quæritur apud Ariſtotelem de cauſa generationis animalium, utrum ſit τὸ δέ τι, ut uiſum Galeno fuit: qui nō modò ποιητικὸν αἴτιον, ſperma eſſe dixit, ſed etiam ὑλικόν, & partem materiæ ex qua naſceretur animal. Ariſtoteles autem cenſet, quo ποιητικόν ſit, ſeu γεννητικόν, Maſculinum, id non eſſe τὸ δέ τι, & materiatum εἶδος: ſed κίνησιν quandam in materia, cuius initium ſit factum à gignente, quæ prorogetur etiam primo mouēte ſublato, comparans motum illum motioni αὐτομάτου. Quare perinde eſt, atque ſi quiſpiam motione, quæ eſt in materia, tanquam ſubiecto, non quatenus in mouente, fieri quidpiam, & naſci dicat: ut ſi domum, non a fabro, ſed dicamus οἰκοδομικῆς extrui. Quod dicimus, his uerbis Ariſtoteles breuiter expreſſit: τρόπον δέ τινα ἡ ἐνδελεχὴς κίνησις, ὥσπερ ἡ οἰκοδόμησις, τὴν οἰκίαν. ὅτι μὲν οὖν ἐστί τι, ὃ ποιεῖ, οὐχ οὕτως δὲ, ὡς τὸ δέ τι, οὐδ' ἐνυπάρχει ὡς τετελεσμένον τὸ πρῶτον. Ergo ut maſculinum proprietatis iſtius ſit particeps, qua dicitur efficiens & gignens cauſa fœtus, nulla alia ratio eſt, quàm quia facit initium eius motionis: quæ perſeuerans poſtea ſine primo mouente, organicum apparat corpus: quo perfecto, energia hæc, & λόγος ſpermatικός, poſtea euaneſcat, quū neque materia, neque forma animati corporis eſſe poſſit. Ergo ſi γ ſic fuerit comparatum, ut ineſſe per ſe ſecūdo modo, nulli alij poſſit: eidem autem primò, et ἀμέσως inſit β. Deinde ſit prædicatum etiam ε. quod prædicetur de ζ, primò & ſimili modo, ἀμέσως: ex neceſſitate, ut β primò & per ſe inerit ipſi γ, ita ἀτόμως quoque ζ inerit ipſi β: & ipſi ζ inerit quoque ε, per ſe, & ἀμέσως. Quæritur, an pergat ſeries hæc ἀμέσων infinitè, an uerò ſit extremum quid, in quo ſubſiſtatur? Si lubet, ordiamur à prædicato proprio demonſtrabili, ut ab α: quod hac ratione ſit primū, ut per ſe de ipſo dici nihil poſſit, quēadmodum ipſum de his quæ intra ſe continet, per ſe prædicatur. Eſto igitur, ut α primò & ἀμέσως inſit ipſi θ: ut priori ſcilicet nulli inſit, eodem modo θ inſit ipſi κ, & κ ipſi β: quæritur, num ſic etiam progrediendo conſiſtamus, an uerò contingat, unum de alio per ſe & ἀμέσως prædicari infinitè? Poſterior hic

modus

modus differt à priore. Nam priore hoc quæritur: Vtrum contingat, ut incipiens à ſubiecto, quod nulli alij ineſt, ſed aliud ipſi per ſe ineſt ratione ſuperiorum prædicatorum, pergere poſſit quiſpiam in infinitum? Poſteriore quæritur illud: Num incipiẽdo à ſupremo prædicato, cui per ſe nihil inſit, ipſum autem omnino neceſſe ſit, per ſe de alio prædicari, perpetua ſubiectionis ſerie, nullum primum occurrat ſubiectum, deorſum pergentibus? Quare neutra harum progreſſionum ſit infinita, nõ explicatur ab Ariſtotele: ſed poſitis hypotheſibus, facile poteſt cauſa intelligi. Nã ſi ſubiectũ ſit, quod in nullo alio ineſt per ſe, et quia ipſum, ſed aliud in ipſo ineſt per ſe, et quia ipſum: fieri haud poterit, ut prædicati πάθος εἶδος tale ſit, ut aggregatione per ſe prædicatorũ, ad ipſum perueniri nequeat: cùm innumerabilibus medijs & cauſis ad ipſum aſcendatur nunquam, finitumq́; actu, finitis actu partibus conſtituatur, nec primum ſubiectum eſſe poſſit, niſi fuerit ultimum etiã per ſe prædicatum: cũ referantur inter ſe, Subiectum actu per ſe exiſtens, & prædicatum actu per ſe exiſtens. Valent eædem rationes, ſi quis à prædicato per ſe, per infinita Media pergenti, nullum occurrere ultimum Subiectum opinetur: quum nullum ſit, quod non uni cuidam inſit ſubiecto, quia ipſum, & non quia aliud quiddam. Neceſſe igitur eſt, ſi extrema ſint determinata, per ἀμέσους propoſitiones, actu finitas, à prima perueniri ad ultimam, & rurſus ab ultima ad primam. Sed haud iniuriâ quærat quiſpiam, utrum finitis demonſtrationum extremis terminis, nihilominus ſi non actu, ſed tamen potentia infinita ſint Media, diuiduis ſemper omnibus, propoſitionib. quibuſdã intermedijs. Vt ſi α ſit in γ, per β Mediũ. Deinde α ſit in β propter aliud, ut ꝑpter δ: & rurſus α ſit in δ propter aliud ut propter ε: ſic nimirũ diuiduis infinitè ꝓpoſitionib. intermedijs, ut demonſtrabilibus exiſtentibus omnibus, nihil tandem ſit demõſtrabile: qua nimirum in ſententia ſunt hi qui ſciri nihil poſſe arbitrantur, propterea quòd omnia ſint ἀποδεικτά: de quibus in ſecũdo Libro dictum fuit. Atqui exemplis demõſtrationum euidens eſt, nõ quãlibet propoſitionem eſſe demõſtrabilẽ: & extrema quædã eſſe (nempe ſubiectũ & prędicatũ) nullius interuẽtu medij compoſita, & ſeipſis connexa ἀμέσως: nempe (ut Ariſtoteles inquit) ἀλλήλοις συμπεραινόμενα, ſeu πρὸς ἄλληλα συμπεραινόμενα. Vt πάθος, ſuo ineſt Medio quo declaratur ipſius finitio οὐσιώδης: quæ poſtea ſubiecto, ratione cuiuſdam limitationis, etiam ineſt ἀτόμως. Subiectum autem nulli alij, quod ipſum etiã demonſtratione non ſit notum, ſed ſenſu & inductione: cuius ἀμέσου terminorum cohærentiæ, paulo antè dedimus exemplum. Extra partes illas ratione & demonſtratione connexas, ſi qui pręterea ad demonſtrationem adhibentur ſyllogiſmi, eorum omnis ἀνάλυσις, acquieſcit ἐν πρώτοις ὅροις ἀναποδείκτοις: quorum fides ἀμέσως terminatur inductione, et ſenſu rerum ſingularum. Quamobrem fines demonſtrationum ipſi inter ſe conſerti, & cõtexti medijs eſſe poſſunt (quo diſcrepant à finibus quantitatis) ac nulla ſcilicet erit tamen infinitis medijs diuidua demonſtratio: prout illorum fert ſententia, qui negant Scientiam eſſe, quia uidelicet omnia ſint ἀποδεικτά. Quod de affirmantibus, idem intelligi debet de negantibus demõſtrationibus. Nam cùm ſubiectum quoddam ſit, cui primò & quia ipſum, prædicatum non inſit: nec à ſubiecto uerſus prædicatum, media infinita erũt, aut propoſitiones infinitæ: nec à prædicato, per infinita media procedetur negando ad ſubiectum. Aut ſi α, nõ primò nulli ineſt β, ſed quia prius nulli ineſt κ, quod omni inſit β: ac ne κ quidem prius nulli, & quia ipſum ineſt, ſed potius ipſi θ, quod θ de omni κ affirmetur: proceſſus nimirum talis negãtium, aut infinitus erit, aut primum aliquid erit, cui

Argumentum, quo oſtẽditur, nullũ progreſſum in Demõſtrationibus eſſe infinitum.

Si extrema ſunt determinata, media actu exiſtentia, neceſſariò erunt finita.

α non inſit primò, quod ipſum cùm omni γ extremo termino inſit: ex neceſſitate, nulli γ inerit α. Nulla porrò negãs demonſtratio cum ſit, quin affirmãs altera ſit propoſitio, ſi infinitas nulla eſt in affirmantibus, nulla quoque erit in negantibus. Nequit enim negatio per ſe cauſa eſſe negationis, niſi affirmatio per ſe cauſa ſit affirmationis: cùm omnino prior ſit affirmatio, negatione. Ex quo intelligi par eſt, ut affirmans nulla ſit, ita neque negantem infinitam eſſe demonſtrationem. Propoſitæ rationes illę, quibus ſumus uſi ad refellendam infinitatem, ualent in his, in quibus ut prædicatum per ſe de ſubiecto dicitur, ita uiciſſim ſubiectum de prædicato nequit per ſe dici, aut de ipſo demonſtrari. Suprà oſtendimus, ſubiectum de accidente non per ſe, ſed ſecundum accidens prædicari. Non enim accidenti ineſt, quia ipſum (nam quod tale eſt, nequit per ſe in alio eſſe) ſed per accidens, ſubiectum ineſt accidenti: quia uidelicet eſt in quodam, de quo per ſe prædicatur ſubiectum huius proprij πάθους. Vt tres habere duobus rectis æquos, ſubeſt prædicationi triãguli: nõ quia triangulus in eo ſit, tanquam per ſe ſubiecto, ſed quia proprium illud accidẽs in aliquo ineſt, ut æquicruro, de quo per ſe triangulus prędicatur. Nam πάθος de ſubiecto per ſe ſecundo modo, non ſubiectum τοῦ πάθους ſolet efferri. Ergo in his, primum & infimum eſt aliquod, de quo prædicatur quidpiam, & ſupremum, quod prædicatur: quorum illud de nullo cui propriè accidat, per ſe dicitur alio: de hoc autem, quòd per ſe ei inſit, prędicari nihil queat aliud. Alia ſunt ἀντικατηγορούμενα, ex æquo nimirum reciproca prædicatione, qua prędicatum per ſe de ſubiecto, & uiciſſim per ſe efferatur ſubiectũ de prædicato: quæ & ipſa dicũtur aliàs, ſimpliciter ἀντιστρέφοντα. In his (inquit Ariſtoteles) neq; primum, neq; poſtremum eſt: de quo ſcilicet, aut quod prędicetur: ſed ex æquo utrumq; primum & poſtremum, & ut prædicatum per ſe de ſubiecto, ita ſubiectum uiciſſim per ſe efferẽ de prædicato. Quod enim attinet ad hanc prædicationis differentiam, πάντα πρὸς πάντα, ταῦτα γε ὁμοίως ἔχει: nec ratione differentium extremorum, nẽpe primi et poſtremi, infinitus proceſſus aſtringetur: cùm aliud ſit, de quo per ſe prædicari poſſit ſubiectum, ut de prædicato: & hac ratione, prædicatum non ſit etiam poſtremum, quandoquidem de ipſo aliud per ſe poſſit etiam dici. Huiuſmodi nonnulla ſunt propoſita demõſtrabilia ἀντίστροφα. Vt (uerbi gratia) demonſtratur propoſitum hoc, in quo longiorem prætendi lineam, prædicatur de maiore angulo trianguli. Et uiciſſim, demõſtratur etiam hoc propoſitum, in quo maior angulus ſubiectus prędicaẽ de longiore prætenſa linea in triangulo. Eodem modo monſtratur, orthogonij trianguli quadrata duorum laterum, eſſe æqualia quadrato hypotenuſæ, & quadratũ hypothenuſæ orthogonij trianguli, eſſe æquale duob. quadratis, deſcriptis à lateribus. Permulta ſunt huiuſmodi ἀντικατηγορούμενα, in Mathematicis. Ita in Phyſicis, de corpore generabili, prædicatur caducũ: & uiciſſim, de caduco etiam generabile. Contraria omnia, quæ propriè accidunt ſubiecto participanti δύναμιν ἀντιφάσεως, ſunt hoc modo ἀντίστροφα. Talium prædicata non ſunt, ut ipſa duntaxat de alio per ſe dicantur, & de ipſis aliud non poſſit etiam per ſe prædicari: ut ipſorum ſubiectum de prædicato, & rurſus, de ſubiecto prædicatum: ut hac ratione, ſurſum deorſum uideantur huiuſmodi eſſe infinita, imò nec ſupremum, nec poſtremum in illis quiddam, propter ἀπειρίαν prędicationis & ſubiectionis, eſſe uideatur. Per ſe itaq;, aliud dè alio prædicari reciprocè poteſt, in tali genere demonſtrabilium: nec erit ſubiectum, quod non poſſit de alio dici per ſe: nec prædicatum, de quo non aliud per ſe queat efferri. At nõ ſimpliciter tamẽ hæc, ſed per circuitũ, κατὰ κύκλῳ dicuntur

Secundo modò accidit, nõ per ſe, & propriè ineſt accidens, quod ineſſe ſubiecto primi ſubiecti dicitur aut intelligitur: ut ſi mobilitas deorſum terræ, quæ per ſe ineſt graui corpori. Subiectũ porrò de Accidente, neq; in Quid, neq; in Quali prædicatur.

dicuntur infinita. Finitas autem nihilominus habent demonſtrationes: neq; eodem argumento & medio, prædicatum de ſubiecto, & ſubiectum de prædicato oſtenditur: ut liquet ex demonſtrationibus ἀντικατηγορουμένων propoſitorum, quæ ſunt, ὁμοίως ἀντιστρέφοντα. Quamobrem tametſi unum, reſpectu alterius, ἄνω & κάτω non poſſint dici: nihilominus ratione Medij argumenti, unum κάτω dicitur, id eſt ſubiectum, & alterum ἄνω, nempe prædicatum erit. Quare & hæc demonſtrabilia, finita erunt. Alia ſunt ἀντιστρέφοντα ſecundum accidens, cuiuſmodi ſunt innumera in Phyſicis: quorum ijſdem quidem terminis conficiunt demonſtrationes, ſed diſcrepantes tamē: quarum uidelicet una eſt ὅτι demonſtratio, ut ſi φαινομένου demonſtretur cauſa: altera eſt διότι, ut ſi eorundem terminorum permutatione, per cauſam demonſtretur φαινόμενον, nempe effectus: de quibus alio loco à nobis fuit dictum, quum hęc Ariſtotelis uerba interpretaremur: ἄλλον δὲ τρόπον, ὅταν δι' ἀμέσων ᾖ, ἀλλὰ μὴ διὰ τοῦ αἰτίου, ἀλλὰ τῶν ἀντιστρεφόντων, διὰ τοῦ γνωριμωτέρου. κωλύει γὰρ οὐδὲν, τῶν ἀντικατηγορουμένων γνωριμώτερον ἐνίοτε εἶναι, τὸ μὴ αἴτιον. Ariſtoteles, diſſimilia hæc præcedētibus ἀντίστροφα, his expreſſit uerbis: πλὴν εἰ μὴ ὁμοίως ἐνδέχεται ἀντιστρέφειν, ἀλλὰ τὸ μὲν ὡς συμβεβηκός, τὸ δ' ὡς κατηγορίαν. Qualis per accidens ſit κατηγορία, nō multo antè eſt dictum: & cauſam prædicari de effectu per accidens, notum eſt: ut de Mobili, Materiatum eſſe. Mobilitas enim rei naturali propriè ineſt, quà participat materia. Materiatum itaq; prædicatur per ſe de re naturali: per accidens, de mobilitate, aut mobili. Non enim quia mobile, ſed quia mobile eſt corpus naturale, materiatum de mobili dicitur. In hoc genere ἀντιστρεφόντων terminorum, unus per ſe eſt ſubiectus, & alter prædicatus. Idcirco neque prædicatio per ſe poteſt eſſe infinita: tantum hoc quæritur iam, utrum extremis talibus, ſi non actu, attamē δυνάμει infinita Media poſſint interponi? Mouet hanc quæſtionem, infinita cauſarum ſeries, fatali quodammodo neceſſitate cōnexa, autoribus Stoicis: qui per ſe cauſis infinitis antecedētibus, quālibet rem fieri & naſci opinantur. Quod ipſum ſi eſſet uerum, infinitis etiam cauſis ſciretur, & demonſtrabilis eſſet quilibet effectus. Enimuerò ſecundum accidens cauſæ, ſunt innumeræ: quæ propter δύναμιν materiæ, rebus inſunt. Sed ut ijs per ſe non generatur aut efficitur quidpiam, ita nec demōſtratur & cognoſcitur. Eōdē accedit, quòd nulla res & ſpecies, infinitis cauſis ſciri poſſit: quum uidelicet ſcientia, ijs quæ actu, non quæ δυνάμει rebus inſint, cōprehendatur. Infinita autem actu, comprehendi nullo modo poſſunt. Quare nec δυνάμει infinita comprehendet Scientia: quemadmodum linea comprehenduntur δυνάμει διαιρέσεως, innumera puncta. Nō enim, niſi ſubſiſtat mens in aliquo, particeps eſt intelligentię: ſed diuidendo ſemper, non ſubſiſtēdo, pergitur ad infinita. οὐ γὰρ (inquit Ariſtoteles) ὅμοιον ἐπὶ τῆς γραμμῆς, ἣ κατὰ τὰς διαιρέσεις μὲν οὐχ ἵσταται). νοῆσαι δ' οὐκ ἔστιν, μὴ στήσαντα. Infinitum porrò omne eſt in eo, ut quid fiat, non ut ſit aliquid. Perfecta autem omnis eſt Scientia, nec ei quicquā deeſt, ut infinito, cui ſemper deeſt aliquid. Rurſus nos conferamus ad hypotheſin priorē, qua ſtatuit, infimo ſubiecto, & ſupremo prædicato, definita ἀποδείξεις eſſe. Si infinita actu erunt media, nec primum erit, nec ultimū. Quare inter extrema, ἄτομα erunt media, quibus aliquid de aliquo demonſtratur. Et de primo prædicabitur ſecundum, ἀμέσως: & de ſecundo, tertium: & de tertio, quartum: uſquedum peruentum ſit ad ſupremum, de quo nihil amplius per ſe prędicari poſſit, omnibus partibus demonſtrationis cùm ſit abſolutum ὅλον prædicati. De ratione ἀμέσων præmiſſarum, ſuprà diximus. Ceterùm Mediorum progreſſus, ſeu per Media compoſitio & ἀνάλυσις, reſpectu ſupremi & infimi

Cauſarum infinitatem ſtatuunt Stoici.

Cauſæ per accidens, ſunt innumerabiles.

Metaphy. α. ἐλάττονι.

infimi deſcribuntur. Dicitur autem ἄνω, prædicatum ipſum: ſed κάτω, appellatur ſubiectum. Procedendo, & componendis Medijs, pergimus ad ſuperius magis: cuius ſcientia à ſenſu remotiſſima eſt, & καθόλου magis appellatur notitia. καθόλου hoc loco, nominatur ſpecies, quæ ſola mente cernitur, nec adumbrari ſenſili notitia poteſt: quod ipſum longiſſimè à nobis, nempe à rudimentis ſenſuũ, abeſſe dixit ab initio Analyticorũ: & Plato, hoc ipſum καθόλου εἶδος, his in πολιτείᾳ uerbis expreſſit, ad cuius cognitionẽ à ſenſu notis pergamus, cùm tamẽ ipſum ſenſibus percipi nequeat: τούτοις μὲν ὡς εἰκόσιν ἂν χρώμενοι, ζητοῦντες δὲ αὐτὰ ἐκεῖνα ἰδεῖν, ἃ οὐκ ἂν ἄλλως ἴδοι τις ἢ τῇ διανοίᾳ. Quare καθόλου εἶδος hoc loco erit, quod duntaxat demõſtratione noſcitur. Deinde ſubiectũ, & partes demonſtrationis, primę ac ſimpliciſſimæ, quarum omniũ fides eſt penes ſenſum, cui duntaxat καθέκαστα ſunt nota, κάτω ſubſiſtere dicuntur, quæ partium καθόλου rationem obtinent: cùm ex his componatur, & in hæc ipſa diſſoluatur demonſtratio, quæ ſunt nobis notiora, ſed non ſimpliciter. De his aliàs diximus. Exquiſitiſſimè nota, maximè καθόλου, hoc loco ſolent appellari: ſed confuſiſſima & communiſſima, μάλιστα καθέκαστα. καὶ ταῦτα (inquit Ariſtoteles) ἀντίκειται ἀλλήλοις. Aliàs (ut in Phyſicis) μάλιστα συγκεχυμένα, καθόλου idem autor, ſed diuiſione perpetua confuſorum conſtitutas ſpecies, καθέκαστα nominat. Ex quo perſpicitur, ἀποδεικτὸν καθόλου, eſſe totum aggregatum multis τῶν μερῶν rationibus, quæ amplius diuidi per ἀνάλυσιν nõ poſſint. Quo reſpectu, partes & καθέκαστα, appellentur demonſtrationum ſanè elemẽta, ſeu rudimenta. Aliud eſt, καθόλου ὁριστὸν, nempe differentijs diuiduum genus, ſenſu notiſſimum: cui ſi aggregentur differentiæ, in multa καθέκαστα εἴδη, fit diuiſio, ratione, non ſenſu notiora quàm ſit genus. Diſcrepant, quòd hic unũ καθόλου, diuiſione terminatur in multa εἴδη καθέκαστα, quibus multis unum cõſtitui nequit: illic autem, multa καθέκαστα ſunt εἴδη, quibus unum ἀποδεικτὸν totum, ſeu καθόλου noſcitur εἶδος. Priore ſignificatione, accipiẽdum hoc loco καθόλου eſt, & nõ poſteriore: quod hîc admonendum duxi, ne quis aliorum interpretum errore decipiatur, qui ſunt in horum Analyticorum expoſitione innumeri. Quandoquidem igitur determinatis demonſtrationibus, ſupremo & infimo terminis, & συνθέσει ſeu progrediendo ad ſupremum, καθόλου magis ſit conſpicuũ & eluceſcat: deſcẽdendo autem per ἀνάλυσιν ad infimum, καθέκαστα, & ſenſui notiora magis occurrant. Si quis cauſas omnes perſequi uelit, quæ rebus, quoad ſub ſenſum ueniunt, ſolent accidere, qualis eſt illa: Vtinam ne in nemore Pelio, ſecuribus, Cæſa cecidiſſet abiegna ad terram trabes: ad primum ſcilicet non peruenietur. Quòd ſi primum nihil erit, neque erit ἐχόμενον, quare nec poſtremũ: quũ propter primũ, reliqua prædicata inſint ſubiecto. ὥστ' εἰ μηθέν ἐστι τὸ πρῶτον, ὅλως αἴτιον οὐδὲν ἐστίν. Loquimur de cauſis per ſe, ac Medijs, pertinentibus ſcilicet ad οὐσίαν prædicati. Nam ſi infinitè diuiduum ſit μεταξὺ, nunquam peruenietur ad primum. Sed infinita non poſſe intelligi, iam antea diximus. οὐ γὰρ οἷόν τε εἰδέναι πρὶν εἰς τὰ ἄτομα ἐλθεῖν. Eſto, ut α prædicetur de ζ, ſupremum de infinito. Media intercipiantur infinita, quę notentur per β, Ita q; à primo prædicato exorſi, nẽpe α, intelligemus ipſum ineſſe ζ: quoad deorſum procedendo per infinita, unum de alio prædicati intelligamus, priuſquam peruentum ſit ad ζ. Et uiciſſim, à ζ incipientes, ſurſum progrediẽdo per infinita media intellecta, perueniemus ad α. Hac hypotheſi, ponũtur actu cõſiſtere κατηγορίαι (nempe prædicata per ſe) quæ ſunt in Medio, non δυνάμει. Quã hypotheſin his expreſſit uerbis Ariſtoteles: ὅτι μὲν οὖν μεταξὺ οὐκ ἐνδέχεται ἄπειρα εἶναι, εἰ ἐπὶ τὸ κάτω, καὶ τὸ ἄνω, ἵστανται αἱ κατηγορίαι. Non enim poſſunt intel-

Aliud, uocabulum καθόλου ſignificat apud Ariſtot. in Analyticis: & aliud, in Phyſicis.

Metaphy. α. ἐλάττονι.

Ariſtot. lib. α. περὶ ψυχῆς.

ligi,niſi actu ſint, ὅτι ἡ νόησις, ἔοικεν ἠρεμήσει τινὶ, καὶ ἐπιστάσει μᾶλλον, ἢ κινήσει. Quã-
obrem medijs exiſtentibus infinitis, ſcientiæ cauſa, ab α progrediẽdo uerſus
ζ,unum de alio,prius de poſteriore infinita ſerie prædicabitur, priuſq; ſit per-
uentum ad ζ. Et eregione,à ζ etiam uerſus α,aſcendendo,priuſquam ad ipſum
peruentum ſit,peragrabuntur infinita.Sed actu infinita peragrare,eſt impoſ-
ſibile:quare infinita non erunt Media, ſiquidem ſcientia quadam comprehẽ-
ditur, α de ζ prædicari. Infinitorum itaq; Mediorum, ut primũ nihil eſt,ita nec
ultimum: nec eſt quicquam in infinito, quod uel cauſa per ſe, uel effectus ra-
tionem habere poſſit:cùm Medium & Extremum,primi ratione intelligant.
Ex quo concludendum, extremorum non poſſe eſſe infinita Media, quibus
tanquã per ſe cauſis,prædicatum α inſit ζ ſubiecto. Probat Ariſtoteles in Me-
Metaphyſ. α ἐλάττονι. taphyſicis, ὅτι ἀρχή τις ἐστὶ, καὶ οὐκ ἄπειρα τὰ αἴτια τῶν ὄντων, οὔτ' εἰς εὐθυωρίαν, οὔτε κατ'
εἶδος: qua propoſitione oſtendit, circulo quoddam infinitum eſſe, quod per
ſe cauſis quibuſdam ſubſiſtat. Sin uerò cauſarum ſeries pergat in directũ, eam
κατ' εἶδος rerum non eſſe infinitam, ſed quoad participent res materia, eate-
Metaphy. ι. nus accidentibus quoq; participare: quæ ut infinita ſint, ita nulla poſſe com-
prehendi ſcientia, quum accidens,priuatione per ſe cauſarum intelligatur:qui-
bus res nimirum, quoad cadunt ſub ſenſum, ſint obnoxiæ. Nullum itaq; pro-
poſitum,infinitis Medijs demonſtrabile erit.Nam quod demonſtratur,com-
prehendi poteſt:ſed infinita comprehendi nequeũt aliquo intelligentiæ actu
& energia,quandoquidem actu omnino non eſſe poſſint. Nec eſt,ut quiſpiã
illo perfugio utatur,ut ratione prędicati α,finita,ἄμεσα,& ἐχόμενα,ἀλλήλων Me
dia affirmet eſſe, quibus quid ſit intelligatur α. ut ſi α β γ,ea ſint, quibus nihil
Medij interuenire poſſit. Deinde autem quicquid uerſus ſubiectum Medio-
rum ſit, ſeriem habeat infinitam (nam ut prædicatum ſubiecto ſenſili inſit,
innumera ſecundum accidens uidentur cauſarum eſſe media) per quæ pro-
cedendo, nec à ſubiecto tranſitus pateat ad prædicatum, nec à prædicato ad
ſubiectum. nam ne hoc modo quidem demonſtrabile quicquam erit. Nihil e-
nim refert, quodcũq; Mediorũ β arripias, perq; illud ab α ad ζ, uel à ζ ad α trãſi-
tus erit,aut infinitus,aut finitus. Nam ut à ſumpto Medio, uerſus α non ſit in-
finita ſeries, tamen uerſus ζ producetur ſeries illa infinita. Nec refert, utrũ ſta-
tim per infinita Media,ab extremo in extremũ peragrari dicas:an prius qui-
dem proceſſus fiat per finita quædam, poſterius autem per infinita. Quocũ-
que enim modo infinita fuerint,comprehendi non poterũt actu ſcientiæ: qui
actus non niſi finitis medijs,finitus eſſe poteſt. Notum autem eſt ex Phyſicis,
& omnino rerũ natura ita fert, ut extrema nulla ſint, neq; perueniri ad ea poſ-
ſit, quoad infinita actu media peragrantibus occurrant. Affirmantium itaq;
demonſtrationum,cùm infinita nequeant eſſe media, Negantium etiam non
eſſe poterunt,ſed ſtatum habebunt,ſiue ſurſum, ſiue deorſum pergas, negan-
do prædicatum de ſubiecto. Eſto, ut à poſtremo ad primum, per infinitum
tranſitus eſſe non poſſit: ut paulo antè oſtendimus, aſtruendis prædicatis.
Poſtremum hoc loco appello, quod ipſum alij ineſſe nequit per ſe, ſed ipſi
aliud per ſe ineſt. Quale eſt ζ, in prius allegato exemplo, nempe ſubiectum
infinitum. Neque etiam à primo ad poſtremum, tranſitio fiet per infinita.
Ac primum illud appelletur ſanè,quod ipſum de alio per ſe, ſed de ipſo aliud,
per ſe non prædicetur. Iam ſi in affirmantibus prædicatis, medijs finitis, pro-
pter extrema ſubſiſtitur, neceſſe erit, ut eodem ordine negationes etiam pro-
cedant,atq; eiſdem metis & finibus determinentur,quib. affirmationes: cùm
negans nulla, ſine affirmante poſſit monſtrari. Monſtratur autem trifariam,
nempe

nempe ſecundum tres figuras, prædicatum non ineſſe ſubiecto. Prima eſt figura, in qua duntaxat de ſubiecto affirmantur prædicata media finita, in Minore propoſitione: ut de quocunq; γ, de eodem omni prædicatur β: & cuicunq; β ineſt, in eo nullo ineſt α prædicatum. Sed β γ, nẽpe minus διάστημα ſyllogiſmi, quum ſit affirmans, ſi non ſit β, primum prædicatũ, aliud ſcilicet ipſo prius erit, ut δ, & eo prius aliud, ut ι: qua progreſſione omnino peruenitur ad primum quoddam, per ἄμεσα, de quo prædicato per ſe, nihil aliud per ſe, prædicari poſſit. Vt per ſe prædicatur de corpore animato, nempe conſeruari nutrimento, de quo prædicato nihil aliud, per ſe ſolet prædicari. Ipſum autẽ primò dicitur de corpore, cuius ſuccus nutriturus, aſſimilatur formæ nutriti. Aſſimilatio autem hæc, ineſt per ſe corpori, cui nutrimentum nutriturum agglutinatur: illud uerò, huic cui nutrimentum ex uenis apponitur. Appoſitio hæc cauſam habet, generationẽ ſanguinei humoris in uenis, quæ prouenit ex cõcoctione cibi in uẽtriculo: quæ eſt energia ultima, nec propter aliam cauſam ineſt τῷ ὑσέτῳ, nempe corpori animato. In ſtirpibus, proportione eædem inſunt cauſæ quoad uigent & conſeruantur nutricatione. Affirmantes κατηγορίας, ἀμέσους finitas eſſe, iam antè fuit dictum. Negantes, ſine his eſſe non poſſunt: & ſępe priuatione prius cognita, noſcimus affirmatum prædicatum, ineſſe affirmato ſubiecto. Vt ſi non integra ratiocinatio ineſt in non ſano cerebro, ergo integra erit in ſano. Et per ſymptomata certè, deprehenderunt Medici facultates partium corporis. Vt ſymptomate λευκῆς (quod exprimitur, negatione coloris naturalis & genuini cutis) percipitũ cauſa, nẽpe negatio aſſimilationis nutrimenti. Deinde in Anaſarca hydrope, negatione ſolidi habitus, cognita eſt negatio agglutinationis. Poſtremò, negatione pleni ſecundũ naturam habitus, deprehenditur negatio appoſitionis: quorum omnium affirmationes, deinde in affirmatis ſubiectis ineſſe noſcimus, nẽpe in perfecta omnino nutricatione: quæ propriè ineſt corpori animato, quatenus ſecundũ naturã eſt affectũ. Quòd ſi affirmata prædicata, de ſubiectis infinita ſerie non poſſunt prædicari: neq; ſcilicet negata, in finita ſerie connexa erunt. Eſto propoſitũ negans hoc: Nullum tabeſcens corpus, conſeruatur nutrimento. Quæ cauſa eſt? Quia nullum, in quo aſſimilatur nutrimentum, conſeruatur nutrimento. id eſt: Nullum expers aſſimilationis nutrimenti, conſeruatur nutrimẽto. Omne Tabidum, eſt expers aſſimilationis nutrimenti. Quare expers eſt aſſimilationis nutrimẽti? Quia nullum expers agglutinationis, eſt particeps aſſimilationis nutrimenti. Rurſus quare hoc? Quia nullum expers appoſitionis, eſt particeps agglutinationis. Quare hoc? Quia nullum expers caloris natiui, particeps eſt appoſitionis. At priuatio huius caloris, per ſe atq; ultimò, nempe ἀμέσως, ineſt in corpore tabido, ac laborante ἀτροφίᾳ. Ex quo eſt euidens, ut affirmationum ſit, ita quoq; negationum finitam eſſe ſeriem Mediorum: & eſſe primum aliquid & ultimum, de quo negetur α. Vt ſi α, de priore quodam, ut δ negetur, ipſum de β prędicari oportebit: et ſi prius de ι quàm de δ negetur, ι ſcilicet de δ affirmabitur. Iam ſi affirmationes primum aliquid habent, & primũ ſit, de quo nihil aliud prius per ſe queat affirmari quàm prædicatum propoſiti: neceſſe erit, primum etiam quiddam eſſe quod negetur, & de quo aliud per ſe negari prius haud poſſit. Ergo negatio cõſeruationis animati, primò inerit in negatione aſſimilationis nutrimenti. Ratio hæc eſt Ariſtotelis, qua oſtẽdit, in Prima figura negantis demõſtrationis, nõ eſſe infinita media. Eſto rurſus (quo conficietur nimirum Secundæ figuræ ſyllogiſmus) ut β, Medium, α quidem omni inſit, ſed γ nulli: hauddubiè, α quoq; nulli inerit

Affirmans, in duabus tantum figuris eſt concluſio: ſed negans, in tribus.

In Secunda figura, progreſſum mediorum nõ eſſe infinitum.

γ. Si perfecto Medio propoſitum non ſit demonſtratum, perficietur ſanè aut per Primam, aut Secundam, aut Tertiam figuram. De perfectione, quæ fit in Prima figura, paulo antè diximus: de ea quæ fit in Secunda figura, iam diſſeremus. Enimuerò α prædicatum, proprium quoddam eſt πάθος cuiuſdam ſubiecti, cuius prædicati definitio, Medium eſt perfectum. At definitio exaggeratur partibus quibuſdam, quæ per ſe dicuntur de definito: & quarum una, cauſa ordinis, perficit aliam, ut ſuperior inferiorem. Verbi gratia, Conſeruari & uegetari nutrimento, prædicatum eſt, quod certis quibuſdam cauſis definit. Ex cauſis, infima ſit, & proxima ſubiecto, appoſitio nutrimenti: quæ nondum perfecta eſt, ut propter hanc, conſeruari & uegetari nutrimẽto, inſit corpori animato. Quare δ magis erit, & ſuperior cauſa, propter quam α ſit in ſuo ſubiecto, ut agglutinatio nutrimenti. Appoſitio enim conſeruat & uegetat, propter agglutinationem: perfectiſſima autem & ſuprema cauſa eſt, aſſimilatio, quę ſit ι. Nam propter aſſimilationem, agglutinatio conſeruat & uegetat, ſed aſſimilatio propter nullum aliud, qua iam perfecta definitio conſtituitur prædicari πάθους. Finitis itaq; his quæ affirmantur, finitas etiam negationes eſſe oportebit. Nam ſi δ per ſe eſt in β, ut agglutinario in appoſitione (quæ ſecũdum naturam fit) & δ in nullo eſt γ, nempe appoſitio nutrimenti, nulli ineſt tabido: agglutinatio quoq; nulla inerit. Simili ratione oſtendetur etiam ι, quod ineſt omni δ, id ipſum nulli ineſſe γ: nempe agglutinationem, nulli ineſſe tabido corpori, quum inſit ei omni prædicato, aſſimilatio, quæ eſt ι: eadẽ autem nulli γ, tabido ſcilicet corpori inſit. Hoc modo, ab infimo ad ſupremũ peruenitur, finitis medijs etiam in Secunda figura. Quando Ariſtoteles ait hoc loco, εἰ ἀνάγκη ὑπάρχειν τι τῷ β, ſic eſt accipiendum: ſi β non fuerit perfectũ Medium, ſed alio quodam ſuperiore perficitur. οὐκ ἔστιν, ἐπεὶ τὸ ὑπάρχειν, ἀεὶ τῷ ἀνωτέρῳ ἵσταται, ἔσονται καὶ τὸ μὴ ὑπάρχειν. Reſtat Tertiæ figuræ modus negantis demonſtrationis. Vt ſi α ſit in omni β Medio, in eodem autem nullo inſit γ, in non omni etiam γ, inerit α: quum per ſe propoſitionibus conficiatur ſyllogiſmus. In harum priore præmiſſa, α prædicatum πάθος, omni β ineſt, nempe medio, quoad eſt qualitas ſubiecti poſtremi ſeu infimi. Deinde omne illud ſubiectum, ita limitatum, alij proprietati ſeu qualitati ſubijcitur, ut δ: & propter δ, alij cuidam ſubijcitur, ut ι: cui ἀμέσως poſtea inſit omni, ipſum α ſupremum, & primum πάθος. Vt quia in Animato, propter κρᾶσιν naturalem, ineſt appoſitio nutrimenti: ob id ſubijcitur etiã eiuſdem agglutinationi, & propter agglutinationẽ aſſimilationi. Semper enim prior qualitas, ſeu proprietas perfectior, ſubiecto ineſt, propter poſteriorem perfectione ſciẽtiæ quandam, & à ſubiecto propriorem qualitatẽ. Vt (uerbi gratia) prima eſt proprietas triãguli, qua dicitur de ipſo, quòd tres ipſius ſint æquales duobus rectis. Idipſum triangulo ineſt, quia tres ſunt æquales duob. (ſcilicet interiori & exteriori angulis trianguli) quibus ſint etiam æquales duo recti: quod primum eſt ſubiectum proprietatis, paulo antè dictæ. Deinde quòd tres ſint æquales duobus, interiori & exteriori, monſtratur hac proprietatis ſubiectione φύσει poſteriore, qua externus dicitur æqualis duobus oppoſitis trianguli angulis, & qua internus cõmunis idẽ, adijcitur duobus internis, & uni exteriori angulo. Hac qualitate, triangulus poſtremò ſubijcit̃ priori qualitati propriæ huic, qua tres dicitur habere duobus, externo ſcilicet & interno æquales: & propter hos æquales, etiam duobus rectis æquales. Quæ ſunt omnia (ut inferius oſtendemus) inter ſe ἀντίστροφα: quum non niſi propria & ſubiecta, poſſint prædicando reciprocari. Eſto, ut in ſyllogiſmo hoc Tertiæ figuræ, α prædicetur ἀμέσως de Medio

In Tertia figura, Medijs non aggregari infinitè.

de Medio β, primó ſubiecto: ut de participe aſſimilationis prædicetur, conſeruari & uegetari: deorſum ſcilicet, & uerſus ſubiectum poſtremum, perget finita prædicatio Mediorum. Nam ſi uerſus ſuperius pergendo, finita ſunt Media, deſcendendo etiam uerſus infimum, finita erunt. Quòd ſi affirmationes, etiam negationes (quæ affirmationes, pars ſunt negantis ſyllogiſmi) finitæ erunt. Deſcendendo ad infimum, tales conficiuntur ſyllogiſmi. Prior eſt. Omne δ, eſt β. Nullum δ, eſt γ. Ergo, Quoddam γ non eſt β. Poſterior hic. Omne ι, eſt δ. Nullum ι, eſt γ. Quoddam γ, nõ eſt δ. Nam ſi α ſit in omni β, & β in omni δ, & δ in omni ι poſtremo: neceſſe erit, ut ſi α per ſe, in nullo inſit γ, aut in quodam non inſit, ut in nullo γ, aut quodam non inſit etiam β, quia δ ei non ineſt, & δ non ineſt, quia ι nulli aut cuidam γ non ineſt. Quamobrem neq; γ etiam cuidam α inerit, prædicatum demõſtratum, ſyllogiſmorum Tertiæ figurę ἀνάλυσις. Non minus in Prima & Secunda, quàm Tertia, medijs ſyllogiſmis, demonſtrationem talem licet reſoluere. quod Ariſtoteles his intelligi uerbis uoluit: πάλιν δὲ τοῦτο, ἢ διὰ τῶν ἄνω εἰρημένων, ἢ ὁμοίως δειχθήσεται. In Tertia figura, quum Medium ſemper ſubijciatur, prædicando extrema, uerſus ſubiectum, ἐπὶ εἰς τὸ κάτω, perget prædicatio. Sed in Prima & Secunda figuris, quum ſemper affirmando, aut negando prædicetur Medium de ſubiecto, in præmiſſis πρὸς τὸ ἄνω progreſſus erit, & ad primum prædicatum procedendo, ſeries Mediorum ἀμέσως connectetur. Cæterùm proximum ſemper ſubiectum in hac ſerie, ſuo prædicato καθόλου ſubijcitur, quum uidelicet prædicata ſint propria: de quo paulo pòſt copioſius & planius diſſeremus. In Demonſtrationibus itaq; negantibus, etiam ſi non una uia & figura, ſed omnibus ſyllogiſmos conſtruamus, demonſtrationes nihilominus finitæ erunt. Vt ſi modò per Primam conficiantur, iam per Secundam, deinde per Tertiã figuram: quum ſint omnes finitæ ſyllogiſmorum uiæ, quibus pergitur à primo ad ultimum, & ab ultimo ad primum, neque infinitæ ſint finitæ illæ uiæ, neceſſe erit, quum ſint πεπερασμένα πεπερασμενάκις, omnia quæ pertinent ad Demonſtrationem negantem (quantumuis alioqui ἄπειρος uideatur eſſe negatio) eſſe finita. Liquet hactenus, negantes etiam demonſtrationes, finitas eſſe, quandoquidem ſubſiſtatur in propoſitionibus affirmantibus, in quibus per ſe prædicatum efferĩ de ſubiecto, primo ſcilicet, & ultimo extremis poſitis: quorũ hoc ineſſe huic, uel non ineſſe, finitis demonſtrabile ſit Medijs.

Quãuis in Tertia figura, ἐπὶ μέρους cõcludatur, nihilominus καθόλου cõcluſio etiam eſt uera, propter materiam, gratia cuius ſyllogiſmus dicitur ἀπόδειξις.

Ex finiti & infiniti per ſe rationibus, ducta ſunt hæc argumenta, quibus hactenus ſumus uſi, ut probaremus finitatem Demonſtrationum & Mediorum. Iam nunc deinceps communioribus quibuſdã, & Logicis argumentis idem oſtendere aggrediemur: quę non rebus ipſis per ſe, ſed quatenus comprehenduntur notitia & intelligentia quadam, poſſunt quadrare. Poſtremò, proprijs etiam quibuſdam, & Analyticis rationibus propoſitum illud aſtruemus: ſed prius logicas afferamus in medium.

Demonſtratio & Scietia, præſertim aſſeritur finitate ab accidentibus, quorum cauſa infinito rebus accidit.

Quæ per ſe prædicantur de ſubiecto, aut in Quid ſolent prædicari, & reſpectu talium prædicatorum dici ſolent ſubiecta ὅπερ ὄντα: aut prædicantur, ut ποιότητες quædam, & accidentia propria: quorum unumquodq;, nõ niſi de uno poteſt prædicari, per accidens autem, de multis. Reſpectu taliũ prædicatorum, ſubiecta dici ſolent, ποιόν τι ὄντα: quoniam Propria, ποιότητες quædam ſunt ſubiectorum, quibus inſunt. Certum eſt, nullam aliam ob cauſam ἄπειρα & infinita eſſe accidentia, quàm quia nullum eſt ſubiectum commune, quod de alio per accidens prædicari nõ poſſit, & nullum prędicatum, de quo non aliud per accidens prædicari queat. Quamobrem quæ per ſe prædicatis intelliguntur, nẽpe quæ ſuapte natura ſunt γνωστά, & habent ὁρισμόν, in his primum aliquid erit, de quo omnia, & ipſum de nullo alio, & poſtremum, quod

Per accidens prædicari poſſunt ſubiecta & prædicata propoſitionũ, Per ſe.

de alio per ſe, de ipſo autem nihil aliud per ſe dici poſſit. Si primum & ultimū in his ſit, & omnino definiri aliquid, & quid ſit cognoſci poteſt, ex neceſſitate Media quoq; finita erunt. Nam res intelligitur his quæ ſunt actu: quorū extremis finitis exiſtentibus, infinita Media eſſe non poterunt. Omnino autem, ſi quæ accidunt, infinita ſunt, ea quibus per ſe res dicitur eſſe, finita ſint oportet. Quamobrē quod intelligitur, & actu γνωστὸν exiſtit, actu & ἐντελεχείᾳ erit prorſus δυνάμεως expers: totumq; ſine partibus quoddam erit, ut à quo detrahi nihil poſſit, nihilq; addi, quin tota ſit perempta cogniti οὐσία. Sed de his diſputāt exquiſitius Metaphyſici. Infiniti cauſa, nihil Eſſe, ſed dūtaxat Poſſe Eſſe & Fieri dicitur: & ipſum infinitum, quatenus eſſe intelligitur, infinitum non eſt, ſed finitū quid. Quapropter cùm finitionibus, res Eſſe intelligantur: fieri nequit, ut finitionis alia ſit ſubinde finitio perfectior, additamētis eorū quæ in Quid prædicātur. Nam ſi perfectio hęc infinitè pergeret, & prima, & perfectiſſima nulla ſit definitio: nec poſtrema erit aliqua, quæ perficiatur hac prima, quæ tamen nulla ſit. Quippe ſi perficiens nullum, nec quod perficietur erit: & ſi primum nullum, nec ἔσχατον erit, quare nec poſtremum. Quòd ſit γνωστὸν, & ὁρισμὸς, ponit Demonſtrator. Sed Metaphyſicus ueritatem rerum mente, & non ſenſu percipi oſtendit: ac non in eſſentia, ſed materia rerum, cauſam ineſſe ἀοριστίας probat. Rebus, cauſa Mentis, adſcribit ἀλήθεια: quæ ſine materia res percipiens ſinceras & ueras, Accidentia quæ rebus cauſa materiæ inſunt infinita, ſecretione ſua ſubmouet. Nec ſunt aliud certè res illæ, quàm Mens ipſa, eaſdem intelligens: quum earum idearum ſit in homine effectrix & perceptrix (propter facultatem animæ) Mens ſcilicet hominis, facultatib. diuiſa: quæ paucis attigiſſe in præſentia ſatis eſt Ex his quæ diximus, liquet, finita neceſſariò eſſe, quæ in Quid de aliquo prædicentur. In uniuerſum, & καθόλου ueras rationes planius deinceps tractabimus. Multi ſunt modi, quib. unum de alio ſolet dici: quatenus ſcilicet ſubiectum non eſt ipſum, καὶ ὅπερ αὐτὸ prædicatum. Etenim aliàs prædicatur accidens de accidente, ut quando de albo dicimus, quòd ambulet: aliàs ſubiectum & οὐσία dicitur de accidente, ut ſi de albo prędicetur lignū, aut de magno: aliàs eregione, ut ſi accidens de ſubiecto, ut magnum de ligno, aut de homine ambulans. Multum intereſt, hoc uel illo modo dici & prædicari quidpiam. Quando enim dixero, ipſum album eſſe lignum, tum nihil aliud dico, quàm id ipſum cui accidat albo eſſe, lignū id eſſe. Ipſum uerò per ſe album, ſubiectū nequit eſſe ligni, propterea quòd omne illud ſubiectum, eſt ἐνεργείας prædicati particeps: quod cauſa δυνάμεως, in eas partes diuiduum eſt, quibus energia & eſſentia conſtituitur prædicati. At albū quia album, nullas δυνάμει partes includit, quarum explicatione, eſſentia comprehendatur ligni: neq; etiam eſt ὅπερ αὐτὸ ξύλον, quum ſit accidens album, & non οὐσία. Deinde cùm ſcribit Ariſtoteles ſic: καὶ γὰρ ὅτι λευκὸν ὄν, οὐδ' ὅπερ λευκόν τι, ἐγένετο ξύλον, ὥστ' οὐκ ἔστιν, ἀλλ' ἢ κατὰ συμβεβηκός: ſic eſt interpretandum. Quippe neq; album quia ipſum, ſeu quia αὐτὸ ὄν, neq; etiam quia aliquid eſt, quo dicitē ὅπερ ὄν τι, ut ſpecies cauſa generis dicitur ὅπερ τι ὄν, nō ἁπλῶς αὐτὸ ὄν, particeps eſt prædicationis ligni. Ratio eſt, quia neq; quatenus album, neq; quia participans quodam genere, quo poſſit dici ὅπερ τι ὄν album, δυνάμει quadā ſubijciebatur, qua poſſet fieri particeps prædicationis per ſe, ligni: quæ prædicatio, inſtar quoddam habet actus: qui ſanè actus ſubiecto, ratione δυνάμεως, & diuiſionis partium materiæ ineſt, atq; ineſſe etiam hac partitione demonſtratur: quæ nimirum partes, actu cognitæ, ſunt reuera pars finitionis prædicati. Explicationem hanc, ſeu diuiſionem, partiū ſubiecti inuolutarū, cauſa δυνάμεως ma-

Metaphy. θ in fine.

Metaphy. α ἐλάττονι.

Definitio ὀνοματώδης eſt, quæ perficitur in Demonſtratione: ſed perficiens eſt, λόγος οὐσιώδης.

Metaphy. δ.

κιως materiæ ſubiectorum, Ariſtoteles appellat γένεσιν: nempe progreſſum ad energíam, qua cognoſcitur actus prædicati. Nam quod fit, etiam eſt γνωστόν: & quod non fieri poteſt, etiam γνωστὸν eſſe actu nequit. Loquitur autem de hac explicatione & generatione, non qua res extra mentē fiūt, ſed qua intra mentem, ex potentia notis, fiunt actu ἐπιστητὰ prædicata: explicatione partiū proprij πάθους, quibus diuiduum etiam eſt ipſius ſubiectum. De cætero ne quis me fingere putet hanc interpretationem, de Potentia, & Actu, & Generatione γνωστῶν & ἐπιστητῶν rerum: ipſum teſtem adducam Ariſtotelem, qui ἐπιστητὰ δυνάμει, cauſa Materiæ ſubiecti, quoad diuidua ſit, & nondum diuiſa, συγκεχυμένα γνωστὰ eſſe fateatur: quibus tamē, γένεσιν diuiſionis, ποιητικὸς νοῦς, ἐνέργειαν ſcientiæ conferat, ut ſint & fiant actu ἐπιστητά. Adſcribā uerba Ariſtotelis ex Metaphyſicis, quæ ſic habēt: εὑρίσκεται δὲ καὶ τὰ διαγράμματα ἐνεργείᾳ· διαιροῦντες γάρ, εὑρίσκουσιν. εἰ δ' ἦν διῃρημένα, φανερὰ ἂν ἦν. νῦν δ' ἐνυπάρχει δυνάμει, διὰ τί δύο ὀρθαῖς, τὸ τρίγωνον. ὅτι αἱ περὶ μίαν στιγμὴν γωνίαι, ἴσαι δύο ὀρθαῖς. εἰ οὖν ἀνῆκτο ἡ παρὰ τὴν πλευράν, ἰδόντι ἂν ἦν εὐθὺς δῆλον. διὰ τί ἐν ἡμικυκλίῳ ὀρθὴ καθόλου; διότι ἐὰν ἴσαι δὲ τρεῖς, ἥ τε βάσις δύο, καὶ ἡ ἐκ μέσου ἐπισταθεῖσα ὀρθή, ἰδόντι δῆλον, τῷ ἐκεῖνο εἰδότι. ὥστε φανερόν, ὅτι τὰ δυνάμει ὄντα εἰς ἐνέργειαν ἀναγόμενα, εὑρίσκεται. αἴτιον δέ, ὅτι νόησις ἡ ἐνέργεια· ὥστ' ἐξ ἐνεργείας, ἡ δύναμις, καὶ διὰ τοῦτο ποιοῦντες, γινώσκουσιν. ὕστερον γὰρ γενέσει, ἡ ἐνέργεια, ἡ κατ' ἀριθμόν. Loquit̄ hoc loco Ariſtoteles, περὶ τοῦ κυριωτάτου ὄντος: quoad uidelicet rationē habet principij, & ſimpliciſſimū eſt, atq; immutabile, cauſa ueritatis & falſitatis, quod dūtaxat mēte percipiat̄. Nā (ut alibi inquit) πρεσβύτατον γὰρ ὁ Νοῦς: ſed in homine cùm ſit νοῦς ποιητικός, ob id γένεσιν etiam quandam, & δύναμιν, & ἐνέργειαν τῶν γνωστῶν eſſe oportebit. Verba Ariſtotelis, quum ſint paulo obſcuriora, quàm ut à quouis poſſint intelligi, nō piguit paraphraſi quadā planiora reddere, ne quid deſiderari poſſit à philoſophię ueræ & ſincerę ſtudioſis. Inueniuntur, inquit, & propria διαγραμμάτων cognita actu quodam. Diuidentes enim, inueniunt. Nam ſi diuiſa apparerent omnia, tum ſanè intelligentibus eſſent manifeſta. Nunc autem συγκεχυμένως, & facultate duntaxat ineſt triangulo: quo poteſt cognoſci, ipſius tres æquales eſſe duobus rectis: nempe illud, quòd ſcilicet tres ſint æquales duobus angulis, quos latus inſiſtens lateri, creat circa idem punctum contactus. Quòd ſi externus angulus, diuidatur παραλλήλῳ linea, ſtatim uidenti perſpicuum erit, tres duobus illis eſſe æquales: & quod prius erat δυνάμει, id iam actu incipit eſſe γνωστόν. Ita quæritur, quamobrem in uniuerſum, deſcriptus in ſemicirculo triangulus, ad peripheríam conſtitutum, rectum habeat angulum. Diuiſione confuſarum partium, ratio euidens erit. In iis enim, à potentia ad actum ſcientiæ pergitur, quaſi γένεσει quadam diuiſionis: qua perſpiciatur, tres lineas eſſe inter ſe ęquales: nempe duas, in quas diuiditur baſis trianguli, et tertiā rectam ex angulo peripheriæ deductam in centrum baſis, ſeu circuli. παρασκευὴν hāc intuens quiſpiam, admonitus de his quę aliàs ei ſunt prius nota, ſtatim ſciet actu, quod prius duntaxat δυνάμει ſciebat. Ex quo eſt euidens, quòd δυνάμει ὄντα γνωστὰ, deducendo ad energían quandam, inueniantur. Etenim intelligentia, quædam rerum eſt energεια. Quamobrem in hoc etiam genere, pēdet Facultas ab Efficientis energía. Ac non niſi efficientes Mentes, humanæ nimirum, ex potentia intelligibilibus, actu intelligibilia, quicquam poſſunt intelligere aut cognoſcere: cùm ſecretæ à corpore, ſint οὐσίᾳ ἐνεργείᾳ. Etenim poſterior γένεσει, eſt energía, facultate ſua: ſed energεια, quæ accidit, & ſpecie una exiſtens: numero tamen eſt multiplex, qua nimirum Mens compoſita & humana, ὅτε μὲν νοεῖ, ὅτε δὲ οὐ νοεῖ: quę diuidua eſt tēpore, ἐνέργεια. Sed ſeparata Mens

Metaphy. θ.





Pendet δυνάμις ex energía, quæ poſterior eſt etiam φύσει.

ὅλως eſt ἐνέργεια: ut quæ accidens non ſit, ſed οὐσία: & quæ non ſit in aliquo & ad numerum, ſed ὅλως una energía: quæ ſimpliciter, cōpoſita etiā hac, quæ facultate ſolet permutari, per accidens νοητῶς energia prior exiſtit: nec eſt in uno, ſed ipſum unum, à materia ſecretum quoddā. Sed hæc præſentis non ſunt inſtituti: ſatis eſt, ſi conſtet nobis, ſubiecti diuiſionè, prædicati notitiam in animis noſtris per diſciplinam naſci. Quòd ſi in ſubiecto nulla ſit facultas διαιρέσεως partium, quibus componatur ratio prędicati, & οὐσία, rectè neque fieri, neque eſſe ſubiectum, reſpectu prædicati, dicetur γνωστόν. Ergo ut in albo nulla δύναμις eſt, qua fiat ἐπιστητόν, ratione ligni: ita quoque ratione eius non eſt ἐπιστητόν: quæ loci ſanè iſtius ut longè difficilima, ita etiam uerißima eſt (ut mihi uidetur) interpretatio. Ex quo par eſt intelligi, album non ſubijci ligno, nec dici poſſe lignum de albo, niſi ſecūdum accidens: quatenus nimirum de quodam dicitur album, ut (uerbi gratia) de pino, de quo per ſe prædicetur lignum. At contrà, et eregionè, ſi prædicetur album de ligno, per ſe ſcilicet accidens illud de ſubiecto efferetur. Per ſe enim ac primò, accidentia ſingulis rebus, loco ſcilicet et tempore circumſcriptis inſunt: ſecundum accidens autem, καθόλου ſubiectis. Prima autem ſubiecta, nempe ſingulæ & primæ οὐσίαι, ſimpliciter (nempe tertio modo) per ſe ſunt: nec in aliquo inſunt, aut de aliquo prædicari poſſunt, ſed ipſis alia omnia inſunt, & de ipſis prædicari poſſunt. Quamobrem cùm dico, Lignum eſt album: nō ſic eſt accipiendum, quaſi lignū, aliud quiddam exiſtens, ſit album, cui alteri accidat, ligno eſſe, ut ſi quando Muſicum, dico eſſe album: quum non muſicum, ſed homo, cui accidit eſſe muſico, ſit album illud. Sed quia ipſum per ſe lignum, cauſa temporis et loci factum eſt album, & non quia aliud quid exiſtens, quàm ὅπερ ξύλον, ἢ ὅπερ ξύλον τι. Quorū priore, tota οὐσία ſignificatᷣ: poſteriore, pars οὐσίας rei ſingularis. Quę pars, quoad prædicatur in quid de ligno, generis habet rationem. Accidens autem illud, aut de hoc ligno, aut de hac ſtirpe, per ſe dicitur: ὅτι ἡ οὐσία, καὶ ὅσα τὸ δέ τι σημαίνει, οὐχ᾽ ἕτερόν τι ὄντα ἐστὶν, ὅπερ δέ. Comprehenduntur ſubiecta hæc tertio modo, eorum quæ per ſe dicūtur: & paulo antè diximus, ἁπλῶς prædicari Accidentia de ſubiectis, ad numerum diſcrepantibus, per accidens autē de ſubiectis καθόλου. Duplicem modum prędicandi eorum quæ non propriè accidunt, Ariſtoteles in præſentia expoſuit: quos modos ut reipſa, ita uocabulis etiam diſtinguere conatur. Atque ſiquidem accidens efferatur de ſubiecto, tum ſimpliciter & abſolutè prædicari (quod dicitur) de ſubiecto ait. Sin autem efferatur ſubiectum de accidente, tum uel omnino non prædicari quidpiam à nobis, uel non ſimpliciter, ſed ſecundum accidens prædicari cenſendum: quādo uidelicet prædicatum ſubiecto ineſſe dicitur, non quia ipſi, ſed quia alij cuidā, cui nimirum ſubiectum accidat, inſit. Vocabulum eſt artis Dialecticæ κατηγορεῖν, & κατηγορία: cuius ſignificationem genuinā expreßit hîc Ariſtoteles, accommodans duntaxat ad ea, quę per ſe de alio dicuntur. Alioqui, dici de aliquo, & enunciari, promiſcuè & generatim uſurpatur. Quamobrem hoc loco uocabuli huius uſum Ariſtoteles determinans, & uindicans ipſum à uulgari abuſu, de eo tanquam νομοθέτης quidā pronunciat: ut deinceps etiam ipſum hac ſignificatione τῆς κατηγορίας uoculam ſe uſurpaturum indicet, & nobis id etiam animaduertendum diligenter præcipiat. Transferamus nūc modum illum prædicationis, à ſingularibus ſubiectis ad καθόλου ſubiecta & prædicata, quæ mente comprehendunᷣ, & non ſenſu: differentię eædem nimirū erūt prædicandi, Per ſe ſcilicet, & ſecundum Accidens. De ſingulis ad numerum rebus, quæ prædicantur de ipſis accidentia, per ſe de ipſis, loci & tēporis gratia

Metaphy. Δ de accidente.

Accidentia primò et per ſe inſunt ſingulis rebus, ſecundū accidens, καθόλου ſubiectis.

Huiuſmodi accidētia, ſunt indemōſtrabilia: quibus etiā cōtexuntur populares orationes, quæ ſunt de rebus, tēpore & loco circūſcriptis.

gratia (quorum cauſa per ſe quidpiam accidit his rebus) prædicari ſolent. At καθόλου prędicata, ſemper & perpetuó ſubiectis, & quia ipſis, inſunt ἀεί, καὶ πανταχοῦ, non quia loco aut tempore circumſcribuntur. Propoſitiones tales uſurpantur, contexendis demoſtrationibus: in quibus propoſitionibus ſic effertur prędicatum de ſubiecto, quemadmodum effertur album de hoc ligno. Similitudinem hanc prædicationis & ſubiectionis per ſe, propoſitionum καθόλου, quam habent cum his in quibus effertur Accidens per ſe de ſingulari ſubiecto, talibus expreſſit uerbis Ariſtoteles: ὑποκείσθω δὴ τὸ κατηγορούμενον, κατηγορεῖσθαι ἀεί, ὃ κατηγορεῖται ἁπλῶς. Nam καθόλου, ſemper prędicantur per ſe de ſuo ſubiecto: ſed Accidentia; de ſubiecto per ſe dicuntur temporis gratia, & non ἁπλῶς. Similitudinem his expreſſit uerbis: ἔστω δ' ὡς μὴ τὸ λευκόν, τὸ κατηγορούμενον, ὡς δὲ τὸ ξύλον, τὸ οὗ κατηγορεῖται. Ergo prædicata, ſubiecti etiā καθόλου, quædam per ſe inerunt, nonnulla ſecundum accidens. Ex his quæ per ſe prædicātur, conficiuntur demonſtrationes. Sed quæ nā ſunt ea per ſe prædicata, quibus propoſitiones conſtituūtur demonſtrantes, & demonſtrabiles? Sunt nimirum talia, ut unū quoduis, per ſe non niſi de uno ſubiecto prędicetur: qualia reperiuntur in omnibus generibus. Quicquid porrò unum de uno tātum ſubiecto dicitur: iſtud omne aut Definitio eſt, aut proprietas: autore Ariſtotele in primo libro Topicorum. Verùm hoc intereſt, quòd definitio dicitur in Quid, de ſubiecto: propriū autem non eſt Quiditas rei ſubiectę, ſed aut Qualitas quędam, ut ſanum & ęgrum, corporis animati: aut Quantitas, ut tempus quod eſt quantitas, quæ propriè accidit motui: aut aliquid aliud reliquorum generum. Tametſi in hoc genere, nempe quātitatis, pleraq; ſunt ſubiecta demōſtrationū, τῶν δὲ ἀφαιρέσεως ὄντων: quemadmodū genus οὐσίας eū limitatione aliorum generum determinarum, eſt τῶν ἐκ προσθέσεως ὄντων, ſubiectum: de quibus alia ſolent propriè prædicari, ipſa uerò de alijs non ſolent dici. Quæ Relati ſunt generis, pleraq; propriè inſunt Mathematicis ſubiectis: ut tres habere angulos, duobus rectis æquos, ineſt triangulo. At Qualitates, Actiones, aut Paſſiones, item Quando, Vbi, & ſimilia, Phyſicorum ſubiectorū ſunt propria πάθη. Quatenus propria, prædicari hæc omnia de uno ſolo conſuerunt: ſed per accidens, & ut accidētia, prædicari de multis poſſunt: qua ratione demonſtrationibus nō adhibenī, quū non ſint propria, ſed utcunq; accidentia, quæ rebus inſunt propter Materiā, loci ſcilicet & tēporis gratia. Quæ per ſe prædicanī, aut ſubſtātiā ſubiecti ſignificāt, aut non ſubſtātiā. Subſtantiā ſignificantia, aut ſignificāt, quid ipſum ſit ſubiectū: ut finitiones ſubiectorū, ὅπερ αὐτὸ ſubiectū explicātia, aut aliquid eſſentiæ eius καὶ ὅπερ τὶ ὄν, nēpe genus, aut differētiam quandā exprimūt ſubiecti. Alia per ſe prædicata, ſubiecti ſubſtantiā non declarant, neq; ex toto, neq; ex parte aliqua, ſed de ſubiecto dicuntur, tanquā alio quodā: quoad ipſum ſcilicet ſubiectū neq; ipſum eſt prædicatum, neq; aliquid ipſum. Prędicata hęc dicunī Accidētia, ſed propria: cùm alia ſint indefinita & cōmunia, quoad καθόλου ſubiectis nimirū propter ſingulares res dicunī ineſſe: ὅτι δὲ ἀνάγκης, οὐδ' ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. λέγεται δὲ καὶ ἄλλως συμβεβηκός, οἷον ὅσα ὑπάρχει καθ' αὑτὸ ἑκάστῳ, μὴ ἐν τῇ οὐσίᾳ ὄντα· οἷον τῷ τριγώνῳ, τὸ δύο ὀρθὰς ἔχειν. καὶ ταῦτα μὲν ἐνδέχεται ἀΐδια εἶναι, ἐκείνων δὲ οὐδέν. Ariſtoteles, cōmunis Accidētis exēplo, quo pacto Subiectū, reſpectu Accidētis, neq; ſit ὅπερ ἐκεῖνο, neq; ὅπερ ἐκεῖνό τι, declarat. Vt Homo, neq; ipſum eſt albū, neq; aliquid albi, ſed animal eſt. Nā Homo, ipſum eſt animal. Itaq; ſubiectum omne, reſpectu prędicati, aut eſt ſimpliciter ipſum, aut ipſum qd, aut eſt diuerſum. Idē eñ, & Diuerſum, omnē amplitudinē Entis diuidūt. Diuerſum aūt eſt, qd toto genere diſcrepat à Subiecto: à quo tamen

Metaphy. li. δ. in fine.

Accidēs & Materia, reſpectu eius in quo inſunt, non ſunt ἐκεῖνο quiddā, ſed ut Ariſtot. inquit, ἐκείνινον.

tamen (ſi propriè accidat) ſecretum non ſit, quum ſine eo definiri ſi propriũ ſit nequeat. Atqui omnino neceſſe eſt, ſi quid ſubſtantiam non ſignificat, ut ipſum de alio prædicetur, & ratione alterius, nempe ſubiecti & ſubſtantię, quid ſit intelligat. Deinde etiã fieri nequit, quin ſubiectũ diuerſum quoq; ſit, et toto genere diſcrepet à prędicato. Nihil enĩ eſt aut dicitur album, quod nõ diuerſum quid exiſtens, albo participet: quũ ſubiecta ut οὐσίαι ſimpliciter, prędicata autem ἐκ προσθέσεως definiantur: autore Ariſtotele in Metaphyſicis. Quamobrem ſecretæ à ſubiectis ſpecies, prædicata demonſtrationum nõ erunt: cum prędicata demonſtrabilia ſemper ſint aliquid in aliquo, & pręterea ſint, quæ prædicantur in demonſtrationibus propria. Ex quo euidens eſt, nullum idearum eſſe uſum, ſeu ſecretarum formarum: quas Plato fingit eſſe cauſam perpetuitatis rerum naſcentium, & in animis noſtris eas quaſi typũ ſcientię imprimere. Sed neutrum eſſe conſentaneum, paſſim Ariſtoteles probat in Metaphyſicis, quę cauſa breuitatis nolo commemorare. Nullam ſpeciem, ſeu ideam, cum alia quadam eſſentia cõcretam eſſe, Plato ſtatuit, ſed quamq; eſſe αὐτὸ ὄν, ſeu αὐτοέκαστον: de quo aliàs etiam dixiſſe memini. Valeant igitur (inquit Ariſtoteles) ſpecies illę: quum ratio earum aduerſetur Demonſtrationi & Scientiæ, & ad harmoniã complexionemq; Scientiæ conſtituendam, nihil momenti habeant: quum ſint tanquam præludia quædam, & inania τερετίσματα, quibus tinniunt nerui, non legitimo concentu, ſed quali ſono ſolent initiò tentari & uibrari nerui à Muſicis, ut experiantur, utrum ritè intenti aut remiſſi ſint, ad propoſiti carminis harmoniam edendam. Vocat autẽ τερετίσματα, quòd quemadmodum præludia, pro re nata ſolenne carmen præcedũt, nihilq; habent præmeditati: ſic Platonici, harmoniæ ſcientiarum quaſi præcinuerunt figmentum illud idearum, quo probare fruſtra ſunt conati neceſſitatem & perpetuitatem rerum, quoad comprehẽduntur Scientia: ſecretione nimirum hac, quæ nulla poteſt eſſe τῶν ἐπακτῶν εἰδῶν, cùm nulla ſit earũ, abſq; mente ſecretio. Aut etiam ſi eſſent ſpecies quædam extra mentem, à ſubiectis ſuis ſecretæ, ad inſtitutam tamẽ rationem Scientiæ nihil facerent: propterea quòd Demonſtrationes omnino ſunt earum formarum, quæ non ſeipſis, ſed in ſubiecto quodam propriè ineſſe intelliguntur, & quatenus nõ abſolutarũ, & quæ ſeipſis ſubſiſtant. Pręterea, cùm demõſtratio ſit cuiuſdam de quodam, cum ſubiecto reciproco: quod tamẽ ipſum non ſit definitio ſubiecti, ac præter definitionẽ, nihil aliud reciprocetur cum ſubiecto, quàm proprietas: quæ non eſt quicquam aliud, quàm ποιότης quædam propria ſubiecti: autore enĩ Ariſtotele, ἴδιον δ' ἐστὶν, ὃ μὴ δηλοῖ μὲν τὸ τί ἦν εἶναι, μόνῳ δ' ὑπάρχει καὶ ἀντικατηγορεῖται τοῦ πράγματος· οὐδεὶς γὰρ ἴδιον λέγει, τὸ ἐνδεχόμενον ἄλλῳ ὑπάρχειν. Quamobrem demonſtratio nulla erit, ſi prædicatum non fuerit ποιότης quædã ſubiecti propria: quæ nimirum eſt ſpecies in ſubiecto quodam, non ſecreta à ſubiecto. Nã niſi ſit hoc illius ποιότης, & aliud alterius, & ποιότητος etiam præterea ſit ποιότης propria quædam: fieri non poterit, ut prædicatum cum ſubiecto, prædicando reciprocetur eo modo, quo proprium ſolet cum ſubiecto, non quo finitio cum definito. Quando non per accidens prædicatum, cum ſubiecto reciprocum eſt, ἀντικατηγορεῖσθαι id hoc loco nominat Ariſtoteles: ut ſi prędicatum ſubiecto, quia ipſum, & non quia in alio quodam ineſt. quod per ſe, & nõ ſecundum accidẽs ineſſe, uocabulo κατηγορίας ſignificari, iam antea diximus. Sed omnino per ſe proprium dicitur de ſubiecto, & ſubiectum de proprio, ratione qua ſubiectum includitur in finitione proprij prædicati. Quãdo autem de alieno ſubiecto dictum, reciprocatur prędicatum, uiciſſim quidem unum,

de alio

Ideas nihil facere ad Scientiam acquirendam.

Quid ſit ἀντικατηγορεῖσθαι.

de alio uerè dicitur, ſed non prędicatur tamē, ſeu ἀντικατηγορῶται: propterea quòd unum (ut ſubiectum) alterius (ut prædicati) definitione, non contineatur. Aut quia per ſe prędicatum, de ſubiecto nō dicatur. Iſtud Ariſtoteles his intelligi uerbis uoluit: ἀλλ' ἀληθὲς μὲν ἀλλήλων ἐνδέχεται, ἀντικατηγορεῖσθαι δὲ ἀληθῶς οὐκ ἐνδέχεται. Verè (exempli gratia) de corpore Animato dicitur, quòd ſit aut ægrum: uerè etiam, quòd tamdiu nutriatur, quamdiu uiuat. Vtrunq; reciproce dicitur de ſubiecto illo: ſed neq; κατηγορία, neq; ἀντικατηγορία, in priore locum habet prædicato, quemadmodū in poſteriore. Nam Animatum, quia Animatum, non eſt ſubiectum per ſe ſani & ægri: ſed quia participat his accidentibus, quæ cauſa materiæ animati corporis, intendi poſſunt, uel remitti. Quocirca ſanum & ægrum, ſunt in animato: non quia ipſum, ſed quia particeps huiuſmodi (ut dictum eſt) accidentibus, quorum ſymmetria, animatū ſuas proprias exercet energias. Alterum uerò proprium Animato quia Animatum, et non quia aliud quiddam, ineſt: nec ſolum uiciſſim unum de alio uerè dicitur, ſed etiam prædicatur, id eſt per ſe dicitur. At non niſi unum, de uno prædicari uerè & propriè poteſt: cùm de quouis alio, ſecundum accidēs prædicetur: id eſt, uere quidem dicatur, ſed non uerè prędicetur: quod præcedente liquet exemplo. Itaq; propria, cùm ſint ποιότητες quędam πρώτων ἀλλήλων: & hoc ſit huius ſubiecti ποιότης, illud uerò ſit illius: & deinde, cum ſit ποιότητος etiam, ποιότης eſt (uerbi gratia) Animati corporis, ποιότης eſt morbus, rurſus morbi ποιότης, ſymptoma: non niſi in talibus propoſitionibus (quibus cōficiuntur demonſtrationes) reciprocatio prædicationis, ſeu ἀντικατηγορία locum habebit: cùm in his ſecundum accidens, nihil prędicetur, ſed de ſuis ſubiectis, quibus unicè & per ſe inſunt omnia. Triangulo propriè ineſt, ut ipſius externus angulus ſit æqualis duobus oppoſitis: non quia triangulus, ſed quia ποιότητος huius particeps eſt, qua externus ipſius angulus, diuiduus eſt παραλλήλῳ linea in duos angulos. Ita triangulo etiam proprietas hæc ineſt, qua dicitur eius angulus ad περιφέρειαν conſtitutus, ſemper eſſe rectus: propter hanc qualitatē determinantē ipſum, qua nimirū dicit̄ deſcribi ſuper diametro: qua ratione, ποιότητος ſubiecti ποιότητα quandam eſſe dicimus. Reliquum eſt, ut prædicata omnia, per ſe oſtendamus eſſe finita, ac ſubiecta prædicatorum etiam: quoniā his duntaxat demonſtrationes confici, conſtat inter omnes. Vnum genus per ſe prædicatorū eſt, quo ſubiectum eſt, ὅπερ τὶ ὄν, reſpectu prædicati. Alterum quo, reſpectu prædicati, ſubiectum eſt ἕτερόν τι ὄν: quæ ſubiecto generis eiuſdem cuius eſt prædicatum, eſſe nequeunt, ſed diuerſi. Si prędicentur ut οὐσίας, & ὅπερ ὄντα τι: differentiæ nimitum erunt, aut genera, quæ prædicantur. In his (ut antea eſt demonſtratum) cùm ſit poſtremū quid, de quo prædicetur quiddam, ipſum autem de nullo poſſit prædicari; & præterea primum quod prædicetur, de ipſo autē per ſe nihil poſſit prædicari: idcirco neq; ſurſum neq; deorſum pergendo, infinita poſſunt eſſe Media. Nam quod eſt, & actu intelligitur, id ſua finitione complecti infinita prædicata nequit. Vt (uerbi gratia) Animal dicitur de homine, & Homo de Callia, qui de nullo alio. Rurſus, corpus de Animali, & de corpore ſubſtantia, de ſubſtantia nihil aliud. Horum nihil eſt, Qualitas, ſed Quiditas, ſubiecti: quibus ſolis partibus, γνωστὸν quiddam ſit quęq; eſſentia, ſeu οὐσία, & non his, quę infinitè ei accidūt. Sed quamlibet huiuſmodi οὐσίαν, finitione poſſe cognoſci à nobis, perſpicuū eſt: quare finitam eam eſſe oportebit, cum infinita pertrāſiri nequeāt. Etenim οὐσίαι uel omnino intelliguntur, uel omnino non percipiuntur: totū enim ſunt quicquid ſunt, nec in his error locum habet, ut in compoſitis. At infinitū nullum, tò-

Predicari, eſt per ſe et abſolutè aliquid de alio dici, hoc loco.

οὐσία eſt, quæ ἁπλῶς finitur, et non ἐκ προσθέσεως.

Intelligi οὐσίαν, ponitur, quemadmodum etiam ponitur eſſe demonſtrabile quiddam.

lum, totum eſſe poteſt, quum ſuapte natura ſit ἀτελής: totum autem omne, perfectum ſit, & ob id finitum etiam. Democritus, Heraclitus, cùm reſpicerēt accidentia rerum, cenſuerunt ut infinitas, ita quoque ἀγνώστους eſſe rerum οὐσίας. At neceſſe eſt, ſi quod accidit, infinitū eſt: id nimirum cui accidit infinitū, ipſum eſſe finitum. At uerò accidentibus oppoſita eſt οὐσία, unum ſcilicet infinito, & νοητὸν τῷ μὴ νοητῷ: quū Priuatio non modò Forma, ſed etiam Subiecto ſit poſterior. Cæterùm non omnem οὐσίαν licet finitione comprehendere. Nam quę

Quòd aūt finitis definiamus, & demonſtremus, probandum eſt.

ſub ſenſum uenit, non finitur οὐσία: quum non ſimpliciter, ſed temporis duntaxat & loci gratia, pro ueris talia habeantur, quorum cauſa rebus etiam infinitas ineſt. Ergo eam quæ extra locum & tempus eſt, οὐσίαν, quæ nimirum ſenſibus ſubiecta non eſt, ſed tantum intelligitur, finitione comprehendi, hoc loco ait Ariſtoteles. Nam de qua poſſunt infinita prædicari (cuiuſmodi eſt ſenſibus ſubiecta ſpecies, & οὐσία) hanc definitione non cognoſci inquit. Nā quatenus talis, infinitorum prædicatorum eſt particeps: quum uni non ſimpliciter, ſed ad numerum, infinita accidant: uni uerò ſecundum ſpeciem, accidat nihil, quandoquidem ſit αὐτοέκαστον. Loquitur hoc loco Ariſtoteles, de utriuſque generis Eſſentia: & ea quæ mente percipitur, cauſa finitionis: & etiam hac, quæ uenit ſub ſenſum, obnoxia infinitati accidentium. τὴν μὲν γὰρ οὐσίαν ἅπασαν οὐκ ἔστιν ὁρίσασθαι τὴν τοιαύτην. τὰ δ' ἄπειρα οὐκ ἔστι διεξελθεῖν νοοῦντα, ὥστ' οὔτ' ἐπὶ τὸ κάτω, οὔτ' ἐπὶ τὸ ἄνω, ἄπειρα. ἐκείνην γοῦν οὐκ ἔστιν ὁρίσασθαι, ἧς τὰ ἄπειρα κατηγορεῖται. In

Metaphy. ζ. Quid σύνολον, & quid καθόλου ὄν.

Metaphyſicis, ſic diſtinguit haſce οὐσίας: ἐπεὶ δ' οὐσία, ἡ ἑτέρα, τό τε σύνολον, καὶ ὁ λόγος. λέγω δ' ὅτι ἡ μὲν οὕτως ἐστὶν οὐσία σὺν τῇ ὕλῃ συνειλημμένος ὁ λόγος· ἡ δ' ὁ λόγος, ὅλως. Deinde ſubijcit, αἰσθητὴν οὐσίαν nec finiri, nec demōſtrari poſſe: cùm quatenus αἰσθητὸν, aliter contingat ſe habere, nec eius perpetua poſſit eſſe notitia. Sed νοητὴν, & à ſenſilibus ſecretam, immutabilē eſſe, & ſempiternā: cuius etiā ſolius ſit ὁρισμὸς, aut ἀπόδειξις. Pertinent ad ὁρισμόν, quæ in Quid prędicantur. Eſſe aūt primū aliquid Quod, & poſtremū de Quo prædicetur quid in hoc genere, iam antea diximus. Differt aūt Singularis, ab ea quę καθόλου noſcitur, ſpecie: quòd de ſingulari poſſunt, quia ſingularis, infinita prædicari, ſed quoad eſt καθόλου, non niſi finita prædicantur: quę prędicata pertinent uel ad ὁρισμόν, ſi prædicentur in Quid: uel ad ἀπόδειξιν, ſi fuerint ποιότητες, quę reciprocè (ut diximus) prædicari ualeant: quod ipſum eſt, per ſe dici de aliquo, ſecūdo modo. In finitione itaque cùm ſit primum & ultimū actu, ex neceſſitate, media finita etiam erunt actu, genera & differentiæ ſcilicet: quibus nimirum actus definiti conſtituatur, qui eſt definitio. Nam ſi infinita ſint actu, nec primū erit, nec ultimum, quo res poſſit intelligi: quum peragrari actu nullum poſſit infinitum, ut iam antea fuit dictum. Dicamus iam nūc porrò de prædicatis alterius generis, nempe de his quæ propriè inſunt accidentib. & reciprocā habēt prędicationem: quoad unū ſcilicet, duntaxat de uno per ſe dicitur ſubiecto: quod ſubiectum non ſit, reſpectu prędicati, ὅπερ ὄν, ſeu ὅπερ ὄν τι, ſed ἕτερόν τι ὄν: quę quo pacto ſint intelligenda, ſuprà oſtēdimus. Quo poſito, neceſſe erit, ut aliorum, & non eiuſdem generis ſint prædicata: quæ per ſe prædicantur quidem, μὴ οὐσίαν ſubiecti ſignificantia. Sed quatenus diuerſa quidem ſunt genera, aut diuerſorum generum, reciprocas habere non poſſunt prædicationes. quod Ariſtoteles his expreſſit uerbis: ὡς μὲν δὴ γένη, ἀλλήλων οὐκ ἀντικατηγορηθήσονται. Alioqui enim, ſi prædicatum rationem habeat generis, ſubiectum erit ὅπερ αὐτό τι, reſpectu generis. Sed in hoc modo prædicandi, ſubiectū, reſpectu prędicati, intelligitur ἕτερόν τι ὄν: quare non ut quædam genera, mutuis prędicationib. reciproca erūt. Neque ſub ratione, qua unum alij ſimpliciter accidit: quę

Per Se

Per Se ut non prædicantur, ita neq; mutuas habent κατηγορίας. Ergo Accidentia hæ erunt, quę non per accidens prędicantur, nempe propria quędam ſubiectorum, diuerſi generis accidentia: quorum unumquodq;, non niſi de ſubiecto uno prædicatur. Breuiter interpretati ſumus Ariſtotelis ſententiã, quam ipſe mirabili uerborũ obſcuritate implicuit. Quid enim perplexius dici potuit, quàm hoc: οὐδὲ μὴν τοῦ ποιοῦ, ἢ τῶν ἄλλων οὐδὲν, ἂν μὴ κατὰ συμβεβηκὸς κατηγορηθῇ. πάντα γὰρ ταῦτα συμβέβηκε, καὶ κατὰ τῶν οὐσιῶν κατηγορεῖται. Appellat οὐσίας abſoluta ſubiecta, ut ſunt Phyſica & Mathematicã, de quibus accidentia propria efferunt: reliquis quę ſunt nimirum diſtincta generibus, & à ſubiecto diuerſa. Propria ergo reuocari ad quoddam genus accidentis poſſunt, & omnino aut generis erunt qualitatis, aut relationis, aut actionis, aut paſſionis, aut alterius cuiuſdam. Nam omne, cuius reſpectu prędicati ſubiectum dicitur ἕτερόν τι ὄν, ad genus quoddam pertinebit accidentis: ſiue per ἀντικατηγορίαν reciprocũ ſit prædicatum, ſiue non ſit reciprocũ. Quid ἀντικατηγορία ſit, iam antea diximus. Propria certè, quum ſint Accidentia quædam, ſpecies erunt quædam generum accidentium: quę genera, ut pluribus ſpeciebus, & quatenus quadrãt, ita propter communitatem, propria eorum ſubiectorum eſſe non poſſunt. Vt æqualitas, qua tres anguli trianguli ſunt æquales duobus rectis, ſpecies eſt æqualitatis, quæ eſt ſpecies Relationis: non autem ut ſpecies propriè de ſuo dicitur ſubiecto, ita quoq; genus ipſius dicetur propriè: quod genus ut ſpeciebus propriorum multis cõmune eſt, ita ſubiectis etiã uarijs diſtinguitur eius ratio: cùm genus ſcilicet ipſum aut nihil ſit (autore Ariſtotele) ſeipſo reuera non exiſtens, aut poſterius ſpecie eſſe intelligatur. Propriũ itaq; omne, cum ſubiecto ſuo inferius ſit finitum & limitatũ, & ſuperius etiã genere ſuo quodam coerceatur, fieri non poteſt, ut infinitis Medijs ſit demõſtrabile: propterea quòd cuius ſunt infinita media, actu exiſtẽtia, eius extrema nulla eſſe poſſunt: ut iam antea, & ſæpe quidem dictum à nobis fuit. Proinde non ut genera, propriè non prædicantur de ſubiectis, ita nec ſpecies illorum generũ, propriè per ἀντικατηγορίαν prædicari poſſunt. Id Ariſtoteles his licet perobſcuris uerbis, uoluit intelligi: ὡς μὲν δὴ γένη, ἀλλήλων οὐκ ἀντικατηγορηθήσεται: ꝓpter eã cauſam paulo antè expoſitam. Prædicabuntur ergo propria ut accidentia, ſed ut ea, quæ non per accidens dicuntur de ſubiecto. Horum enim uerborum quæ deinceps ſequuntur, is eſt ſenſus: οὐδὲ μὴν τοῦ ποιοῦ, οὐδὲ τῶν ἄλλων οὐδὲν, ἂν μὴ κατὰ συμβεβηκὸς κατηγορηθῇ: ſubijci debet præcedens uerbum, οὐκ ἀντικατηγορήσεται: alioqui ſenſus non eſt integer. Non (inquit) quæ ſunt generis qualitatis, aut quorumuis aliorum generum ullum eſt, quod non reciprocè de ſubiecto dicatur, ſi non de ipſo prædicetur ſecundum accidens. Genera per accidẽs prædicari oſtendimus, quoniã non reciprocantur cum ſubiectis, cum quib. reciprocæ ſunt propriorũ ſpecies. De his ergo proprijs atq; reciprocis, deinceps ſcribit, quòd accidant (nempe per ſe) & quòd de ſubiectis eſſentijs (quas ipſe nominat οὐσίας, cùm non ſint in alio quodam) prædicentur. Prædicari autem nihil aliud eſt, quàm per ſe de ſubiecto dici: ut ſuprà ἐνυποκείμενον. Poſtea oſtendit, ut propria hæc accidentia ſuis limitentur ſubiectis, ita quoque intra metas ſuorũ generũ ipſa coerceri. Quamobrẽ progrediẽdo ad ſuperiora, finẽ occurrere quoq;, nec infinitè prædicari ait de ſpecie hac reciproca, propter ipſius genus ſupremũ, quo coercet̃. ἑκάστου γὰρ κατηγορεῖται ὃ ἂν σημαίνῃ, ἢ ποιόν τι, ἢ ποσόν τι, ἢ τῶν τοιούτων, ἢ τὰ ἐν τῇ οὐσίᾳ. ταῦτα δὲ πεπέρανται. id eſt: De qualibet ſpecie propria ſubiecti, nempe περὶ ἑκάστου ὅσα ἀντικατηγορούμενα, prædicat̃ genus quoddam, quod ſignificat quale quid, aut quantũ quid, uel taliũ quid,

uel quæ ſunt in eſſentia prędicati. Senſus eſt horum uerborum: De prędicatis his proprijs, cum finiantur ἐκ προσθέσεως, tanquam de ſpeciebus prædicantur ſuperiora quædam genera, quæ ſunt pars οὐσίας prædicatorũ illorum propriorum, non autem ſunt αὐτὸ ὄν proprium, ſed ὄν τι. Nam (ut alias monuimus) ὅλος, αὐτὸ ὄν, ſed ratione generis, quidpiam ἕτερόν τι ὄν, dici ſolet. Sed pergentibus ſic in huiuſmodi prædicatis propriorum, ſuprema quædam occurrunt genera. Nec eſt quòd dicat quiſpiam, hæc ipſa ſuprema genera eſſe infinita, quũ ſint decem duntaxat nota illa: ut Quantitas, Qualitas, Ad aliquid, Actio, Paſſio, Vbi, Quando, & reliqua. De cæterò autem, poſitum id iam antea fuit, unũ non niſi de uno prędicari in hoc genere. Deinde in altero genere nõ reciproco, nihil prædicari, quod non in Quid prædicetur. Quicquid enim extra hæc duo genera prędicatur, accidens eſt: quod per accidens prædicetur, & nõ per ſe, de ſubiecto. Ergo & de ſubiecti, & de prædicati ſpecie, ea quæ ad οὐσίαν earum pertinent, prædicari in Quid oportet. Deinde, quicquid extra οὐσίαν eſt ſubiecti, id neceſſe eſt ut accidat. Omnia uerò quæ accidunt, aut per ſe ſubiectis inſunt (modus eſt is ſecundus eorum, quæ Per Se dicũtur) aut oppoſito inſunt eis modo. Illa omnia de ſubiecto quodam, ex neceſſitate prædicari dicimus: aut καθόλου ſubiecto ſcilicet, aut ſingulari, & ſenſili. Deinde, quod accidat, non eſſe quiddam alteri ſubiectum. Pro ſubiecto tale nihil habẽdum cenſemus, quod ipſum alterius ratione eſſe dicitˀ aliquid, et nõ ſeipſo: aliud quiddam eſt, quod nimirum cauſa prædicati dicitur eſſe. Nam ſubiectum omne, reſpectu prædicati quod ei accidit propriè, non αὐτὸ ὄν τι, ſed ἕτερον ὄν τι, dici conſueuit. Si propter aliud, & nõ ſeipſo, ἕτερόν τι ὂν λέγεται, ὃ λέγεται: iam, nõ per ſe, ſed aut nõ eſſe, aut per accidẽs eius ſubiectũ eſſe, cẽſendũ eſt. Ergo ſubijcitˀ uerè, quod ipſum in alio nõ ineſt, ſed aliud in ipſo. Quapropter ea ex quibus aggregatˀ ὅλος ꝓprij prædicati, ſingula de ſingulis diuerſis ſubiectis, prædicabuntˀ propria ſcilicet prædicata, quandoquidẽ unũ dũtaxat unius ſit propriũ prædicatũ: ut tres habere ęquos duob. rectis, ſoli triangulo, & uni, per ſe ineſt. Deinde ſunt alia propria aliorũ ſubiectorũ, quibus agregatis propriũ illud, tanquã totum ex partibus conflatˀ. Prima eſt partis proprietas, quæ ineſt externo trianguli angulo, quoad demõſtratˀ æqualis duob. oppoſitis angulis eſſe: quia uidelicet linea diuidens externũ angulũ, ſit παράλληλος lineæ, cui oppoſiti anguli adſcribantˀ. Quapropter hæc etiã proprietas, una unius erit ſubiecti. Secũda eſt, qua dicuntˀ tres interni anguli ęquales eſſe duobus, externo & interno angulis. Aliud hîc etiã ponitˀ ſubiectũ, & alia proprietas, quæ una ſit unicè in hoc ſubiecto: ratione qua conſtat quantis æqualibus, ſi addantur æqualia, compoſita etiam fore æqualia. Tertia eſt, qua proprium oſtenditur eſſe externo & interno angulis, ut ſint æquales duob. rectis: cuius proprietatis etiã ſua ratio peculiaris eſt, nulli alij quàm huic ſubiecto & prędicato congruens. Tot ſubiectis & prædicatis, colligitur demonſtratio: quibus nimirũ demonſtretur, utpote pertinentibus ad triangulum, ipſi propriè ineſſe, ut eius tres anguli ſint æquales duobus rectis angulis. Non compoſitæ proprietates, inductione ſuis ſubiectis ineſſe intelliguntˀ, quibus formãtur axiomata. Compoſitæ colliguntur demonſtrationibus, quarum ſingulis partibus ſingulæ inſunt proprietates: quibus conflatur ratio totius proprietatis, quamobrẽ ſcilicet talium partium cauſa toti inſit ſubiecto. Subijciã Phyſicum quoq; exemplum, quo intelligàtur, partes quibus ratio proprij ſit conflata, in diuerſis partibus eſſe ſubiecti, pertinẽtib. ad cõſtituẽdũ totũ ſubiectũ. Propriè dicitur de Hemitritæo, ꝙ ſit febris continua, habens quaſdã ἐπαναλήψεις quorundam paroxyſmorum,

Quid ἁπλῶς prædicetur.

Definitio ſubiecti ἁπλῶς.

roxyſmorum, alternis diebus. Cõpoſita eſt febris Hemitritæus, ex quotidiana continua, & tertiana intermittente. Symptoma ergo cõtinuationis febris, eſt in ſanguine, quoad eius pituita putreſcens intra uenas, nullam nouæ acceſſionis facit notabilem ἐπισημασίαν. Sed acceſſionum & ἐπαναλήψεων ſubiectũ eſt, ſanguis bilioſus, quoad natura excrementum bilioſum extra uenas pellẽs, ἐπισημασίαν quandam acceſſionis notabilem facit. Deinde cauſa generis, eſt febris etiam in ſuo ſubiecto peculiari: nempe in ambobus humoribus, putreſcendo contra naturam calefactis, & ſimul cor ipſum, & cum corde uniuerſum corpus inflammantibus. Tot ſubiecta ſunt, tot cauſæ, tot ſubiectorũ propria, quibus tota ſpecies Hemitritæi πάθος cõflatur. His exemplis euidens eſt, aliud de alio ſic prædicari, ut tantum unum de uno prædicetur: quum uidelicet ſubiectum primum nulli alij inſit, prædicatum autem, non niſi huic uni ſubiecto ineſſe queat. Ex quo par eſt intelligi, neq; ſubiectum alij per ſe, ſecundo modo, neq; aliud prædicato (cùm non poſſit ſubijci) per ſe, quidpiam ineſſe: finitamq; & ſubiectionem, & prædicationem eſſe partium, quibus conflatur demonſtratio ex alijs compoſita. Quod perſpicuè nos diximus, id Ariſtoteles perobſcurè his intelligi uerbis uoluit: καὶ ἄλλ' ἄττα καθ' ἑτέρου, οὔτ' εἰς τὸ ἄνω ἄρα, ἓν καθ' ἑνός, οὔτ' εἰς τὸ κάτω ὑπάρχειν λεχθήσεται. id eſt: Et quæcunq; alia prædicantur de ſubiecto, ut alio quodam, & non, ut ὅπερ τι ὄντα, unum duntaxat de uno dicetur: neq; de alio ſubiectũ, neq; aliud de prædicato, hoc modo dici poterit: quod eſt, οὔτ' εἰς τὸ ἄνω ἄρα, ἓν καθ' ἑνός, οὔτ' εἰς τὸ κάτω ὑπάρχειν λεχθήσεται. Deinde ſubiecta illa, pertinentia ad totum ſubiectum demonſtrationis, cõplura, nõ ſunt infinita: quoniam partibus ſubijciuntur eius εἴδους, quod demonſtratur. Demonſtrabile enim omne εἶδος, conſtat finitis partibus, quũ intelligatur: quod autem explicationem infinitarum partium requirat, neq; eſſe εἶδος, neq; omnino intelligi poſſit. Quamobrem ſi propria συμβεβηκότα (quæ ſunt in definitione & οὐσίᾳ, ἑκάστου εἴδους ἀποδεικτοῦ) ſunt numero finita, quum unum prędicetur, quoduis de uno, ex neceſſitate, ſubiecta quoq; finita erunt: quorum cauſa, proprietas demonſtrabilis in uno etiam quopiam ſubiecto compoſito eſſe demõſtratur. Quod dicimus, his intelligi uerbis Ariſtoteles uoluit: καθ' ὧν μὲν γὰρ λέγεται τὰ συμβεβηκότα, ὅσα ἐν τῇ οὐσίᾳ ἑκάστου. id eſt: De quibus ſubiectis dicuntur accidentia (nempe propria) quæcunq; ſunt in eſſentia, ſeu finitione cuiuſq;. ſubijci debet, εἴδους ἀποδεικτοῦ. Poſtea ſequitur: ταῦτα δὲ οὐκ ἄπειρα. id eſt: accidentia hæc, quibus conflatur εἶδος ἀποδεικτὸν illud, nõ ſunt numero infinita. Quare nec ſubiecta infinita erunt. Liquet hoc ipſum argumento, quoad unum de uno prædicatur, neq; prędicatum, neq; ſubiectũ, infinitis conſtare partibus. Deinde cum ſpecies quædam ſit ſubiectum, cui propriè quidpiam ineſſe oſtenditur, & prædicatum item quod ineſt: quæ de ipſis, ut ſpeciebus, prædicantur, & earum finitiones conſtituunt, ita ſunt comparata, ut in his aliquid ſit, quod primum prædicetur, cauſa ordinis: de quo deinde aliud, ut pergendo ſurſum, conſiſtatur in quodam tandem ſupremo, quod neque de priore quodã poſſit prædicari, neq; de ipſo prius aliquid dici per ſe queat. Finitio quædã ſubiecti eſt de quo, & prædicati, quod demõſtrat̃. ut triãguli in circulo cõſtituti ad peripheriam, angulus cõſtitutus, ex neceſſitate eſt rectus, nõ quia de triãgulo prędicat̃, ꝙ ſit inſcriptus circulo, ſed quia inſcriptus circulo, eius diametrum pro baſi habet: quod ſupremũ eſt prędicatũ limitationis εἴδους ſubiecti, quod de priore alio non dicitur, quàm triangulo inſcripto in circulum, & de ipſo nihil aliud prius, quod conſtituat iſtius ſubiecti εἴδους οὐσίαν, cuius hæc ſit proprietas. Deinde prædicãtur etiam ordine, partes prædicati proprij, prior ſemper de poſteriore, uſq; dum peruentum ſit ad

poſtremam partem, quæ totum complet εἶδος proprietatis: qui ordo perſpicuus eſt in demonſtrationum ἀναλύσει ut opus non ſit exemplis, ordinem illum prædicatorum declarātibus utriuſq; ὅλως. Quare nec ab illa parte quicquam eſt infinitum in demonſtrationibus, quibus nimirum partibus, eſſentiam contingit ſubiecti & prædicati comprehendi, ſupremo prædicato cū ſubiectis conſtituente ſpeciem. Præcedunt enim communiora, quæ ut ſimpliciora, ita quoq; ſunt notiora in demonſtrationibus. Nam ſine præcedentis adminiculo, poſterius non noſcitur. Et primum eſt quoddam prædicatum, quod de prima parte ſubiecti: & ſecundum, quod de ſecunda: & poſtremum, conſtituens tandem ſpeciem prædicati, quod de poſtremo, id eſt, de ſpecie ſubiecti prædicetur, de quo demonſtrandum aliquid proponitur. Quoniam ergo cauſa ordinis in Demonſtrationibus, peruenitur ad primum quoddam, quod alij cuidam primò inſit, ipſi autem prius aliud non inſit: infinitè ſcilicet, uerſus ſuperius, non progredietur demonſtratio. Atque is unus eſt modus, quo Demonſtratio oſtenditur non eſſe infinita: ratione nimirum ordinis eorum, de quibus primò aliquid, & eorum quæ primò prædicantur. Alter præterea modus eſt, finitatem hanc probandi, logicus, & ex communiter conceſſis atq; notis, quæ ſolent haberi de Demonſtrationibus, concluſus. Conſtat inter omnes, demonſtrabilium prædicatorum, cauſa demonſtrationis, priora alia quædam præcedere: quorum ratione, ἀποδεικτὸν illud, ſubiecto ineſſe intelligatur πάθος. Proinde quorum eſt demonſtratio, nō melius animo ſumus affecti, ut ijs fidem, tanquam ueris habeamus, quàm dum illorum ſumus ſciētes. Scire porrò illa nobis non licet, ſine demonſtratione. At Demōſtratio eſt qua cognoſcitur quidpiam per alia nobis notiora. Quòd ſi ea per quæ noſcitē quidpiam, neq; ſciētia quadam percepta nobis ſint, nec melius ijs credendis animo ſimus affecti, quam ſi ſciremus, & demōſtratione quadam nota eſſent: neceſſe erit, ut ne illud quidem nos ſcire fateamur, cui probando ignotiſſima hæc adhibentur: quæ tamen non modò notiora, ſed quæ ignoti etiam prius nobis, ſcientiam & fidem pārere in nobis debebunt. Quamobrem ſi uerū eſt quod dicitur, nos ſcire ſimpliciter & abſolutè quidpiam, cauſa demonſtrationis: & non, quando ex quibuſdam tantum, & ex hypotheſi, ſed ex omnibus, pertinentibus ad Scientiam, demonſtretur quidpiam: omnia ſcilicet illa quæ erunt in medio, non erunt infinita, quibus perfectè ſit aliquid demonſtrabile. Nam ſi prædicatorum nullus fuerit in medio finis, ac ſemper ſit eius quod acceptum fuerit, prædicati, aliud prædicatum: nullum ſcilicet erit, quod non ipſum medio quodam poſſit demonſtrari, quod in medio, demonſtrandi cauſa adhibetur. Quamobrem poſtremum quoddam erit, de quo primò ἀποδεικτὸν illud πάθος prædicetur. Alioqui ſi media ſint infinita, & infinita peragrare non liceat: ea nimirum quorum conceditur eſſe Demōſtratio, haud ſciemus per Demonſtrationem. Quòd ſi etiam animo non melius ſimus affecti, quàm ſi ſciētia quadam hæc nobis explorata eſſent infinita μεταξύ: fatendum nobis erit, nos ſimpliciter abſq; principijs, demonſtratione ſcituros nihil, ſed duntaxat ex hypotheſi: quod pugnat cum his, quę uulgo ſunt de ſciētia γνώριμα, quū ſciri & demonſtrari perfectè quidpiam dicitē. Ad quę porrò melius ſimus affecti animo, quàm ſi demonſtratione noſcerentur, aliàs oſtendimus, ea eſſe per ſe nota principia, & omnia ἄμεσα: quibus tū repetitis, in præſentia nihil eſt opus. Hactenus infinita non eſſe media, quibus monſtretur quidpiam, Logicis quibuſdam, & communibus argumentis, fidem fecimus. Reſtat ut proprijs etiam idipſum, & Analyticis rationibus probemus quibuſdā. Non multis itaq;

Logica argumenta, quibus finita omnis Demonſtratio eſſe oſtēditur.

tis itaque ambagibus, Analyticè demonſtrabimus (nempe argumentis, quæ proximè rem propoſitam attingant) quòd neque pergendo ab inferioribus ad ſuperiora prędicata, per infinita ſit eundum: neq; ſi à ſupremo incipientes, perrexerimus deorſum, uerſus ſubiectũ, prædicari poſſint infinita in ſcientijs & diſciplinis, quibus concluſorum adhibentur demonſtrationes, quarũ nos in præſentia uim & naturam contemplamur. Duntaxat Demonſtrationem eorum eſſe, quæ Per Se prædicentur, ab initio diximus. Deinde perſpicuum etiam eſt, & liquet, duos eſſe modos, quibus prædicetur aliquid Per Se de rebus: quoad in eſſentia earum talia nimirum prædicata aut ſubiecta inſunt. Primùm ſunt illa, quæ prædicantur de ſubiecto in Quid. Deinde quæ in definitione inſunt prædicati: quod cùm inſit ſubiecto cuidam ut proprium accidẽs, uiciſſim ei ſubiectum, ut pars eſſentiæ, & in Quid, ineſſe eius definitioni conſueuit. Duo ſunt hi modi, quibus prædicari neceſſe eſt omnia: quorum uſus eſt in demonſtratione. Nam quæ ſic prædicantur, aut ſubiecti, aut prædicati, ſunt partes eſſentiæ. At prædicatum non modò ipſum, ſed quæ deinceps etiã per ſe de prædicato dicuntur, primum illud ſubiectum ſuæ finitioni habẽt implicitum. Quoad enim ſurſum uerſus procedunt prædicata, ſuperius in ſua finitione includit inferius, & inferioris quoq; ſubiectum. Contexitur enim demonſtratio proprij πάθος, ex multis partibus, quæ propriè & ordine prius accidant aut poſterius ſubiecto eius πάθος: quibus etiam extra demonſtrationẽ, πάθος alioqui poſſit finiri. Vt: Trianguli conſiſtentis ſuper diametro circuli, angulum ad περιφέρειαν eſſe rectum, his monſtratur, quæ propria ſunt: partim trianguli, partim finitionis circuli parte quadam probantur. Nam communia etiam pronunciata, ad rationem propoſiti demõſtrationis ſubiecti aſtringuntur: ne quid ſcilicet in communib. implicetur alieni. Ita demonſtramus rationem ſymptomatum, ex cognitis morbis: & morbos, ex natura ſubiectarũ partium, quib. morbi inſunt. Ariſtoteles, exempli cauſa, ad oſtendendos duos illos Per Se modos, pro ſubiecto ponit genus, & deinde differẽtiam, tanquam proprium. Nam ut ſine proprio ſubiectum, ſed proprium nõ ſine ſubiecto finitur & noſcitur: ita genus ſine differentia, ſed differentia non ſine genere poteſt eſſe: quum uidelicet differentia ſit qualitas generis propria, quemadmodum proprium, qualitas propria eſt ſubiectæ ſpeciei. Et ut differentia συνεπιφέρει τὸ γένος, ita proprium συνεπιφέρει ſubiectum εἶδος, de quo mõſtratur, aut cui ſine Demonſtratione intelligitur ineſſe. Ariſtoteles pro ſubiecto, Numerum ponit, cui per ſe modo ſecundo ineſt, Impar: propterea quòd in finitione Imparis, includatur numerus: quoniam (ut Ariſtoteles ait in Topicis) ἡ διαφορὰ συνεπιφέρει τὸ γένος. Deinde in finitione Numeri (per ſe, primo modo) includuntur Multitudo ſeu Quantitas: quoniam hæc ut genus, prædicantur de Numero. Neutrius generis prædicatorum, infinitam contingit eſſe ſeriem, neq; eorum quæ prædicantur in Quid de ſubiecto, neq; eorum quæ ut qualitas quædam per ſe inſunt ſubiecto, quatenus ſcilicet ſubiectum in ipſarũ includitur finitionibus: quales qualitates, diximus eſſe differẽtiam & propriũ: illam generis, hanc uerò εἴδους cuiuſdam ſubiecti: quarũq; illa, prior eſt ſpecie ſubiecti: hæc, poſterior. Hæc ſola, atq; his ſolis prædicatis res finiuntur: reliqua omnia, ſunt infinita prædicata: quæ de rebus ſcilicet non propter ſpeciẽ & οὐσίαν, ſed propter materiam (quæ eſt mater & nutricula συμβεβηκότων) de rebus prædicantur. At uerò ſpecies materiatæ, quæ nimirum καθόλου non ſunt, nec finitione comprehenduntur, non modò ſunt concretorum, nempe mobilium & Phyſicorum, ſed etiam ſecretorum & Mathematicorũ καθέκαστα: quæ

Ariſtot. lib. Δ Metaphy. in cap. περὶ ποιότητος, proprium & differentiam cõparat inter ſe. Et primã ποιότητα, dicit eſſe differentiã: alterã, propriũ.

x 3 poſſunt

poſſunt eſſe innumerabilia, ut accidentia quoq; ſunt innumera. Innumerabiles ſunt differentiæ Numerorum, & Figurarum, & Quantitatis: quæ ipſis, ut accidentia, propter materiam inſunt: & ſpecie (ut καθέκαστα dicuntur eſſe ſpecies quædam) non καθόλου ratione, ſed ſingulari, quæ propter materiam rebus accidit, differunt inter ſe: ut Callias à Socrate, quum alter albus aut claudus exiſtit, diſcrepat. Aut unum ſunt etiam, ſecundum accidens, ſi ambo ſint albi, aut ambo claudicēt. Infinitę ſunt figurarū differētię, quibus καθόλου ſpecies nō cōſtituunt, ſed καθέκαστα quędā, de quib. καθόλου ſpecies poſſint prędicari. Curua linea in ſpecies quaſdā diuidit, quales ſunt illę conicarū ſectionū, & ἑλικοειδεῖς: quarū ut finitiones ſunt, ita quoq; ꝓprietates quędā. Deinde ſunt innumerę inflexę lineæ, quarū neq; finitio, neq; ꝓpria quędā ſunt, ſed lineę accidunt propter materiā ſuā, qua eſt capax infinitę uarietatis: hāc Mathematicā appellare ſolemus. Innumeræ πολυγωνίων uarietates, ſpecies quædā καθόλου nō ſunt, ſed καθέκαστα eius ſpeciei: quæ definit, πολυγώνιον σχῆμα, nō diuiduū in ἰσοπλεύρους triangulos. His nihil ꝓpriè ineſt, niſi quod propter καθόλου ſpeciē ijs ineſſe probatur. Infinita ſunt hæc numero: quare Numerus quoq; ipſe, infinitus eſt: quoad eius καθέκαστα ſunt infinita, propter aggregationem unitatum, quæ eſt materia numerorum. Species autem, finitæ ſunt numero: quæ nimirum differentijs additis generi, conſtituuntur. Eas definiunt Arithmetici: quū uidelicet ſint ſubiecta Demōſtrationum, quibus etiam certas proprietates ineſſe oſtendunt. Species autem Numerorum, ad quas reuocari ut καθέκαστα, omnes numeri poſſunt, apud Arithmeticos ſunt: Par, Impar: Pariter par, Pariter im-
7 par: Impariter impar, Impariter par. Deinde communia propria, ſunt: Primū eſſe, Compoſitum, & ποσάκις eſſe ποσόν. De limitationibus Geometricis (quę numero accidunt) in præſentia nihil dico: ut (uerbi gratia) ſi dicantur ὅμοιοι ἐπίπεδοι, aut στερεοί. Quæ ſpeciebus ſubijciuntur καθέκαστα, non differūt ſpecie, ſed multitudine tātum, et paucitate: ut Binarius, minimus eſt, pariter par. Non eſſentiæ ſpecie, ab eo differt quaternarius, ſed quantitate, & innumeri alij ſubſequentes. Sed dixerit forſan quiſpiam, non uideri conſentaneū, hoſce non differe inter ſe numeros, ſpecie: cùm liquido conſtet, aliam eſſe ſpeciē binarij, aliam quaternarij, aliam reliquorum pariter parium. Reſpondemus, horum numerorum aliam ſpeciem eſſe καθόλου, qua nimirum ratione ſubijciātur ſcientiæ Arithmeticæ: & aliam, qua differunt inter ſe, ut καθέκαστα: quæ ſpecies ſunt, materiæ Arithmeticæ cauſa innumerabiles, nec ſub contemplationem ueniunt Mathematicam: quales ſunt ſinguli numeri (quoad ſunt καθόλου eiuſdem ſpeciei) innumeri. Sunt etiam Geometrarum paucæ ſpecies, quarum ipſi contemplantur propria ſimplicium, & plurium, finitarum tamen cōpoſitarum: ut triangulorum, quadratorum, circulorum, & horum compoſitorum. Innumeræ uarietates πολυγωνίων, quarum ſi quæ ratio eſt demonſtrabilis, pendet ex triangulis, in quos polygonia poſſunt diuidi. Infinita autem diuiſio, cum numero angulorum creſcit (quę cauſa materiæ Geometricæ figuris identidem accidit infinitas) quoad nimirum multis triangulis non æquilateris, diuidua eſt ſuperficies multorum angulorum. Infinitorum autem, quatenus infinita, neq; ratio, neq; ſcientia eſſe poteſt. Sed multorum, & eorundem finitorum, & eorūdem participantium etiam uno quodam uel ſubiecto, uel genere, demonſtratio exiſtit, & definitio. Per ſe enim Secundo modo & ſubiecta, & genera ſunt in finitionibus prædicatorum, uel propriorum, uel differentiarū. Deinde quæ prædicantur per ſe (Primo modo) de eſſentia ſubiecti, finita numero & illa ſunt: quandoquidem finitio omnis ſit finita, et finitarum

terum,

rerum,nec ſit quicquam,quod infinitũ exiſtens,poſſit finiri & intelligi. Proinde ſi quicquam eſt,quod ſciri poſſit finitione aut demonſtratione,id ipſum multitudine non infinitum erit etiam,ſed finitum.Etenim de uno, ſi prædicatur per accidens,cauſa materię,infinita (uni enim,quoad eſt ſingulare,& extra intelligentiam mẽtis,infinita (inquit Ariſtoteles in Phyſicis) poſſunt accidere :) neceſſe erit,ut quæ cauſa ἄλλως prædicantur, ſint finita omnia : cuiuſmodi ſunt omnia, quæ non ſecundum accidens , ſed per ſe prædicantur de uno.Quo in genere prædicatorum,aut ipſa ſubiectorum finitionib. inſunt prędicata,aut ſubiecta (ut diximus) inſunt definitionibus prædicatorum:quod ipſum nihil aliud eſt , quàm uel multa includi in definitione unius , uel unum in definitione multorum comprehendi:utrobiq; infinitate excluſa,quæ pertinet ad res,quoad ſunt extra complexum mentis. His conſtitutis, & quaſi delibatis rationibus, analyticas rationes Ariſtotelis iam nunc explanare aggrediemur deinceps:ſatis quidem difficiles & obſcuras,ſed tamen quæ ἀναλυτικῇ μεθόδῳ magnam afferant lucem,ſi ritè intelligantur,et explicentur.Infinita ſerie unum de alio per ſe,modo ſecundo non prędicari,tali argumento oſtendit Ariſtoteles · Nam ſi prædicentur, inquit, cùm prædicatis omnibus unum illud,et primum ſubiectum inſit:neceſſe erit,ut per ſe uni inſint infinita:quod iam antea diximus analytico principio aduerſari. Quo liquet, per ſe accidentia , hoc unicè differre ab his quæ inſunt ſecundum accidens : quòd hæc uni poſſunt infinita accidere, illa uerò finita numero,accidunt uni:illa ſcientiam effugiunt,hęc uerò comprehendi poſſunt ſcientia:quæ prima eſt rerum, quoad ueniunt ſub notitiam,diſtinctio. Ariſtoteles,infinitas non eſſe differẽtias numeri,tanquam generis,quibus conſtituatur ſpecies numerorum, ratione paulo antè commemorata oſtendit.Cæterùm differentias, reſpectu generis, tam non innumerabiles aggregari, ad cõſtruendas ſpecies infinitas exiſtimandum, quàm proprietates, reſpectu ſubiectorum , quibus proprietatibus innumeris,unũ quid ſit ſubiectum: eadem nimirum & ſimili ratione,qua uni ut καθόλου poſſunt , Per Se infinita accidere . Ergo ſi fuerit infinita ſeries ꝓpriè prædicatorum , ut impar per ſe ineſt Numero , ita impari numero aliud quid propriè inerit, & huic rurſum alia quędam differẽtia : quibus omnibus ſic inſunt differentiæ, ut uiciſſim in finitionibus eorum quæ inſunt,includantur ea ſubiecta quibus inſunt. In omnibus autem,neceſſe eſt includi primum,ut Numerum,in definitionibus eorum,quæ propriè ei ut generi inſunt: cùm primũ ſit omnium differentiarum,& generum inferiorum atq; ſpecierum fundamẽtum,& commune.His poſitis,concludit Ariſtoteles: εἰ δὴ ἐν μὴ ἐνδέχεται ἄπειρα τοιαῦτα ὑπάρχειν τῷ ἑνί, οὐδ' ἐπὶ τὸ ἄνω ἔσται ἄπειρα. Talia,inquit,prædicata cùm non poſſint infinita eſſe,nempe quę prædicantur Per Se. Nam quæ prædicãtur ſecundum accidens,poſſunt eſſe infinita,ut dictum eſt. Quare pergendo per prædicata (quæ ipſe , ἄνω ὄντα nominat) peruenietur tandem ad extrema,numero finita.Et cùm omnia, uni cuidam primo inſint, ut Numero, & in horum finitionibus uiciſſim Numerus includatur: unum ſcilicet illud cum uniuerſis,multis & finitis, reciprocum erit, nõ cum ſingulis:nec uniuerſa multa illa latius ſe proferunt,quàm unum illud: cùm infinita,æquari nulli poſſint uni,ſed perpetuò penes infinitatem ſit exuperantia. Diximus de his,quæ per ſe accidunt,& oſtendimus,non poſſe eſſe talia infinita.Dicamus porrò etiam de his, quibus eſſentia ſubiecti conſtituitur,prædicatis, & in Quid prædicari de ſubiecto ſolẽt:quæ niſi finita numero ſunt,finiri prorſus nihil poterit.Quoniam ſubiecta ſimpliciter finiuntur, non ut propria accidentia , ἐκ προσθέσεως,

 & admini-

& adminiculo ſubiecti alicuius, quid ſint intelliguntur. Quòd ſi ſunt finitiones illæ, & principia, quemadmodum certè ſunt, & conceduntur eſſe, in Demonſtrationibus, infinita prædicata nequaquam erunt: ſed quæcunque Per Se erunt, ea omnia de his ſubiectis dici poterũt: quæ cùm infinita non ſint, in his quæ prędicantur, peruenietur ſcilicet ad quendam ſtatum, & ſupremũ quoddam ſubiecti prædicatũ. Quamobrem peruenietur etiam ad poſtremũ quoddam ſubiectum, quibus finitis duobus terminis, etiam quæ in medio ſunt, finita erunt, inter primum collocata prædicatum, & ultimum ſubiectum. Duo ſunt ὅροι in demõſtrationibus, principia nimirũ, quib. per ſe notis eſt opus: ut finitio, ſubiecti, & finitio ὀνοματώδης, prædicati: quibus cùm finiantur extrema, media quoque finita eſſe oportet, quibus conficitur demonſtratio. Itaque perſpicuum eſt, nihil demonſtrari, ſine finitionibus. Finitas autem omnes finitiones his prædicatis eſſe, quæ per ſe prædicent̃. Quæ aũt per ſe prædicentur, ita comparata eſſe, ut uel multa ſint in unius ratione eſſentiæ, uel unum in multorum prædicatorũ ſpeciebus propriorũ includatur: ut Quantum, includitur in ratione Totius, nec non in ratione Diuidui. Ex quo par eſt intelligi, multitudinem hanc (qua res intelligatur) in medio eſſe Vnius, & Infinitatis. Vnum, ut implicitum & συγκεχυμένον, niſi diffundatur & explicetur hac multitudine, per ſe prædicatorum, ignotum ſcilicet erit. Non minus ignotũ erit, & notitiæ mentis expers, ſi infinitis accidentibus ipſum conemur explicare: quibus nihil ſcilicet eſt incertius, & inexplicabilius, & infinitius. Ergo ut ab Vno incipit, ita ab Infinito deſinit omnis ſcientia & notitia rerum, quæcunque humana mente & ingenio percipiuntur. In cauſa eſt, quòd percipiuntur à nobis res concretæ, ex Fine & Infinito, nempe ex Forma & Materia: quarum principio illo omnis fit illuſtris notitia rerum, hoc uerò, atque eius accidentibus, obſcuratur, & tenebris errorum multifariam inuoluitur. Quod dicimus, id paulo abſtruſius & tectius Plato expreſſit in Philebo, hiſce uerbis: Θεῶν μὲν εἰς ἀνθρώπους δόσις, ὥς γε καταφαίνεται ἐμοί, ἐῤῥίφη ποθὲν ἐκ θεῶν διά τινος Προμηθέως ἅμα φανοτάτῳ τινὶ πυρί. καὶ οἱ μὲν παλαιοί κρείττονες ἡμῶν, καὶ ἐγγυτέρω θεῶν οἰκοῦντες, ταύτην φήμην παρέδοσαν· ὡς ἐξ ἑνὸς μὲν καὶ πολλῶν ὄντων, τῶν ἀεὶ λεγομένων εἶναι, πέρας δὲ καὶ ἀπειρίαν ἐν ἑαυτοῖς ξύμφυτον ἐχόντων. δεῖν οὖν ἡμᾶς τούτων οὕτω διακεκοσμημένων, ἀεὶ μίαν ἰδέαν, περὶ παντὸς ἑκάστοτε θεμένους ζητεῖν· εὑρήσειν γὰρ ἐνοῦσαν. ἐὰν οὖν μεταλάβωμεν, μετὰ μίαν, δύο, εἴ πως εἰσὶ σκοπεῖν. εἰ δὲ μή, εἰ τρεῖς, ἤ τινα ἄλλον ἀριθμόν. καὶ τῶν ἓν ἐκείνων ἕκαστον, πάλιν ὡσαύτως, μέχριπερ ἂν τὸ κατ' ἀρχὰς ἕν, μὴ ὅτι ἕν, καὶ πολλὰ, καὶ ἄπειρα ἐστὶ μόνον ἴδῃ τις, ἀλλὰ καὶ ὁπόσα. τὴν δὲ τοῦ ἀπείρου ἰδέαν πρὸς τὸ πλῆθος, μὴ προσφέρειν, πρὶν ἄν τις τὸν ἀριθμὸν αὐτοῦ πάντα κατίδῃ, τὸν μεταξὺ τοῦ ἀπείρου τε καὶ τοῦ ἑνός. τότε δ' ἤδη τὸ ἓν ἕκαστον, τῶν πάντων, εἰς τὸ ἄπειρον μεθέντα χαίρειν ἐᾶν. οἱ μὲν οὖν θεοί, ὅπερ εἶπον, οὕτως ἡμῖν παρέδοσαν σκοπεῖν, καὶ μανθάνειν, καὶ διδάσκειν ἀλλήλους· οἱ δὲ νῦν τῶν ἀνθρώπων σοφοί, ἓν μὲν ὅπως ἂν τύχωσι, καὶ πολλά, θᾶττον καὶ βραδύτερον ποιοῦσι, τοῦ δέοντος. μετὰ δὲ τὸ ἕν, ἄπειρα εὐθύς, τὰ δὲ μέσα αὐτοὺς ἐκφεύγει. οἷς διακεχώρισται τό, τε διαλεκτικῶς πάλιν, καὶ τὸ ἐριστικῶς ἡμᾶς ποιεῖσθαι πρὸς ἀλλήλους τοὺς λόγους. Neque igitur unius confuſa, neque infinitorum incerta cognitio, pro ſcientia aut principijs ſcientię haberi debent, ſed multitudo quædam determinata prædicatorũ, per ſe: in qua eſt neceſſe, ut ſit ſupremum quiddam & infimum, quib. finitis, media quoque finita eſſe oportet. Alia porrò quædam ſunt, quorum cauſa deprauata errore quodam poteſt eſſe rerum notitia: quorũque mentionem facit Plato in Epiſtola ſeptima, ſcripta ad familiares Dionis: quæ breuiter attingã, ut etiam hac in parte, deſiderio lectorum ſatisfaciam. Res ipſa quoad uere eſt, nec alieni quicquam habet admixtum, ſinceriſſima nimirum & ſimpliciſſima-

cuiuſque

cuiuſq; eſſentiæ ſpecies, apprehenditur ut principium à principio, quod eſt Mens ipſa ſimplex, & ſincera, ἄνευ τῶν περὶ ἐκεῖνο εἰκόνων αὐτοῖς εἴδεσι δι' αὐτῶν τὴν μέθοδον ποιουμένη. Supremus ille gradus cognitionis eſt, uacans omni errore: quum hoc modo uel penitus cognoſcatur ſpecies rerum, uel prorſus ignoretur: quum νοῦς & νοητὸν, ſint ἁπλῶς ἀδιαίρετα, quamobrem planè ſunt etiam ἀνυπόθετα. Hanc νόησιν collocat Plato ἐπὶ τῷ ἀνωτάτω, ad Dialecticam eam referens, Ariſtoteles ad primam philoſophiam. Proxima huic eſt διάνοια, & ratiocinando cognita ueritas rei: quæ nimirum compoſitas contẽplatur ideas, cum his rebus iunctas quæ ueniunt ſub ſenſum: τούτοις μὲν ὡς εἰκόσι χρώμενοι, ζητοῦντές τε αὐτὰ ἐκεῖνα ἰδεῖν, ἃ οὐκ ἂν ἄλλως ἴδοι τις ἢ τῇ διανοίᾳ. Collocat hanc Plato in medio δόξης τε, καὶ νοῦ, ἐν πολιτείᾳ. Diuidua eſt, & ὑπόθετος ratiocinatio, componens ſcilicet & diuidens νοήματα: nec omnino à ſenſu rerum ſeſe remouens, propriè etiam pertinens ad ſcientias & demonſtrationes. Ob hanc cauſam ἐν διανοίᾳ, uera & falſa eſſe poteſt notitia: quum in Mente, non niſi uera eſſe poſſit. Deinde extra διάνοιαν, ſunt quibus cognoſcitur aliquid, ὄνομα, λόγος, εἰκόνες: quoniã his tribus diſcimus, et docemus omnia Quid his porrò ſignificetur, ex Platonis epiſtola eſt diſcendum. His nõ intelligitur αὐτὸ ὄν, ſed ad eius (adminiculo illorum) peruenitur intelligentiam: diligenter tamen circumſpiciendum, ne quas tenebras illa nobis offundant: quibus tribus maximè ad fallendum utuntur ſophiſtæ. Itaq; tria hæc cum quarto, nẽpe cum διανοίᾳ, diligentiſſimè conſideranda, diſcutienda, perquirenda, ut ad ſinceram & puriſſimam, eius quod eſt quintum, intelligentiã peruenire ualeamus. Id uerò iam antea diximus, eſſe ἀνυπόθετον νόησιν, in ſupremo acquiſcentẽ ueritatis faſtigio. Sic enim Plato diuinus præcipit: ἅμα γὰρ αὐτὰ ἀνάγκη μανθάνειν, καὶ τὸ ψεῦδος ἅμα, καὶ ἀληθὲς τῆς ὅλης οὐσίας, μετὰ τριβῆς πάσης, καὶ χρόνου πολλοῦ. μόγις δὲ τριβόμενα πρὸς ἄλληλα, αὐτῶν ἕκαστα ὀνόματα, καὶ λόγοι, ὄψεις τε, καὶ αἰσθήσεις, ἐν εὐμενέσι ἐλέγχοις ἐλεγχόμενα, καὶ ἄνευ φθόνων ἐρωτήσεσι, καὶ ἀποκρίσεσι χρωμένων, ἐξέλαμψε φρόνησις περὶ ἕκαστον, καὶ νοῦς, συντείνων ὅτι μάλιστα εἰς δύναμιν ἀνθρωπίνην. Hactenus infinitatis prædicatorum cauſas tractauimus: & eorundem falſitatis et erroris, quoad prohibent, quo minus Scientiæ particeps fiat διάνοια, occaſiones, aut potius offenſiones & impedimenta breuiter perſtrinximus. Rurſus ad inſtitutum meum me reuoco. Subiecti & prædicati, finitis rationibus (his enim, ut principijs demonſtrationum prę cognitis opus eſt) mediorum infinita ſeries contexi nequit. At uerò ut prædicatum, quod eſt δυνάμει ἐπιστητὸν, fiat actu ἐπιστητὸν, finiti medij interpoſitu, conſequemur: quod nimirum ipſum finitio erit prædicati. Ea quidem principium & cauſa eſt, qua cognoſcitur & ſcitur, prædicatum ſubiecto propriè ineſſe: neq; aliud principium, & alia cauſa eius eſſentiæ & cognitionis exiſtit, ut hac ratione, nulla infinita poſſit dici Demonſtratio. Etenim ſi quo demonſtratur quidpiam, non ſit primum, ſed ipſum etiam ſuę eſſentię & ſcientię cauſam & medium habeat aliud: ut prima nulla erit, ita nec poſtrema cauſa. Quocirca nõ omniũ ἐπιστητῶν demonſtratio erit: quod initiò quoq; diximus, quum illorum errorem reprehenderemus, qui nihil ἄμεσον, ſed omnia cenſuerunt eſſe ἀπόδεικτα, quæ adhiberentur demonſtrationi. Etenim ſi principia ſunt, quibus noſcitur prædicatus terminus ineſſe ſubiecto termino in demonſtratione: illud ex neceſſitate conſectarium erit, ut neq; omnia quibus demõſtramus, ipſa quoq; ſint demõſtrabilia, neq; ut infinita ſerie mediorum, quicquam ſit probabile. Quorum alterutrum, ſi locum habere quiſpiam in demonſtrationibus opinetur, nihil aliud dixerit, quàm nullum in demonſtrationibus διάστημα, ſeu propoſitionẽ, eſſe ἀμε-

Plato li. 6. de Repub.

eſſe ἄμισον,& quod probabile & diuiduum medio non ſit, ſed omnes ſemper diuiduas eſſe medijs propoſitiones & demonſtrabiles. Non enim qua termini aſſumuntur,& adiunguntur alijs terminis, ut qua prædicatus ſubiecto adiungitur, demõſtrabilis eſt propoſitio: ſed qua inter prædicatum & ſubiectũ alius poteſt interponi terminus (Gręci uocant ὅρον, quo finitur & intelligitur quidpiam) eatenus propoſitio eſt demonſtrabilis. Quamobrem ſi pergitur hoc modo in infinitũ,neceſſe erit,ut inter duos extremos terminos, concedamus poſſe interuenire infinita media:neq; erit aliquod medium cui prædicatus terminus ἀμέσως inſit:qua ratione, προσλήψει mediorum infinita nũquam demonſtratio erit perfecta. Sed infinita, eorum quæ per ſe prædicantur, non poteſt eſſe ſeries: quum ſit primum quoddam quod prædicetur, & ultimum, de quo:cum quibus utriſq; media ſunt conſerta & cõtexta, quibus per ſe prædicatum ſubiecto ineſſe intelligatur per demonſtrationem. Cæterùm extremis actu finitis, prædicationes quoq; medias eſſe finitas, & ſubiectiones item (quod ἄνω & κάτω appellat Ariſtoteles) iam antea Logicis, nunc uerò Analyticis rationibus eſt demonſtratum. Omnẽ itaque finitam eſſe demonſtrationem, certiſq; conſtare eam principijs, hactenus oſtendimus. Si quæ ſunt alia porrò propria, & uernacula demonſtrationum πάθη, ſequente Libro deinceps explanare aggrediemur.

IACOBI

DEMONSTRATIONVM
Liber VIII.

VNum de uno propriè & καθόλου demonſtrari, finito medio quodam, conſtat inter omnes, qui uim ſcientiæ, & præcepta Analytica ſuperius expoſita non ignorant. Atqui poteſt fieri, ut unum atq; idem, duobus, aut etiam inſit (ſi quod ineſt proprium πρῶτον, fuerit ſynonymum) compluribus, propter commune quid utriſq;, quod de ipſis in Quid prædicetur. Et quando (duo ſcilicet hæc ſubiecta) multa habuerint communia, quorum unũ cauſa alterius inſit (ut, uerbi gratia, propter inferius, nempe propter ſpeciem genus ineſt, & non ſpecies propter genus) non tamẽ ob id perpetuò aliud atq; aliud occurret quærentib. cõmune, ſed primum aliquid erit, cui tanquam primo & καθόλου ſubiecto, πρῶτον inſit, idipſum uerò καθόλου ſubiectum, commune deinde ſit plurium: quorum unum de alio, uel omnino non poſſit prædicari, uel de non omni ſaltem prædicetur. Nam quæ duo ſic cõparata ſunt, ut unũ de altero omni prædicetur (ut genus, reſpectu ſpeciei ſeſe habet) commune quid ea nihil habent: quum genus & ſpecies, neq; ταὐτὸ aliquid ſint, neq; ἕτερον, ſed οὐ ταὐτὸ: autore Ariſtotele in Metaphyſicis. Quamobrem talia duo, ut ταὐτὸ, ita quoq; κοινὸν nihil habebunt. At de quibuſcunq; duobus, idem πρῶτον atq; unum prædicatur, quorum tamẽ alterum de altero nequaquã poſſit prædicari: ut de Scaleno & Aequicruro, prædicatur tres habere duobus rectis æquos, quum tamen omnino Scalenus de Aequicruro, nõ prędicetur. Aut ſi de non omni prædicetur alterum: ut Scalenus, de nõ omni triangulo. uerè enim dicitur, non omnis triangulus eſt Scalenus: ad hunc modum, ſi de duobus dicatur, quòd ipſis unum quoddam, atq; idem inſit πρῶτον proprium: neceſſe erit, ut ipſis propter aliquod commune inſit, quo participent ambo. Vt Scaleno & Aequicruro ineſt, tres habere duobus rectis æquos: quia participãt ambo genere trianguli, non quia participant figura. Quatenus enim ſunt quædã figura, id eſt triangulus, proprietas hæc ipſis ineſt, & nõ quia aliud quiddam. Sed non ſemper eius quo proximè communicant, gratia, propriũ ineſt idem: ut α proprium, nempe Mobile eſſe, ineſt Equo & Homini, nempe γ & δ, propter β: quia uidelicet ſunt corpus naturale, ſeu materia præditum, cui primò & καθόλου, proprietas hæc ineſt, non quia animal. Decæterò aũt, ut ſubiectum idem proprietatis, cõpluribus ineſt, ita quoq; ipſam proprietatem multis ineſſe oportet: nempe his, quæ per eſſentiam cõmunicãt, ratione illius ſubiecti. Eius porrò ratione cõmunis, participant multa ſubiecta, nonnunquã ἀμέσως, ut Scalenus & Aequicrurus, ratione trianguli: interdum ἐμμέσως, ut homo & equus, participant ratione corporis naturalis, ſed nõ ἀμέσως, uerùm quia alio prius cõmuni quodam ſunt deuincta. Nam quia ſunt Animatum corpus, idcirco ſunt Naturale corpus: & quia ſub Animali comprehẽduntur, ob id etiã ſubſunt Animato corpori. Deinde propter nullum aliud cõmune, participãt ratione Animalis, quandoquidem ἀμέσως de ipſis prædicetur Animal. Alioqui ſi ſi perpetuò alia atq; alia ratio participandi cõmune prædicatum occurreret, inter terminos duos, infiniti interuenirent termini: quod iam antea, nõ poſſe fieri, oſtendimus. Terminos ſeu ὅρους uoco, rationes pertinentes ad eſſentiam rei

Metaphy. li. x.

tiam rei intelligendam: quos abſurdum ſit dicere infinitos eſſe, quum finiens nullum, ſit infinitum. Itaq; quoad conſideratur proprium, quatenus ineſt com pluribus, participandi ipſum, rationes etiam finitæ erunt, cõmunibus etiã ἀμέσως & ἀδιαιρέτως inter ſe cõſertis, & contextis prędicatis. Etenim quis neſcit, huius ſyllogiſmi ἄμεσα eſſe διαστήματα, ad hunc modum colligẽtis: Omne corpus animatum, eſt corpus naturale. Omne animal, eſt corpus animatum: & Omnis equus, omniſq; homo, eſt animal. Quo colligitur per ſe & ἀμέσοις propoſitionibus, ex neceſſitate in equo & homine ineſſe mobilitatẽ, & non ſem per cauſam eſſe, propter quã plura ſubiecta uno quodam cõmuni participen tur. Nõnunquam ſunt diuerſæ ſpecies, quibus una quædam proprietas ineſt: earum partes eſſentiæ omnes excutiendæ (quibus nimirum communicant) cõſiderandumq;, in quá nam primò & καθόλου inſit proprietas. Alia enim propriè inſunt Homini, quia Corpus naturale: & alia, quia Corpus animatũ: alia itẽ, quia Animal, aut q̃a Homo. Si quæ inſunt, quia Homo, plurib. alijs haud inerunt. At ſi quæ inſunt, quia participat communibus quibuſdam prædicatis, eadem cum alijs etiam communia habet, ſeu communicata propria: quorum propriorũ primis ſubiectis, aut ἀμέσως (ut oſtendimus) aut ἐμμέσως cõmunicat homo. Abſq; communitate hac, ſi quid unum pluribus accidere dicatur, ijs non per ſe, ſed ſecundum accidens inerit. Vt uirtus aut uitium, & homini & parti hominis, nempe ὀρεκτικῇ facultati, & animę etiam dicitur ineſſe: compluſculis ſcilicet ſubiectis, non participatione cuiuſdam cõmunis. Quocirca per ſe, facultati inerit ὀρεκτικῇ, quæ primum eſt δεκτικόν, per accidens, reliquis. Cæterùm in demonſtratione, ſubiectum omne commune eſt, prædicatum autem proprium: ſed medij termini quibus monſtratur proprium, ſunt in eodem genere quo ipſum proprium, conflati ex eiuſdem generis immediatis atq; indiuiduis interuallis: διαστήματα, ſuprà Ariſtoteles appellauit. Atq; id tum demum neceſſe eſt fieri, ſi commune ſeu ſubiectum participare dicatur his, quæ per ſe ei dicuntur ineſſe. Nam ſi participet his, quę ſecũdum accidẽs ei inſunt, diuerſorum generum medijs ſcilicet, prædicatũ ſubiecto ineſſe probatur: ut ex rationibus, & orationibus uulgaribus perſpicitur. Aliàs oſtendimus, καθέκαστα neq; finiri, neq; demonſtrationibus ſubijci, ſed ea quæ prædicari de multis poſſunt, nempe communia: quoad de his per ſe quædam, & propriè efferũtur, non quatenus communia accidentia. Propria porrò certiorum ſunt generum, quę ſuis in finitionibus, ſubiecta implicant ſua. Partibus autem monſtrantur & finiuntur, pertinentibus ad idipſum genus: quandoquidem omnia pertinẽtia ad eſſentiã τῶν ὅρων, aut genera ſint, aut differentię. Atq; idipſum eſt, quod Ariſtoteles hoc loco, & aliàs dixit, quæ demonſtrentur cauſa mediorum, nõ ex uno in aliud tranſitũ facere genus, cùm demonſtratio non ſit ex diuerſis generibus rerum compoſita oratio: quæ ſimpliciter, & nõ duntaxat temporis cauſa ſit uera. Medium porrò, quo monſtratur prædicatũ ineſſe ſubiecto, finitio eſt prædicati, qua quid ſit intelligitur prędicatum: ἀνυπόθετος uidelicet ſpecies, & idea: quoad per διάνοιαν mens eam apprehendit, nullo ſenſus adminiculo adumbratã, aut ſubnixam, nec aliquo medio demõſtrabilem, ſed ipſam, ut principium, demonſtrantem id quod prius neſciebat. Atqui non eſt principium, medium huiuſmodi, & finitio, qua fit res cognita, cùm nondum perfectiſſimè cognita ſit: quæ ſanè quo ad nos, ſolent appellari ἀρχαί, nempe rudimenta quædam. Sed principium eſt ſimpliciter, & ἐνεργῶς, quo cognoſcitur res actu perfectiſſimè atq; indiuiduè: quum propter διάνοιαν, & nõ propter νοῦν, uera omnia ſint diuidua, & propter cõpoſitionẽ νοητῶν,

non tan-

non tãtum uera, ſed etiam falſa poſſint eſſe διανοητά. Ex quo perſpicuum eſt, νοῦν eſſe ſingulorum ὅρων, ſed διάνοιαν compoſitricem eſſe terminorum, quib. res ſimpliciſſimè intelligantur. Demonſtratio porrò, & Sciẽtia, pertinent ad διάνοιαν. Sed eorum ex quibus contexitur demonſtratio, ſeu ſyllogiſmus ἐπιστημονικὸς, mentem perceptricem eſſe dicimus, utpote principiorum: quorum nonnulla adminiculo ſenſuum, alia uerò, quæ nimirum ſimpliciter ſunt principia, per διάνοιαν ſeu demõſtrationem mens noſtra cognita & percepta habet. Paulo altius hæc repetenda duximus, ut cõmodius, quæ deinceps ſequũtur, à me poſſint explanari. Liquet ſanè, mentẽ ſuapte natura (ut principiũ) finitricem eſſe omnium principiorum. Reliquas omnes notitias, aut ratione διανοίας, aut propter ſenſum, dici compoſitas: illius finita, huius autem exiſtẽte compoſitione infinita. Mẽſura aũt ueritatis omnis ſunt ὅροι: quorum perceptio cùm ſit penes Mentem, ea nihil uerius eſſe poterit, nihil ſimplicius. Aliquid eſſe in aliquo, anima noſcit per διάνοιαν: et iam paulo antè diximus, habitum διανοίας eſſe Scientiam ac Demõſtrationem. Proinde aut ſine medio cognoſcitur, α eſſe in β: ut ſi quando Medium nullum poteſt inter prædicatũ & ſubiectum interuenire. Sunt enim ἄμεσοι quædam προτάσεις. Aut α eſſe in β, per medium cognoſcitur: qua ratione demonſtrabile erit propoſitum tale, eruntq; eius demonſtrationis totidem elementa, quot media fuerint. Etenim ἄμεσοι προτάσεις, demonſtrationum ſunt στοιχεῖα, quibus conflantur ſyllogiſmi demonſtrationis omnes: quorum Maiores & Minores propoſitiones, aut καθόλου ſunt ἄμεσοι, ut Maiores: aut inductione & ſenſu, ut Minores, quæ ſenſus cauſa ſubijciuntur Maioribus: ut aliàs dictum fuit. Aut ſunt ἄμεσοι propoſitiones, quoad omnes ſunt καθόλου, & extrema cum Medio, ſunt ἀντιστρέφει. Vt (uerbi gratia) monſtratur de Triangulo, quòd habeat tres duobus rectis æquales, ſyllogiſmis aliquot: qui & ipſi ſunt demonſtrationes, propter Medium cum extremis ἀντιστρέφον: quod ipſum ſcilicet, ſit finitio prædicati. Primus eſt, quo oſtenditur exterior angulus æqualis duobus oppoſitis, quoad diuidens externum angulum linea παράλληλος eſt lineæ, oppoſitum latus trianguli conſtituentis: cuius demonſtrationis medium καθόλου eſt, & reciprocum cũ extremis. Deinde alter ſyllogiſmus, quo probatur externus cum interno æqualis eſſe duobus oppoſitis, cum eodem interno iunctis, medio illo reciproco cum extremis hoc modo exiſtẽte· Quibuſcunq; æqualibus in triangulo, & extra triangulum angulis, unus additur, compoſitos etiam cum eo neceſſe eſt eſſe æquales·. Sed internus, tertius angulus trianguli, cum his commemoratis æqualibus componitur, & his additur. Ergo, Internus angulus, ſecum compoſitos etiam angulos conſtituit æquales. Tertius eſt ſyllogiſmus, quo liquet demonſtratione quadam alia, externũ cum interno æqualem eſſe duobus rectis, ratiõe qua conſtat, quoslibet angulos, creatos linea recta inſiſtente alij rectæ, aut eſſe rectos duos, aut duobus rectis æquales. Quartus deinde, & ultimus ille ſyllogiſmus eſt· In quacunq; figura omnes anguli, & duo recti anguli ſunt uni tertio æquales, nempe externo cũ interno angulis, illi inter ſe quoq; ſunt æquales. Sed tres anguli trianguli cuiuſq;, qui ſunt omnes figuræ certę, & duo præterea recti anguli, ſunt uni tertio æquales, nempe externo cum interno angulis. Ergo, Tres anguli triãguli cuiuſq;, qui ſunt omnes anguli certę figurę, & duo prĕterea recti anguli, ſunt inter ſe ęquales. Hic ſecundus eſt modus ἀμέσων propoſitionum in demõſtrationibus. De utriſq; loquitur Ariſtoteles, ita ſcribens: αἱ γὰρ ἄμεσοι προτάσεις, στοιχεῖα, ἢ πᾶσαι, ἢ αἱ καθόλου. Quòd ſi inter α & β, nullum interuenire poteſt medium, demonſtrabilis

ſcilicet nõ erit propoſitio: ὅτι τῷ φύσει ἐμβάλλεσθαι ὅρον, ἀλλ᾽ ὁ προσλαμβάνεσθαι ἀποδείκνυται τὸ ἀποδεικνύμενον. Prædicatum enim & ſubiectum huiuſmodi, ut finitio & finitum, reciproca erunt: quæ finitio nimirum, ſimpliciſſima, & planè indiuidua eius quod demonſtratur, intelligentia eſt: ad quã perfecta demonſtratione peruenitur, tanquã uia quadam. quod Ariſtoteles his expreſſit uerbis: εἰ δὲ μὴ δεῖ (μέσον) ἐκεῖ ἔσται ἀπόδειξις, ἀλλ᾽ ἡ ὁδὸς τὰς ἀρχὰς ὁδός, αὕτη ἐστίν. Paulo antè diximus, νοῦν eſſe principiorum, καὶ ὅρων: & Mentem, perfectricem eſſe ratiocinationis, ſeu διανοίας, ad ſimplicis νοήσεως intelligentiã omnia reuocãdo. Abſolutè huiuſmodi εἴδη ſeu ὅροι, principia ſunt: ſed demõſtrationũ primordia nõ ſimpliciter, ſed q̃ ad nos, & γνώριμα priora, atq; principia exiſtũt: quib. propter certiſſimum, & qui non fallatur ſenſum, fidem habemus. Nã ut ἐπιστήμη eſt demonſtrabilium, ita πίστις, talium principiorum ἐπιστήμης, quæ Mens architectatur adminiculo ſenſus. Atq; idcirco Plato uocat ἀρχὰς ὑποθέσεις, quib. peruenitur ad Scientiam rei, ὡς ἐπὶ τελευτήν. Methodum hanc Ariſtoteles in Ethicis, ex Platonis ſententia, appellat proceſſum ἐπ᾽ ἀρχῆς. Alia eſt, quæ appellatur ἐπ᾽ ἀρχὴν ὁδός. Mens ſecretarum à ſenſib idearum, ſemetipſa contemplatrix eſt, quarum eſt ſimpliciſſimus, & ſinceriſſimus actus: quem ſenſus ſcilicet attingere nequeat, ut qui non niſi compoſitas & diuiduas ſpecies rerum percipiat. Eas igitur contemplatur, quoad ſunt intra ſe, ἐπ᾽ ἀρχὴν, autore Platone, ἐξ ὑποθέσεως ἰοῦσα καὶ ἄνευ τῶν περὶ ἐκεῖνο εἰκόνων, αὐτοῖς εἴδεσι, δι᾽ αὐτῶν τὴν μέθοδον ποιουμένη ψυχή. Eſt aũt, quod ſemetipſa noſcit anima ſeu mens, αὐτὸ quodlibet ὄν: cuius cõtẽplationẽ ſuprà oſtẽdimus pertinere ad primũ philoſophũ, quẽ Plato ſolitus ſit nominare Dialecticũ. Hac ratiõe Ariſtoteles, ſcientias oẽs dicit eſſe ſubiectas primæ philoſophiæ, tanquã principi: & Plato Dialecticã, faſtigiũ omniũ diſciplinarũ eſſe, propter principatũ & cognitionẽ ὄντων ᾗ ὄντα arbitrat̃. Itaq; uoluit his uerbis Ariſtoteles breuiter indicare, qua uia perueniretur à demõſtrationibus & ſcientijs, ad principẽ illã principiorũ, & ſupremã ſcientiam, cuius ſubiectum, eſt αὐτὸ ὄν, ſeu τὸ ὂν ᾗ ὄν: qua diſciplinæ & demonſtrationes omnes perficiũtur, propter exquiſitiſſimam ueritatem, ut quę propter Mentem, adulterari nulla falſitate queat. Plura de his dicerem hoc loco, ſi non etiam aliàs diligenter à me eſſent expoſita: quæ iam nũc breuitatis cauſa denuò commemorare nolo. Ἀπόδειξις ergo hæc eſt τῶν ὅρων, quando medius quiſpiã inter ipſos interijcitur ὅρος. Ipſorum autem, quoad ἄμεσοι iunguntur, contemplatio, νόησις appellatur: quæ nimirum ipſorum notitia eſt principiorum, non quatenus alio principio ſeu ὅρῳ ſunt demonſtrabilia. Nõ enim ipſi per ſe conſiderantur ὅροι, in diſciplinis, ſed quoad ſunt alijs quibuſdã medijs terminis demonſtrabiles. Tot proinde ſunt principia & στοιχεῖα cuiuſque demonſtrationis, quot ſunt ὅροι intermedij, quibus demonſtrari poteſt quidpiam. Multa enim ſæpe ἀποδεικτὰ, ad complendam alicuius demonſtrationem concurrunt: cuiuſq; autem ἀποδεικτοῦ, cùm ſit medius ὅρος, totidem erũt media ſcilicet, quot fuerint ἀποδεικτὰ: quibus poſtea tota conficitur, tãquam ex partibus propoſiti demonſtratio, quando medium illius demonſtrationis ἄμεσον, ex talibus coagmentatum Mediorum concluſis colligitur. Res paulo antè commemorato exemplo, ſatis eſt perſpicua. Nam quòd triangulo inſint tres, duobus rectis æqui, colligitur his partibus: nempe quòd externus cum interno ſint æquales tribus internis, quod eſt demonſtrabile: & quòd externus cum interno, ſint æquales duobus rectis, quod itidem eſt demonſtrabile: quibus cognitis, deinde etiam noſcitur, tres internos eſſe æquales duobus rectis. Medium porrò demonſtrationis, eſt ἐμβαλλόμενος ὅρος, nempe definitio

Πίστις, Principiorum eſt ἐπιστημῶν.

prædicati

prędicati οὐσιώδης: cuius duntaxat ſit intelligentia, et non demonſtratio, ut omnium ὅρων: cùm non alio medio, ſed ſeipſis intelligantur. Eadem eſt negantium quoq; Demonſtrationum ratio. Nam ſi α, in nullo ſit β, abſq; medio indemonſtrabilis erit negatio. At ſi medium quoddã fuerit, aut ſi α de priore quodam negetur, quàm de β, demonſtratione cognoſcetur uerum: nec ſemetipſa, id eſt ſuis terminis, nota erit propoſitio. Proinde demonſtrationis cuiuſque tot ſunt principia & elementa, quot ſunt medij termini, ſeu ἐμβαλλόμενοι ὅροι. Ex his enim cõflatæ propoſitiones, præmiſſæ ſunt & principia demõſtrationis: cùm ipſæ ſint ἀναπόδεικτον quiddã, & indiuiduæ alio medio quodam termino. Decæterò autem, ut principia demonſtrationum ſunt propoſitiones ἀναπόδεικτοι: quemadmodum in affirmantibus, hoc illud dicitur eſſe ἀμέσως, ut homo dicitur animal, & animal corpus animatum: aut hoc in illo eſſe ἀμέσως, ut eclipſis lunæ in cauſa ſua, & cauſa in ſuo proprio ſubiecto, compoſito ex luna, ſole & terra: quæ nimirum cauſa, hæc, & finitio prædicati, in ſe inuoluit: quibus poſitis, & ratione ſeu medio alio, indiuiduis pręmiſsis cõcluditur, Omnem eclipſin lunæ, eſſe mutuati luminis priuationem. Vt (inquam) affirmantes, ſunt ἄμεσοι et ἀναπόδεικτοι προτάσεις: ita quoq; negantes, quibus hoc non eſſe illud, aut hoc non eſſe in illo, abſque medio intelligitur. Diximus Libro ſexto, περὶ τῶν ἀτόμως μὴ ὑπαρχόντων, de negantibus ſcilicet indemonſtrabilibus: quibus repetitis, in præſentia nihil eſt opus. Ex quo concludendum, ſyllogiſmorum eſſe principia ἀναπόδεικτα, non modò quibus concludatˀ eſſe, uerumetiam quibus probetur, non eſſe quidpiam. ἀναπόδεικτα porrò principia ſunt, quorum terminis intellectis, ipſa quoq; intelliguntˀ. Nunc deinceps diſſerendum de ordine, quo nimirum ἀμέσως & ἀδιαιρέτως cohæreãt Media demonſtrationis. Ergo quando demonſtrandum aliquid fuerit de β, ſumendum quod primo de β ſubiecto prædicatur: atq; illud ſit (uerbi gratia) γ, deinde proximum, ut ſi α primò de γ prædicetur: his nimirum conſtituentur ἀναπόδεικτοι προτάσεις. Pergẽtibus hoc modo, proxima ſemper aſſumendo media, nulla ſcilicet inter demonſtrandum, quæ ſit extra rationem & finitionem prædicati, aſſumetur propoſitio, ſed duntaxat ea, quæ pertinent ad eſſentiam prædicati: omnibus ita contextis medijs, & condenſatis, ut nullum aliud poſſit interuenire, uſq; dũ peruẽtũ fuerit ad extremũ α, q; demõſtrandũ erat. Quorũ deinde omniũ cõplexione, una quędã, & inuidua ſpecies cõſtituitur: quę nimirũ mediũ et ὅρος eſt, ꝓpoſiti demõſtrabilis, cui neq; addi, neq; detrahi quicq; poſſit. Vna eſt ſpecies medij, de qua prędicatũ alio medio demõſtrari nequit: cũ prędicato ſcilicet ἄμεσον cõſtituẽs πρότασιν, & ſimpliciter, nõ cõiũctione unã. Etenim coniunctione una propoſitio, diſſolui põt in multas: ut ſi quæ prædicantur, non ad unius ideæ eſſentiam conſtituendam pertinere uideantur: qualis eſt oratio Rhetorica, aut Poetica, aut uulgaris quælibet, uarijs diuidua accidentium formis. At ſimpliciter una propoſitio eſt, qua unum de uno, aut de multis etiam, ſed unius rei finitionẽ & eſſentiam cõſtituẽtibus, unum prædicatur. Diximus iam antea, ſubiectum illud, ſeu medium ὅρον, finitionem eſſe prædicati, conſtituentem cũ prædicato ſimpliciter unam & indiuiduã propoſitionẽ. Quãuis enim alioqui prædicata, infinitè de alijs atq; innumeris poſſint dici per accidens: per ſe tamen, & unicè, & indiuiduè, de finitione ſua prædicantur. Meritò igitur οὐσία hæc, principium & menſura erit reliquarum ὁσῶν: de quibus nimirũ ſecundũ accidens, prædicatũ illud alioqui effertur. Nec ſolũ in logica multitudine, una quædam eſt & indiuidua menſura multorum, ſed in alijs etiam rebus, multitudo menſuratur uno quodam: ut in

ponderibus, mina eſt: in uocũ interuallis, dieſis: in alijs, aliud quiddã, mẽſuræ *Metaphy. ι.* & indiuidui unius rationem obtinet. Vnum proinde & menſuræ eſt (autore *in principio.* Ariſtotele) ᾧ πρώτῳ ἕκαστον γινώσκει. ὅπου μὴ δοκεῖ μὴ εἶναι ἀφελεῖν, ἢ προστιθέναι, τοῦτο ἀκριβὲς τὸ μέτρον. πανταχοῦ γὰρ τὸ μέτρον, ἕν τι ζητοῦσι καὶ ἀδιαίρετον. Idem cauſam reddit, propter quam definitio ſit una, quamuis ex multis conſtituta ſit partibus: nempe quia per eſſentiam unum, et non per accidens ea declaretur. Coaleſcere autem multa ſolent in unum per eſſentiam: ſi unum, facultatis ra- *Metaphy. η. in fine, aut circa.* tionem habeat, ut genus: alterum uerò, actus et formę, ut differentia, reſpectu generis. Quod ex utriſq; unum facit in Logicis, eſt Mens ipſa: in Phyſicis autem, ποιητικόν quoddam αἴτιον. Aliç ſunt, quo ad nos, prima & principia, atq; *ἄμεσοι, quo ad nos, propoſitiones, ſunt principia ex quibus coaleſcunt Media cõpoſita.* ἄμεσοι propoſitiones: ut ſyllogiſmorum, qui non ſunt demonſtrationes. Quoniam ſimpliciſſimæ ſunt, ex quibus nimirum ἄμεσοι conſtituuntur, & rurſus in quas diſſoluuntur propoſitiones primæ φύσει indemonſtrabiles. Quia uerò νοῦς, non modò principiorum quo ad nos unà cum ſenſu, principium eſt, ſed etiam adminiculo διανοίας, compoſita & διανοητὰ ad unitatem & ſimplicitatem τῶν ὅρων, ſua propria energía reuocat: non iniurià, menſura & perfectio τῆς ἀποδείξεως καὶ ἐπιστήμης, νοῦς in præſentia ab Ariſtotele dicitur. Hac ratiõe ſuprà diximus, ἐπιστήμας primæ philoſophiæ, quæ ſit contemplatrix τῶν ἀρχῶν, tanquam dominæ cuidam eſſe ſubiectas. Reliquæ enim Scientiæ, non contemplantur ὄντα ᾗ ὄντα, ſed quoad participant quibuſdam diuiduis affectionibus. Deinde artes etiam, non ſine accidentibus & coniectura, cognitionem profitentur πρώτων ὅρων, quos adiungunt ἐσχάτοις & ſenſilibus ὅροις: quoniã *Ethicorum ad Nicom. li. ζ.* (ut Ariſtoteles ait in Ethicis) ἀρχὴ καὶ τέλος ὁ νοῦς. Nã ex primis arceſſunt demonſtrationes, in ultimis acquieſcunt ars & prudentia: ſolers ſcilicet ratio agnoſcendi Minorem καθέκαστα propoſitionem, per ἐμπειρίαν. Aliæ ſunt ἀρχαὶ ἀνυπόθετοι, pertinentes ad σοφίαν, quæ ſcientiarum eſt faſtigium: quas ipſa per ſe Mens, quaſi intra ſe poſitas, contempletur, ſupra διάνοιαν collocata. Quæ autem ſic conſiderantur, ſunt omnium compoſitorum ὅροι, ſeu termini ſimpliciſſimi, nempe ὄντα ᾗ ὄντα. Extra quos terminos omnia ſunt compoſita & diuidua: ut quę ueniunt uel ſub διάνοιαν, uel ſub ſenſum: quorum iam (ut ait Ariſtoteles) ſit δόξα, aut (ut Plato loquitur) εἰκασία. Veritatis omnium horũ menſura eſt νοῦς & νοητὸν, quum his ſcilicet nihil ſit ſimplicius: quamobrẽ meritò τὸν ἀνωτάτω locum habent, autore Platone: & Ariſtoteles, τὰ καθόλου μάλιστα, id eſt ſimpliciter, non quoad nos καθόλου, longiſſimè à noſtra ruditate abeſ- *Metaphy. li. λ.* ſe ſcribit ab initio horum Analyticorũ. Idem porrò in epithetis principij, nõ ſignificat τὸ ἕν, καὶ τὸ ἁπλοῦν. τὸ γὰρ ἕν, μέτρον σημαίνει· τὸ δὲ ἁπλοῦν, πῶς ἔχον αὐτό. Cõpleto omnibus numeris Medio demonſtrationis, καθόλου nimirum propoſitiones omnes erunt, & ἀντίστροφοι. At ſi fuerit demonſtratio eius quod ineſt, nempe prędicati ὑπάρχοντος: Medium ſcilicet non cadet, neq; extra prædicatum, neq; extra ſubiectum. Cadere Medium extra terminos dicitur, quando nimirum de quodam ſubiecto alio prędicatur: quorum alterum de altero nõ poſſit tamen prædicari, ut ſuprà diximus: tum enim ratione communis utriſque cuiuſdam, neceſſe eſt ipſum prædicari. Qua igitur de ſubiecto dici ſolet Medium, hac ratione extra ipſum hoc modo nihil eſſe oportet, de quo prædicari primo poſſit, ſi δεικτικὸς fuerit ſyllogiſmus. Eadem lege & conditione, nec extra prædicatum euagari ipſum Medium oportet, ut prædicatum uidelicet ſit in aliquo, in quo tamen Medium non inſit: qua ratione, Medium cadere dicitur extra prædicatum, cùm de quodam prædicatum ſcilicet dicatur, de quo Medium non poſſit dici tamen. Vt mœſtum & timidum eſſe ſine cauſa, dicitur

de Me-

de Melancholico cerebro, per πρωτοπάθειαν: de quo tamen Medium, nempe cauſa melancholiæ Hypochondriacę, nō prædicetur: quinetiam neutra ſpecies, de altera poteſt prædicari. Quamobrem commune quoddam utriſque Medium erit, nempe excrementū melancholicum, intemperie afficiens cerebrū, frigida & ſicca: ἀποδεικτικὸν erit, extra quod neq; pręedicatū, neq; ſubiectū cadet. id eſt: Prædicatum non cadet extra medium, neq; medium cadet extra terminū ſubiecti. Quid ſit cadere extra terminos, paulo antè diximus. In aientibus demonſtrationibus (inquit Ariſtoteles) οὐδὲν ἔξω πίπτει. id eſt: Neq; prędicatum latius ſe profert medio, neq; medium ſubiecto. Nam ſi καθόλου prædicatio non fuerit, nec demonſtratio erit. Et ut affirmantur prædicata ἀμέσως in demonſtrationibus, ita quoq; negantur: quoniam ut affirmatio cauſa per ſe & καθόλου eſt affirmationis, ita quoq; negatio cauſa per ſe & καθόλου eſt negationis. Eſt enim aliquid, in quo primò prædicatum non inſit: ut Videre, primò negatur de cęco: et Priuari anhelitu, ſeu ſpiratione, primò negatur de animali habente pulmones, non de Animali. Haud longè ſecus, Spirare, primò negatur de animali orbato pulmonibus, non de aquatili: cùm negetur etiam per ſe, de uermibus & inſectis: qua ratione dicitur prædicatum, cauſa negationis, ἔξω πίπτειν, quoad prędicari etiam poteſt per ſe de alio, ut interim aliud de alio non poſſit prædicari. Quamobrem mediata hęc erit negatio: Nullum aquatile, ſpirat. ſed hæc ἄμεσος erit: Nullum orbatum pulmonibus, ſpirat. De negantibus demonſtrationibus, nunc uerba facit Ariſtoteles, quas appellat στερητικὰς δεικτικάς: quoniam priuatio, eſt negatio, nō quælibet, ſed propria, συνειλημμένη τῷ πρώτῳ δεικτικῷ. Vt autem natura prior eſt ἕξις priuatione, ita quoq; demonſtratio prior eſt demonſtratione. Priuantes porrò demōſtrationes, cùm fiant in tribus figuris, in ſingulis oſtendit quid obſeruandum, ne quid extra cadat. In Prima figura, Medium ſemper affirmatur de ſubiecto: de quo negatio prædicati, demōſtratᷣ in cōcluſione. Prædicati negatio, ſi huic Medio aut ἀμέσως nō ineſt, aut non καθόλου, nō erit ſyllogiſmus ſcilicet δεικτικὸς στερητικός. Cōplendæ igiť ἄμεσοι προτάσεις. Deinde cōſiderandū, an prædicatū per ſe negeť, & prius de alio quodā ꝙ de Medio, ita ut alterū tamē de altero nequeat prædicari: qua ratione diceť prædicatus terminus, extra Mediū cadere, & nō καθόλου ipſi quadrare. Itaq; nec δεικτικὸς erit, priuans hic ſyllogiſmus. Ariſtoteles, ut breuiſſimis, ita obſcuriſſimis uerbis, hanc ſententiā copioſè expoſitā à me, ſic expreſſit: ἐν δὲ τοῖς στερητικοῖς, ὅταν ᾖ ὃ μὴ δεῖ ὑπάρχειν, οὐδὲν τούτου ἔξω πίπτει. Senſus eſt: Priuās hæc demonſtratio eſt, quādo extra Mediū (quod ſubiecto ineſt) nihil erit, de quo per ſe etiā negari poſſit prædicatū. Vt (uerbi gratia) carere mœſtitia & metu ſine cauſa, negať de melācholico affectu. Nullus enī Melācholicus, caret mœſtitia & metu ſine cauſa. Ad id demōſtrandū, ſi adhibeať mediū, extra quod aliud ſit etiā, de quo per ſe ſymptoma hoc poſſit negari, demonſtratio non erit. Vt ſi talis conficiatur ſyllogiſmus· Nulla inflammatio, & aduſtio humorum, in meſeraicis, caret ſymptomate mœroris & metus ſine cauſa. Omnis Hypochōdriaca melancholia, eſt inflāmatio et aduſtio humorum in meſeraicis. Ergo, Nulla Hypochondriaca melancholia, caret ſymptomate mœroris & metus ſine cauſa. Prædicatum per ſe, negatur etiam de quodam alio medio, ut de Melancholico humore, per πρωτοπάθειαν imbuente cerebrum. Horum mediorum neutrum de altero prædicatur, ſed ſubijciuntur communi cuidam cauſæ ambo, nempe intemperiei, qua afficitur cerebrum, propter excrementum melancholici ſucci: cui primò ineſt ſymptoma illud, ſeu prædicatum: nec extra illud aliud eſt cui conueniat, per ſe prædi-

catū hoc, quod propriè & καθόλου huic ineſt Medio, nēpe ſymptoma, Morbo
tanquam cauſæ. De eodem negatur etiam primò & ἀμέσως. pręd icatum hoc,
carere mœſtitia & metu ſine cauſa. Et ut prædicatum, ὁ δεῖ στερῆσαι, non cadit
extra medium, negationis ratione: ſic idipſum non latius ſe profert ſubiecto,
de quo in Minore affirmatur, quo intelligitur perfecta eſſe demonſtratio. ne-
gantis huius propoſiti. In Prima figura, Minor ſemper eſt affirmans, & Me-
dium ſubiecto ſemper ineſt: ſed prædicatū, de medio perpetuo negatˀ. Quód
ſi nihil ſit extra medium, de quo per ſe negetur prædicatum, ritè demonſtrata
erit negatio concluſionis: quoniam cum ſubiecto etiam ἀντιστρέφον erit medi-
um: nec erit quicquam ἔμμεσον, ſed omnes ὅροι erunt ἄμεσοι, præmiſſis nimirū
ambabus καθόλου exiſtentibus, ſi negās, nempe Maior, fuerit ἀντίστροφος. Cùm
autem omnis negans ſit ἀντίστροφος, καθόλου tamen hæc, ἀντίστροφος non eſt: quan
do fuerit extra terminum aliud quiddam, ita ut illorum ſit commune quiddā,
de quo per ſe negari poſſit prædicatum & primò. Affirmans ἄμεσος propo-
ſitio, menſura eſt: ac nec medium, extra ſubiectum alicui ineſt, nec prædicatū,
alij primo non ineſſe poteſt, extra medium: quod ipſum Mente, tāquam prin
cipium, & non διανοίᾳ, tanquam demonſtrabile noſcitur. Quo reſpexit Ari-
ſtoteles, ad hunc ſcribēs modum: ἐν μὲν γὰρ τοῖς δεικτικοῖς συλλογισμοῖς, τοῦ ὑπάρ-
χοντος οὐδὲν ἔξω πίπτει. Negantes propoſitiones tum ſunt ἄμεσοι, quando extra
ſubiectum de quo negantur, nihil aliud fuerit de quo per ſe negari queāt præ
dicata. Nam ſi de pluribus negētur, commune nimirum quiddam erit, de quo
primò negatio prædicati efferatur. Menſura quidem affirmatio eſt negatio-
nis. At negatio nonnullorū, notior eſt quàm affirmatio. Nam notius eſt, nul-
lis affectis neruis, motū & ſenſum adminiſtrari, quàm integris omnibus, mo-
tum & ſenſum ineſſe animali. Multa enim ſine experientia mali & priuatio-
Metaphy. li. 1. nis, quàm bona ſint, non intelliguntur. Et Vno ipſo (inquit Ariſtoteles) no-
tior eſt multitudo, διὰ τὸ μᾶλλον αἰσθητὸν, τὸ πλῆθος εἶν. καὶ τὸ διαιρετὸν, ἢ τὸ ἀδιαί-
ρετον. Notum eſt nobis, quód pulmones habentia ſpirant: quia nimirum prius
conſtat nobis, nullum expers pulmonis ſpirare: quo intelligimus, pulmones
eſſe cauſam ſpirationis. Neſciremus ſymmetriam eſſe ſanitatē, niſi nobis ex-
ploratum prius eſſet, aſymmetriam priuationem eſſe ſanitatis. Ita ſine pecca-
to, quę uis ſit legis, ignoratur. Talis eſt noſtri captus atq; ingenij imbecillitas,
ut non niſi priuatione nonnunquam habitum cognoſcamus: quo in progreſ
ſu, ſi negatio per ſe ac primò, cauſa fuerit negationis, affirmatio etiam cauſa
erit affirmationis. Oſtendimus modum, quo deprehendi debeant ἄμεσοι στερη-
τικαὶ προτάσεις. In Prima figura, Maior eſt ſemper στερητική: in Secunda, Minor
etiam eſſe poteſt. Eſt ergo negans Maior propoſitio, ἄμεσος & δεικτική, quan
do extra prædicatum (quod non ineſt medio) nihil ceciderit. In Græco tex-
tu deeſt negans particula οὐ uel μή. Sic enim eſt legendum: ὧδε μὲν ὃ οὐ δεῖ ὑπάρ-
χειν: quemadmodum in Secunda figura, Minoris negantis ſubiectum dici-
tur ᾧ οὐ δεῖ ὑπάρχειν. In primo itaque modo eſt, quod negatur: ſed non de ſubie
cto, uerùm de medio: quod non ſubijcitur, ſed eſt quo finitur priuatio. In alte-
ro ſubijcitur negationi medij aliquid, cui priuatio hæc propriè inſit, quæ me-
dio declaratur: utpote finitione prædicati, quod negatur de ſubiecto. Cōplen
tur porrò in priuantibus media, quemadmodum in affirmantibus, uſquedum
peruentum ſit ad ἄμεσον. De his complementis quo pacto in tribus figuris fi-
ant, diximus præcedente libro. Ut (uerbi gratia) ſi demonſtrandum ſit, α nul
li ineſſe β, per medium γ. οἷον (inquit Ariſtoteles) εἰ τὸ α τῷ β, διὰ τοῦ γ μή. Ne-
gatione μή, uult hoc intelligi quod diximus, nempe ipſum α, non ineſſe β, per
Medium

Medium γ. Si conſtiterit, Medium ε, in omni eſſe β, quæ eſt Minor, & α item in nullo eſſe γ Legēdum eſt, τὸ α: & non, τῷ α. &, τῷδε γ: & non, τὸ δὲ γ. Quòd ſi γ α Maior, fuerit ἄμεσος negatio, medium aliud ſumendum erit, & pergendum, uſquedum fiat ἄτομος. Tum autem erit, quando nihil extrà ceciderit. Iā ſi demonſtrandum ſit, δ nulli ineſſe ε, tali medio, nempe γ: quod δ quidē omni inſit, ε autem nulli, aut non omni (ut in Secunda figura:) neceſſe erit, ut nihil ſit extra ε, de quo per ſe negetur γ medium: ſed ei ἀμέσως, & πρώτως, nulli inerit. Cæterùm ε ſubiectum eſt, cui medium non oporteat ineſſe: ut ſi fuerit ſubiectum, cui non inſit medium, tum prædicatum erit, quod ei medio inſit: & contrà, ſi prædicatum fuerit, quod reſpectu medij nō ſit, tum ſubiectū certè erit cui mediū ineſſe oporteat: cùm nullus ſine affirmatione ſit ſyllogiſmus, nulla ſine habitu demonſtrari poſſit priuatio. Tertius eſt modus (ad Tertiam pertinēs figuram) in quo neq; quod priuatur, nempe prædicatum, neq; à quo priuando tollitur & negatur quidpiam, uidelicet ſubiectū, extra medium euagabuntur: ut nimirum, quod negatur de Medio prædicatum, non etiam de alio per ſe negari poſſit, quod ſit extra complexum medij. Deinde ſubiectum, à quo tollitur quidpiam negando, tametſi in Tertia figura nunquam καθόλου negatum ſubijciatur, ſed κατὰ μέρος prædicatum ei ineſſe negetur (nō enim nulli, ſed non omni ſubiecto, prædicatum ineſſe concluditur ſemper in Tertia) nihilominus propter materiam ἀποδεικτικὴν nulli ſubiecto prædicatum inerit, quando quidem in Minore (quæ ſemper eſt affirmans, in hac figura) medium non cadit extra prędicationem ſubiecti. Alioqui enim non eſſet ἀποδεικτικόν, ſi καθόλου, ſubiecto non ineſſet. Ex his quæ dicta ſunt hactenus, liquet perfectiſſimas demonſtrationes has eſſe, & quaſi menſuras aliarum, ſiue affirmantes, ſiue priuantes fuerint, ſi Medium ſit tale, quod non cadat extra ſubiectum, aut extra ipſum non cadat prędicatum: id eſt, ſi extra neutrum ceciderit, ſed cum utriſq; ſit ἀντίστροφον. Decæterò autē, ut hæc cōſentanea magis ſint ac uideantur quæ diximus, de modis tribus demonſtrandi, Negantes concluſiones, quoad opinari quiſpiam poſſet, tres illos τρόπους, ad tres referri Figuras ſyllogiſticas, quas ſuprà quoq; appellauit τρόπους, oſtendens Negantes ſeu priuantes ſyllogiſmos, non monſtrari infinitis medijs: nihilominus mihi uocabulo τρόπων, non tres figuræ Negantium ſyllogiſmorū, ſed demōſtrantium in omnibus figuris concluſionem negantem, tres modi, ratione & reſpectu materię ac terminorum differentes, ſignificari hoc loco uident̄. Etenim in affirmantibus demonſtrationibus, Medium nihil aliud eſt, quàm definitio prædicati: quæ cùm ſit τῶν ὄντων συνδεδυασμένων, ex neceſſitate ſubiectū quoddam primum & καθόλου implicat: quam cohærentiam, Mens equidem naturali ſuo uidet lumine. In priuantibus ſecus res ſeſe habet: quum σύστοιχον, aut eiuſdem conditionis, reſpectu extremorum, medium undiquaq; non ſit: cùm de uno affirmet̄ ſcilicet, de altero uerò negetur. Et poſſit fieri, ut cū prędicato negato Medium ſit ἀντίστροφον, nec cadat quicquā extrà, nihilominus tamen cum ſubiecto de quo affirmatur, non ſit, ſed de quodam etiam poſſit per ſe dici, quod ſit tamē extra ſubiectum: ut ſi non de καθόλου ſubiecto, ſed de ſpecie eius quadam, prædicetur. Rurſus poteſt etiam fieri, ut in Secunda figura, Medium καθόλου negetur de ſubiecto in Minore: & prædicatum tamen, de Medio eodem affirmetur, ſed non καθόλου: & hac ratione etiam prædicatum, de concluſionis ſubiecto καθόλου & primò non negabitur. Vt (uerbi gratia) Apponere, glutinare, aſſimilare, de tabido, ſeu ἀτροφίᾳ laborante, tanquā ſubiecto, in Minore καθόλου negatur. Idipſum prędicatū affirmat̄ de ſano corpore,

in Maiore, ſed non καθόλου. Quamuis enim omne Sanum, nutrimentum apponat, agglutinet, aſſimilet: non tamen omne quod aſſimilat nutrimentum, ſanum eſt. Itaq; καθόλου non negatur ſanum, de tabido corpore: ſed negatur καθόλου, de corpore prædito exuperantia aut defectu. Omne ſanum, exercet actiones & paſſiones ſecundum naturam. Nullum præditum exuperantia aut defectu, exercet actiones & paſſiones ſecundum naturam. Ergo, Nullum præditum exuperantia uel defectu, eſt ſanum. Tertius ille modus eſt, quo nequè quod priuatur, id eſt prædicatum, neq; à quo priuatur, nempe ſubiectum, extrà cadit in negante demonſtratione: quæ ob id uideatur perfectior eſſe reliquis, quia ſit planè καθόλου: de quo paulo pòſt dicemus. Nam ſi cadat extra utrumq;, demonſtratio omnino non erit: quoniam neq; maior, neq; minor, καθόλου erit propoſitio. Aliæ enim ſunt, ἐπὶ μέρους ἀποδείξεις ut quando uel prædicatum tantum, aut ſubiectum duntaxat, non extra Medium cadit. Facile deprehenditur hoc in aientibus: quoniam ſi καθόλου non fuerint, προτάσεις non ſunt ἀντίστροφοι. Sed negantes omnes cùm ſint ἀντίστροφοι, non facile eſt dignoſcere, utrum ſint καθόλου, an ἐπὶ μέρους προτάσεις. Quamobrem menſura ſunt Negantium, Affirmantes propoſitiones. Nam negatio, ſi fuerit cauſa per ſe negationis: affirmatio, affirmationis etiam erit. Quòd ſi affirmatio, affirmationis cauſa non eſſe deprehenditur: negatio etiam, non erit negationis per ſe cauſa. Sed affirmationem non eſſe affirmationis, deprehendimus, quādo ἀντίστροφα non ſunt prędicatum & ſubiectum, cùm in negantibus ſemper ſint ἀντίστροφα: quo minus certum eſt in negantibus quàm affirmātibus, utrum καθόλου prædicetur quidpiam. Sed utrum καθόλου propoſitiones, ſint etiam ἐπὶ μέρους propoſitionum et demonſtrationum menſura, an uerò contrà res ſeſe habeat, deinceps conſiderandum erit: ſi prius argumenta quæ principatum aſſignant, ἐπὶ μέρους demonſtrationibus, propoſita fuerint. Comparantur inter ſe demonſtrationes, & quæri ſolet, utrum καθόλου demonſtrationes præſtent ijs quæ ἐπὶ μέρους demonſtrant: & utrū affirmantes, negantibus: & utrū ea quæ oſtendendo probat, potior ſit hac quæ cogit uerum fateri, deducendo ad abſurdū. Prius diſſeremus de prima comparatione, poſtea de reliquis. Equidem uidetur, quibuſdam id argumentis perſuadentibus, exquiſitior eſſe ſcientia qua ſcitur quidpiam de partibus καθόλου, quàm qua ſcitur duntaxat καθόλου notitia, incognitis his quæ καθόλου ipſi ſubſunt partibus. Confuſa enim illa, ſed hæc uidetur exquiſita rerum cognitiò, qua uniuerſum cognoſcitur etiam in partibus, ut cui iā nihil amplius deſit. Etenim ſi perfectio hæc eſt Demōſtrationis & Scientię, ut ea ſit præſtātior, qua ſcitur magis quidpiam et exquiſitius, quàm qua minus exquiſitè. At res quæq; tum demum exquiſitè ſcitur & cognoſcit̄, quoad quia ipſa & ſigillatim, & quatenus per ſe tertio modo, non quatenus aliud quid exiſtens cognoſcitur. Vt certius noſcit quiſpiam Coriſcum, ſi quatenus Coriſcus, muſicum eſſe norit: quàm ſi, quoad homo appellatur. Et καθόλου cognita, niſi adhibeantur ad ſpecies, imperfectæ artis duntaxat rudimenta ſunt, autore Galeno: quū in ſingulis, non uniuerſis, artis notitia acquieſcat: quod tamen uiſum non fuit Methodicis medicis, cùm Empirici perfectionem omnem tribuerent cognitioni ſingulorum. At uerò nemo neſcit, ſi quid ratione uniuerſi generis noſcatur, non ipſum quia ipſum, ſed quia aliud quiddam, à nobis cognoſci. Nam quatenus communi quodam participat, ei quidpiam ineſſe demonſtrat̄, non quia ipſum, tertio modo per ſe eſt, ſed quia aliud quiddam eſt, nempe quatenus participatum commune: ut Iſoſceli quando mōſtratur ineſſe, tres duobus rectis æqui, non quia ipſi, ſed quia triāgulus eſt, & quia

commune

commune quid ei ineſſe monſtratur. Si quid autem Iſoſceli, quia Iſoſceles, ineſſe cognoſcitur, magis de ipſo ſcire quidpiam dicetur. Ex quo concludendũ, κατὰ μέρος demonſtrationem præſtare ei, qua demonſtratur quid de communi, quo nimirum participat κατὰ μέρος ſubiectum: & τῶν καθ' ἕκαστα ſcientiam, præferendam τῆς καθόλου ſcientiæ. Appellat hoc loco καθ' ἕκαστα, non ſenſilia, ſed ἄτομα εἴδη, de quib. monſtrari proprietas quædam poſſit: ut Iſoſcelis, quia ipſe ſubiectus eſt quibuſdam proprietatibus, de quibus Euclides ſcribit, & alijs nonnullis, nõ quia ipſe, ſed quia triangulus. Abſq; adminiculo aliorum, ſeipſis intelliguntur eſſe καθ' ἕκαστα. Genera autem, & καθόλου, ſemper pars ſunt ſpecierũ: quæ genera (inquit Ariſtoteles) aut ſunt nihil ipſa per ſe, tertio modo: aut ſi ſunt, & ſeparatim noſcuntur, propter ſpecies dicũtur eſſe aliquid. Propter ſpecies quo pacto colligatur ἔννοια generis, horum Analyticorum ſequẽte libro docet Ariſtoteles. Proinde cùm certum ſit, ueriorem & præſtabiliorem hanc eſſe demonſtrationem, quę minus in errorem inducit, & qua minus hallucinatur quiſpiam: haud paulo præſtabit ἡ κατὰ μέρος demonſtratio, ei quæ eſt καθόλου. Nam demonſtratio omnino uidetur eorum eſſe ſubiectorũ, de quibus habetur: quæ ipſa per ſe eſſe, & ſubſiſtere uidentur quoad intelligũtur: cuiuſmodi ſpecies uulgò appellant ideas, utpote quæ non ſint in aliquo, nec alicuius rei pars. Plato enim negauit οὐσίας Idearum in aliquo, aut partem alicuius eſſe, de quibus duntaxat ſciri quidpiam arbitratus eſt. Itaq; formas artificioſas, negauit Ideas habere, quum illæ non ſine ſubiecto conſiderentur: neq; etiã Ideas partium, eſſentia totius poſteriorum, ut capitis, pedis, aut elemẽti, quæ ſeipſis non intelliguntur, ſed quatenus pars ſunt compoſiti cuiuſdam εἴδους, nẽpe corporis animalis, aut concreti ex elementis, ut ipſa ſunt elementa, arbitratus eſt. Talium ſecretã Ideam eſſe negauit Plato, ut autor eſt Ariſtoteles libro λ. Metaphyſicæ: διὸ δὴ οὐ κακῶς ὁ Πλάτων ἔφη, ὅτι εἴδη ἐστὶν ὁπόσα φύσει, ἅπερ μὴ ἐστὶν ἄλλα εἴδη τούτων, οἷον πῦρ, σάρξ, κεφαλή· ἅπαντα γὰρ ὕλη ἐστὶ, καὶ τῆς μάλιστα οὐσίας, ἡ τελευταία. In Græco textu perperam omittitur particula μή. ſic enim in exemplaribus ſcriptum legitur: ἅπερ ἐστὶν ἄλλα εἴδη. Quo in loco Ariſtoteles docet, quarum nam rerum formas, intelligentia ſecretas pro Ideis Plato numeret: nempe non artificioſas, ſed naturales: & naturales quidem non omnes, cùm nimirum ſint quædam quæ finiantur compoſitorum οὐσίᾳ, quorum εἶδος ſub ſenſum uenit, & per ſe naſcitur atque interit. Deinde cùm ſit Idea compoſita ex genere & differentia, eius quæ maximè per ſe eſt eſſentiæ, ultima eſſentia, nempe ἀτόμου εἴδους, & non generis, eſt Idea: quum pars ſit genus, & ſecretum quiddam ab alio. Aut ratione quadam genus pro ſecreto poſſit haberi, nempe quoad ipſum per ſe abſq; ſpecie intelligitur, καὶ συναιρουμένου εἴδους, αὐτὸ οὐκ ἀνταναιρεῖται: hauddubie erunt πρότερα, τῷ εἶναι, ipſa genera. At eorum in quibus eſt πρότερον καὶ ὕστερον, negant Ideas eſſe Platonici, ut Numerorum: quum Ideæ ſint ex æquo principia, nec unum ſit prius aut poſterius alio principio. Pręſentem Ariſtotelis locum interpretari non licuit, quin prius hęc à me breuiter de Ideis (quas Socrates & Plato propter definitiones & demonſtrationes introduxerunt) mentio fieret: quæ nunc ad propoſitum accommodare conabor. Si de rebus notis demonſtrationes inſtituantur, non quoad ſunt καθ' ἕκαστα, ſeu κατὰ μέρος quædam, ſed quoad ratione καθόλου & cõmuni participantur, à ſingulis quibuſdam: in cauſa erunt demonſtrationes huiuſmodi, ut ſecretum quiddam, & Idea uideatur id eſſe, quod tamen nullo modo ſit, aut poſſit eſſe Idea, id eſt, per ſe quædam, & ab alijs omnibus ſeparata ſpecies. At deterior hęc eſt demonſtratio, quę ſuggerit cuidam erroris anſam & occaſionem, ea quæ nullius prauæ opinionis cauſa exiſtit. Quocirca de-

Ariſtot. lib. ζ. Metaphy. circa finem.

Ariſtot. lib. α. Ethicorum ad Nicomachum, in diſputatione de Ideis.

monſtratio

monſtratio pertinens, adeoq́ accōmodata ad πλειυταίαν & ἄτομον οὐσίαν (quę ſecreta ſpecies eſt, & Idea exiſtit) præſtantior hac erit, quæ adhibetur ad partē ipſius καθόλου, quod diuiduū in ſpecies eſt, & pars eſt ſpeciei, nec ipſum per ſe eſſe poteſt: & nihilominus cauſa demonſtrationis, exiſtimatur quiddā per ſe eſſe, & ſecretum à ſpecie indiuidua putatur, cùm tamen ab ea ſeparari (ut dictum eſt) nullo modo queat. Itaque καθόλου demonſtratio cùm ſit cauſa erroris huius, præferēda ei ſine controuerſia erit hęc, qua demonſtratur aliquid de ſubiecto, quatenus κατὰ μέρος eſt, & nō qua καθόλου eſt. Cùm enim Triāgulū ſit genus, nō erit ipſum quicquā per ſe ſubſiſtens, nēpe Idea quædā. At ſi quis proprietatem hanc, qua dicitur Iſoſceles habere tres duobus rectis æquos, de ipſo, non quia ipſum, ſed quia triangulum, monſtret: ipſum per ſe triangulum abſq́ æquicruro, aliquid ſeparatum & ſecretum, atq́ Ideam quandam eſſe opinabitur, quum tamen nequaquam ſit: ut antea fuit oſtenſum. Nō enim per ſe eſt οὐσία, quæ ex neceſſitate pars eſt alterius. Ideas autem Platonici cenſuerunt eſſe reuera ſecretas quaſdam ſpecies, ad numerum inter ſe diſcrepantes, quas intelligentiæ, & etiam eſſentiæ rerum ſingularum, cauſas arbitrabantur: de quibus multa paſſim Ariſtoteles in Metaphyſicis libris. Ideas autem eſſe, quæ de ſingulis ad numerum prædicarentur ſubſtantijs: quæ ſeipſis propter mobilitatem non ſcirentur, ſed propter ideas, quę eſſent ſtabiles & perpetuę, cognoſcerentur: quæ nimirum per ſe quædam φύσεις & οὐσίαι eſſent ſinceriſſimæ, & quibus alieni prorſus nihil eſſet admixtum: ut αὐτοάνθρωπον, αὐτοΐππον, αὐτοϊσοσκελὲς, αὐτοσκάληνον. Horum, per ſe finitiones & demonſtrationes eſſe. Propter illa & eſſe, & cognoſci ſcienter τὰ αἰσθητὰ, cùm in τόπῳ νοητῷ ſint Ideę. Generis aūt non eſſe Ideam, cùm ipſum per ſe genus, non ſit οὐσία quædā & φύσις: quum ex neceſſitate ſit pars ἄλλου, nec ſeparatim eſſe poſſit. At ſi quis de Iſoſcele, ſeu æquicruro monſtret (tres hăbere) non quia ipſum, ſed quia triangulum: iam cauſa demonſtrationis καθόλου, ad hallucinandum & errandū permoueri quempiam, ut exiſtimet triāgulum ipſum etiam per ſe eſſe quiddam, & quaſi ſecretam φύσιν eſſe generis, quæ tamen nulla reuera ſit. Non enim ipſum per ſe triangulum eſt, & αὐτοτρίγωνον, à ſpeciebus ſecretum, ut diximus: cùm genus aut nihil ſit (ſeipſo ſubſiſtens) aut poſterius, nempe intelligentia ſpecierum quiddam. Eodem modo ſi mōſtretur aliquid de Figura, quoad καθόλου quiddam eſt, ipſum quoq́ falſò αὐτοσχῆμα ſeparatim ſubſiſtens, & φύσις quædam uidebitur. Idem uſu quoq́ ueniet in Numero, & ſimilibus. In his enim omnibus τὸ καθόλου tanquam φύσις quædā ſecreta καὶ παρὰ τὰ πολλὰ exiſtēs, non ſine errore uidebitur eſſe. In Græco legendum, non περὶ, ſed παρὰ τὰ πολλά. Quoniam αἰσθητὰ ſunt ratione, quorum Ideæ dicuntur παρὰ ταῦτα, καὶ κατὰ ταῦτα: quia uidelicet non ſunt ipſæ Ideæ, ſed quia participant ipſis. Sic Ariſtoteles: οὗτος οὖν τὰ μὲν τοιαῦτα τῶν ὄντων, ἰδέας προσηγόρευσεν· τὰ δ' αἰσθητὰ, περὶ τὰ παρὰ ταῦτα, καὶ κατὰ ταῦτα λέγεσθαι πάντα. His ad hunc modum expoſitis, concludit Ariſtoteles, præſtabiliorem eſſe demonſtrationem ſubiecti reuera ὄντος, quàm non ὄντος: & eam qua non contingat hallucinari quempiam, hac quæ cauſa erroris cuiuſdam eſſe poſſit, & falſæ opinionis. Talis autem eſt καθόλου demonſtratio, reſpectu eius qua demōſtrat aliquid de ſubiecto, quoad eſt κατὰ μέρος. Longius in hoc genere demōſtrandi progreſſis, occurrunt quædā πάθη: quæ non niſi κατὰ μέρος ſubiectis multis primò inſint, eorum uerò commune, & καθόλου nullum eſſe poſſit ſubiectum, quo participent multa illa καθέκαστα, tanquam natura quadam una et communi, cui primò inſit πάθος. Sed demonſtratio καθόλου, fucum faciet, ut nihilominus commune illud, quod omnino ſeparatim non

tim non eſt, nihilominus uideatur eſſe aliquid. Vt (uerbi gratia) τὸ ἀνάλογον, demonſtratur de lineis, ſolidis, numeris, planitie, motu, tempore, & ſimilibus alijs generibus extra quantitatem: non quia ipſa, ſed quia ſunt aliud quiddam unum & commune: quod tamen ipſum, neque nomen habeat, neque ullius naturæ exiſtentiam. Nihil enim idem habent hæc, ſecundum οὐσίαν, qua ſint aut poſſint dici ταὐτὰ: ſed idem aliquid, cauſa qualitatis & ſimilitudinis exiſtunt, qua dicantur τοιαῦτα: quod commune ſynonymum non ſit, ſed ὁμώνυμον: propterea quòd primò in diſcrepantibus quibuſdam inſit ſubiectis, nec primo quodā & cōmuni ſubiecto finiri queat πάθος illud ſimilitudinis analogicę. Etenim τὸ ἀνάλογον his ſpeciebus ineſt, neq; quia quantitas (alioqui enim omnis quantitas, quia quantitas, eius erit particeps:) neq; quia continua aut diſcreta (nam aliàs alia ſubiecta à proprietate hac excluderentur:) ſed quia ſunt oēs ſimiles inter ſe, qua cōparabiles ſimiliter ſeu ex æquo, dicuntur. Quæ (ut dixi) æquiuoca eſt unitas: cùm uni primo cuidam ſubiecto, nequaquam ineſſe poſſit ſimilitudo comparationis hæc, quandoquidem non ſit idem πρῶτον δεκτικὸν ipſius. Huiuſmodi ſpecies cùm habent commune quid, quamuis id ipſum Logicè ſit ſynonymum. Phyſicè tamen ὁμώνυμον eſt: quia uidelicet eius ſubiectum, unum atq; idem eſſe nequit: cum quo ſubiecto formam ſemper cōſiderat Phyſicus. Sed de hoc dicturi ſumus plura aliàs. Cæterùm communitates propiores ueræ generis communitati, ſunt quę aut genere Logico duntaxat communicant, aut quæ analogia: gratia cuius, multa dicuntur non ταὐτὰ, ſed τοιαῦτα Sic Ariſtoteles, in quarto libro Meteo: ῶν ait, Coctionem, Maturationem, Elixationem, non eſſe ταὐτὰ τῷ γένει ſed τοιαῦτα, propter analogiam. Cuiuſq; enim caloris ſuum eſt ſubiectum, nullum commune. In genere porrò Logico, communicant Febris ſpecies: nempe Diaria, Putrida, Hectica: quod ipſum eſt calor contra naturam efferueſcens in corde. At neq; genus neq; differentia ſynonymum quiddam ſunt: cùm nullum ſit idem πρῶτον δεκτικόν, quoad ſunt cauſa generis communia. Quò reſpiciens dixit diuinus Ariſtoteles, de genere quodam nimirū Logico: ἔστι τὸ γένος οὐχ ἕν τι, ἀλλὰ παρὰ τοῦτο, λανθάνει πολλά. Et idē inquit, ὁμωνυμίαν, quæ rebus inſit propter ὁμοιότητα quandā, nō uideri pleriſq; ὁμωνυμίας: αἱ δὲ, inquit, ἐγγὺς ἢ γένει, ἢ ἀναλογίᾳ, διὸ οὐ δοκοῦσιν ὁμωνυμίαι εἶναι, οὖσαι. Itaq; calor contra naturā, Phyſicū homonymū eſt genus: cùm eius cōmune ſubiectū ſit nullū, ſed quilibet ſit primo in peculiari quodam ſubiecto. Pauci hæc intelligūt. ſed de Febris finitione aliàs ſumus dicturi multa, propter cōmunē errorē, quo definitur eſſe Calor naturalis cordis, in igneum mutatus. In qua finitione & genus & ſubiectum, Calorem naturalem cordis, differentiæ ſequentis, magno errore eſſe dicunt. Nam ſubiectum febris quidē nullum eſt ſynonymum, licet logicū genus ſit: cùm ſit ſcilicet aliud caloris ſubiectum, ſpiritus ipſe, aliud humores, aliud ſolida ipſius caro: nullum autem cōmune, quo participent ſpecies omnes, niſi fingatur æthereа quædam ſubſtantia, & quintum quoddā στοιχεῖον, τῷ ἄνω στοιχείῳ ἀνάλογον: quod ſubiectum tamen communis cuiuſdam caloris haudquaquā erit, in quo reliqua ἄλλα calorum, tanquam in ſubiecto uno quodam & genere inſint: cùm ſimplex æthereus ſpiritus ille ſit, nullaq; conſtet κράσει. Verùm in magna & communi ignorantia Analyticæ doctrinæ, cuilibet licet quod libet, fingere. Conferamus nos ab exemplis denuò ad inſtitutum noſtrū. Conſtat, negatione τῶν καθέκαστα ἀδήλων, καθόλου exprimi: qua uidetur interdū aliquid eſſe quod tamen non ſit, ſed omnino fingitur commune quoddam ſubiectum eſſe, tanquam illud ſubiectum, cui primo, tanquam πάθος proprium, ineſt τὸ ἀνάλογον.

Ariſtot lib. 7. Phyſicorum.

De quo, Libro tertio diximus, nēpe cùm explicaremus, quot modis hallucinari cōtingat in aſsignatione καθόλου.

ἀνάλογον. Nā ſi illud ſubiectū lineā eſſe dicamus, quia linea, aut q̄a Numerus, hallucinabimur in aſſignatione καθόλου. Sin aūt Numero ineſſe dixerimus, nō quia numerus: neq; lineæ, quia linea: neq; ſolido, ſeu corpori, quia corpus: tū horum omniū negatione cōmune aliquid ſubijcitur: quod quidem fingi, reuera autē nullo modo eſſe poſſit, aut ſubijci. Talis fermè eſt etiam eius quod ponitur, Negatione, non quod Negatiōe fingitur, demonſtratio καθόλου ſubiecti: quod ipſum, non ut reuera cōmune genus intelligitur, ita re ipſa quoq;, ut καθ' ἕκαστα ipſum per ſe ſubſiſtit, propter demonſtrationem tamen, falſò ſeparatim ſubſiſtere uidetur. Eſt autem quodammodo νόθος λογισμός, tanquā Materiæ, communis huius ſubiecti, quod negatione & priuatione differentiarū ſeu ſpecierum intelligitur: nempe ὃ ἂν ᾖ κοινόν, ὃ ὅτι γραμμή, ὅτι ἀριθμός, ὅτι στερεόν, ὅτ' ἐπίπεδον, ἀλλὰ παρὰ ταῦτά τι. Talis etiam eſt ἡ καθόλου ἀπόδειξις. ἡ γὰρ ὕλη, ἀποφάσει δηλοῦται. τὸ δὲ γένος ὕλη, ὃ οὗ λέγεται γένος. At quemadmodum Materia ipſa per ſe nequit ſubſiſtere, ſecreta à forma: ita nec genus ipſum, per ſe eſſe poteſt, ſine ſpeciebus. Sed demonſtrationis cauſa uidetur eſſe ſeparatum καθόλου ſubiectum, cui proprietas ineſt, quia ipſum, & non quia aliud quiddam: quare ipſum etiam uidebitur per ſe eſſe, cùm tamen ſecretum à ſpecie non ſit. At deterior hæc eſt, qua fallimur opinione, demonſtratio, quàm ea ſit, qua nō fallimur, ut qua demonſtramus aliquid, κατὰ μέρος, ratione ſubiecti exiſtentis reuera, & ſeparatim: quū καθόλου (ut genus) nō per ſe, ſed cauſa alterius, per ſe ſubſiſtētis, eſſe dicatur. At ut uideatur per ſe eſſe, ἐμποιεῖ δόξαν τινὰ ἡ καθόλου ἀπόδειξις. Reſpondendū itaq; ad has inſtātias: ut perſpici ratio queat, propter quam, καθόλου ſubiecti demonſtratio potior ſit, τῆς κατὰ μέρους demonſtratione. Eſſe magis unū alio, dupliciter uſurpatur: ſimpliciter ſcilicet, & ratione proprij πάθους. Simpliciter entia, ſpecies magis ſunt quàm genera, nempe καθ' ἕκαστα: & quæ κατὰ μέρος, his quæ καθόλου ſunt. Deinde quæ reſpectu proprij πάθους eſſe dicuntur, magis illa ſunt, quibus per ſe πάθος, quàm quibus ſecundum accidens ineſt. Magis Eſſe ſeu magis ὄντα dicuntur hæc, quæ Per Se ſunt. Sed ut καθ' ἕκαστα, magis per ſe ſunt tertio modo: ita καθόλου, magis per ſe ſunt ſecūdo modo: quum de his primò, & quia ipſa, proprietates demonſtrentur: ſecundum accidens autem de his, quę κατὰ μέρος ſubijciuntur, & de quibus καθόλου hęc prędicari ſolent. Quamobrem ratio altera, paulo antè propoſita, qua cenſetur eius quod magis ſit, potiorem eſſe Demonſtrationem et Scientiam, nō minus ualet in καθόλου ſubiecto, quàm eo quod κατὰ μέρος eſſe dicitur. Nam qui nouerit, tres habere æquos duobis rectis, ineſſe triangulo, quia triangulus, & non quia Iſoſceles: magis & perfectius ſcit. Et qui noſcit, ei hoc πάθος ineſſe, quia Iſoſceles, minus nouit, quàm qui quia triangulus: tametſi Iſoſceles ſimpliciter magis quàm triangulus eſſe dicatur (quū ſit ſpecies) nihilominus proprium hoc magis ineſſe triangulo quàm ἰσοσκελεῖ exiſtimandum. Imò uerò, ſi conſideret ἰσοσκελῆ quia ipſum, & non quatenus triangulum, deinde monſtret proprietatem hanc: pro demonſtratione haberi nequaquam debet, ſiquidem alieno adhibetur ſubiecto. Ergo tum erit demonſtratio, ſi de ipſo quoad triangulus eſt, monſtretur. Nā quoduis, dum noſcitur quia ipſum, magis ſcitur, quàm quatenus non ipſum eſt alicui proprietati per ſe ſubiectum. In his quæ καθ' ἕκαστα ſunt, non tantum καθόλου ineſt, ſed etiam aliud quiddam quod καθόλου non eſt, adiungitur, ad proprietatem noſcendam nihil pertinens. Suo enim quælibet proprietas definitur & demonſtratur ſubiecto, nō eo quod eſſentiæ ſubiecti accidit: cuiuſmodi ſunt differentiæ, quibus extra καθόλου conſtituūtur καθ' ἕκαστα: quæ ad extremum, infinitæ ſolent etiam eſſe, ac rationem effugiunt omnem:

Metaphy. li. 1. circa finem.

omnem: quoad καθόλου reſpectu, aliorum eſſe nõ poſſunt, & omnino ſunt ſingularia ἀμέθεκτα. Qua ratione καθόλου quidpiam ſit, deinceps oſtendit exẽplo Trianguli: quo declarato, ſubijcit, ſciri proprietatem magis antea propoſitã, ſi quis eam norit ineſſe triangulo quia triangulus, quàm ſi quis ἰσοσκελεῖ quia ἰσοσκελές. Siquidem (inquit) latius ſe profert uocabulum Trianguli, eiusq; ratio & definitio ſit una, & non quatenus homonymon, ſit commune. Deinde ſi inſit omni triangulo, habere tres duobus rectis æquos: profectò tum demũ triangulum, proprietate hac præditũ erit, nõ quia Iſoſceles, ſed Iſoſceles quia triangulum, tales habebit angulos. Demonſtratur enim id ratione trianguli, & non ἰσοσκελοῦς: quæ ut nomen, ita ipſa quoq; ratio ſynonymos exiſtit. Quãobrẽ qui καθόλου norit, magis norit, quàm qui ἐπὶ μέρους: illi enim, & non huic, ineſt proprium, quia ipſum. Ex quo ſequitur, ut omnino καθόλου demonſtratio, ei quę eſt ἐπὶ μέρους, præſtet. Et prædicata nonnunquam & ſubiecta ſunt ὁμώνυμα, nempe quorum nomen eſt idem, et ſecundum illud nomen, ratio eſſentiæ non eadem. Vt Videre, ſi menti & ſenſui attribuitur (nam de utriſque prædicatur) homonymon eſt: quia primò in diuerſis eſt ſubiectis, quæ commune habent nullum genus, gratia cuius συνώνυμον poſſit dici. Propter analogiam uidentur hæc finitima eſſe ſynonymis, & ab imperitis interdum haberi ſolent pro ſynonymis. Alia uidentur ſynonyma, quia genus habent logicum idem: ut Motus, cuius genus eſt paſſio: ſed Phyſicum genus idem, ſpecies motus non habent, propterea quòd generis Logici ſubiectum idem genere nullum eſt. Mobile enim unius generis ſubiectum non eſt, ſed plurium: ut Qualitatis, Quantitatis, Vbi. Motum autem dũtaxat ἐκ προσθέσεως uerè definiri, autor eſt Ariſtoteles in Phyſicis, inquiens: οὐκ ἔστι δὲ κίνησις παρὰ τὰ πράγματα: & aliàs, illum in tribus prædicamentis collocandum ſcribit. Itaq; καθόλου nullum eſſe poteſt, cuius ſubiectum non fuerit ſynonymum: quorum nõ modò conſideranda ſunt nomina, uerumetiam finitiones: quum homonyma, finitiones etiam nonnunquam habeant ὁμωνύμως: ut Vnum, Multa, ἀνάλογον, Motus, Febris, & ſimilia: propterea quòd πρῶτον δεκτικόν illorum commune nullum ſit. Et ob id à Phyſicis, uocabula hæc omnia pro homonymis numerantur: de quibus Ariſtoteles in ſeptimo Phyſicorum accuratè ſcripſit, & alio loco de his nos plura etiam ſumus dicturi. Ergo uerè ſynonymon erit cõmune ſeu καθόλου, tum demum, quando πρῶτον eius proprietatis δεκτικόν, non modò uocabulo, ſed etiam finitione fuerit unum: quo cùm finiatur proprietas, ipſa quoq; ratione hac συνώνυμος cenſeri ſolet. Alioqui ſubiectum ſi fuerit homonymon, demonſtratio ἐπὶ μέρους præſtabilior erit: quanquam reſpectu partium, propter homonymian, demonſtratio καθόλου nulla eſſe poſſit, ſed tantum uideatur eſſe. Propter συνώνυμον itaq; καθόλου, præſtantior erit τοῦ καθόλου, quàm τοῦ ἐπὶ μέρους ſcientia & demonſtratio. Secus, ſi fuerit homonymon: qua ratione comparãtur inter ſe καθόλου & ἐπὶ μέρους, quoad ambo numero finita ſunt, & ueniunt ſub intelligentiam. Aliud eſt deinde καθόλου εἶδος ἄτομον, quod perpetuò eſt συνώνυμον: & quod ei opponitur, ἐπὶ μέρος, non intelligitur, ſed ſentitur: ut ſingularia, quę numero non ſunt definita. Iſtius generis καθόλου, duplici nomine potior eſt demõſtratio & ſciẽtia. Primùm, quia ſingulis propter commune quid, proprietas ineſſe noſcitur: & non ad numerum ſingulis, quia ſingula. Deinde, quia καθόλου, quum ſit extra locũ & tempus, ęterna quędam eſt ſpecies, & quę cauſa ueritatis aliter ſe habere nequeat: ſed καθ᾽ ἕκαστα, ſeu ἐπὶ μέρους, magis caduca ſunt: qua ratione minus etiam ſunt demõſtrabilia, & non niſi ſecundum accidens ſciũtur. Quamuis autem καθ᾽ ἕκαστα ſint etiam

Vocabulũ motus, Phyſicè eſt homonymon.

Phyſikῶν ἀκροαμάτων lib. γ.

ἄφθαρτα, nempe propter γένεσιν perpetuam: tamen minus ſunt ἄφθαρτα, quàm καθόλου εἶδος: quod non per accidens, nempe γενέσει, ſed ſeipſo, ἄφθαρτον eſſe
Metaphy. li. ζ. intelligitur: quo autem quid intelligitur, finitio eſt, aut demonſtratio. Διὰ τοῦτο καὶ τῶν οὐσιῶν τῶν αἰσθητῶν τῶν καθέκαστα, οὔτε ὁρισμός, οὔτε ἀπόδειξίς ἐστιν, ὅτι ἔχουσιν ὕλην, ἧς ἡ φύσις τοιαύτη, ὥστ' ἐνδέχεσθαι εἶναι, καὶ μὴ εἶναι. διὸ φθαρτὰ πάντα τὰ καθ' ἕκαστα αὐτῶν. εἰ οὖν ἥτε ἀπόδειξις τῶν ἀναγκαίων, καὶ ὁ ὁρισμὸς ἐπιστημονικός, καὶ οὐκ ἐνδέχεται, ὥσπερ οὐδ' ἐπιστήμην, ὁτὲ μὲν ἐπιστήμην, ὁτὲ δ' ἄγνοιαν εἶναι, ἀλλὰ δόξα τὸ τοιοῦτόν ἐστιν· οὕτως οὐδ' ἀπόδειξιν, οὐδ' ὁρισμόν, ἀλλὰ δόξα ἐστὶ τοῦ ἐνδεχομένου ἄλλως ἔχειν, δῆλον ὅτι οὐκ ἂν εἴη αὐτῶν, οὔτε ὁρισμός, οὔτε ἀπόδειξις. ἄδηλα γὰρ τὰ φθειρόμενα τοῖς ἔχουσι τὴν ἐπιστήμην, ὅταν ἐκ τῆς αἰσθήσεως ἀπέλθῃ, καὶ σωζομένων τῶν λόγων ἐν τῇ ψυχῇ τῶν αὐτῶν, οὐκ ἔσται, οὔτε ὁρισμὸς ἔτι, οὔτε ἀπόδειξις. διὸ δεῖ τῶν πρὸς ὅρον (ὅταν τις ὁρίζηταί τι τῶν καθέκαστα) μὴ ἀγνοεῖν, ὅτι ἀεὶ ἀναιρεῖν ἐστιν· οὐ γὰρ ἐνδέχεται ὁρίσασθαι. Id eſt: Non eſt ἐνδεχόμενον quid, quo finitur quidpiam, gratia cuius eſſe, & non eſſe, definitum poſſit dici: quæ rebus nimirũ, quatenus καθέκαστα ſunt, & non quatenus καθόλου, accidũt. Quinetiã abſurdũ illud, quo nobis occurrit, mouere nos nequaquam debet, quo minus καθόλου demõſtrationẽ præferamus ei, quę eſt κατὰ μέρος. Nõ enim neceſſe eſt, quæ ratione ſeparant, eadẽ per ſe, & ſeipſis ſecreta ſubſiſtere: ut uiſum illis fuit, qui Ideas introduxerũt, ex quib. Socrates primus fuit. de quo ſic Ariſtoteles ſcriptum reliquit: Σωκράτους δὲ περὶ μὲν τὰ ἠθικὰ πραγματευομένου, περὶ δὲ τῆς ὅλης φύσεως οὐθέν, ἐν μέντοι τούτοις τὸ καθόλου ζητοῦντος, καὶ περὶ ὁρισμῶν ἐπιστήσαντος πρώτου τὴν διάνοιαν, ἐκεῖνον ἀποδεξάμενος διὰ τὸ ζητεῖν περὶ τῶν καθόλου, τοῦτον ὑπέλαβεν, ὡς περὶ ἑτέρων τοὺς ὁρισμοὺς τούτους γινομένους, καὶ οὐ περὶ τῶν αἰσθητῶν τινός· ἀδύνατον γὰρ εἶναι, τὸν κοινὸν ὅρον τῶν αἰσθητῶν τινός ἀεί γε μεταβαλλόντων. οὗτος οὖν τὰ μὲν τοιαῦτα τῶν ὄντων, ἰδέας προσηγόρευσε, τὰ δ' αἰσθητὰ περὶ τὰ παρὰ ταῦτα, καὶ κατὰ ταῦτα λέγεσθαι πάντα. κατὰ μέθεξιν γὰρ εἶναι τὰ πολλὰ τῶν συνωνύμων, ὁμώνυμα τοῖς εἴδεσι. Veruntamen nulla cogit neceſſitas nos rerum aut rationum, ſi quid unum & ſecretum à multitudine ſenſilium rerum intelligitur, ut id ipſum re ipſa etiam & uera ſeparatum ſubſiſtere arbitremur: perinde ut neque illa ſeparata ſunt, quãuis ſeparatim intelligantur, quæ ſubſtantijs ſenſilibus accidunt: ut qualitas, quantitas, ad aliquid, agere, & reliqua eiuſdem modi, quæ ſubſtantię nõ ſunt. De ſecũdis ſubſtantijs ſic ſcribit Ariſtotcles, in prędicamento οὐσίας: τὸ δὲ εἶδος καὶ τὸ γένος περὶ οὐσίαν, τὸ ποιὸν ἀφορίζει. ποιὰν γάρ τινα οὐσίαν σημαίνει, ἐπιπλεῖον δὲ τῷ γένει, ἢ τῷ εἴδει, τὸν ἀφορισμὸν ποιεῖται. χωριστὸν enim, præter primas & ſingulares ſubſtantias, reipſa nihil eſſe poteſt. Alia ſeparata nõ ſunt, ſed ſeparatim intelliguntur. Quód ſi uidentur ſeparatæ reipſa, ſpecies eſſe, in cauſa non eſt huius erroris, ipſa demonſtratio: ſed qui audit, & non rectè iudicat de demõſtratione, ſemetipſum falſa opinione decipiens. Præterea, ſi demonſtratio ſyllogiſmus eſt demonſtrans, conſtitutus & factus ex medio, quo cauſa explicatur, propter quam prædicatum πάθος, ſubiecto inſit: utique κατὰ μέρος ſubiecto, cauſa & medium non quadrabit. Quandoquidem unum πάθος, non niſi uni ſubiecto per ſe congruat, ratione cauſæ: quę ut primum & principium quoddam eſt, ita primi quoque ſubiecti ratione, ineſſe quidpiam demonſtrabit. Iam ſi multa proprij alicuius fuerint ſubiecta, nõ his quia ſunt multa, ſed quia per ſe participant uno quodam καθόλου ſubiecto, ineſſe medio accõmodato ei ſubiecto, demonſtrabitur: quod ipſum πρῶτον καθόλου appellari, aliàs diximus. At tali ſubiecto, medium & πάθος per ſe ineſt, & quia ipſum, & non quia aliud quiddã. Subiecto autem κατὰ μέρος, inſunt non quia ipſum, ſed quia aliud quiddam ſit. Quamobrem, quũ magis ſit cauſa, καθόλου πρῶτον, atque αἰτιώτερον quiddam: præſtantior etiam ſit oportet καθόλου, quàm κατὰ μέρος demonſtratio: cui

propter

propter καθόλου ſubiectum, cauſa & medium, quo oſtenditur διὰ τί, congruit. Vt (uerbi gratia) tres duobus rectis æquos eſſe, minus appoſitè monſtratur παντὸς ἰσοσκελοῦς, ἢ ἰσοσκελὲς, quum ſit πρῶτον καθόλου. Nam medium & cauſa, atq; etiam πάθος, primò ineſt, & ineſſe monſtratur triangulo, quia triangulus: & πρῶτον καθόλου, quo participans ἰσοσκελὲς, in cauſa intelligitur eſſe, ut πάθος, & cauſa etiam huius, quadret ἰσοσκελεῖ. Ex quo par eſt intelligi, perfectè quid nō demonſtrari, niſi τὸ μέρος ſubiectum (ratione πάθους demonſtrabilis) ad καθόλου πρῶτον quoddam reuocetur, quo perfecta propoſitæ proprietatis conſtet demonſtratio. Diximus de primo ſubiecto cauſæ, propter quam, gratiaq; cuius, etiam alijs ſubiectis quadret ratio cauſæ. Fundamētum id conſtat eſſe demonſtrationis: cui ſuperſtrui omnia, τὰ μέρη, ſubiecta oporteat. Nunc quo pacto cauſæ etiam minus communes, nitantur communiorib. & illæ cōmuniſſimis, quib. perfecta acquieſcat demonſtratio, planum faciemus. Omnis cauſæ ſeu medij in demonſtratione ἀνάλυσις, fit ex minus communibus, & magis propriè pertinentibus ad ſubiectum & proprium demonſtrandum, ad communia magis, uſq; dum peruentum ſit ad cōmuniſſima principia demonſtrationum: tum enim deſinimus quærere, quamobrem fiat, aut quare ſit aliquid uerum & neceſſarium. Tum enim nos ſcire quidpiam arbitramur, quãdo nō aliud reſtat, gratia cuius aliquid ſit aut fiat, quàm id ipſum quod cōparatione aliorū cōmunium ſit, & quà communiſſimum, eatenus ſit ἀναιτιώτατον. Nequit enim id, in quod τὸ μέρος diſſoluitur, nempe ſpecies καθόλου ſeu pars compoſiti, ratione cognitionis & Scientię, eodem modo compoſitum eſſe. Quamobrem ut ipſum compoſitū ad pauca, ita partes eius ex quibus coaleſcit, ad plura quàm ad ipſum unum compoſitum accommodata erunt: & ob id καθόλου magis erunt principia, quàm effectus. Etenim effectus niſi rationem quandam habeat principij, communicari nequit: & τὰ μέρη, niſi communicentur, ratione principiorum, pars aut partes καθόλου cuiuſdam non appellabuntur. Itaq; inquirendis & inueſtigandis cauſis propriorū παθῶν, tãtiſper pergimus, donec perueniamus ad aliquam, cuius non ſit alia cauſa: quæ nimirum prima erit. Ac tum demū nos ſcire aliquid arbitramur, quãdo non fuerit alia quædā prior, quàm hæc ipſa: qua fiente aut exiſtente, reliqua fieri aut eſſe contingat: & quoad ſine hac prima cauſa, poſteriora neq; fieri, neq; eſſe, neq; ſciri etiam poſſunt. Sed in omni demonſtrabili propoſito, tales cauſæ latiſſimè patent, & ſunt communiſſimæ, & quo ad nos, maximè καθόλου: propter confuſionem in plurima, ſenſu nota, & inductiōe perſpecta καθέκαστα. Incipit enim, & terminatur ratione compoſitionis & ἀναλύσεως, demonſtratio omnis, ab his primis & communiſſimis, ac ſenſu etiam atq; inductione notiſſimis cauſarum generibus: quibus tanquam finibus, terminatur perfecta notitia: quoad nimirum ſunt poſtrema νοητά, & ab his ad ſenſum ſit prouocatio. His oppoſita ſunt maxime πρῶτα ſcilicet νοητά, quoad ſimpliciter ſunt maximè καθόλου, ac longiſſimè abſunt à ſenſu: quas ſpecies demonſtratione cognitas, finitione quadam perſtringens Mens noſtra, ſemetipſa eas noſcit. Denique omnia, quoad intra ſe, & non extra ſe collocata percipit mens, ſimpliciter primi dicuntur ὅροι, & maximè καθόλου: de quibus cùm aliàs etiā à me dictum aliquid fuerit, plura de his dicere in præſtantia ſuperſedebeo. Nos iam non de καθόλου illo uerba facimus, quod effloreſcit ex demonſtrationibus, & νοητόν quoddam perfectiſſimum eſt: ſed quod principium eſt demonſtrationum, cum ſenſu rerum coniunctiſſimum, unde fidem quoque haurit, cùm tales notitiæ ſint teſtatiſſimæ ſenſu: quæ demonſtrationis cauſa, non ſimpliciter primæ appellantur. In om-

Ex quo eſt cui dens, καθόλου, eſſe ἀρχήν.

Cōmuniſſima, ſunt ἀναιτιώτατα.

nibus cauſis (quoniam his monſtratur διὰ τί) huiuſmodi extrema principia quęrentibus, occurunt ijs quo ad nos, maximè exiſtētibus καθόλου, reſpectu cō poſitorum: quę cōpoſita, τῶν ἐπὶ μέρους ſcilicet, rationem obtineant: & id quidem, præſertim in cauſa finiēte perſpicuum eſt. Vt quamobrem proceſſit? ut acciperet pecuniam. Quare pecuniam accepit? ut reddat & perſoluat quod debet. Quę cauſa eſt, quòd ſatisfacit creditori? Ne iniuria ipſum afficiat. Qui fit, ut abſtineat ab iniuria? ne ſit improbus: quod ipſum per ſe notum eſt (ſine aliqua cauſa) fugiendum eſſe, tanquam per ſe malum: quo nimirum (reſpectu inferiorum) in hoc genere cauſę nihil eſt communius. Propter hanc cauſam, tanquā extremum finem, reliqua omnia & eſſe, & fieri dicuntur: & tum maximè ſcitur etiam, quamobrem proceſſerit quiſpiam, cognito fine illo, utpote fine finium exiſtente. Conſentaneum eſt autem, quòd eodem modo res in cęteris etiam cauſis ſit comparata, atq; his quibus propter quid explicatur, ſubiectis ſcilicet propriorum & medijs: quo nimirum modo finientium cauſarum ratio & ſeries ſeſe habet, de qua iam nunc diximus. Quapropter quod ſcitur ratione finientis cauſæ, tum maximè ſcitur, quando extrema καθόλου cauſa aſſignatur: finiens ſcilicet reliquos fines, extra quem nō ſit alius. In reliquis idē uſuueniet cauſarū generibus, ut per eas tū maximè et perfectiſſimè quidq; ſciatur, quando deuentum ſit ad id, quod ſeipſo & non propter aliud, cauſa exiſtat. Cuius rei, ut prius in cauſa finiente propoſuit exemplum Ariſtoteles, ita nūc in ſubiecto, quo pacto primum καθόλου acquieſcat, planum facit. Sunt autem oppoſitiſſimæ cauſæ, Subiectum & Finis. In medio ſunt, Efficiens &

Euclides li. 4. propoſ. 10. Forma: quarum illa gubernatur à fine, hæc uerò ſubiectum perficit. Eſt πάθος quoddam, quo ἰσοσκελεῖ quia ἰσοσκελὴς, ineſt: ut q; tale poſſit cōſtitui, cuius ad baſin utrumlibet cōſtitutum angulum, neceſſe ſit reſpectu tertij eſſe duplum. Eſt aliud, quod ei inhæret πάθος, ſed non quia ἰσοσκελὴς, ſed quia triangulum: quo dicitur, habere tres duobus rectis æquales. Deniq; aliud eſt, quod ei accidit, ſed neq; quia ἰσοσκελεῖ, neque quia triangulo, ſed quia figuræ πολυγωνίῳ: nempe habere externos angulos, æquales quatuor rectis. Nam ſi proprium hoc ineſſe dicamus figuræ πολυγωνίῳ, quatenus πολυγώνιος, de nullo alio deinceps quærimus ſubiecto. Non enim propter aliud, hoc ei ineſſe conſtat. At ſi dicamus ineſſe Iſoſceli, reſpondemus, quia Iſoſceles ſit triangulum: & triangulo, quia ſit πολυγώνιον: πολυγωνίῳ autem, non quia aliud quiddam. Ergo tum maximè, cui inſit ſcimus: quod ipſum, cum reſpectu reliquorum ſit maximè καθόλου, ſequitur, ut hac etiam ratione, τὸ καθόλου præſtet τῷ ἐπὶ μέρους demonſtrationi. De polygonio breuiter demōſtremus, quòd omne ſcilicet externos angulos, quatuor rectis habeat æquales. Etenim triangulū, interiores tres, duobus rectis habet æquos, & internum cū externo, identidē æquales duobus rectis. Quapropter tres interni, cum totidem externis creabunt ſex angulos, æquales ſex rectis angulis. Internis detractis, qui ſunt æquales duobus rectis, externi tres ſcilicet, æquales erunt reſiduis quatuor rectis. In quadrangulo, quatuor interni ſunt cum externis æquales octo rectis angulis. Quatuor interni, ſunt æquales quatuor rectis: itaq; reſidui, erūt æquales reſiduis. Quinqueangulum, ſeu πεντάγωνον, internos cum externis facit æquales decem rectis. Diuiduum autem eſt in triangulos quinq;, quorum κορυφαὶ coeant in uno puncto. Quotquot autem lineæ concurrant circa eandem κορυφὴν, non plures angulos quàm qui pares ſint quatuor rectis, conſtituere poſſunt. Singula porrò triangula, cùm duob. rectis æquales habeant tres, decem rectis æquales erūt quinq; triangulorum anguli. Sed quatuor rectis æquales ſunt oēs hi,





qui

qui conſiſtunt τῶν πλευρῶν: quocirca quinq; interni reliqui anguli, æquales erunt ſex rectis. His detractis, à decẽ rectis, quos interni cõſtituũt cũ externis, reſidui quatuor erunt recti, quibus æquales erunt quinq; externi anguli pentagoni: quod probandum erat. Idem eſt demõſtrandi modus, de cæteris omnibus Polygonijs figuris, ut non opus ſit de modo demonſtrandi plura dicere. Vna ratio eſt, quod detractis rectis angulis, quibus æquiparantur interni, à toto numero rectorum, quib. æquales ſunt interni & externi Polygoniorũ anguli, reſiduum ſit æquale externis angulis: quæ nimirum ratio, quadrat omnibus polygonijs, quatenus polygonia ſunt. Idem modus reſoluendi eſt cauſas reliquas, quæ ſunt aut forma proprij εἴδους, aut cauſa efficiens. Reuocantur enim omnia ad communiſſima quædam pronunciata, quibus arceſſunt & terminantur etiam omnes demonſtrationes: & communiſſima hæc ut ſunt, ita quoq; notiſſima ſunt hæc καθόλου. Præterea quò pergiĩ magis ad τὰ κατὰ μέρος ſubiecta, eò infinitior eſt demonſtratio, donec occurrant, quę communicari omnino non poſſunt: ut ſunt ſingula illa, quæ iam cadunt ſub ſenſum, quorũ per ſe ſcientia & demonſtratio nulla eſt. Horum enim cõcretorum nullum ita eſt unum, ut non ſit aliud etiam quiddam: nec eo modo quo καθόλου, ſimplex, uerum, & ſincerum ipſum eſt unum, ſed cum alio quodam, quod non ſit ipſum, concretum. Horum nihil neq; νοῦς, neq; νοητὸν per ſe eſſe poteſt: quum participent infiniti natura, nempe materia aut quantitate. καθόλου autem ſpecies, ipſa per ſe una, ſimplex, terminusq; eſt ſuapte natura infiniti: cuius particeps eſt id, quòd maxime τὰ κατὰ μέρος exiſtit, ut ſunt ad ſenſum ſingula. At res quoad ſunt infinitæ, comprehendi ſcientia nequeunt: ſed quatenus fines ſunt, & terminantur ſpecie καθόλου, ſciri poſſunt. Quoad ergo καθόλου, quum magis ſciantur quàm quatenus τὰ κατὰ μέρος: ſequitur, ut ἀποδεικτὰ ſint illa etiam magis, quàm ipſorũ καθέκαστα. Talium quoq; magis ἀπόδειξιν eſſe dicimus. ſimul enim natura ſunt, quæ referuntur ad aliud. Ergo hæc ambo magis, ſimul erunt. Præſtat igitur καθόλου, quia magis eſt demonſtratio, quàm demonſtratio τὰ κατὰ μέρος. Eôdem accedit, quòd præſtabilior eſt hæc ſcientia: quæ ſi habeatur, nõ modò hoc, ſed etiã aliud poſſit cognoſci: & cognito uno, de multorum ueritate nobis conſtet. Talis autem eſt, habens καθόλου ſcientiam Nam qui καθόλου nouit, agnoſcet etiam τὰ κατὰ μέρος: ſed non qui peritus erit τοῦ κατὰ μέρος, etiam eius quod καθόλου uerũ eſt, ſcientiæ particeps erit. Quamobrem etiam hac ratione, potior erit καθόλου, quàm τὰ κατὰ μέρος notitia. Differunt ἐμπειρία & τέχνη: quòd uidelicet ἐμπειρία, notitia rerum eſt ſingularum, quatenus ſingulares, & quæ ad res alias transferri nequeant, contracta in anguſtum: ſed τέχνη, notitia eſt ſpecierũ καθόλου, quarũ notitia in multis τὰ κατὰ μέρος exiſtentibus, uſui eſſe poſſit: quæ nimirum reſpectu ἐμπειρικῶν, ſit ἀρχιτεκτονική, τὸ διότι, καὶ τὴν αἰτίαν γνωρίζουσι. καὶ διὰ τοῦτο τὴν τέχνην, τῆς ἐμπειρίας οἰόμεθα μᾶλλον ἐπιστήμην εἶν· δύνανται γάρ, οἱ δ' οὐ δύνανται διδάσκειν. *Metaphy. lib. α. à principio.* Coarctat Empiricus rationem καθόλου, ſingularum rerum notitia: ſed technicus, ſingulorum notitiam, per καθόλου notam ſpeciem amplificat, notitia cauſarum euidentẽ eam in multis efficiens, δυνάμει cognoſcens καθέκαστα omnia. Poſtremò ſcientes gradibus diſtingui, nemini eſt ignotum, & quoſdam minus, quoſdam magis, nonnullos maximè ſcire conſueuiſſe dici. Longius abſunt à perfecta ſcientia, qui quamuis prædicatum ineſſe medio manifeſtè norint, medium tamen ſubiecto ineſſe, ignotius ipſis eſt, & incredibilius, quàm prædicatum ineſſe ſubiecto. Aut pluribus medijs, ſi poteſt oſtendi Medium ineſſe ſubiecto. Propius autẽ abſunt (quam notitiam aliàs ab Ariſtotele appellari diximus ἀπαγωγήν) qui prædicatum medio ineſſe nouerunt: ſed me-

dium ſubiecto ineſſe, aut credibilius eſt, aut æquè credibile, atque prædicatū ineſſe ſubiecto in concluſione. Aut quando perpaucis medijs, medium ſubiecto oſtenditur ineſſe. φαινόμενα πάθη, quo in ſubiecto primo inſint, & quibus primis cauſis ſubiectis inſint, difficilius & operoſius eſt noſſe, quàm proxima à prædicatis media. Nam cui primo ὑπάρχει, tum media inſint, tum prædicata, difficile eſt uidere in Phyſicis, quorum ſubiecta latent. Propria φαινόμενα autem ſunt ſubiecta ſenſibus: & propiores prædicatis cauſæ, cognitu ſunt faciliores, remotiores magis latent. Vt quòd nutritionis cauſa, ſit appoſitio & aſſimilatio nutrimenti, in ſubiecto corporis animati, uulgò etiam notum eſt. Sed inter medium & ſubiectum, cauſæ propius attingunt naturam ſubiecti: ex cuius materia & forma cognoſcendum, quæ materia, quod nam efficiens principale & inſtrumentale, qui modus, qui deniq; finis nutricationis. In quo maximum diuortium eſt autorum, cauſas explicando, quód ab alijs alia conſtituanť principia Phyſica, ad quæ reuocari iſta debent, cauſa ſcientię. Vt (uerbi gratia) aliud Hippocrati & Galeno, aliud Aſclepiadi & Democrito, de principijs uidetur. Falſis conſtitutis, peruenitur nunquam ad ſcientiam. Sed ueris ſic deſcriptis principijs, ut inter ſubiectum & medium, nulli alij medio locus ſit, quum nulla ſit ἄμεσος propoſitio, perfecta ſcientia erit. Quòd ſi aut mediū de ſubiecto, paruo negocio probari poſſit, aut mediū ſubiecto ineſſe tam ſit credibile, aut credibilius, quamuis ἄμεσον nō ſit, quàm ſit prædicatum πάθος in eſſe ſubiecto: gradus quidam factus erit ad ſcientiā: neq; ſcientia ſcilicet, neq; ignorantia hæc perfecta erit, ſed magis ſciens tamen quàm ignorans talis cenſebitur. Etenim quo ad καθόλου magis principia aſcenditur, nempe ea quę minus ſunt ἄμεσα, eo plus accreſcit ſcientię. Media enim huiuſmodi propiora ſunt principio indemonſtrabili. Quòd ſi exquiſitior hæc eſt demonſtratio, finitima principio: hauddubiè exquiſitiſſima erit, quæ adſciuerit maximè καθόλου principium. Notum eſt, ἐμπειρίαν prouocare ad principia technica: artis autem principia, nexa eſſe ex theoricis principijs, quę ſuprema ſunt, & maximè καθόλου. Id autem manifeſtum eſt, cùm in Mathematis ſubordinatis, tum etiam Phyſicis diſciplinis: in quibus ſupremas cauſas, & ſubiecta contemplātes, inferioribus eas diſciplinis tanquam architectonicas pręfectas dicimus. Siquidem (autore Ariſtotele) omnino ſcientiores ſunt Medici, qui ad Phyſica uſq; ꝓgrediūtur principia, quàm qui duntaxat Medicis ſunt cōtēti principijs: ἐπὶ συνόρῳ ἡ πραγματεία μέχρι τινὸς δεῖ, μαρτυρεῖ τὸ γινόμενον. Τῶν τε γὰρ ἰατρῶν ὅσοι κομψοὶ, καὶ περίεργοι, λέγουσι τὰ περὶ φύσεως, καὶ τὰς ἀρχὰς ἐκεῖθεν ἀξιοῦσι λαμβάνειν. Et alio quodā loco: φυσικοῦ δὲ καὶ περὶ ὑγιείας καὶ νόσου τὰς πρώτας ἰδεῖν ἀρχάς. οὔτε γὰρ ὑγίειαν, οὔτε νόσον οἷόν τε γίνεσθαι τοῖς ἐστερημένοις ζωῆς. διὸ σχεδὸν τῶν τε περὶ φύσεως οἱ πλεῖστοι, καὶ τῶν ἰατρῶν οἱ φιλοσοφωτέρως τὴν τέχνην μετιόντες, οἱ μὲν τελευτῶσιν εἰς τὰ περὶ ἰατρικῆς, οἱ δ᾽ ἐκ τῶν περὶ φύσεως ἄρχονται περὶ ἰατρικῆς. Cęterùm gradus eſſe quoſdā ueritatis & cognitionis, docet Ariſtoteles libro γ. Metaphyſicæ: diſputans cōtra eos, quorum nonnulli omnia falſa eſſe dicunt, ut Heraclitus: alij, uera omnia, ut Protagoræ fuit uiſum. Et alioqui, uulgò etiam, unum dicimus alio ſcientiorem eſſe, ſcientiſſimos eos autem, qui maximè καθόλου cauſas & rationes norunt: ſed de his aliàs plura. Ex his quæ diximus, concludēdum, præſtantiorem magis καθόλου demonſtrationem eſſe ea, quæ minus ſit καθόλου. Vt ſi demonſtretur, δ ineſſe ipſum α, per media β & γ: ſuperius autem, & magis καθόλου medium ſit β. Quamobrem perfectius ſcietur, α eſſe in ipſo δ, per β medium, quàm per γ: quamobrem demonſtratio etiam erit potior hæc, καὶ ἀκριβεστέρα, quàm ſi monſtretur per γ. Nonnulla porrò ex his, quæ commemo-

Ariſtoteles περὶ ἀναπνοῆς. περὶ αἰσθήσεως καὶ αἰσθητῶν.

rauimus hactenus, ſunt communia quædam & logica, non uernacula propoſito demonſtrando, argumenta: utpote quæ rerum attingant ipſarum magis quoad ſunt extra intelligentiam, naturam, quàm eorundem quoad concipiuntur tanquam νοητὰ animo, proprietatem quãdam, pertinentem ſcilicet ad ἀνάλυσιν ſcientiæ Dialecticam. Ex uernaculis itaq; maximè accommodatum illud eſt argumẽtum, quo liquet, καθόλου propoſitiones præſtare ἐπὶ μέρος propoſitionibus: ratione, qua priores ſunt natura & perfectione intelligentiæ, notiones καθόλου. Nam qui ueritatem prioris cognitam & perceptam habet, is quodammodo gnarus etiã eſt poſterioris: quoad nimirum eam noſcit δυνάμει. Et quamuis actu ignoretur ἐπὶ μέρος, nihilominus eius ignorantiam cũ ſcientia iunctam poſſe ſimul eſſe, iam antea oſtendimus. Contrà, qui noſcit quidpiam propriè ineſſe tanquam cuidam, ἐπὶ μέρος ſubiecto, & quia ipſum: is neq; quatenus etiam alijs ἐπὶ μέρος, neq; quatenus καθόλου cuidam ineſt, neq; actu, neq; δυνάμει cognitum habere poteſt. Vt (uerbi gratia) ſi quis nouit, Omne triangulum habere tres duobus rectis ęquos: quodammodo noſcit etiam, Iſoſceles habere tres duobus rectis æquos: etiam ſi quòd ſit Iſoſceles, ignoret. Non enim poteſt fieri, quin noſcens ἰσοσκελῆ, ſimul etiam agnoſcat triangulum. At contrà noſcens id proprij ineſſe ἰσοσκελῆ quia ἰσοσκελὲς, neque quia alij, neque quia triangulo quia triangulum, inſit: cognitum & exploratum habebit, neque actu ſcilicet, neque potentia ἐπιστητὸν καθόλου noſcens. Deinde καθόλου ipſum, per ſe ſola mente percipitur: ſed ἐπὶ μέρος ei ſubiectum, ſenſus adminiculo indiget. Agnoſcitur enim ἐπαγωγῇ ſenſus, quo multa omnia percipiuntur, quorum, per ſe demonſtratio nõ ſit: quum ἐπιστητὸν quoduis ſit unum. Hactenus καθόλου demonſtrationẽ, ea quæ ſit ἐπὶ μέρος, præſtabiliorem eſſe, ſatis ſuperq; nos oſtendiſſe opinor. Reſtat, ut Aientem Priuante etiã potiorem & antiquiorem eſſe, planum faciamus demonſtrationem. Ad id probandum, hac nobis primùm opus eſt hypotheſi. Eſto, ut hæc melior & antiquior ſit demonſtratio, in qua quibuſdam alijs exiſtentibus ijſdem, quæ paucioribus conficitur poſtulatis, aut hypotheſibus, aut propoſitionibus, ea quæ pluribus conflatur. Nam ſi demonſtrationes hæ ex æquo, & ſimiliter, notam rem propoſitam faciunt: nempe demonſtrabile quoddam πάθος, quoad in uno & certo quodam ineſt ſubiecto, citius ſcietur, & demonſtrabitur paucis, quàm multis adſcitis medijs. At præſtat, paucis rem cognitam habere, & neceſſarijs argumẽtis, quàm multis, longè petitis & quæſitis, quibus nihilo plus quàm paucis illis, prædicatum πάθος, ſubiecto ineſſe monſtretur. Exemplo, quod dicimus, eſt declarandum. Multa ſunt πάθη, quæ ſuo ſubiecto ineſſe mõſtrantur compluribus cauſis: ita tamen, ut καθόλου ſit una, plures ſint κατὰ μέρος cauſæ. Vt (uerbi gratia) Symptoma mœroris & metus, quibus afficit quiſpiam ſine cauſa, ineſt Melancholico homini propriè: quia uidelicet cerebrũ ipſius qualitatibus melancholici humoris eſt infectũ. Idipſum πάθος, ſi quis rationibus & cauſis hypochondriaci affectus conetur monſtrare, idem monſtrabit de ſubiecto eodem καθόλου: cauſis exiſtentibus etiam ijſdem, ſed alijs quibuſdam adiunctis: non prioribus tamen, ſed tanquam poſterioribus, his quibus ut paucioribus, idem prædicatum, ſubiecto eidem ineſſe oſtenditur. Vt (uerbi gratia) ſimpliciter πάθος illud melancholico homini hac cauſa oſtenditur ineſſe, qua perſpicitur natura iſtius humoris, & qua uis & efficacia qualitatũ eius, quæ nam in cerebro ſit, explicatur. Aliud eſt πάθος hypochondriacum, quod ipſum in alio quodam & diuerſo ſubiecto ineſt, coniunctum tamen cum melancholico affectu. Si quis melancholici ſymptomatis cauſam

probet rationibus hypochondriaci affectus, ut idē monſtret de eodē (quãuis alijs, & nō eiſdē demonſtrationibus) nō alijs tamen rationibus & argumētis iſtius ſymptomatis uteť. Sed quatenus paucioríb. mōſtrabit, hac ratione non modò prioribus, ſed etiã notioribus uteñ medijs. Sin pluribus mōſtret: ut ſi per hypochōdriaci affectus cauſas, primùm oſtendat ſymptomata meſeraicarũ uenarũ, deinde cauſam melãcholici affectus pendentē ex illo, ac poſtremò per affectũ melancholicũ, probet ſymptoma illud melancholiæ propriũ: omnino pluribus poſtulatis, hypotheſibus, & propoſitionibus indigens, operoſiſſimè quod inſtituit demonſtrabit, metũ & mœſtitiã ſine cauſa, melancholico cerebro ineſſe: nō neceſſarijs ſcilicet medijs infarciens demōſtrationē, quũ paucioribus poſſit explicari. Præſtat aũt, paucis & breuiter mōſtrari cauſam, propter quã prędicatũ inſit ſubiecto, ꝙ contrà multis: ſine quib. nihilominus intelligatur, quamobrē πάθος ſubiecto propriè inſit. Vt quãuis neſcias affectũ illum hypochondriorum, nihilominus ſcire licet, quam ob cauſam ſymptoma prius dictum, inſit melancholico: ut ad hunc intelligēdum, illo affectu nō ſit opus cognito, ſed contrà potius, ad hypochondriacum noſcendum, melãcholiæ cognitione ſit opus. Quanquam & de melancholico, & de hypochōdriaco monſtratur ſymptoma paulo antè dictum, nempe metus & mœſtitia ſine cauſa, minimè obſcuris medijs: paucioribus tamen illa quàm hæc, cōtenta eſt argumentis & principijs demonſtratio: ut ex Galeno notum eſt, qui hypochondriacam multis demonſtrat hypotheſibus & poſtulatis, cùm paucis quibuſdam, & ſimpliciter admodum demonſtret melancholiam. Planius conatur Ariſtoteles interpretari hanc ſententiam, ſeu propoſitionem, qua utitur quaſi communi, & Axiomate quodam: nempe quòd pręſtabilior ſit hęc demonſtratio, quæ conficiatur ex paucioribus, ea quæ ex pluribus. Ratio autem eius καθόλου maximè hæc eſt, ſi perinde ſit uerũ, utriuſq; ſcilicet demōſtrationis nota eſſe media: deinde uerum ſit etiam, priora eſſe notiora. Qua ratione priora, eadem erunt etiam communiora media: prius enim eſt quod communius eſt, & quo aliud etiam demonſtrari poteſt. Eſto, ut per media β γ δ monſtretur α eſſe in ι: ut ſymptoma melancholicũ in hypochondriaca. Deinde id ipſum ſymptoma, monſtretur etiam eſſe in affectu, qui aliàs appellari ſolet Melancholia: ut ſi α, probetur ineſſe δ, per media ζ η. Similiter porrò α, conſtat ineſſe ipſi ι, & præterea quoq; ipſi δ: ſed prius tamen & notius ſit, ipſum ineſſe δ, ꝙ ι: propterea quòd mōſtrať α ineſſe ipſi ι, adminiculo δ medij: ſed α ineſſe δ ipſi, nullo medio, pertinente ad α ι, demonſtrari ſolet. At credibilius, per quod demonſtratur aliud quiddam, & paucioribus medijs etiam oſtenditur α, ineſſe ipſi δ. Quare quæ paucioribus conſtat demonſtratio, melior & antiquior demonſtratione, quę conſtat pluribus: ſi non ſimpliciter alię fuerint, ſed aliæ quodammodo, participantes quibuſdam ijſdem. Quod his uerbis intelligi uoluit Ariſtoteles: τῶν ἐλλῶν, τῶν αὐτῶν ὑπαρχόντων. Nam ſi fuerint omnino aliæ & diſcrepantes demonſtrationes, comparatio hæc locum non habebit. Sin fuerint eædem penitùs, mutilata ea quæ paucioribus, reſpectu eius quę conſtat omnibus medijs, demonſtratio cenſenda eſt. Specie differunt hypochondriaca, & ſimpliciter melãcholia: at ſunt nihilominus idē aliquid, gratia cuius comparabiles ſunt demonſtrationes, & gratia cuius ταὐτότητος ſeu cauſa identitatis (ut ſic loquar) ὁμοίως ἔχειν dicuntur. Sunt autem eadem:

Metaphy. li. 4. ſed ὅμοια (autore Ariſtotele) ἐὰν μὴ ταὐτὰ ἁπλῶς ὄντα, μὴ δὲ κατὰ τὴν οὐσίαν ἀδιάφορα τὴν ὑποκειμένην, κατὰ τὸ εἶδος ταὐτὰ ᾖ, οἷον, τὸ μεῖζον τετράγωνον, τῷ μικρῷ ὅμοιον· καὶ αἱ ἄνισοι εὐθεῖαι, αὗται γὰρ ὅμοιαι μὲν, αἱ αὐταὶ δὲ ἁπλῶς, οὔ. τὰ δὲ, ἐὰν τὸ αὐτὸ εἶδος ἔχοντα,

ἔχοντα, ἐν οἷς τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον ἐγγίνεται, μὴ τὸ μᾶλλον ἢ, μὴ τὸ ἧττον, τὰ δ' ἐὰν ᾖ τὸ αὐτὸ πάθος, ἓν τῷ εἴδει, οἷον τὸ λευκὸν, σφόδρα καὶ ἧττον, ὅμοιά φασιν εἶν. τὰ δ' ἐὰν πλείω ἔχῃ ταυτὰ, ἢ ἕτερα, ἢ ἁπλῶς, ἢ πρόχειρα, οἷον κασσίτερος, ἀργύρῳ ἢ χρυσῷ· χρυσὸς δὲ πυρὶ, ἢ ξανθὸν, καὶ πυῤῥόν. Demonſtrationes hæ duæ, de quibus diximus, comparabiles ſunt: non quia ſubiectum omnino idem habeant, ſed quia participant ſpecie eadem ſymptomatis, et eius ſymptomatis cauſa quadam eadem. Quoad tamen cauſa hæc, in una demonſtratione coniungitur cum alterius etiam affectus cuiuſdam cauſis, & quodammodo alienis, reſpectu ſymptomatis demonſtrandi, alterius autem demonſtrationis cauſa ſimplex, ſola, & ſincera proponitur: antiquior ſcilicet hæc quæ paucioribus, quam quæ pluribus mõſtratur medijs, exiſtimatur eſſe demonſtratio ſymptomatis melancholici. In omni porrò ſimilitudinis comparatione ineſt τὸ αὐτὸ quiddam, & præterea, τὸ ἄλλο. λέγεται γὰρ, ἄλλο, ἀντικειμένως, καὶ τὸ ταυτό. διὸ πᾶν πρὸς ἅπαν, ἢ ταυτὸ, ἢ ἄλλο. Comparabiles non eſſent inter ſe, affirmans & priuans demonſtratio, niſi haberent aliquid Idem, & aliquid etiam Aliud, ratione qua dicitur aiens negante antiquior & præſtantior. Quæ igitur pluribus indiget adminiculis demonſtratio, & quæ ope alterius nititur, cum altera non requirat alterius ſubſidium haud paulo deterior hæc erit, quæ ſeipſa non perficitur, ea quæ nulli alij ſuam debet perfectionem. Sed cùm ambæ demonſtrationes, affirmans ſcilicet & priuans, tribus conficiantur terminis, item duabus propoſitionibus (quod ipſum in utriſq; idem eſt) ſed affirmans duntaxat Eſſe aliquid ſumat, priuans autem & Eſſe, & non eſſe, quidpiam ſtatuat: & quia pluribus, & quia non ſine adminiculo Affirmationis: deteriorem affirmante negantem eſſe, nemini dubium eſſe poteſt. Probat ſequente argumento, aientem non fulciri adminiculo negantis, ſed contrà, negantem demonſtrationem propoſitione indigere affirmãte. Etenim fieri nullo modo poſſe (ut aliàs ſit oſtẽſum) ut ex ambabus priuantibus cõcludatur ſyllogiſmus: cũ ſemper neceſſe ſit, unã negantem, & alteram aientem eſſe præmiſſam. Præterea aſtruendis præmiſſis demonſtrationis priuantis, adſciſcuntur media: quibus augeri ſolet demõſtratio ſyllogiſmi, uſq; dum nihil amplius reſtat probandum, aut ἄμμεσον. In tali incremento demonſtrationis, reperiuntur multo plures aientes propoſitiones, quàm negantes. Vt ſi quemuis unum ſyllogiſmum, ratione utriuſq; præmiſſæ, medio auxeris: in duobus ſyllogiſmis, quorum altero maior, altero minor probetur præmiſſa, nempe amborum quatuor præmiſſis, non niſi unam negantem deprehendes, reliquas autem tres, affirmantes. Vt (uerbi gratia) Eſto, ut α nulli eorum de quibus β prædicat, ineſſe demonſtret quiſpiam. Medium ſit γ, quod omni inſit β. ſed α, nulli inſit γ. Vtraſq; præmiſſas ſi medijs ꝓbari & augeri oporteat, medium propoſitionis maioris, nempe $\alpha\gamma$, ſit δ, & medium minoris, ut $\beta\gamma$, ſit ε: certum eſt. medio ε, cum extremis minoris propoſitionis iunctum, ambas conſtituere affirmantes. Sed medium δ, maioris præmiſſæ ſi iunctum ſit cum extremis, α γ, conſtat α δ fore negantem, ſed γ δ, fore affirmantem: ut uere dicatur δ, omni ineſſe γ, ſed α, nulli ineſſe γ. Perperam in Græco, pro γ, ponitur β. Ex quo euidens, unã duntaxat iſtius ſyllogiſmi præmiſſam eſſe negantem, præcedentis autem, præmiſſas ambas eſſe aientes. Idẽ uſuueniet, ſi porrò etiam probandis præmiſſis perrexeris illorum quoq; ſyllogiſmorum. Semper enim medio affirmantis præmiſſæ, duæ conſtituentur affirmãtes: ſed medio negãtis, una affirmãs, & altera negãs cõſtituet. Quocirca tali incremẽto, duntaxat una erit negãs propoſitio, reliquis omnibus exiſtẽtibus aiẽtibus: ſi negãs demõſtratio, alijs medijs aſſumptis, præmiſſas eſſe ueras oſtendat,

Metaphy. k.

oſtendat. Quandoquidē a ſit notius eſt, & fide dignius id per quod mōſtrať aliquid: Negatio autem monſtretur per Affirmationem, & nulla affirmās, per priuantem: quare ut prior, & notior, & fide dignior affirmans eſt negante, ita melior etiam erit, & prꝫſtabilior, & antiquior demonſtratio demonſtratione. Principia quoque utrorumque ſyllogiſmorum, affirmantium ſcilicet & negantium, ſi conferat quiſpiam inter ſe, natura priorem affirmantem negante eſſe, deprehendet. Etenim ſyllogiſmi demonſtrantis principium eſt propoſitio καθόλου ἄμεσος, ſeu indemōſtrabilis: quæ in aiente quidem affirmans eſt, in priuante autem negans καθόλου. Vt Omne totum, maius eſt ſua parte. Nullum totum, eſt minus ſua parte. Atqui conſtat, affirmationem natura priorem & notiorem eſſe negatione: quoniam ut per habitum priuatio, ita per affirmationem cognoſcitur negatio: & omnino prior eſt affirmans, ut prius eſt Eſſe (natura, non γνώσει) ꝙ Non Eſſe. Antiquius itaq; principiū eſt, ſtatuentis aliquid, ꝙ priuantis. Præſtantior ergo demōſtratio eſt, principijs utens melioribus. Deinde etiā principalior, καὶ ἀρχοειδεστέρα, quòd perimens & priuans demonſtratio, ſine affirmante principio eſſe nequit, eo tanquā fulcro quodā, & adminiculo ſubnixa. Hactenus aientē ἀπόδειξιν, & aſtruenrem, ſuperiorem & antiquiorem oſtendimus negante. Reliquum eſt ut probemus etiam, oſtendentem quidpiam, potiorem eſſe ea quæ abſurda concluſione colligit aliquid uerum eſſe, ex hypotheſi: nempe δεικτικὴν, τῆς εἰς τὸ ἀδύνατον ἀγούσης, quum multa δι' ἀδυνάτου etiam conſuerint monſtrari. De differentia amborū demonſtrandi modorum, ſcripſit Ariſtoteles multa, in altero priorum Analyticorū libro: quæ cognoſcenda illic ſunt. Breuiter utriuſq; diſcrepanriæ deſcriptio hæc eſt: Διαφέρει δ' ἡ εἰς τὸ ἀδύνατον ἀπόδειξις, τῆς ἀποδεικτικῆς, τῷ τιθέναι, ὃ βούλεται ἀναιρεῖν, ἀπάγουσα εἰς τὸ ὁμολογούμενον ψεῦδος. ἡ δὲ δεικτικὴ, ἄρχεται ἐξ ὁμολογουμένων θέσεων ἀληθῶν. λαμβάνουσι μὲν οὖν ἀμφότεραι, δύο προτάσεις ὁμολογουμένας· ἀλλ' ἡ μὲν, ἐξ ὧν ὁ συλλογισμὸς, ἡ δὲ μίαν μὲν οὖν τούτων, μίαν δὲ, τὴν ἀντίφασιν τοῦ συμπεράσματος. καὶ ἔνθα μὲν οὐκ ἀνάγκη, γνώριμον εἶναι τὸ συμπέρασμα, οὐδὲ προϋπολαμβάνειν ὡς ἔστιν, ἢ οὔ. ἔνθα δὲ, ἀνάγκη ὡς οὐκ ἔστιν. Proinde ut affirmans negante præſtantior eſt, ita quoq; affirmans δεικτικὴ, potior eſt ea affirmanie, quæ colligendo quid abſurdum, uerum oppoſitum ex hypotheſi demonſtrat. Quid interſit inter negantem uerè demonſtrantem, & affirmanrem ex hypotheſi uerum colligentem, breuiter eſt cōmemorandū. Eſto, ut uerū ſit, α nulli ineſſe β: deinde uerū etiā ſit, omni γ ineſſe β mediū. Verum ex neceſſitate concludetur: Nulli γ, ineſſe α: quæ nimirū δεικτικὴ eſt probatio negātis, ſeu priuantis demōſtrationis. Sed quæ per abſurdum probat, ſic inſtituetur, ſi hoc modo oſtenderimus, per abſurdam concluſionē, uerè negari α de β, in maiore propoſitione. De qua ſi nō cōſtet, utrum ſit uera, eius oppoſita affirmatio, pro uera ponatur. Deinde conſtat, minorem hanc eſſe ueram, qua ſtatuitur, Omni γ ineſſe β. Quibus poſitis, ex neceſſitate ſequitur, omni γ ineſſe α: cuius concluſionis ſit nota, & confeſſa falſitas. Quamobrem ex neceſſitate, uera erit cōcluſionis oppoſita negās: quæ falſitatem quoq; maioris propoſitionis affirmantis corrigit, de qua dubitabatur, utrū uera eſſet. Corriguntur enim principia falſa, per concluſorum notam falſitatem: quorum ſcilicet oppoſita, cōſtat eſſe uera. Vtriuſq; ſyllogiſmi, termini ſunt ijdem, ac ſimiliter digeſti: tantum hoc intereſt, quoad nimirum plurimum refert, utra negantium propoſitionum ſit notior, maior'ne, an concluſio priuans. id eſt, Vtrū notius ſit, α in nullo ineſſe β: an quòd α, in nullo γ inſit. Quòd ſi concluſio notior erit, quæ tanquam inſtantia opponiť affirmāti falſæ cōcluſioni, propoſitū, ea quæ per abſurdū colligit aliquid, demōſtratiōe concludetur.

Demonſtrationem δεικτικὴν, potiorē eſſe δι' ἀδυνάτου probantis quidpiam.

concludetur. Nec eſt ꝙ forſan opineř quiſpiã, inſtantiã, quæ ſit ratiõe ἀντιφάσεως, nõ καθόλου, ſed ἐπὶ μέρους eſſe propoſitionẽ, cuiuſmodi maior in Prima figura eſſe nõ poſſit. ut falſæ huic: Omni β, ineſt α: opponiř hæc uera· Nõ omni β, ineſt α: & nõ ·Nulli β, ineſt α. Nõ eſt, inquã, ꝙ opineř aliquis, id quod diximus, momentũ aliquod habere: quãdoquidẽ in hoc genere propoſitionũ neceſſariarũ, nihil interſit inter ꝓpoſitionẽ & inſtãtiã, ut aliàs oſtẽdimus. Nã (ut Ariſtot. inquit) ἣν γὰρ φέρει ἔνστασιν, αὕτη γίνοιτ' ἂν πρότασις, ἢ ἀποδεικτικὴ, ἢ διαλεκτική. At uerò ſi notior negans in ſyllogiſmo, nẽpe ſi pręmiſſa fuerit, & non cõcluſio: demõſtratio ſimpliciter hęc erit ἀποδεικτική. Ita ſane differũt, ὁ δι' ἀδυνάτου, καὶ ἡ ἀποδεικτικὴ ἀπόδειξις. Atqui prius natura notius, α nõ ineſſe ipſi β, ꝙ̃ α non ineſſe ipſi γ: propterea ꝙ priora ſunt, ex quibus concludiř aliquid, ꝙ̃ ipſa cõcluſio. Sed α, nulli ineſſe γ, cõcluſio eſt. At α, nulli ineſſe β, eſt ex q̃ colligiř cõcluſio. Etenim uerè cõcluſio nõ appellatur, ſi cõtingat per inſtantiã, perimi præmiſſam: ſed ex hypotheſi cõcluſio. Neq; etiam præmiſſæ erunt, ex quibus, ſed ex hypotheſi præmiſſæ. Maior itaq; priuans, eſt ex qua concludiř δεικτικῶς, negans concluſio. Sed eadẽ ſi fuerit affirmãs, ſyllogiſmũ ſimpliciter nequaquam conſtituet. *Aliud eſt, ſimpliciter: & aliud, ex hypotheſi concluſio.* Quoniã maior, ex qua continget colligi affirmantẽ, neque totum eſt, reſpectu concluſionis, tanquam partis: neq; pars etiam, reſpectu concluſionis, tanquam totius. Omnis enim uera affirmans collectio ſyllogiſtica, maiorem habet: quę reſpectu concluſionis ſeſe habet, uel tanquã totum ad partem, uel tanquam pars ad totum. Concluduntur autem affirmãtes duntaxat in Prima & Tertia figura. In Prima ſubiectum maioris (ut medium) ad ſubiectum concluſionis, habet ſeſe ut totum ad partem. In Tertia uerò, itidem ſubiectum maioris habet nonnunquam ſe ad ſubiectum concluſionis, ut pars ad totum: quandoquidem ſemper, ἐπὶ μέρος ſit concluſio. Quare poteſt fieri, ut pars collocetur, pro maioris ſubiecto (quod ſyllogiſmi eſt medium) pro ſubiecto autem concluſionis, ponatur totum: quum extrema, in Tertia figura, latius ſe proferant medio termino, ſi fuerit ſyllogiſmus tantum, & non ἀπόδειξις etiam atq; καθόλου ſyllogiſmus, ſeu ex καθόλου propoſitionibus conflatus. In propoſito ſyllogiſmo δι' ἀδυνάτου, concluſionis oppoſito, per inſtantiam refellitur falſitas maioris præmiſſæ. Aliquando parte uera, totum falſum: nonnunquam toto uero, falſitatẽ refellimus partis. Maior & concluſio, prædicatum idem, ſed ſubiecta diuerſa habent. In maiore enim, mediũ ſubijcitur, ſed in concluſione, ſubiectum ipſum, in utriſq;, exiſtente eodem prędicato. At demonſtratio ſi non fuerit, ſubiectum & medium, ut totius & partis rationem inter ſe habeant (ſiquidem ueræ ſunt) neceſſe eſt. Quòd ſi mediũ, reſpectu ſubiecti, in affirmante ſyllogiſmo, neq; totius, neq; partis rationem habebit: inſtantia hac, de qua dixi, falſitas eius confutabitur, priuansq; ſyllogiſmus uerus erit. Proinde cùm affirmatæ cõcluſionis α γ (quæ falſa eſſe noſcitur) tanquam ueræ, maioris ſubiectum, nempe medium, quod eſt α β, neq; pars, neq; totum eſſe queat: ſequitur, ut ratione negationis, partis & totius rationem negatam ſortianř. Iam ſi ex prioribus & notioribus natura, poſterioris ſeu cõcluſionis ueritas noſcitur: pręſtantior nimirũ ſyllogiſmus erit δεικτικὸς, quàm δι' ἀδυνάτου. Atqui ambo prius cõmemorati ſyllogiſmi priuantes, propter negantes propoſitiones fidẽ faciunt. Sed cauſa concluſionis, & à poſteriore fidem facit prioris, δι' ἀδυνάτου ſyllogiſmus: quum ſit notior ueritas priuantis cõcluſionis, quàm maioris priuãtis præmiſſæ. Cõtrà à priore, & maioris præmiſſæ negatione, δεικτικὸς fidem facit cõcluſionis priuantis: quæ natura poſterior eſt præmiſſa ſyllogiſmi. Quamobrẽ potior hic δεικτικὸς erit ſyl-

logiſmus, ea

logiſmus, eo qui probat δι' ἀδυνάτου, probans negantē cōcluſionem per præmiſſam: quæ ſuapte natura prior eſt cōcluſo. Affirmantē porrò ſyllogiſmum, iam antea oſtendimus antiquiorē eſſe priuante ſyllogiſmo: qui priuans, cùm præſtet affirmanti, qui pars eſt δι' ἀδυνάτου collectionis, ſequitur ut affirmans δεικτικὸς, affirmante, quo probatur quidpiam per abſurdum, multo ſit melior & præſtantior ſyllogiſmus: quod erat nobis demōſtrandum hactenus.

Quæ ſcientiæ perfectiores et eminentiores.

Quandoquidem ſcientiæ gradus etiam quoſdam eſſe conſtat, quorum cauſa, ſcientia una cēſetur alia eſſe exquiſitior & uerior, ſinceriorq́;, nec nō principalior, tanquam architectonica, & eminentior, quæ reſpectu inferioris, dare aliquid, & nihil ab ea accipere, exiſtimatur. Infimus autem gradus ſit earum, quibus deſcenditur ad ea, quorū cognitio nulla ſcientia aſtringi poſſit, ſed ſolerti duntaxat cōiectura quadā apprehēdanť: quæ nimirū ſub ſenſu ueniūt, autore Platone, πολὺ μεμιγμένον ἔχον τὸ μὴ σαφὲς, σμικρὸν δὲ βέβαιον. (*Philebo.*) Cōſiderādū igiť, quinā ſint gradus illi: & quodnā inter ſciētias, propter gradus illos, ſit diſcrimē. Priuſquam diſcrimen illud ex Ariſtotelis ſententia interpretemur, quæ ad rē iſtam intelligēdam faciunt, pauca quædam ex Platonis Philebo afferre in medium libuit.

τῶν γνωστῶν differentiæ, itē τῶν ἐπιστημῶν, ſecūdum gradus.

Exquiſitæ, ſeu ἀκριβεῖς appellantur ſcientiæ, quarum res ſubiectæ, parum aut nihil habent alieni admixtum, gratia cuius aliter habere ſe poſſint, quàm habeant cauſa ueritatis. Contrà ſe habent, in quibus nulla eſt exquiſitio cognitionis, nec perpetuitas ueritatis: ut ſunt, quæ fortunæ & ſenſib. ſunt ſubiecta: quorum per ſe ſcientia nulla eſſe poſſit, cùm in his nihil ſit ſtabile & firmum, propter admixtionem alienarum rerum, nihil pertinentium ad οὐσίαν, per ſe exiſtentis, & intelligentiæ tantum cauſa, ſimplicis & ſinceri ἀΰλου. Hæ res compoſitiſſimæ ſunt, & maximè καθέκαστα. Quarum autem cognitionis maxima eſt ἀκρίβεια, ſecretiſſimę ſunt ab omni admixtione: & ob id ipſum maximè καθόλου, ac ſola mente conſpicuæ ſpecies illæ atq; res exiſtūt. Nulla enim in his cauſa eſt, propter quam ratione ueritatis aliter ſe habere queant: qualis eſt cauſa in rebus ad ſenſum ſingulis. Si quid ergo ueri noſcitur in rebus ſingulis & concretis, id menti & καθόλου notioni acceptum eſt referendum: ut quæ in artibus & prudētia, ſenſus etiam reddere poſſit eruditos & ſolertes. Penes autem mentem ſcientia eſt, & ſcientiæ etiam ſumma perfectio, quæ diciť Sapiētia: quam interpretatur Ariſtoteles epitheto ἀκριβεστάτης ἐπιστήμης. De hac diximus aliàs, quòd contempletur ueritatem τῶν μάλιστα καθόλου. Plato Dialecticam, Ariſtoteles primam appellat Philoſophiam. Nunc de medijs diſciplinis & Scientijs diſſerendum, ut gradus ἀκριβείας earum internoſcamus. Primum diſcrimen eſt, quòd nimirum quędam ſine motu, propria πάθη contemplantur: ut Mathematicæ, quæ ſubiecta ſua à concretione materiæ naturalis ſeparant: & ob id dicuntur ὡς ἀφαιρέσεως ὄντα. Aliæ, ratione motus omnia demonſtrant: & ob id ipſum, ſpecies cū materia naturali cōcretas cōſiderantes, ἐκ προσθέσεως ὄντα ſcire & cōtemplari eos dicimus. Tales ſunt Phyſicæ diſciplinæ, quarū cauſæ ut ſunt neceſſariæ, & immutabilia principia, ita effectus neceſſarij non ſunt, ſed plerunq; cōtingentes: quoniā ratione materiæ, reliquarū cauſarum uis & efficacia poteſt impediri. (*Phyſicorū B.*) Alioqui (ut inquit Ariſtoteles) ἐν τοῖς φυσικοῖς, ἀεὶ οὕτως ἂν μή τι ἐμποδίζῃ. Ex quo eſt cōcludendū, maiorē eſſe ἀκρίβειαν Mathematicarū quàm Phyſicarum, propter cauſam modò dictam. Qua differentia, monemur etiam de methodo tractandi: quæ nimirū παιδεία quędam eſt in diſciplinis, ut ne aut exquiſitiores q̃ par ſit, rationes & demonſtrationes in rebus cōtingentibus requiramus: aut in Mathematicis & ſecretis, adhibeamus, quę cauſa materię aliter habere ſe poſſunt: de qua methodo nos

Ariſtoteles

Ariſtoteles etiam in primo libro Ethicorum ad Nicomachum, diligẽter admonet. Et in Metaphyſicis, quum ad hunc ſcribit modũ: τὴν ἀκριβολογίαν τὴν μαθηματικὴν, οὐκ ἐν ἅπασι ἀπαιτητέον, ἀλλ' ἐν τοῖς μὴ ἔχουσιν ὕλην· ἅπασα γὰρ ἡ φύσις, ἴσως ἔχει ὕλην. Sed præcepta hæc nõ ad ἐπιστήμην, ſed ad τρόπον ἐπιστήμης, qui nimirum Methodus eſt ἀναλυτική, pertinent: cuius peritia definit Ariſtoteles παιδείαν (ut diximus paulo antè) qua eruditus ſimpliciter aliquis eſt, ut poſſit quamq; rem, ſuo & appoſito modo tractare argumentis, & rationib. congruentibus ueritati. Secunda differentia eſt Mathematicarum, in quib. ſecretiſſima eſt Arithmetica, magis compoſita Geometria, cõpoſitior Muſica & Fabrilis: compoſitiſſima, quæ iam oculos, aures ad iudicanda artium opera adhibet: ut quæ iam nõ ſimpliciter λόγον, ſed λόγον in materia, ac non tã καθόλου, quàm σύνολον conſideret ac perpendat: quæ quantũ differant inter ſe, Platonem de his differentem audiamus. Σω. ἐν δὴ ταῖς χειροτεχνικαῖς διανοηθῶμεν πρῶτα, εἰ τὸ μὲν ἐπιστήμης αὐτῶν μᾶλλον ἐχόμενον, τὸ δ' ἧττον ἔνι. καὶ δεῖ τὰ μὲν, ὡς καθαρώτατα νομίζειν, τὰ δ' ὡς ἀκαθαρτότερα. Πρ. οὐκοῦν χρή; Σω. τὰς τοίνυν ἡγεμονικὰς διαληπτέον ἑκάστων αὐτῶν χωρίς. Πρ. ποίας, καὶ πῶς; Σω. οἷον πασῶν που τεχνῶν ἄν τις ἀριθμητικὴν χωρίζῃ, καὶ μετρητικὴν, καὶ στατικὴν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, φαῦλον τὸ καταλειπόμενον ἑκάστης ἂν γίγνοιτο. Πρ. φαῦλον μὲν δή. Σω. τὸ γοῦν μετὰ ταῦτ' εἰκάζειν λείποιτ' ἄν, καὶ τὰς αἰσθήσεις καταμελετᾶν ἐμπειρίᾳ καί τινι τριβῇ ταῖς τῆς στοχαστικῆς προσχρωμένους δυνάμεσιν, ἃς πολλοὶ τέχνας ἐπονομάζουσι μελέτῃ καὶ πόνῳ, τὴν ῥώμην ἀπειργασμένας. Satis, opinor, diximus de diſcrimine diſciplinarum, quoad differũt ἀκριβείᾳ & στοχασμῷ: qui uolet plura, è Platonis (ut diximus) Philebo requirat: nos iam nunc gradus ἀκριβείας, quo pacto diſtinguat Ariſtoteles, deinceps explanabimus. Prima eſt diſtinctio, qua liquet, διότι demonſtrationem, exquiſitiorem eſſe hac, qua ὅτι δὴ, quidpiam oſtenditur in eadem Scientia. Veruntamen niſi cõſtet, ὅτι δὴ ratio, διότι non poterit demonſtrari. Vna & eadem ſyllogiſmi materia, nonnunquam conſtat ὅτι & διότι demõſtratio: ut ſi φαινόμενα ſeu effectus, medium erit, ὅτι conſtituet demonſtratio: quæ ſimpliciter prior non eſt, ſed quo ad nos, aut propter ruditatem noſtram, prior dicitur. Natura autem & exquiſitione ueritatis, prior eſt διότι: ſed quo ad nos, poſterior. ἐπεὶ ἐκ τῶν ἀσαφῶν μὲν φανερωτέρων δὲ, γίνεται τὸ σαφὲς, καὶ κατὰ τὸν λόγον γνωριμώτερον. ἡ γὰρ μάθησις οὕτω γίνεται πᾶσι διὰ τῶν ἧττον γνωρίμων φύσει, εἰς τὰ γνώριμα μᾶλλον. καὶ τοῦτο ἔργον ἐστὶν, ὥσπερ ἐν ταῖς πράξεσι, τὸ ποιῆσαι ἐκ τῶν ἑκάστῳ ἀγαθῶν, τὰ ὅλως ἀγαθὰ, ἑκάστῳ ἀγαθά. οὕτως, ἐκ τῶν αὐτῷ γνωριμωτέρων, τὰ τῇ φύσει γνώριμα, αὐτῷ γνώριμα. τὰ δ' ἑκάστοις γνώριμα, καὶ πρῶτα, πολλάκις ἠρέμα γνώριμα, καὶ μικρὸν, ἢ οὐθὲν ἔχει τοῦ ὄντος, ἀλλ' ὅμως, ἐκ τῶν φαύλως μὲν γνωστῶν, αὐτῷ δὲ γνωστῶν, τὰ ὅλως γνωστὰ γνῶναι πειρατέον.

Metaphy. α. ἐλάττονι.

Ariſtot. lib. α. De partib. animal. à principio ſtatim.

De anima lib. 2. paulo poſt principium.

Metaphy. li. ζ.

Loquitur hoc loco Ariſtoteles de geminis his demõſtrationibus, ὅτι & διότι, quoad in eadem uſurpantur ſcientia, non quatenus in diuerſis, de quibus aliàs diximus: ſubordinatis ſcientijs accidere nimirum, ut ὅτι δὴ ratio penes inferiorem, ſed διότι penes ſuperiorem exiſtat: quo nomine ſuperior etiam ſit exquiſitior, καὶ ἀκριβεστέρα, quàm inferior, & ei ſubiecta Sciẽtia. At uerò ſi in una ſcientia, ὅτι & διότι monſtretur, qua ratione una, reſpectu alterius prior aut exquiſitior poſſit dici, modò oſtendimus: nunc differentiam alteram ἀκριβείας, explanare aggrediemur. Proinde ſincerior etiam hęc eſt, & exquiſitior Sciẽtia, quæ ſubiecto quodam alio concretam ſpeciem non contemplatur, ſed ſeparatim eam conſiderat, hac ſcientia, quæ ſpeciem in ſubiecto, aut cũ illo proprietatem huius ſpeciei exquirit & demonſtrat. Cõparantur hoc modo ἀκριβείας inter ſe, Arithmetica & Muſica, Geometria & Tectonica, & ſimiles his diſciplinæ: de quibus cùm ſit alio loco dictum, repetitis ijs nihil opus eſſe ui-

A detur in

detur in præſentia. Tertius eſt modus comparationis, qua iudicatur hæc eſſe exquiſitior, purior, prior & ſimplicior, quę paucioribus ſubiecti adminiculis indiget: & ſecretior eſt ea, quæ pluribus, & cuius ſpecies non niſi ἐκ προσθέσεως poſſit intelligi, & quoad eſt in alio quodam. Quæ cōſiderātur, quoad ſunt in alio quodam, quædam concretiſſima ſunt, qualia ſunt ſubiecta artium: alia ſunt minus concreta, ut quæ καθόλου magis, quàm σύνολον conſiderant: qualis eſt Phyſica, reſpectu Medicinæ: Geometria, comparatione Tectonicæ: Muſica theorica, ſi conferatur cum uocali, & ea quæ aduertit aures ſonis. Plato de Republica, omne quod Eſt, diuidit in νοητὸν et αἰσθητόν. Deinde rurſus, αἰσθητὸν diuidit in ea quæ uerè ſunt, & quæ uerorum ſint umbræ & ſimulachra. Aliud enim eſt uerum animal, aliud pictum aut fictum, aut in ſpeculo expreſſum figura duntaxat, et coloribus. Diuiſionem νοητοῦ generis, comparat ſectioni lineæ in duas, ſed inæquales partes: hac ratione, qua nimirum genus unum intelligendi res compoſitius ſit, & in plures diuiduum partes: alterum uel in nullas, uel pauciores, quoad magis aut minus ἐκ προσθέσεως intelliguntur: quo in genere, pręcipuè compoſita ſunt ſubiecta Phyſicæ ſcientiæ, cùm ſint omnes cum materia concretæ quædam formæ. Sine omni ſubiecto, & ſecretiſſima ἄϋλα cōtemplatur Dialecticus, ſeu primus philoſophus: omnia nimirum ὄντα, ᾗ ὄντα, contemplans: quamobrem omnium etiam eſt ἀκριβεστάτη ἐπιστήμη. Qua ratione, τὰ ὄντα ſimpliciter dicūtur eſſe, & nō quo ad nos principia, nec ſunt aliud quicquam quàm ὅροι, quibus ut indiuiduis terminantur omnia diuidua: quorum capacem νοῦν, iam antea diximus eſſe. Si quę alię diſciplinę cōtemplantur τὰ ὄντα, nō conſiderant ea ſcilicet per ſe, καὶ ᾗ ὄντα, ſed quoad ſunt in diuiduo quodam ſubiecto: ut Phyſicæ, quoad inſunt mobili corpori: Mathematicæ, quoad inſunt diuiduo ſecundum quantitatem ſubiecto: & ob id ὑποθέσεσι etiam principijs utentes, has diſciplinas non ἐπ' ἀρχὴν, ſed ἐπὶ τελευτὴν pergere, Plato ſcribit: quę nimirum τελευτᾷ, ſcientia quidem eſt, ſed nō prima tamen & ἀκριβεστάτη. At Sapientia contemplatrix ὄντων, incipiens ab his ſubiectis diuiduis, non agnoſcit hæc tamen pro principijs (quod faciunt inferiores diſciplinæ) ſed duntaxat pro hypotheſibus: progreditur autem ab his, ad contemplationem uerè ὄντων, & quæ nimirum ſunt ἀνυπόθετοι ἀρχαί, utpote compoſitorum, cauſa demonſtrationis ἀΰλων, tanquam effectuum καὶ τελευτῶν, principia ſempiterna & ſimpliciſſima: quæ cauſa ueritatis aliter habere ſeſe nequeant, neq; ipſa diuidua, neq; in diuiduis ſubiectis exiſtentia. Breuiter, quæ differentia νοητῶν ſit, ratione ἀκριβείας, oſtendimus. Poſt primā philoſophiam, quæ principatum habet, & domina eſt diſciplinarum contemplatricum ueri, aliæ ſunt alijs ſimpliciores. Quædam enim ſpeciem nimirum cōſiderant cum nullo alio ſubiecto concretam, & talem, quę uenire ſub ſenſum non poſſit: qualis eſt Numeri, & Mathematicæ unitatis Idea: quam ἐκ προσθέσεως, non liceat finire, quum ſit prorſus talium notitia κεχωρισμένον, ἀλλ' οὐ συγκεχυμένον τι. Aliæ in concretis etiā rebus, quales ſint ſpecies, facilè noſci poſſunt. Alias uerò ſenſus cauſa confuſas res non internoſcens, ſemetipſa ſecretionem molitur Mens: quas nimirum cum contrario confuſas, ſenſus menti cognoſcendas, & à contrario ſecernendas exhibet. Vt (uerbi gratia) tactus idem eſt, quo molle percipitur & durum: & quāuis ad numerū ſit idē, ratio tamen & mens ut συγκεχυμένα, tactus uno ſenſu nō percipit, ſed ut quædā κεχωρισμένα diſtinguit, aliud tactū eſſe intelligens, aliud uerò ipſius πάθη (quibus afficiatur) cōtraria ſcilicet animaduertens eſſe, pro uno hæc non habens, ſed pro cōtrarijs. Eodē & ſimili modo, quum nō niſi quatenus unum, utrūq; percipiat con-

cipiat contrariorū: duo tamen eſſe iudicat, ſecretū quiddā ab uno utroq;, eſſe Duo intelligens: quū ſenſus, binarium ab unitatibus ſingulis, diſtinguere nequeat. Ergo in binario eſſe aliquid, quod non ſit binarius, & quodāmodo contrariū, ſenſu nō percipitur, ſed intelligētia. Cæterùm quū prima ſint Entis contraria, Vnum & Multa, & concretū cum utroq; ſit (cauſa ſenſus) contrariū ἀδιακρίτως: ut cū Vno, iungitur infinita multitudo diuiduæ quantitatis partium: quòd nimirū concretū eſt, & ἀδιαίρετον Vnum. Et multitudo rurſus unitatū, Vnitate, ſeu una quadā ſpecie numeri cùm includaſ (qua ratione multa, unum numerū eſſe dicimus) quare prima διάκρισις mentis pertinebit ad Arithmeticam, qua uindicantur à cōtrarijs & alienis admixtionibus, οὐσίαι taliū formarū: quoad ſcilicet κεχωρισμένων, ipſa per ſe mens eſt principiū: quæ alioqui cauſa ſenſus, cōfuſam contrarijs habeant notitiā. Ornat inter cæteras Mathematicas, hoc elogio Arithmeticam Plato, ut ſit παρακλητικόν, & ἐγερτικόν τῆς νοήσεως quiddā: item ἑλκτικόν πρὸς οὐσίαν, & ἀγωγόν πρὸς ἀλήθειαν. Quamobrē cum neq; Vnū, quod eſt principiū numeri, neq; Numeri ipſi careant (ut diximus) contrario: ſecretrice opus eſt mēte, qua quid ipſum per ſe quiduis ſit, percipiatur: quum nihil ſuū contrariū eſſe poſſit. De utriſq; ſic ſcribit Plato: εἰ δ' ἀεὶ καὶ αὐτῷ ἅμα ὁρᾶται ἐναντίωμα, ὥστε μηδὲν μᾶλλον ἓν, ἢ καὶ τ' ἐναντίον φαίνεσθαι, τοῦ ἐπικρινοῦντος δὴ δέοι ἂν ἤδη, καὶ ἀναγκάζοιτ' ἂν ἐν αὐτῷ ψυχὴ ἀπορεῖν, καὶ ζητεῖν, κινοῦσα ἐν ἑαυτῇ τὴν ἔννοιαν, καὶ ἀνερωτᾶν, τί ποτ' ἐστὶν, αὐτὸ τὸ ἕν. καὶ οὕτω τῶν ἀγωγῶν ἂν εἴη, καὶ μεταστρεπτικῶν, ἐπὶ τοῦ ὄντος θέαν, ἡ περὶ τὸ ἓν μάθησις. Quamobrē abſtractiſſima, ſeu ſecretiſſima ex omnib. diſciplinis eſt Arithmetica, ac in ſubiecto ipſius minimū eſt φαντάσματος: quod ipſum præſertim intelligitur ineſſe formis propter ſubiecta diuidua, ac θέσιν habentia, quorū cauſa dicuntur etiā ἐξ ὑποθέσεως finiri atq; intelligi. Secretione mentis, in Vno Arithmetico prorſus nihil eſt, quod ipſum non ſit ſimilimū ὄντι τὸ ὄν: & ob id à Platone dicitur, in primis etiā στρεπτικὸν ἐπὶ τοῦ ὄντος θέαν. Deinde, quāuis ſpecies ſingulorū numerorū, aggregatæ ſint unitatibus, in quibus tanquā ſubiecto & materia quadā, ſpecies inſit (ut Ternarius, cùm nō ſit ſingulæ unitates, nihilominus ſpecies aggregationis harū Vnitatum, eſt Ternarius :) perſimile tamen id habent, cū αὐτὸ ὄντων finitionibus, ut quēadmodū nulla definitiōis pars minima pōt detrahi, quin tota οὐσία perimatur, ita nullus eſt numerus, quin ſi minimū de quantitate ipſius ſit detractū, tota ipſius ſpecies ſit nulla, & perempta. Idē ſentiendū de additamentis, quorū neutrū accidit cōtinuo quāto: quib. diminutis & auctis, ſpecies nihilominus οὐσίας eadē permanere pōt illabefacta. Vt lineæ, ſi quid detraxeris uel addideris, nihilominus manet linea: & triāgulus, eandē habet ſpeciē, ſeu magnus, ſeu paruus fuerit. Quāobrē quū Arithmetica ſubiecta minimū alieni admixtū habeāt, & plurimū ea (præſertim Phyſica) quæ finiunſ ἐξ ὑποθέσεως, id eſt ſubiectis quibuſdā, quoad extra intelligentiā θέσιν quandā habēt: idcirco Ariſtoteles in pręſentia inquit, Arithmeticā eſſe ἀκριβεστέραν: quia uidelicet purior hæc ſit & ſincerior ſcientia, quæ paucioſib. extra intelligentiā rerū indigeat adminiculis, quā opponit ἐξ ὑποθέσεως definitis & intellectis rebus : quæ nimirum res (propter ſubiecta) ſunt magis confuſæ, quorū ſubiectorū propriū eſt, ut φαντασμάτων naturis participent: quorū cōfuſionē ſeparare, propriū opus eſt mētis, ueritatē & ſinceritatē cuiuſq; οὐσίας contēplantis. Varijs cōfuſa ſunt φαντάσμασι Phyſica, quę difficile ſit interdū diſtinguere & explicare, cùm ſubiecta prima, & cauſæ ſenſibus nō occurrāt: à quibus tanquā hypotheſib. aſcēdimus ad principia, nēpe ad Ideas, quarū unaquęque eſt αὐτὸ ὄν. De cōpoſitis Mathematicis nō opus eſt ut dicamus aliquid: quæ nimirū Mathematicas proprietates ap-

Πολιτείας ζ.

De Repub.

tates applicāt ſubiectis Phyſicis, & hac ratione etiā ἐκ προσθέσεως ὄντα cōſiderant. De Geometria dubium eſt, utrū ἐκ προσθέσεως ὂν cōſideret quoddā: quū reſpectum ſubiecti Phyſici, certum ſit eam contemplari propria ἐξ ἀφαιρέσεως ὄντων. Sed hoc loco Geometriam comparās Ariſtoteles Arithmeticæ, ratione ἀκριβείας, cùm ſint ambæ ſinceræ & ſecretæ, ſecretior tamen eſt (inquit) Arithmetica, καὶ ἐξ ἐλαττόνων ſubiectum habet cōpoſitum. Eſt enim etiā Arithmetici ſubiecti quædā materia: numerorum enim ſunt unitates, quibus ſunt diuidui, & hac diuiſione, participare quibuſdam proprietatibus demonſtrantur. Quoniam ut reliquæ diſciplinæ non conſiderant ὄντα ᾗ ὄντα, & ipſas per ſe rerum Ideas, ſed πάθη, quatenus ſunt in diuiduo quodam ſubiecto: ſic etiam Arithmeticus, ſua πάθη, quoad diuiduis inſunt numeris, demōſtrat & cognoſcit, primæ philoſophię puritatem non aſſequens: minus tamen alijs, compoſita eſt. Nam Geometria compoſitior eſt, propterea quòd excepto corpore (quod nimirum, ratione Phyſici corporis, ſimpliciter dicitur ſecretum) aliæ ſpecies tamen ſubiectorum, tanquam priuationes quędam eſſe intelliguntur: ut punctum, linea, planities: de quibus Ariſtoteles, libro tertio de Anima, ſic

ἀδιαίρετα uocabulum, eſt homonymum.

ſcriptum reliquit: ἡ δὲ στιγμὴ, καὶ πᾶσα διαίρεσις, καὶ τὸ οὕτως ἀδιαίρετον δηλοῦται ὥσπερ ἡ στέρησις. Eſt ἀδιαίρετον, quod ſimpliciter nō poteſt diuidi: quoddam nimirum εἶδος à quantitate ſecretum, ut ſunt νοητὰ omnia. Aliud eſt, quod actu diuiſum in partes non fuerit, ſed diuiduū tamen eſt: ut quantū omne cōtinuū: Tertium eſt, quo diuiduum eſt aliud, ipſum autem hac ratione qua diuidit, indiuiduum exiſtit: ut planitie diuiditur corpus, ſed eadem diuidi ipſa nequit ſectione. Sic linea, planitiem: & lineam, diuidit punctum: quas nimirū ſectiones omnes, priuatione ſeu στερήσει quadam oporteat intelligi. Hac autem ratione, qua ſunt στερήσεις, intelligi ac definiri ſine ſubiecto nequeunt: quum ſit στέρησις, quædam ἀπόφασις, συνειλημμένη τῷ δεκτικῷ. Et ad determinationem ſubiecti, reſpiciens Ariſtoteles in Phyſicis, τὴν στέρησιν, πῶς εἶδος eſſe dixit. Ex his quę dicta ſunt, facilè poteſt intelligi, quamobrē Ariſtoteles, Geometrica hæc appellet ἐκ προσθέσεως, comparatione Arithmeticorum ſubiectorum. Deinde etiam perſpicuum eſt, non hac ratione, qua ſunt ὕλη (quemadmodum Phyſica) appellari ἐκ προσθέσεως ὄντα, ſed qua priuationes quædam: quarum ſubiecta θέσιν quandam habent, Formæ cuiuſdam, extra intelligentiam exiſtentis.

Qua ratione Vnum ſit ἄθετον, et punctū nō ſit ἄθετον.

Priuationes autem hæ, reſpectu illorum, ſint προσθέσεις quædam. Non enim, ut unitas Arithmetica, ſecreta ab omni ſubiecto intelligitur, & eſt (ut inquit Ariſtoteles) νοῦς ἄθετος: ita punctum quoq; erit indiuiduum ἄθετον, quū priuatione intelligatur lineæ. Et linea recta, circulū dicitur attingere in puncto, hac ratione, qua non cum parte aliqua lineæ circularis, cauſa tactus recta iungitur. Punctum autem ſignificat priuationem omnium partium lineæ: quoniam & finis, & priuatio eſt lineæ, non autem pars ipſius, quum nihil ſit ex priuationibus conſtitutum. Satis de comparatione ἀκριβείας dictum. Nunc quid

Quid ſit Vna, & quid Diuerſa ſcientia.

ſit Vnam, et quid ſit Diuerſam eſſe & dici Scientiam, explicare aggrediemur. Vna eſt Scientia (quę complexione continetur unius generis ſcilicet) quorumcunque compoſitio, ex eiſdem primis conſtituitur: & de quibus, tanquā partibus, primorum illa ſubiecta & prædicata, per ſe prædicari ſolent. Ex primis enim omnes contexuntur, & in hæc ipſa diſſoluuntur etiam omnes demonſtrationes: quorum demonſtrabilium ſubiecta, ſunt partes & ſpecies cōmunis cuiuſdam generis: & πάθη etiam propria, ad generum πάθη cōmunia, tanquam ſpecies quædam reuocari poſſunt: quod ipſum liquidò in Epagogicis demonſtrationū ſyllogiſmis perſpicitur, dum mediū de ſubiecto concluſionis,

ſionis, tanquam genus de ſpecie prędicatur, & prędicatum πάθος de ſubiecto conclusionis, quodāmodo ut pars prædicati cōmunis dicitur. Decæterò autē ὁμογενῆ principia eſſe demonſtrandorum, autor eſt Ariſtoteles libro tertio de Cœlo, ad hunc ſcribens modum: συμβαίνει δὲ περὶ τῶν φαινομένων λέγουσι, μὴ ὁμολογούμενα λέγειν τοῖς φαινομένοις. τούτου δ' αἴτιον τὸ μὴ καλῶς λαβεῖν τὰς ἀρχὰς πρώτας, ἀλλὰ πάντα βούλεσθαι πρός τινας δόξας ὡρισμένας ἀνάγειν. δεῖ γὰρ ἴσως τῶν μὲν αἰσθητῶν αἰσθητάς, τῶν δὲ ἀιδίων ἀιδίους, τῶν δὲ φθαρτῶν φθαρτὰς εἶναι τὰς ἀρχάς, ὅλως δὲ ὁμογενεῖς τοῖς ὑποκειμένοις. Aliàs quoq; oſtēdimus, extra genus, tanquam limitem nō euagari demonſtrationem. Nam quę euagatur & excurrit, alienis utitur principijs. Ex quo concludendum, ad unam pertinere ſcientiam & diſciplinam, quę cōmunibus eiſdem principijs ſint fundata, & quoad poſteriorum, præcedentes etiam demonſtrationes ſunt principia: procedendo uſquedum tota uniuerſi generis ſcientia fuerit κατὰ διέξοδον pertractata, cui alienum nihil ſit admiſcendum. Exempla, id quod dicimus, non deſiderat. Diuerſæ ſunt & diſcrepantes Scientię, quarum principia non eorundem, ſed diuerſorum ſunt generum: ut principia Geometrica & Phyſica, item Phyſica & Ethica, Ethica & Theologica. Nec non diuerſæ ſunt etiam Scientię, quæ quoad diuerſæ, alterius generis & diuerſi principijs non participant: ſed quatenus eædem, eiuſdem quoq; generis primis notis concluduntur. Vt ſunt diuerſę, mixti generis Mathematicæ diſciplinæ, quoad cōparanī ſuperioribus et ſimplicibus. Sunt eñ mixtæ, quia neq; omnino eiſdē, neq; penitus diuerſis utuntur demonſtrationū principijs. Sed de his dictum aliàs. Ariſtoteles primum genus diuerſarum Scientiarum, his declarauit uerbis: ὅσων αἱ ἀρχαί, μήτε ἐκ τῶν αὐτῶν. Alterum his: μήθ' ἕτεραι, ἐκ τῶν ἑτέρων. id eſt: Neq; diuerſa principia, petuntur ex diuerſis generibus. Vt ſi diuerſis principijs utatur Scientia quædam, diuerſa non ex diuerſis generibus requirantur principia tamen, ſed cuiq; parti ſubiecti generis compoſiti, ſua adhibeātur principia. Vt Muſicæ, quoad eius Phyſicum quoddam πάθος ſubiectum eſt, Phyſica exiſtunt principia: ſed quatenus participat numeris, principia aſſumuntur Arithmetica. Nec quoad Phyſicum eſt, ſumit ex Arithmetica ſua principia: nec quatenus particeps eſt numerorum, requirit rationes demonſtrationum ſuarum ex Phyſicis. Quamobrem Muſica, non modò diuerſa ab Arithmetica, uerumetiam à Phyſica erit ſcientia: quū diuerſę uidelicet ſint, Arithmetica & Phyſica, & una alterius principijs nō utatur. Mixta eſt autem, quia quodam modo eſt utriſq; eadē, & alio modo ab utriſq; diuerſa. Proinde quòd ſui generis principijs demonſtretur quiduis, & non alienis, ex eo perſpicitur, cùm deuentum fuerit ad ἀναπόδεικτα: quæ ſi fuerint alterius generis à ſubiectis & proprietatibus demōſtrabiliū propoſitorū, harmonia ſcientiæ nulla conficietur. Oportet enim in demonſtratione, συνᾴδειν τοὺς λόγους. Quòd ſi principia diſcrepent à demonſtrabilibus, οὐ πάνυ μουσικῶς λέγονται· οὐ γὰρ συνᾴδουσι, οὐδὲ συναρμόττουσιν ἀλλήλοις: ut apud Platonem inquit Socrates. Protagora. Quarę ſignum eſt, non demonſtratū eſſe quidpiā, ſi ἀναπόδεικτα & principia, non fuerint συγγενῆ τοῖς ἀποδεικνυμένοις. Vt quū Stoici monſtrant, Sapientem eſſe ἀπαθῆ, & ἀναμάρτητον: & Nouatus, quando negat lapſis reditū ad gratiam patére. Aut quando Timæus naturā & qualitates elementorum, mōſtrat Mathematicorū corporū figuris. Multa hoc nomine reprehēduntur ab Ariſtotele paſſim ueterū errata: quæ prolixius cōmemorāda hoc loco nō exiſtimo, quum ſint paſſim obuia. Ergo ritè & legitimè conſtituta erunt principia, ſi conſentanea fuerint concluſis. Conſentanea uerò eſſe, hoc deprenhedes ſigno, ſi quod ſubijcitur, & quod prædicatur in principijs, fuerint in eodem ge-

nere, in quo ſunt ſubiectũ & prædicatum concluſionis. Exploratum id nobis fit ſanè, uia & Methodo ἀναλύσεως. Vtrum aũt principia & cõcluſa, eodẽ contineant genere, uia quoque συνθέσεως deprehẽdimus: ut ſi pergendo & deſcendendo ex illis, conficiantur concluſa ἐν τῷ αὐτῷ γένει, καὶ συγγενῆ. Ab alienis enim procedendo, cùm uentum eſt ad uerum, ſenſus moreſque repugnant. Vt ſi quis αὐτοάγαθον cõſtituat principium Ethicæ, aut Metaphyſica accommodet Phyſicis: quod in Parmenide & Meliſſo teprehendit Ariſtoteles. Hoc modo abſurditatem principiorum refellit concluſorum abſurditas: quum uidelicet φαινομένοις notis, non ſunt conſentanea principia, quib. concluditur quod repugnet φαινομένοις. Falſo autẽ cõcluſo exiſtente, neceſſe eſt principiũ nõ eſſe conſentaneum: quemadmodũ ſi fuerit cõſentaneũ, ex neceſſitate concluſa erunt uera. His quaſi ſignis deprehendimus, neque ſcientiã unã niſi principijs alijs, quàm his, quorũ per ſe partes ſint demõſtrabiliũ propoſitorũ ſubiecta & prędicata: neque diuerſas ſciẽtias, quatenus diuerſæ, niſi eiſdẽ: aut diuerſam, diuerſę ſciẽtię principia aſciſcere: quod ἀνάλυσιν & σύνθεσιν teſtari demõſtrationũ, paulo antè oſtẽdimus. Ergo cõ cluſa, reſpectu principiorũ, & principia, reſpectu cõ cluſorũ, ſignificant una ſcientia cõtineri demõſtrationes, quę arceſſant eiſdem principijs: & quæ diuerſis, habendas pro diuerſis ſcientijs. Conſentanea aũt principia concluſis eſſe, ἀναλύσει & συνθέσει (ut dixi) deprehẽdimus: principijs conſentaneis ex neceſſitate ſubinferentib. concluſa uera & conſentanea: contrà uerò, falſis & abſurdis concluſis indicantibus principiorum falſam & abſurdã, ad genus diuerſum applicationem. Sub uno genere principia itaque & concluſa erunt, & διότι quoque medium, unũ erit: ſed tamen nõ ut unũ de uno demonſtratur, ita unius prædicati demonſtrabilis, etiam unum duntaxat medium eſſe oportet: cùm eiuſdem, plures demonſtrationes, ſed ὅτι δεῖ cõtingat eſſe. Omnibus cauſis & perfectè mõſtrari διότι ἀπόδειξιν, iã antea eſt dictũ: quia uidelicet οὐσίαν prædicati, huiuſmodi mediũ definiat. Sed cuiuſque οὐσία, non eſt niſi una, ὅτι οὐσία ἑκάστου, τὸ ἅπαξ. Verùm ὅτι δεῖν (cùm perfectè eo non monſtretur propoſitũ) multifariam poteſt demonſtrari: de quo aliàs diximus.

Quomodo unius poßint Demonſtrationes eſſe plures.

Duo ſunt autem modi, quibus poſſunt unius & eiuſdem demõſtrationes eſſe plures. Vnus eſt, quando eiuſdem ordinis & συστοιχίας plura media, ſed non continuata ſumuntur. Nam continuatum ex omnibus, unum eſt & διότι eo monſtratur, cùm ſit finitio prædicati πάθους. Partibus autem imperfectè monſtratur propoſitũ, nẽpe ὅτι δεῖ: quas μὴ συνεχὲς μέσον, hoc loco nominat Ariſtoteles. Vt ſi proximo medio à prædicato, probem triangulo ineſſe, tres habere duobus rectis æquos. Deinde medium illud oſtendam ineſſe triangulo, alio quodam: & illud rurſus, alio: uſque dum peruentum ſit ad id, quod à ſubiecto primum & ſimpliciſſimum eſt, & quo prius nihil demonſtrari poſſit: quo reliquis addito, coniunctis ſcilicet medijs & continuatis, conſtituitur διότι mediũ: quo non niſi uno (ut dictum eſt) propoſitum ſit demonſtrabile. Vt (exempli gratia) ſi α monſtretur de β, per γ, & per δ, & per ζ: media non continuata, eo quo dictum eſt modo. Alter eſt modus demonſtrandi plurib. medijs, quando uidelicet non ex eodem ordine ſeu ſyſtœchia, ſumuntur media, ſed ex diuerſa: non tamen ſic diuerſa, quin alterum de altero poſſit παρωνύμως prædicari: quod ipſum ſcilicet illis accidit, quia ambo uni cuidã inſunt ſubiecto. Sunt quidem nonnulla prædicata pluribus medijs demonſtrabilia, non ſynonyma tamen, quantumuis uideantur: ſed ὁμώνυμα, & finitiones etiã eorundem ὀνοματικοὶ, ſeu ὀνοματώδεις exiſtunt ambiguæ & ὁμώνυμοι. Vt (uerbi gratia) Spaſmi & Epilepſię, quoad eis ſignificãtur ſymptomata. Prioris λό-

γος ὄνομα

γος ἐντονματικός eſt, ut ſit motus inuolũtarius muſculi, uerſus ſuũ principium: poſterioris eſt, ut ſit & dicatur conuulſorius quidam motus, itidem muſculi, uerſus ſuum principium. Communi, ſed homonymo uocabulo Spaſmi, comprehenduntur ambo ſymptomata: quorum finitio etiã ὀνόματος, licet una uideatur eſſe & ſynonymos, non minus tamẽ atq; ipſum uocabulum, homonymos exiſtit. Quorundam enim (inquit Ariſtoteles) non modò nomina, ſed etiam λόγοι exiſtunt ὁμώνυμοι. Cæterùm homonymia hæc, noſcitur diuerſitate primorum ſubiectorũ, & cauſarum, quibus ſymptoma conuulſionis demonſtratur: quod cõmune eſt, & ſpecies habet, ratione quidẽ generis Logici, ſed nõ Phyſici: quorum generũ quæ ſit diſcrepantia, alio quodam loco me expoſuiſſe memini. Cæterùm ὁμώνυμοι λόγοι, nullo eodẽ primo ſubiecto, quare neq; eodem genere Phyſico communicant. Morbus enim, qui cauſa eſt epileptici ſpaſmi, cerebri uentriculis primò ineſt. Sed morbus, qui ſimpliciter cauſa eſt ſpaſmi, primò neruis ipſis ineſt: quamobrẽ ſpaſmi ſymptoma homonymon ſit neceſſe eſt, quandoquidem ratione ſubiecti & cauſæ, nihil idẽ & cõmune habeant ſpecies illæ. Quando igitur eiuſdem plures demonſtrationes poſſe eſſe dicimus hoc loco, idem ſynonymon πάθος eſſe oportebit, non homonymon: cuius ratio & definitio hæc eſt, ut nimirũ diuerſa media, in uno quodã ſint ſubiecto, reſpectu & ratione unius prędicati: qua ratione etiã παρωνύμως, alterũ prædicari & dici de altero poterit. Diuerſa enim, non niſi παρωνύμως de ſe mutuò prædicantᷣ: cùm nõ ſint σύστοιχα, queadmodũ genera & ſpecies, quæ ſolent συνωνύμως prædicari. Id quod iã diximus, iſtud Ariſtoteles his intelligi uerbis uoluit: ὁ μέσω, ὅσι μᾶλλον ἕτερον, τῶν μᾶλλον ἑτέρων λέγεσθαι τοῦ μέσου. ἀνάγκη γὰρ τῷ αὐτῷ τινὶ ἄμφω ὑπάρχειν. Sed quę nã, aut cuiuſmodi hæc ſunt media? Sunt (ut diximus) quæ in uno quodã eodẽ inſunt, & alterũ de altero prędicatᷣ παρωνύμως, quãuis nõ ſint σύστοιχα. Quæ ſimul ſunt (nõ σύστοιχα) in eodẽ, cauſæq; rationẽ obtinẽt. reſpectu eiuſdẽ proprij πάθους, Materia & Forma ſunt cõpoſiti, aut potentia & actus, quibus ἐνέργεια motionis conflatur. Omnibus enim partibus motionis, parti potentiæ, qua poteſt res perfici abolitione prioris formæ, adiungitur pars actus naſcentis: ut niſi factum ſit aliquid, nihil poſſe fieri uideatur deinceps. Materiam & Formam, non eſſe σύστοιχα, haud obſcurum eſt: cùm ſit alterum ſub facultatis ſeu δυνάμεως, alterum ſub ἐντελεχείας cõplexu. At nihilominus Materia de Forma dicitur παρωνύμως: ut os à terra, dicitur terreum, & caro pars ſanguinea, quemadmodum neruus pars dicitur ſpermatica. Viciſſim Materia denominari ſolet à Forma: ut ab Anima, corpus animatum: & lignum, à rotunditate, dicitur rotundum: & corpus, à Sanitate, ſanum. Apud Phyſicos, φαινόμενα πάθη monſtrari per Subiectum & Materiam, ὅτι ἐστὶ, ſed ratione formæ ſeu actus, διότι, docet Ariſtoteles libro ſecundo de Anima. Vt (uerbi gratia) ratione & definitione animati corporis, qua explicatur ut ſubiectum & materia animæ, monſtrari propria accidentia, ὅτι ἐστὶ, ait: ut hac, qua finitur Corpus, organicum, Phyſicum, uitæ cauſa δυνάμεως particeps. Deinde qua quid ſit, ratione formæ exprimitur: ut Corpus, particeps ἐντελεχείας, qua uiuimus, ſentimus, mouemur, & intelligimus: qua finitione, ut formæ, διότι monſtrantur πάθη propria, quæ compoſito ex anima & corpore inſunt. Reprehẽdit Ariſtoteles ueteres Phyſicos, in altero libro De ortu & interitu, ὅτι διαλείπουσι κυριωτέραν αἰτίαν· ἐξαιροῦσι γὰρ (inquit) τὸ, τί ἦν εἶναι, καὶ τὴν μορφήν. ἔτι δὲ καὶ τὰς δυνάμεις ἀποδιδόασι τοῖς σώμασι, δι᾽ ἃς γεννῶσι λίαν ὀργανικῶς, ἀφαιροῦντες τὴν κατὰ τὸ εἶδος αἰτίαν. Qui plura uolet, ex eo loco requirat, & præterea ex primo libro de Partibus animalium. Nuſquam enim plura, quàm

Phyſic. lib. 7.

illic, ſcripta reliquit, quæ faciunt ad diſcrimen noſcendum cauſarum illarum, quarum una ὅτι, altera διότι eſſe πάθος monſtratur. Quo conſtat, quemadmodum unius Phyſici πάθους, plures queant eſſe demonſtrationes. Quod Ariſtoteles obſcuriſſimis non tam explicuit, quàm implicuit uerbis: nec exemplo quod affert, ſatis intelligitur, quomodo Phyſicis demõſtrationibus, id quod dicitur, quadret. Sed ea quæ poſt exemplum ſequitur declaratio, interpretationi & ſententiæ noſtræ perquàm eſt conſentanea, ſi quis animum, ut breuiter dictis, diligenter aduerterit. Nunc quæ huius exempli præſentis ſit interpretatio, uideamus. Gemina demonſtratio eſt, ſeu medium duplex, quo oſtẽdimus, eum qui uoluptate afficiatur, mutari ſecũdum facultatem ſentientem. Vt compoſita res eſt ſubſtantia naturalis, ita ipſius energia quoq; peculiaris & propria, compoſita eſt ex potẽtia quadam, & actu quodam: rebus ſcilicet diuerſis, & quodammodo oppoſitis, in hac motionis energia coniunctis. Finitionem motionis accurate explanat Ariſtoteles in tertio libro φυσικῆς ἀκροάσεως: de qua ſatis dictum in præſentia. Voluptas hæc, de qua loquimur, non eſt ſincera, cùm ſit cum motu, qui abſq; contrarijs eſſe nequit, coniuncta. Voluptatem hanc, omnino & ſimpliciter γένεσιν & κίνησιν cenſuit eſſe Plato: & idcirco, ut imperfectam ἐνέργειαν, non eſſe ſummũ bonum arbitratur. Ariſtoteles in Ethicis, quandam cum motu energiam, non ipſum uerò motum, probare conatur eſſe Voluptatem: de qua cõtrouerſia pręſentis loci non eſt plura diſputare. Exemplum præſens, hypotheſi Platonica nititur: qua ſtatuitur, Voluptas eſſe motus, quo ex non naturali affectione, in naturalem ſubitò celeri motu permutetur animal. Quamobrem autem μεταβολὴ, ex Euripidis ſententia, ſit πάντων γλυκύτατον, docet idem Ariſtoteles in Ethicis. Sed tamen idem, ἡδονὴν μᾶλλον ἐν ἠρεμίᾳ, quàm κινήσει eſſe teſtatur. Cùm ſit autẽ Voluptas in motu quoq; (cuius genus, eſt μεταβολὴ) quo pacto Motus & Quies iuncta ſimul eſſe poſſint: & quies, quamobrem διότι magis ſit cauſa mutationis & motus reſpectu huius mutatiõis ſit potius ὅτι cauſa: deinceps nobis explicandum erit, & paulo repetendum altius. Ariſtoteles libro ſexto ἀκροαμάτων φυσικῶν, demonſtrat, Omne quod moueatur aut mutetur, ſtatim in eo eſſe, ad quod moueatur. Ergo cùm ex numero continuorum ſit motus, quod mouebitur, ſtatim partem eius quandam habebit, uerſus quod mouetur: ut quod ex nigro in album, partem quandam albedinis, mox ut mouebitur, habebit. Deinde liquet, motum eſſe energían, qua res qualibet parte temporis, aliter ſe habet nunc, quàm prius. Quietem uerò eſſe priuationem motus qua res eodem modo nunc ſeſe, quo prius, habeat. Diſcrepare porrò inter ſe paronyma hæc, ἠρεμεῖν & ἠρεμίζεσθαι, nemo ignorat: quorum altero ſignificatur, res quieſcere ſine motu: altero, tẽdere ad quietem, quatenus nimirum parte quadam quietis participat. Nam hoc modo quieſcens, ut uacare motu, eodem libro oſtendit Ariſtoteles: cùm aliud ſit ἠρεμεῖν, & aliud ἠρεμίζεσθαι (Quieſcere quidem uocula, reſpectu utriuſq;, homonymos eſt) quemadmodum aliud eſt conſtare: & conſiſtere, aliud. Sed hæc attigiſſe, ſatis eſt. Non expertem cõtrariæ affectionis uoluptatem eſſe, nempe doloris & moleſtiæ, & permutari ſubinde inter ſe ambas affectiones, tanquam contrarias: & experientia ipſa, & Platonis in Phædone rationibus atque argumentis, perſpicuum eſt. Deinde quòd uoluptas huiuſmodi non eſt pura & ſimplex energia, ſed quies, cũ motu quodam iuncta: id non propter ἀπάθειαν, ſed propter πονηρίαν φύσεως accidit. Participans enim contrarijs natura, obnoxia eſt labori & interitui, ꝓpter ἀσυμμετρίαν contrariorum: quæ reuocari ad ſymmetriam nequit, ſine motu. Sed

Philebo.

Ethicorum ad Nicoma. li. 10

Ad Nicomac. libro n. in fine.

optimo

optimo in ſtatu tamē ſemper eſſe nequit id, quod ſubinde indiget mutatione. ὥσπερ γὰρ ἄνθρωπος εὐμετάβολος ὁ πονηρός, καὶ ἡ φύσις δεομένη μεταβολῆς. Nec eſt quod dicas, uoluptatem, cùm ſit ἐνέργεια, ſine motu nullam eſſe: ὅτι οὐ μόνον κινήσεως ἐστὶν ἐνέργεια, ἀλλὰ καὶ ἀκινησίας: qualis eſt diuinorum & ſecretorum à conſortio materiæ, Volupras. In concretis ex materia, & contrarijs animalibus, uolupras μεταβολή quædam eſſe, probatur duobus medijs. Siquidem omne quod mouetur, idipſum mutatur etiam. At quod uoluptate afficitur, mouet. Item: Omne quod acquieſcit ſecūdum ſtatum naturalem, id eſt, quod ad quiètem tendit ſtatus naturalis, mutatur. Sed quod uoluptate afficitur, ad quiètem talem aſpirat, dum mouetur. Simul ſunt (inquit Ariſtoteles in Phyſicis) mutatio ex contrario, & mutatio in contrarium: ut mutatio ex morbo, & mutatio in ſanitatem: ſed rationes non ſunt eædem: quarum illa uocabulo exprimitur κινήσεως, hæc uerò uocabulo ἠρεμήσεως. Vocabulo κινήσεως, priuatio eius quod prius fuit, intelligitur: ὅτι πᾶσα κίνησις ἐκστατικὸν φύσει. Sed ἠρεμήσεως, συστατικόν quiddam intelligitur. ἡ γὰρ εἰς αὐτὸ κίνησις, ἐν ᾧ ἔστηκεν, ἠρέμησις μᾶλλον δῆλον, ἡ συμβαίνει γε ἅμα γίνεσθαι τῇ κινήσει. De cauſa iam quæritur, utrū ſcilicet κινήσεως magis ſit cauſa generati contrarij (quoniam in omni motu naſcitur cōtrarium eius, ex quo moueri res cœpit) an uerò ἠρέμησις; Reſpōdet Ariſtoteles, ἠρέμησιν magis eſſe cauſam, cùm ſit quædam σύστασις, ad hunc ſcribens modū in Phyſicis: ἀλλὰ μᾶλλον τὸ εἰς ἐναντίον μεταβάλλειν, δόξειεν ἂν αἴτιον εἶναι τῆς ἐναντιώσεως, ἢ τὸ ἐξ ἐναντίου. ἡ μὲν γὰρ ἀπαλλαγὴ ἐξ ἐναντιότητος, ἡ δὲ λῆψις, καὶ λέγεται δὲ ἑκάστη εἰς ὃ μεταβάλλει μᾶλλον, ἢ ἐξ οὗ. οἷον ὑγίανσις, ἡ εἰς ὑγίειαν, νόσανσις δὲ, ἡ εἰς νόσον. Quæ ad rem faciunt, deinde etiam quæ ad explicationem huius exempli, diximus omnia. Decætero non modò pluribus medijs idem demonſtrari contingit, uerumetiam pluribus Modis & Figuris ſyllogiſmorum, idem multifariam oſtenditur. Vna tantū monſtratur figura καθόλου affirmans. ἐπὶ μέρος affirmans, monſtratur omnibus affirmantibus modis Tertiæ figuræ, & uno Primæ figuræ modo. καθόλου negans, uno Primæ figuræ modo, & duobus Secundæ. κατὰ μέρος negans, uno Primæ figuræ, duobus Secundæ, tribus Tertię. Pro re nata, modis & figuris ſingulis uti poſſumus appoſitè: quod demonſtrantibus circumſpectè conſiderandum. Tractatione uerò hac ἀναλύσεως, ᾗ τρόπῳ ἐπιστήμης, definiri, & certo præſcripto comprehendi nequit talium uſus pro re nata ſyllogiſmorum.

Obiectio.

Reſponſio.

Phyſικῶν li. 5.

Phyſικῶν libro 8. circa finem.

Phyſicorū li. 5.

Phyſικῶν li. 5.

IACOBI

DEMONSTRATIONVM Liber IX.

Ariſtote. περὶ ζώων γενέσεως lib. 1. circa finem.

DEmonſtrationis ferè omnia præcepta & regulas, ſuperioribus tractauimus libris. Reſtat, ut quæ res, & quatenus demonſtrabiles ſint, conſideremus: item, quarum ſit opinio tantum, & non ſcientia, neq; demonſtratio. Deinde cùm principium in omnibus ſit unum (τῶν γὰρ ὅλ., τὸ ἀρχὴν ἕν, τὸ, αὐτὴν μὲν, αἰτίαν δὲ πολλῶν) quæri poteſt, utrum ad unum aliquod principium, omnes ἀποδείξεις poſſint reuocari. Nam quę ſunt extra mentem, innumera & infinita eſſe liquet: quorum opinationem & non ſcientiam eſſe, Plato in Timæo inquit: quibus tamen opinabilibus ne fallamur, & nec mobilitate ſua, tanquã Dædali effigies, cognitionem noſtram effugiant, ſcientiæ complexu aſtringẽda eſſe, tanquam uinculis quibuſdam καθόλου intelligentiæ, pręcipit idẽ in Menone Plato. Res quidem, quoad conſtãt fortuitis cauſis, item quatenus cadũt ſub ſenſus apprehenſionem, nulla Scientia percipi, nulla demonſtratione colligi & concludi poſſunt. Intelliguntur fortuita, negatione ſeu priuatione cauſarum per ſe: cuiuſmodi effectus, propter cauſas ſecundum accidẽs, neq; ſunt neceſſarij, neque plerumque ita ſe habẽtes. Nam Phyſica, quo minus ſemper eodem fiant modo, cauſa tamen materiæ, fortuitis impediuntur cauſis: quæ, negatione cauſarũ per ſe, ſolent intelligi. Nã per ſe cauſis quicquid fit aut eſt, aut neceſſariò fit uel eſt, aut plerũq; talibus exiſtentibus cauſis, contingit effectum eſſe. Quæcunq; ſecus fiunt, per accidens dicuntur fieri: id eſt neq; ex neceſſitate, neq; plerumq;. Sed quę nam eſt cauſa, ut fiat per accidẽs quidpiam?

Quid fortuita.

Metaphy. 5.

Reſpondet Ariſtoteles: ὥστε ἡ ὕλη, ἔσται αἰτία, ἡ ἐνδεχομένη παρὰ τὸ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, ἄλλως τοῦ συμβεβηκότος αἰτία. Atqui ſciẽtia eius nequit eſſe, q̃d definiri nequit. Cauſis aũt per ſe, finiuntur omnia: extra eas, quicquid eſt, infinitũ eſt, & ἀόριστον: ut ſunt fortuita omnia, quorum cauſę ignorantur cauſarum, cum accidente compoſitarum. Etenim Fortuna, cùm ſit accidens cauſæ per ſe, abſq; ſubiecto eſſe nequit. Sed hoc modo cauſæ per ſe, ſi ortus ſui & interitus, nempe cõpoſitionis cum accidente, & diſſolutionis cauſas per ſe haberẽt, in natura ſcilicet: accidens nullum eſſet, ſed ex neceſſitate fierent omnia, & infinitis (κατ' εὐθυωρίαν) quidpiam conſtitueretur cauſis: quod abſurdum eſſe dictu, &

Metaphy. α. ἐλάττονι.

fieri nullo modo poſſe, autor eſt Ariſtoteles in Metaphyſicis. Cæterùm tã nihil ſciri infinitis per ſe cauſis, iam antea oſtendimus, quàm modò dicimus, & planum etiam facimus, nihil ſciri poſſe per accidens infinitis, id eſt fortuitis rerum cauſis. Quamobrem cauſæ ſecundum accidens, nempe fortuitæ, generantũr & deſinũt, abſq; eo, ut generetur aut corrumpatur ſimpliciter aliquid. Nam per ſe naſcentium & intereuntium, ſunt etiam per ſe cauſæ, quibus ſimpliciter oriuntur & occidunt: quòd ſi cauſarum etiam tales ſint ortus & obitus, ut prima nulla erit, ita nec ſubſequens (propter infiniratem) aliqua erit. Ex quo concludendum, directè procedendo, perueniri in quouis genere cauſarum ad primam quandam (per ſe) cauſam: cuius non ſit alia per ſe (cùm prius non fuiſſet) generata, ſed per accidens quædam incipiens & deſinens cauſa: quas pręfuiſſe innumeras & infinitas, nulla prohibet abſurditas. ἔσται ὂν ἡ τοῦ ὁπότερ' ἔτυχεν, ἄυτη, καὶ αἴτιον τοῦ γίνεσθαι αὐτοῦ ἄλλο, ἀλλ' εἰς ἀρχὴν ποίαν, καὶ αἴτιον ποῖον,

in Epiſtola ad Familiares Dionis, Plato diſtribuit. ὄν, ἁπλῶς ὄν, εἰ ποιόν τι ὄν.

ποιεῖν, ἢ ἀναγωγῇ ποιῶσιν. Deſcriptio hęc eſt Ariſtotelis cauſarū ſecūdū accidēs, quas nulla per ſe differētia, ſed dūtaxat ποιότης externa quędā cōſtituat: ratione cuius ei accidit, ut iam ſit cauſa, cùm prius nō fuiſſet: aut deſinat, cùm prius fuerit: nō autē ob id ſimpliciter eſſe incipiat aut deſinat. Quædā enī ſunt (inquit Ariſtoteles) quæ ſine ortu & interitu (per ſe) eſſe, & nō eſſe dicunt̄. Deinde ποιὸν & ποιότης eſt, quādo idē, alia tamen ratione ingeminat̄: ut aliud eſt duo, aliud uerò duplū: & aliud, ſimpliciter cauſa, & aliud, qualis quædā cauſa. οὐσία γὰρ ἑκάστου τὸ ἁπλῶς. Fortuita autem, non ſimpliciter, ſed qualis quædam cauſa exiſtit: qualitate nimirum hac, quæ proprie principijs, καὶ τοῖς ἀκινήτοις congruit: cùm ſit alia κινητῶν qualitas, utpote cuius per ſe cauſa ſit incluſa in concretis qualibus, nempe eorundem natura. Sed in primis per ſe cauſis, non eſt alia incluſa, ſed omnino ſi quid inhærebit, accidens erit penitus indefinitum quoddam, & ἀόριστον non proprium, & cauſa quadam alia definitum per ſe. Quo fit, ut fortuitis cauſis nihil ſit ἐπιστητόν, utpote incertis, indefinitis, nunquam eodem modo habentibus, atq; infrequentibus, & quarum καθόλου ratio non poſſit eſſe: quandoquidem talis, neq; genus ſit, neq; differentia, neq; ſpecies, neq; proprium: & rebus, non niſi quatenus ſunt ſingulares, accidant. Fortuitum accidēs igitur, omnium per ſe cauſarum priuatione, ſic definit Ariſtoteles: συμβεβηκὸς δὲ λέγεται, ὃ ὑπάρχει μέν τινι, καὶ ἀληθὲς εἰπεῖν, οὐ μέντοι, οὔτ᾽ ἐξ ἀνάγκης, οὔτε ὡς ἐπὶ τὸ πολύ, οἷον εἴ τις ὀρύττων φυτῷ βόθρον, εὗρε θησαυρόν. ὥστ᾽ ἐπεὶ ἔστιν ὑπάρχον τι, καὶ τινί, καὶ ἔνια τούτων, καὶ ποῦ, καὶ ποτέ, ὅτι μὴ ὑπάρχῃ ἄν, ἀλλὰ μὴ διότι τοδὶ ἦν, ἢ νῦν, ἢ ἐνταῦθα, συμβεβηκὸς ἔσται. οὐδὲ δὴ αἴτιον οὐδὲν ὡρισμένον οὐδέν, τοῦ συμβεβηκότος, ἀλλὰ τὸ τυχόν. Fatali neceſſitate connexuerunt has cauſas Stoici, non ratione φυσικῆς εἱμαρμένης, ſed reſpectu τῆς θείας προνοίας: ratione cuius omnia futura ſint appellanda ἐσόμενα, quemadmodum naturalibus cauſis prouenientia, dici ſoleant μέλλοντα, ut quę fortuitis naturalibus poſſint propter materiam, impediri. Sed de his in præſentia dictū ſatis. Quib. par eſt intelligi, fortuitorū neq; Sciētiā, neq; preſciētiam à nobis poſſe haberi per demōſtrationē: ut maximè alio modo poſſint per Oracula, aut prophetias diuinorū, hominū prænoſci futura. Ariſtoteles in Ethicis ad Eudemū, τῶν παραλόγων cauſam eſſe dicit Fortunam, quæ ſit omnipotens quædam cauſa, gubernans omnes totius Vniuerſi motus. quæ nimirum ſit ipſe Deus, eminentius mente & ratione quoddam principiū, in quo, tāquā cardine, cōſiſtāt & moueant̄ omnia. Adſcribā uerba Ariſtotelis, quib. à gubernatione rerū non ſubmouet Deū autor ille, ut faciūt qui ſequuntur Epicurum: ſed ut Stoici ſolent, præficit illum ſummæ rerū tanquam principem & cauſam cauſarum, cōtinentem omnia. ὡς ἀπὸ τύχης ἅπαντα ἔσται, ἢ ἔστι τις ἀρχή, ἧς οὐκ ἔστιν ἄλλη ἔξω. αὕτη δὲ διὰ τί τοιαύτη, τῷ εἶναι, τοῦτο δύναται ποιεῖν. τὸ δὲ ζητούμενον τοῦτ᾽ ἐστί, τίς ἡ τῆς κινήσεως ἀρχὴ ἐν τῇ ψυχῇ. δῆλον δὴ ὥσπερ ἐν τῷ ὅλῳ θεός, καὶ πᾶν ἐκείνῳ· κινεῖ γάρ πως πάντα τὸ ἐν ἡμῖν θεῖον. λόγου δ᾽ ἀρχὴ οὐ λόγος, ἀλλά τι κρεῖττον. τί οὖν ἂν κρεῖττον, καὶ ἐπιστήμης εἴποι, πλὴν θεός; ἡ γὰρ ἀρετή, τοῦ νοῦ ὄργανον, καὶ διὰ τοῦτο, οἱ πάλαι ἔλεγον, εὐτυχεῖς καλοῦνται· οἳ ἂν ὁρμήσωσι κατορθοῦν ἄλογοι ὄντες, καὶ βουλεύεσθαι οὐ συμφέρει αὐτοῖς· ἔχουσι γὰρ ἀρχὴν τοιαύτην, ἣ κρεῖττον τοῦ νοῦ, καὶ βουλεύσεως. καὶ τούτων φρονίμων καὶ σοφῶν, ταχεῖαν εἶναι τὴν μαντικήν, καὶ μόνων, οὐ τὴν ἀπὸ τοῦ λόγου δεῖ ἀπολαβεῖν. ἀλλ᾽ οἱ μὲν (ἀπὸ τοῦ λόγου) δι᾽ ἐμπειρίαν, οἱ δὲ διὰ συνήθειαν ἐν τῷ σκοπεῖν χρῆσθαι. τῷ θεῷ δὲ αὐτοῦ, τούτῳ, καὶ εὖ ὁρᾷ, καὶ τὸ μέλλον, καὶ τὸ ὄν. Id circo Seruator noſter in Euangelio ſuis præcipit, ut nō ſint ſolliciti, quid reſponſuri ſint coram præſidibus, ſed in illa hora ſuggeſtum ipſis iri à ſpiritu Dei, βέλτιον ἢ νόησιν. οὐκ ἄρα τὸ νοῆσαι, συνῆσαι ἀρχή, οὐδὲ τὸ βουλεύσασθαι, βουλή. Produxi longius hanc diſputationē de Fortuna, ut quid ea eſſet, aut qualis cauſa, certò cognoſceremus

Ariſtot. lib Δ. Metaphy. περὶ τοῦ ποιοῦ.

Eodē libro, in fine περὶ συμβεβηκότος.

Quid ſit Fortuitū accidens.

Differunt ἐσόμενα & μέλλοντα.

Ad Eudemum libro.

gnoſceremus ex Ariſtotele: qui præceptoris ſui Platonis ſententiã ſequi mihi uidetur, ad hunc ſcribentis modũ in Quarto libro de Legibus: ὡς θεὸς μὲν πάντα, καὶ μετὰ θεοῦ, τύχη καὶ καιρὸς, τ' ἀνθρώπινα διακυβερνῶσι ξύμπαντα. Perſpicua eſt ratio, propter quã à ſcientia & demonſtratione, excluſa ſit fortuita cauſa. Nã ſi fortuitæ ſunt cauſæ, quibus neq; ex neceſſitate, neq; plerunq; fit aliquid, καθόλου ſcilicet cognitæ non erunt: qualibus cauſis utitur demonſtratio. Quare fortuitis non monſtrabitur aliquid, propterea quòd ἀποδεικτὸν omne aut neceſſarijs, aut plerunque ita habentibus cauſis demonſtrari ſolet. Nam ſi tales fuerint præmiſſæ, eiuſdem modi concluſionem etiam eſſe oportet. Vt ſi neceſſariæ præmiſſæ ſint, concluſio etiam erit neceſſaria. Et præmiſſæ ſi rerũ erunt, plerunq; talibus ſubſiſtentium cauſis, & concluſio erit, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ uera. At fortuitæ cauſæ neq; ex neceſſitate, neq; plerunq; uerum eſſe, demonſtrant quidpiam. Ad demonſtrandum itaq; tales cauſæ uim nullam habebũt, neq; fortuitorum ullam contingit eſſe ſcientiam: quod iam dicta ratione perſpicitur. Eorum autem quæ materiæ cauſa fiunt in rebus naturalibus, non ut neceſſariorum, ſed ut plerunq; uerorum, habetur ſcientia. Propter materiam enim (quæ ſubijcitur δυνάμει ἀντιφάσεως) ſolet nonnunquã effectus impediri: qui quòd plerunq; talis ſit, ſolet appellari naturalis, non quia rarus & infrequens. In ſingulis itaq; rebus, à ſcientia trãſit Phyſica ad coniecturã effectuũ, qui pendent ex cauſis naturalibus. Solitæ enim cauſæ, poſſunt impediri alijs efficacioribus: quo fit, ut interdum ſignis etiam conſuetarũ cauſarũ decipiamur. quoniam (ut Ariſtoteles ait) ἂν γὰρ ἄλλη κυριωτέρα ταύτης συμβῇ κίνησις, ἀφ' ἧς μελλούσης (αἰτίας) ἐγένετο σημεῖον, οὐ γίνεται. καὶ πολλὰ βουλευθέντα καλῶς τῶν πραχθῆναι δεόντων, διελύθη, δι' ἄλλας κυριωτέρας ἀρχάς. ὅλως γὰρ, οὐ πᾶν γίνεται τὸ μελλῆσαν· οὐδὲ τὸ αὐτὸ, τὸ ἐσόμενον, καὶ τὸ μέλλον· ἀλλ' ὅμως ἀρχὰς τηλικαύτας εἶν, ἀφ' ὧν οὐκ ἐπιτελέσθη, καὶ σημεῖα πέφυκε ταῦτα τινῶν οὐ γινομένων. Idem libro quarto De procreatione animalium, cauſam reddens, propter quam non ſemper æquali periodo producant uitã ſuam animalia eiuſdem ſpeciei: id fieri inquit propter κυριωτέρας αἰτίας, & præterea, propter ἀοριστίαν materiæ. Nam niſi hæc eſſent, periodis Solis & Lunę, omnes uitarum periodos numerari poſſe, tanquam in his inferioribus efficaciſſimorum aſtrorum, ad gignendum & corrumpendũ motibus ſuis res caducas: βούλεται, inquiens, μὲν οὖν ἡ φύσις τοῖς τούτων ἀριθμοῖς ἀριθμεῖν τὰς γενέσεις, καὶ τὰς τελευτὰς, οὐκ ἀκριβοῖ δὲ, διὰ τὴν τῆς ὕλης ἀοριστίαν, καὶ διὰ τὸ γίνεσθαι πολλὰς ἀρχὰς, αἳ τὰς γενέσεις τὰς κατὰ φύσιν, καὶ τὰς φθορὰς ἐμποδίζουσαι, πολλάκις αἰτίαι τῶν παρὰ φύσιν συμπιπτόντων εἰσίν. Ex his facilè colligi poteſt, in quibusnam fortuitæ cauſæ locum habeant rebus: nempe his, quarum cauſis per ſe, non ex neceſſitate, ſed plerumq; reſpondeant effectus: & ob id ἐνδεχομένων etiam, & non ἀναγκαίων ſimpliciter ſortiuntur appellationem. Et ut per fortuitas cauſas, ſcientia nullius rei nobis conſtat: ita nec ſingulæ, ac ſenſiles res, ſcientia cõprehẽdi poſſunt, neq; idẽ erit ſenſus & ſciẽtia rerũ. Nõ enĩ quia erudimur ſenſibus, & adminiculo eorundẽ adipiſcimur ſcientiã, idcirco ijſdẽ quoq; ſcient̃ res: ut idẽ ſit Sentire et Scire, queadmodũ quibuſdã eſt uiſum. Qua confuſione ſenſus & ſcientię, grauiſſimis deinde conflictati ſunt erroribus, ut aut uerũ nihil eſſe, dicerẽt nõnulli: ut Heraclitus, et Academici etiã nõnulli, q ἀκαταληψίαν defenderũt: aut omnia eſſe uera, atq; etiã cõtradicẽtia putarẽt ſimul uera eſſe: ut Protagoræ, ac Anaxagoræ uiſum. ὅλως δὲ διὰ τὸ ὑπολαμβάνειν, φρόνησιν μὲν, τὴν αἴσθησιν, ταύτην δ' εἶναι ἀλλοίωσιν. τὸ φαινόμενον κατὰ τὴν αἴσθησιν. ἐξ ἀνάγκης ἀληθὲς εἶναι φασίν. Atqui rerũ intelligentiã à ſenſione diſcrepare, in tertio de Anima libro docet Ariſtoteles: quę nimis lõgũ eſſet cõmemorare: neq; huius loci

Aristo. περὶ τῆς καθ' ὕπνον μαντικῆς.

In fine quarti.

Metaphy. γ.

& inſtituti eſt, ut exquiſitius iſta tractentur in præſentia, quũ ad præcepta demõſtrationis nihil faciant. Tametſi autem ſenſus quoq; unus, ut facultas quædam communis, ſit multorum atq; ſingulorum actuum, quibus apprehendũtur ſingula ſenſilia: non tamen eodem modo multorum eſt, quo καθόλου ſpecies una multorum eſſe dicitur. Senſus enim, quoad δύναμις eſt quædam, unus multiſ uidetur eſſe communis, nec ad actum, aut ſenſile numero unum, determinatus. Qua ratione etiam, non τοῦ δὲ τινὸς, ſed τοιοῦδε (quo καθόλου ſpecies ſignificatˉ) percipiendi uim ſenſus cenſetˉ habere, quo ſignificatˉ καθόλου quædã ratio, & communis: quemadmodum artem uerſari inquit Ariſtoteles, circa τοιόνδε τι, & non circa καθέκαστα, καὶ τὸ δέ τι, in Rhetoricis. Item Galenus in Libello, qui eſt inſcriptus ἰατρικὴ τέχνη, quum inquit, artem eſſe neq; omniũ ſingulorum, neq; quorundam, ſed qualium quorundam, quæ una quadam καθόλου ratione perſtringantur. Itaq; penes ſenſum etiam poſſet uideri quædam uis & facultas eſſe, percipiendi τὸ καθόλου: & hac ratione particeps etiam Scientiæ, qua ad percipienda multa habilis, & non ad rem numero unam percipiendã deſtinatus uidetur eſſe ſenſus. Reſpondemus, ſenſum & communem, & καθόλου quiddam eſſe, ratione qua ſit δύναμις, non qua ipſum ſenſili ſpecie affici, & ἐνέργειαν in ipſo ſenſionis excitari contingat: quã ἐνέργειαν neceſſe ſit ad numerum eſſe unam & indiuiduam, loci ac temporis gratia circũſcriptam. Sed quæ actu intelligitur ſpecies καθόλου (cõmunis ſcilicet omnibus, extrà loco & tempore circumſcriptis) nullo ſenſu attingitur: cuius energia, (ut dixi) nõ profert ſe extrà ad ſingulas res, loco & tempore determinatas: quibus conditionib. orbata ſpecies καθόλου intelligitur, quoad actum ſuũ cauſa mentis obtinet. Quare ſenſus, non ut facultate, ita quoq; actu ſuo eſt cõmunis: ſed Mens noſtra ut facultatem, ita quoq; energiam habet, intelligẽdis καθόλου formis, reſpectu ſingulorum, non re ipſa, ſed ratione cõmunem & diuiduam: qualis energia non eſt ſenſionum, qua ſingulas res percipit ſenſus: quam communicari nulli alij poſſe, notiſſimum eſt, cùm ſit rei, quatenus eſt τὸ δὲ, καὶ ποῦ, καὶ νῦν, & ſenſile, & omnis ſenſio, ſit ἀμέθεκτον quoddã. Oppoſita hæc eſt energia (quæ eſt ſenſus) καθόλου energiæ, quæ eſt mẽtis & intelligentiæ. Nam quod ſentitur, eſt ſingulare quiddam: quod non ſimpliciter, ſed loci & temporis gratia dicitur eſſe. Quod intelligitur, καθόλου eſt: & ſeipſo eſſe ſemper, & undiquaq; noſcitur uerum, non loci aut temporis cauſa uerum. Demonſtrationes itaq; cũ ſint καθόλου (quæ uerò καθόλου ſunt, ſenſu percipi nequeant) fieri nullo modo poterit, ut ſenſu quidpiam ſciatur: quum καθόλου non ſit, quod ſentitur. Quo ſanè refellitur ueterum error, opinantium, ſenſum rerum & intelligentiam, pro eiſdẽ numeranda: qua in ſententia Parmenidem, Anaxagoram, Empedoclẽ, Democritum, atq; etiam Homerum fuiſſe refert Ariſtoteles, libro γ. Metaphy. & præterea libro tertio de Anima, eundem cõmemorat & reprehendit errorẽ: quibus omnib. recitandis, in præſentia superſedebo, ne ſim longior, tractando & explicando ea, quæ per ſe paratam & facilem habẽt notitiã. Ex his quæ diximus, euidens eſt, ſi nõn modo, ratione, uerumetiã ſenſu ipſo, quæ demonſtrantur percipi poſſent: ut ſi triangulum habere tres duob. rectis æquos, non modò demonſtrando intelligeretur, uerumetiam adhibitis oculis ſentiretur: nequaquam cauſa ſenſus, iſtud nos ſcituros, ſed ratione καθόλου notionis, requiſituros eius demonſtrationem: quandoquidem ſentiendo, non niſi rẽ quoad eſt ſingularis, percipi ſit neceſſe, ſed ſciendo, non niſi καθόλου ratione (quæ ſentiri tamen nequit) comprehendi notitia queat: qua ſimpliciter & mentis, nõ loci aut temporis gratia, uerum eſſe quidpiam cognoſcitur. Simpliciter autẽ

Rhetoricor. lib. α.

B eſt ue-

Quid ſimpliciter uerũ, differat à uero per accidens, quod nempe loci aut temporis cauſa uerum eſt.

eſt uerum, quod ſemper & undiquaq; eſt uerum, nõ quod hac ratione, qua cadit ſub ſenſum. Nam quod cadit ſub ſenſum, mutabile eſt. Scientia autem immutabilis rerũ, & neceſſaria eſt ueritas, nec falſa eſſe (ut opinio) poteſt, mutatis ſub ſenſum poſitis rebus: neq; ſublatis, & ſenſum latentibus, permutari ſolet in ignorantiam. Plura de his dicerem, niſi aliàs fuiſſet à me oſtenſum, καθ' ἕκαστα neq; demonſtrari, neque ſciri poſſe (quatenus ſint καθ' ἕκαστα) nempe opinabilia quædam, & non ἐπιστητὰ cùm ſint, ſenſus teſtimonium requirẽtia: fallax ſcilicet, & lubricũ, & anguſtijs loci & tẽporis circũſcriptũ & incluſum, quibus energia tamẽ mẽtis nequaquã poſſit aſtringi ac coerceri anguſtijs: immutabiles eſſentię nimirũ cardines, ac ſempiternas νοίας apprehẽdẽs: quæ nimirũ καθόλου ſunt ſpecies, & nõ σύνολα quædã. Itaq; quoad ſentitur quidpiã, eatenus non etiam ſcitur: ſed tum demum ſcitur, quando καθόλου ratione demonſtratur, & quatenus. Mathematica propria demonſtrabilia, non ita occurrunt ſenſibus, ut Phyſica: quum ſeſe non prodant φαινομένοις quibuſdam, ſed ratione duntaxat inueſtigentur cauſæ, quę ſunt media demonſtrationum, non ſenſu, ſed per ſenſum notis principijs compoſita. At in Phyſicis pluribus demonſtrationibus, φαινομένων euidẽtia, percipiuntur cauſæ et media concluſorum: ut quòd Luna à Sole illuſtretur, obuerſa & auerſa à Sole cornua ipſius oſtendunt. Deficere eius lumen, obiectu terræ in diametro, perſpicuum eſt ex eo, quòd ſcilicet nũquam deficit, niſi ex diametro oppoſita Soli. His ſimilia ſunt alia, quæ monſtrãtur in Phyſicis: quorum cauſæ, φαινομένοις ſunt perſpectæ. Vt quòd Epilepticus ſpaſmus, fiat craſſis humoribus, imperfectè uẽtriculos cerebri obſtruentibus, anatomia eſt obſeruatum, præſertim caprarum, quæ frequentius corripiuntur hoc morbo: autore Hippocrate, aut quicunq; tandẽ is fuit, qui librum περὶ ἱερῆς νόσου, ſcripſit. Sed ut maximè cauſę etiam ſentiantur, ſenſio tamen hæc & notitia, nondum erit Scientia. Non una enim & altera ſenſione, ſed plurium teſtimonio, colligitur καθόλου notitia. Nam ſi nõ ſemper aut plerumq;, certa quadam cauſa prouenire quidpiam, ſit reſtatum ſenſibus, mens fortuitam eius cenſet eſſe cauſam: nec exploratũ καθόλου uerũ habere poteſt, quod frequentia ſimilium ſenſionum non fuerit teſtatum. Quapropter ſenſio, cùm non poſſit eſſe niſi ſingularis, & ſingularum rerum (quę res, cauſis etiam fortuitis & ſingularibus ſunt obnoxię) Sciẽtia rerũ nequaquam erit ſenſio. Nequit enim per ſe cauſa, diſtingui à fortuita & per accidẽs cauſa, ſenſione: quæ una eſt, & ſingularis, ſuapte natura: ſed comprehenſione una, multarum ſimilium ſenſionum, qua καθόλου nota ſpecies conſtituitur per mẽtem: qua ſola percipitur hæc ſpecies, ſenſu autem nullo attingi poteſt. Vt ſi in orbe Lunę conſiſtentibus nobis, intueremur obiectum terrę in diametro non ob id cauſam ſciremus defectionis, etiamſi ſentiremus eam deficere, non tamẽ qua de cauſa deficeret, ſenſu cognitum haberemus, ſiquidẽ καθόλου nota non fuerit. Non enim diſtinguitur cauſa per ſe, à fortuita, niſi (ut dictum eſt) καθόλου comprehenſione, quæ ſentiri nequit, ut fortuita: quæ percipi cum intelligendo non poſſit, tantummodo autem ſentiatur, momentanea eſt, & ſempiternitate caret, quæ propria eſt diuinorum. At uerò quæ fortuitæ non ſunt, eas uenamur ratione, qua perſpectum nobis, quòd aut ſemper, aut plerumq; & magna ex parte ſunt talium effectuum cauſæ: quibus teximus demonſtrationes, quibus etiam, tanquam inſtantijs, falſa propoſita refellimus. οὐ γὰρ πρότασις ἐστὶν, εἰ μὴ ἐστὶν ἐπὶ τῶν πλειόνων· οὐ γὰρ ἔσται ἐπὶ τῶν πάντων. Ex cõpluribus autem ſingularibus colligi καθόλου, notum eſt, nec indiget probatione. Deinde liquet etiam, cauſam per ſe, qua demonſtretur quidpiam, non poſſe aliam eſſe, niſi καθόλου cau-

θόλυ cauſam: cum fortuita omnis, & per accidens, ſit duntaxat περὶ μέρος, non pertinens ad ὅσίαν effectus. Præterea perſpicuum eſt etiam, καθόλυ notitiam honore afficiendam: ut ea quæ uerſatur circa res ſingulas agendas aut efficiendas, laudem meretur. Quæ ratio differentiæ ſit inter τίμια & ἐπαινετὰ, explicatur in Ethicis. καθόλυ autem idcirco recenſetur inter τίμια, quoniam cauſæ rationem & principij obtinet, quæ uidelicet in numero ſunt diuinorum: & propter καθόλυ, τῶν καλῶν καὶ τιμίων τὴν εἴδησιν dixit Ariſtoteles, in præfatione primi libri de Anima. Per ea ſemper quæ latius patent, tãquam cauſas, demonſtramus effectus & παθήματα quælibet: quamobrem καθόλυ cauſæ ſunt, propter quas ſempiterni ſunt: nec aliter habere ſe poſſunt effectus, quorum ſpecies, ratione demonſtrationis, cognoſcuntur à nobis. Principia portò omnia, quibus res eſt perfecta, ipſa uerò aliunde non accipiunt perfectionẽ, quin diuinorũ & honorabiliũ numero ſint adſcribẽda, cui dubium eſſe põt? Vnius ergo καθόλυ, tãquã principij, pluris facienda eſt cognitio, multis eiuſdẽ ſingularum rerum ſenſionibus: quæ principij rationem, propter multitudinẽ, habere non poſſunt. Etenim uno καθόλυ, ſincera & ipſa per ſe noſcitur ὅσία. Sed uno ad numerum, & ſenſili, percipitur pars minima multitudinis, quæ multitudo omnino accidit eſſentiæ: quæ eſſentia, quatenus principium, eſt intelligẽtia Vnum, multorumq; cauſa exiſtit. Deinde aliud eſt, eo quod intelligitur uno, λόγῳ duntaxat ὀνοματῶδες, præſtantius quoddam καθόλυ, cauſa ſcilicet & medium, quo διότι intelligitur. Quæ cognitio antiquior eſt ea, qua per notiora nobis ſenſu, ὅτι δὴ cauſarum mõſtratur: nempe per minus, ea quæ ſunt magis καθόλυ, & ſimplicirer principia, perq; ſenſum nota, ea quę ſentiri nequeũt, cõcluduntur principia. Compoſitorum primorum νόησις, ut Axiomatum, eſt indemonſtrabilis: quæ quo ad nos, maximè ſunt καθόλυ, ſed natura & ſimplicirer (quia proximè abſunt à ſenſib.) ſunt, μάλιστα καθέκαστα & minimè omnium prima, & ſeipſis abſolutè exiſtentia principia: cuiuſmodi ſunt, quæ uerè καθόλυ, & principia appellãtur: quæ ſeipſis & omnibus numeris perfecta ſint oportet. Nam quod alterius, ex neceſſitare pars eſt, ut genus eſt ſpeciei, & Axioma Demonſtrationis, ut totum & perfectum non eſt, ita neq; καθόλυ ſimpliciter & abſolutè cauſa eſt et principium. Etenim principium & καθόλυ ſimpliciter eſt, quod non pendet ex alio, ſed alia omnia, περὶ μέρος ὄντα, nectuntur ex ipſo tanquam uno, multitudinis principio. Omnia enim multa, ſunt Vnũ: quia nimirum ſunt unius per eſſentiam. In præſentia, non loquimur de Vno, per accidens. Vnum porrò illud per eſſentiam, ſpecies eſt, cuius eſt propter διάνοιαν (ſi cauſis cõſtet) demõſtratio. Sed ratione qua perficit̃ eius διάνοια, ſimpliciſſima mentis cõprehẽſione, eius hęc definitio ſeu ὁρισμὸς ἁπλῶς, exiſtit μάλιστα καθόλυ: quia maximè Vnũ, & quà Vnũ, ſimpliciſſimum etiã eſt, cauſæ & principij rationẽ obtinẽs. Definitione enim Vnũ, indiuiduũ eſt Vnũ: ſi cetęq; partes habere uideat̃ cauſa διανοίας, nihilominus mente ſic cõſtituit̃ ex genere & differentia unũ εἶδος, ut ipſum, ratione harũ partiũ, diuidi nullo modo poſſit, adeoq; cauſa ſit etiã, ut totũ & compoſitũ περὶ διάνοιαν, pro perfectè toto, & cui addi aut detrahi nihil poſſit, habeat̃. Illud Vnũ, à ſenſili & ſingulari Vno, remotiſſimũ eſt, & ob id μάλιστα καθόλυ appellat̃: quia maximè Vnũ & ſimplex, cuius cauſa effectrix eſt mens etiã ipſa, omniũ προηγητικὸν καὶ πάντων κύριον περὶ φύσιν, ὅτι μάλιστα αὐτὸ δεῖν ἑνοποιεῖν. Nam quãuis Anima ſit etiã ἑνοποιὸν quiddã, nõ tamẽ ita adamãtinũ eſt Vnũ corporeũ, quod diſſolui nequeatur eſt Vnũ νοητὸν, quod æternũ eſt, & indiſſolubile, cùm ſit primũ, & ante omnia. Principiũ eſt (ut ex multis Vnum cõſtituatur) δύναμις, & ἐνέργεια. Vni

Scientiã ex genere eſſe τιμίων, et nõ ἐπαινετῶν.

τὸ φύσει καθόλυ, præſtat ei quod à ſenſu arceſſens, quo ad nos καθόλυ appellatur, et prius quo ad nos.

Vnũ Νοητὸν & Αἰσθητὸν, quid differant.

tatis τῶν νοητῶν, effectrix cauſa eſt Mens animæ, nempe νοῦς ποιητικός. de quo Vno, ſic ſcribit Ariſtoteles in Metaphyſicis: πάντων γὰρ ὅσα πλείω μέρη ἔχει, καὶ μὴ ἔστιν, οἷον σωρός, τὸ πᾶν, ἀλλ' ἐστί τι ὅλον παρὰ τὰ μόρια, ἔστι τι αἴτιον. ὁ δὲ ὁρισμός, λόγος ἐστὶν εἷς, οὐ συνδέσμῳ, καθάπερ ἡ Ἰλιάς, ἀλλὰ τῷ ἑνὸς εἶναι. Maximè omnium hæc ſunt πρῶτα, & καθόλου, pertinentia ad contemplationem primi philoſophi: qui penitùs ſeſe remouet à rebus (quoad ſenſilibus obnoxiæ ſunt affectionibus) cognoſcendis, καθόλου earum cōſiderans per ſe, non quatenus ſingulis, & ſub ſenſum cadentibus rebus applicari aut ſolet, aut poteſt, ab inferioribus diſciplinis reuocans καθόλου ὄντα ſcilicet ad ſupremam mentis ἀκρίβειαν, qua ſimpliciter principia τὰ καθόλου ὄντα ᾗ ὄντα, intelligūtur. Ariſtoteles hoc loco, talia καθόλου πρῶτα appellat: quorum cognitio ſcilicet ad inferiores ſcientias nō pertineat, ſed ad principem & ſupremam ſcientiam, καὶ τῶν ἐπιστημῶν σοφίαν, quę ſit τιμιωτάτη, καὶ ἀρχικωτάτη, καὶ ἡγεμονικωτάτη, ᾗ ὥσπερ δούλας, οὐδ' ἀντειπεῖν τὰς ἄλλας ἐπιστήμας δίκαιον, ἡ δὲ τῶν πρώτων αἰτίων, καὶ τοῦ μάλιστα ἐπιστητοῦ, διωρίσθη εἶναι, ἡ τῆς οὐσίας ἂν εἴη τοιαύτη. Alia duo ſunt genera τῶν καθόλου λεγομένων: quorum alterū inductione ſenſus colligitur, alterum tanquam cauſa adhibetur demonſtrandis, καθόλου concluſis: cuius tanta ἀκρίβεια non ſit, quum non ſimpliciter ὅλος conſideret, ſed quatenus aliquid eſt, in aliquo diuiduo. Pertinet enim καθόλου tale ad diſciplinas, ad contēplationē ueri, ὑποθέντες ἀρχὰς adhibentes: de quo genere plura nunc dicerem, niſi iam pridem de eo copioſiſſimè diſſeruiſſem. Quarundam καθόλου νοήσεων, non eſt alia cauſa, ut quæ colliguntur ἐπαγωγῇ. Aliæ ſunt demonſtrabiles, & quarū demonſtrationum mediū ſanè eſt cauſa, præſtant his demonſtrationib. quarum ſenſile καθόλου eſt medium, nempe effectus: qui effectus, minus quàm cauſa, dici καθόλου meretur. Nā ratio effectus, ὀνοματώδης eſt, qua res intelligitur quoad ſub ſenſum uenit, non qua quid ſimpliciter ſit, noſcitur: ut qua διότι monſtratur, quæ perfecta demōſtrabilis rei eſt ſcientia, non pars ſcientiæ: ut λόγος ὀνοματώδης, qui καθόλου eſt rerum duntaxat, quoad ſub ſenſum ueniunt, nō quoad uerè & ſimpliciter ſunt, ſuaq; cauſa demōſtrantur & intelliguntur eſſe. Nam καθόλου ſpecies, eſt una & perfecta, cui nihil alieni ſit admixtum, nec cui detrahi poſſit aliquid, uel addi: cuius ratione participent καθέκαστα, tanquam cuiuſdam principij. Ipſa porrò καθέκαστα, ſuis ex principijs conſtituta (& præſertim loco ac tempore circumſcripta) non καθόλου tamen, ſed συνόλου rationem habent (nempe incōmunicabilis effectus) & nō cauſæ cuiuſdā: quę una, nō unius, ſed multorū reſpectu dicit̄ eſſe aliquid, nempe multorū τὸ δὲ τι ὄντων, quorū omniū τὸ ἓν εἶναι, ratione καθόλου nihilominus ſit unicum. Ex his quę diximus, perſpicuum eſt, καθόλου νόησις, quamobrem ut τιμιωτέρα, præferatur αἰσθήσει τῶν καθέκαστα ὄντων: item, quamobrem à ſenſu rerum remotiora ſint magis, & quæ remotiſſima, maxime καθόλου & τιμιώτατα. Quæ quidem omnia breuibus perſtringens & paucis uerbis Ariſtoteles, in cauſa fuit, ut hæc tam prolixè, & tam copioſè in præſentia explicaremus noſtra oratione: quam interpretationem ſtatuo ſtudioſis ad plures in Philoſophia diffi cilimos locos intelligendos fore utilem, quo fit etiam ut in talibus explicandis mihi magis indulgeā. Sentire igitur, cùm ſit energeia, qua percipimus res ſingulares, quatenus ſunt loco & tempore circumſcriptæ: fieri nullo modo poterit, ut ſentiendo ſciatur quidpiam, eo modo quo ſcitur per demonſtrationem (niſi quis pro eodem uſurpet Sentire, & habere alicuius rei ſcientiā per demonſtrationem) quādoquidem percipi ſenſu καθόλου nullū queat, utpote quod ſola mente cernitur, & eiuſdem ipſa etiā ſit cauſa effectrix. Dixerit nō iniurià quiſpiā, parum cōſentaneè iſta dici, & Scientiæ fidē immeritò derogari ſenſibus:

Metaphy. 8. *circa finem.*

ri ſenſibus : propterea quòd nullius rei poſſit eſſe ſcientia, cuius ſenſus nobis deſit : & quòd propoſita demonſtrabilia, tum demum problematica incipiãt eſſe, id eſt cauſarum certam non habeant explicationem, quando ſenſu, cauſarum quaſi ipſarum certo indice, propter non percepta quædam prius accidentia deſtituimur. Hac ratione non tam demonſtrabilia, quàm diſputabilia ſunt problemata Phyſica: quæ uindicãtur à controuerſia tamen & dubitatione, ſi teſtatæ ſenſibus etiam fuerint cauſæ: ad quarum notitiam mens abſque ſenſu peruenire nequeat, & uel nõ compertam, uel temerè fictam cauſam rei demonſtrandæ adhibere ſine ſenſu cogatur. Illud in multis accidit Ariſtoteli, qui propter ignorantiam anatomiæ, multorum effectuũ alienas & commentitias reddidit rationes & cauſas, quas inſtantia anatomicæ experientiæ liceat refellere. Idipſum alijs quoq; euenit, qui cauſarum ὅτι ἐστὶν, prius ſenſib. non habuerunt exploratam notitiam, quàm ſe ad explicãdam demonſtrationem conferrent. Referti ſunt exemplorum, Ariſtotelis & Galeni, aliorumq; plurimorum ſcripta: quibus omnibus perſpicuum, à ſenſu notis proficiſci demonſtrationem omnem: & ubi principia teſtata non poſſint eſſe ſenſibus, illic cõfictis, καὶ πλασματίαις λόγοις, τοῦτ᾽ ἔστι, πρὸς ὑπόθεσιν βεβιασμένοις locum eſſe. Eraſiſtratus, ſi experiẽtia ea, qua Galenus uſus, didiciſſet, pulmones per ſuas undiquaq; in ipſo diſperſas arteriolas, & profundere extra ſe in cauitatem quoque pectoris partem quandam inſpirati aeris, & eundem ſic profuſum aerem eiſdem oſculis per expirationem quodammodo quaſi reſorberi intra pulmones animaduertiſſet: non dubiam cauſam habere potuiſſet, propter quam in cauũ pectoris influentes inutiles humores ingredi pulmones, & tuſſiendo reijci queant. Sed Eraſiſtratus ut ſenſu, ita quoq; notitia deſtitutus illius cauſæ, longa & ridicula oratione, cauſam quandam fictam contexit: ὅμως πάντα δὴ ταῦτα ἄλογα, καὶ μάχεται καὶ αὐτὰ ἑαυτοῖς, καὶ τοῖς εὐλόγοις, καὶ ἔοικεν ἐν αὐτοῖς ὃν ὁ Σιμωνίδης μακρὸς λόγος. γίνεται γὰρ ὁ μακρὸς λόγος, ὥσπερ ὁ τῶν ἀδόλων, ὅταν μηδὲν ὑγιὲς λέγωσι. Proinde q; non ſemper ſenſu, ſed nõnunquam rationibus ueris, nullo aſtipulante ſenſu, principia conſtituantur, præſertim in explicatione problematum, eſt perſpicuum. ἐπεὶ περὶ τῶν ἀφανῶν τῇ αἰσθήσει, νομίζομεν ἱκανῶς ἀποδεδεῖχθαι κατὰ τὸν λόγον, ἐὰν εἰς τὸ δυνατὸν ἀναγάγωμεν. καθόλου igitũ rationes, in alijs perſpectæ, uiam nobis muniũt ad inuentionem aliarum καθόλου cauſarũ: quas tamen ſenſu cognitas habere nequeamus, ſubinde per inſtantias, ueram καθόλου cauſam colligentes: eam ſcilicet, cui per inſtantiam nihil amplius poſſit opponi. Cuiuſmodi cauſarum quæſtiones, problematicæ ſunt: propterea quòd unius nonnunquam effectus, plures cauſæ poſſe eſſe uideantur: quarum quędam ſenſu notæ ſint, aliæ non ſint, ſed inueniantur per inſtantias: ut quando cauſis ſenſu notis, opponitur ratio quædam. Vt (uerbi gratia) quæri ſolet, quæ cauſa motus ſit eius, quo purgantia dicũtur attrahere humores ex uenis certos, & nõ quoslibet. Plurimæ ſunt cauſæ, quib. põt aliquid loco ſuo emoueri, ſenſu notę. Primæ & cõmuniſſimæ, ſunt ὦσις & ἕλξις. Deinde cauſæ ἕλξεως ſunt: una, κινουμένου βάσις: altera, quando trahens, per συμπάθειαν quandam, afficit id quod trahitur, ut ſuopte nutu poſtea moueatur ad locum trahẽtis, & motum ipſius ultrò ſubſequatur. Cuiuſmodi tractus eſt Magnetis, reſpectu ferri: & (autore Galeno) tractus purgantis medicamenti, reſpectu eius quẽ purgat humoris. Tertia cauſa eſt, in corpore animato, uis longarũ fibrarũ, in inſtrumentis animatis, facultatem mouẽdi quidpiã in loco habentibus, quales ſunt etiam in uenis & arterijs: quibus oppoſitæ ſunt, ratione ſitus & facultatis, fibræ tranſuerſæ, propellentes nimirum contenta in ipſis cõtra naturam

Sẽſu illius experiẽtiæ eſt apud Galenum lib. octauo de aggreßiõe Anatomica, in extremo libri.

Reprehẽſio opinionis Eraſiſtrati apud eundẽ eſt, lib. 5. cap. 2. de Locis affectis.

Metaphy. v.

 per ὦσιν

per ὦσιν extra ſe. Quæ quidem omnes experimento ſenſus notæ ſunt cauſæ: ſed tamen quę cauſa ſit, ut medicamentum humorem certum educat è corpore, ſenſu nullo perſpicuum eſt. Si quis, ut magnetem trahere ferrum, ita dicat φάρμακον attrahere purgandū humorem: per inſtantiam occurri poteſt, quòd hoc modo non trahat. Nam magnes per ſe, nullo adminiculo trahit. Sed pharmacum, trahendi humoris uernaculi nullam uim habet extra corpus collocati. Quis enim uidit unquam bilem extra corpus à Scammonio eſſe loco promotam & tractam, quemadmodum à magnete trahitur ferrū? Cæterùm Galenus in libro de Facultatibus purgantium medicamentorum, mentionem facit herbæ cuiuſdam: quæ non tantum intra corpus ſumpta, ſanguinem traxerit, ſed etiā corpus, propius admota, ſanguinē ad ſe promouere potuerit & trahere: ſed idem ſimilis experimenti, in alijs pharmacis & humoribus teſtis non eſt. Quocirca intra corpus ſumpta tantum trahent, & adminiculo caloris uenarum, aut earundem fibrarum, ad ſeſe purgandum humorem deducent. Huic cauſæ iam alia opponitur inſtantia, qua conſtat unguentis & cataplaſmatis extrinſecus impoſitis uentriculo, ſæpenumerò purgationes moueri. Quòd ſi tractus ſit in cauſa, uerſus ſuperficiem, & ad ſe trahendo, pharmaca magis impedient quàm promouebunt purgationem. Et multi ſunt, qui dum catapotia φαρμακώδη manibus retinent, turbari aluum ſentiunt: tantum abeſt ut pharmaca ad ſe trahendo, ut potius à ſe repellendo, cauſa purgationis eſſe uideantur. Et omnino qui modus ſit naturalium purgationum, cōſiderandū: quem omnino cōſtat eſſe talem, ut ſecretos inutiles humores ab utilibus, natura, facultate excretrice uenarum, quæ eſt in tranſuerſis fibris, propellat per meſaraicas in inteſtina, deinde per inteſtina propellendo talibus excrementis ſeſe exoneret. Conſentaneum ergo eſt, pharmacum primò ſeparare ſecundum naturam, aut colliquare contra naturam, humores purgandos: qui facultatem deinde ſtimulantes excretricem, in cauſa ſint motus iſtius excretionis, quæ purgatio appellatur. Huic cauſæ, quamuis non poſſit ſenſu teſtata eſſe, tamen nulla abſurditate obſiſtitur, & quæ cauſarum aliarum omnium errorē nō ſenſu quodam, ſed ratione corrigat. Principalis itaq; motionis iſtius actio, non eſt penes pharmacum, ſed penes naturam uenarum excretricem: nec motus ille pharmaci, eſt ἕλξις, ſed facultatis naturalis, ὦσις: qua per pharmacum, aut ſeparatos, aut colliquatos humores per uenas, & per aluum extra corpus exigit. Cauſa iſtius ſeparationis, poteſt fieri (ut Aſclepiades dixerit) pharmacum humores expurgandos gignere & facere: quanquam alioqui, propter hypotheſes ſuas, nequit reddere purgationis rationē, ut qui facultates nullas inſitas et naturales in corpore animato opinet. Tametſi uerò Galenus paſſim purgationē dicat eſſe ἕλξιν purgātis pharmaci: nihilominus in libro de Optima ſecta, idem ſentit quod ego iam dixi: principium ſcilicet duntaxat mouendi penes pharmacū eſſe, ſed naturæ excretricis ui omnia exturbari, quæ contra naturam contineantur in corpore. Eius hæc ſunt uerba: τὰ γὰρ βοηθήματα καθ' αὑτὰ οὐχ ὡς τι δρᾷ ποιεῖσθαι τὴν τῶν αἰτίων ἀναίρεσιν, δεῖται δὲ συνεργείας, ὥσπερ τῆς φύσεως· καὶ χρὴ δὲ ἐν μόνην τὴν ἀφορμὴν, ἐπὶ τὴν ἀρχὴν τῇ φύσει ἐνδιδῶσι, τὰ λοιπὰ ἡ φύσις δι' ἑαυτῆς ἐκτελεῖ. ἰσχυρὰ μὲν ὑπάρχουσα, καὶ τὴν τῶν βοηθημάτων κακίας ἀνέχεται, καὶ τὴν τῶν οἰκείων διαίρεσιν εὐφόρως φέρει, καὶ τὰ λυποῦντα αὐτὴν ἐξωθεῖν δύναται· θλιβομένη δὲ, ὅπερ συμβαίνει περὶ τὰς ἀκμὰς μάλιστα, ὑπὸ τῶν προσαγομένων βοηθημάτων μᾶλλον κακοῦται, καὶ ἀπὸ τῆς τῶν οἰκείων διακρίσεως ἀσθενεστέρα γίνεται, καὶ ὑποπίπτει μᾶλλον τοῖς αἰτίοις, καὶ ἐξωθεῖν τὰ νοσάζοντα κατ' οὐδένα δύναται τρόπον. ὅταν δὲ ἡ φύσις ᾖ τεθλιμμένη, τὰ λυποῦντα ἐξωθεῖν μὴ δυνηθῇ, μεγάλως ὑπ' αὐτῆς τῆς ἐκκρίσεως ἐκλύεται. Ergo

dubium

dubium nemini eſſe poteſt, quin Galenus his uerbis, purgationem non ἕλξιν pharmaci, ſed potius ἔργον facultatis excretricis nominet: ut hac in ſententia non ſolùm ratio, ſed etiam autoritas Galeni mecum facere uideatur. Exempli cauſa uerboſius & prolixius illud propoſui, ut ſi principia probanda nobis ſenſus non ſuppeditarit, quemadmodum rationibus, & per inſtantias inquirenda atque inueſtiganda ſit καθόλου cauſa, modum noſceremus. Deinde ut intelligeremus etiam, principia non ſemper ſenſibus euidentia poſſe haberi: ad quos Democritus, cùm referret omnia, & multis modis nos fallere poſſent, dixit: ἢ τοι οὐδὲν εἶναι ἀληθές, ἢ ἡμῖν ἄδηλον. Nullã uim percipiendi diuiniorem in homine, quàm ſenſus arbitrabatur Democritus ineſſe: nec Mẽtem, quid eſſet, animaduertebat: nec quomodo καθόλου notis, à falſitate & inſtabilitate, cognitio noſtra aſſereretur, perſpectum habuit. Quoad enim res notæ ſunt καθόλου quædam ſpecies, & νοητόν quiddam, non quatenus ſub ſenſum ueniunt, eatenus Scientia ſolent aut poſſunt comprehendi, quamuis rudimenta debeamus ſenſibus: ſed in his non ſubſiſtit tamen eiſdem Scientia, à quibus incipit. Licet enim certiſſima ſit cauſa, & per eam cõfirmetur Sciẽtia quoq;, à qua permiſſum eſt nobis tutò prouocare ad ſenſum, ut lõga inquiſitione & operoſa diſputatione non ſit opus, utpote quod ipſe ſenſus ſine dubitatione teſtetur eſſe uerum. Vt ſi rimulę et foramina exiliſſima atque minutiſſima, ſic in uitro (quod pellucet) conſpicua eſſent, quemadmodum conſpiciuntur in non pellucidis, per quæ (cauſa foraminum) tranſit ſplendor lucis: nulli dubium eſſet, quin cauſa hæc in uitro eſſet, propter quam dicitur pellucidum: quæ foramina tamen cùm nõ in uitro iã appareant, alia ſit inquirẽda cauſa, quam ratio ſcilicet magis quàm ſenſus deprehendat: quæ nimirũ eſt, διαφανὴς qualitas, qua pellucere dicitur uitrum, alio modo, quàm quo patulum innumeris foraminibus corpus ſplendorem lucis tranſmittit. Licet (inquam) certiſſima ſit cauſa, cuius ſenſus ipſe teſtis eſſe poſſit: non tamen quatenus ſentitur, ſed quoad καθόλου ratione perſtringitur, ſcientiæ principium eſt ſenſio hęc: quę ratione ſingulorũ ſenſilium, ſingularis eſt, & ſeparatim multis accidit. Sed quoad notitia eius comprehenditur intelligentia, unica ſolet eſſe, & qua ſimul omnes ſenſiones, cauſa ueritatis, ita ſe habere noſcantur: nec extrinſecus abſolutæ ueritatis quærat adminiculum, ſed intra ſe uertatur: quum uidelicet καθόλου ſit, & ſeipſa perfecta ſpecies, ab omnibus alijs ſecreta, quæcunq; ipſa non eſt, accidẽtibus: quibus nimirũ diuidua ſit, & ſenſilis, & participata, nõ tota, neq; omnis, neq; ubiq;, neq; ſemper una. Effloreſcit quidem perfecta hæc notitia, per rudimenta ſenſuum: ſenſibus tamen non debet ſuam perfectionem ſcientia, ſed Menti: quæ cùm ſit ex numero diuinorum, principiorum etiam eſt capax: quibus, tanquã primordijs, demonſtratio omnis texitur. Sed non ut principiorum ἀναποδείκτων, unum eſt principium omnium, nempe Mens ipſa: ita ſyllogiſmorum, aut eadem omnium principia ſunt, aut idem atque unum omnium principium exiſtit: de quo iam deinceps dicturi ſumus. Mentem unam, principium eſſe omnium principiorum, ſuo loco docebimus: ſed ſyllogiſmorum omnium, non eadem neq; eſſe, neque poſſe eſſe principia, primùm Logicè, deinde ex ipſa rerum natura petitis argumentis oſtendemus. Si quæ concluſio eadem ueris colligitur præmiſſis, deinde fallacibus etiã, & alienis à uero: ſyllogiſmi huiuſmodi, fieri nequit, ut eiſdem nitãtur principijs. Enimuerò ἀναπόδεικτα principia, ueritate & falſitate diuidua non ſunt (ut alias oſtẽdimus) ſed ὑπόθετα. quæ ſyllogiſmorum, & non ſimpliciter principia quidem exiſtũt, & rerum ſunt etiam, quatenus ueniunt ſub ſenſum: à quibus non tam uera ad

Metaphy. γ.

Syllogiſmos non poſſe oẽs ad eadẽ principia reuocari.

Hypotheta principia, ſunt cũ ſenſiõe quadam iuncta.

ſcientiam comparandam, quàm falſa ad errorem conciliandum ſuppeditant principia. Mens quidem ſeipſa, uerorum eſt principium: ſed cum ſenſu, & propter res quoad ſentiuntur, errore etiam & falſitate ſolet implicari. A quo ipſa ſeipſam tamen explicare ſua ui poteſt, in omnia diligenter inquirens, ne quo

Multa ſunt, quæ lucẽ principiorum poſſunt infuſcare.

falſo ſcilicet principio circumueniatur: cùm ſint multa, quæ principiorum lucem poſſint infuſcare. De quibus Plato in Epiſtola ad Familiares Dionis, ad hunc modum ſcribit: ἀλλ' ἡ τῶν τεττάρων φύσις ἑκάστου πεφυκῦα φαύλως ἐνίοτε, οὐχ ἡ ψυχὴ τοῦ γράψαντος ἢ λέξαντος ἐλέγχεται. ἡ δὲ διὰ πάντων αὐτῶν διαγωγὴ, ἄνω καὶ κάτω μεταβαίνουσα ἐφ' ἕκαστον, μόγις ἐπιστήμην ἐνέτεκεν. Et paulo pòſt: ἅμα γὰρ αὐτὰ ἀνάγκη μανθάνειν, καὶ τὸ ψεῦδος, ἅμα καὶ ἀληθὲς, τῆς ὅλης οὐσίας, μετὰ τριβῆς πάσης, καὶ χρόνου πολλοῦ, ὅπερ ἐν ἀρχαῖς εἶπον, μόγις δὲ τριβόμενα πρὸς ἄλληλα, αὐτῶν ἕκαστα ὀνόματα, καὶ λόγοι, καὶ ὄψεις τε, καὶ αἰσθήσεις, ἐν εὐμενέσι ἐλέγχοις ἐλεγχόμενα, καὶ ἄνευ φθόνων ἐρωτήσεσι, καὶ ἀποκρίσεσι χρωμένων, ἐξέλαμψε φρόνησις περὶ ἕκαστον, καὶ νοῦς, συντείνων ὅτι μάλιστα εἰς δύναμιν ἀνθρωπίνην. Ex quo perſpicitur, quamobrem ſyllogiſmi omnes, ex principijs eiſdem non poſſint concludi, quandoquidem ſyllogiſmus pertinet ad διάνοιαν: quam in medio eſſe τῆς δόξης καὶ νοῦ, aliàs planum fecimus: ut ipſius cauſa non tam ſcire, quàm neſcire & hallucinari (propter compoſitionem νοημάτων) queamus. Alioqui ſi principia eadẽ eſſent omnium ſyllogiſmorum, ut finitionum unum eſt omnium, & idem principium (Mens nimirum ipſa) quoad indiuiduè ſpecies intelligit, ſimpliciſſimoq; actu uel totum, uel penitùs non percipiens (qualis eſt puncti contactus) νοητὸν εἶδος, non errat aut fallitur, ſed planè nõ intelligit: ita principijs ijſdem exiſtẽtibus, aut nullo errore ſcirentur omnia, aut nulla ſcientia, falleretur in omnibus διάνοια. Quorum utrũq; falſum eſſe conſtat: propterea quòd μερισμὸς τῆς ἀντιφάσεως (ratione ueri & falſi) ſit penes διάνοιαν, & non in rebus ipſis extrà ſubſiſtentibus, neq; etiam in Mente, in qua diuiduum nihil eſt, quemadmodũ ſimplex nihil ἐν διανοίᾳ: quoniã (autore Ariſtotele) περὶ τὰ ἁπλᾶ, καὶ τὰ τί ἐστιν, οὐδ' ἐν τῇ διανοίᾳ τὸ ἀληθές.

Metaphy. 6. in fine.

Quandoquidem igitur Verum illud nõ ſit diuiduũ, omnium idem principium ex neceſſitate erit τῶν νοητῶν. Sed multa, & non eadem principia τῶν διανοητῶν, atq; in primis ſyllogiſmorum eſſe, compluribus argumẽtis hoc loco probat Ariſtoteles: quamuis fruſtra id tam ſollicitè agere, poſſet uideri cuipiã, & omnino περίεργον: q nemo ferè ſit, cui non multa & diuerſa ſyllogiſmorũ principia eſſe uideantur. Enimuerò diſputationem hãc nõ ſuſcepiſſet Ariſtoteles, niſi fuiſſent, qui ἀναγωγῇ hac demonſtrationũ & ſyllogiſmorum, perueniri ad eadem omnium principia cenſuiſſent. Vt fuerũt, qui reuocant omnium cauſas ad Numeros: alij, qui Ipſum Vnum, omniũ principium eſſe dixerunt. Nam (ut eſt apud Ariſtotelem) συμβαίνει δὲ ἕν τι πολλῶν εἶδος εἶναι, ὧν τὸ εἶδος φαίνεται ἕτερον· ὅπερ καὶ τοῖς Πυθαγορείοις συνέβαινε. καὶ ἐνδέχεται ἓν, πάντων ποιεῖν αὐτὸ εἶδος, τὰ δ' ἄλλα, μὴ εἴδη· καίτοι οὕτως ἓν πάντα ἔσται.

Vt Mens idem principiũ, atq; unũ eſt, νοητῶν ὄντων: ita materia prima, τῶν αἰσθητῶν ὄντων, idem & cõmune principium exiſtit.

Metaphy. 7. paulo poſt medium.

Principiorũ, quib. διάνοια noſcit quidpiam, ſecretiones huiuſmodi ſunt falſæ & futiles. διὸ, καὶ τὸ πάντα ἀνάγειν οὕτω, καὶ ἀφαιρεῖν τὴν ὕλην, περίεργον. ἔνια γὰρ ἴσως, τόδ' ἐν τῷδ' ἐστὶν, ἢ ὡδὶ, τάδε ὡδὶ ἔχον. Vt Phyſicus utitur principijs, quibus aliquid in aliquo ineſſe intelligatur: Mathematicus, aliquo modo εἶδος ſecretũ, ſed habens in ſe aliquid, & non ſimpliciter Ipſum Quantum. Contra hos igitũ diſputans, oſtẽdit fieri nullo modo poſſe, ut principia διανοίας ſint eadẽ: quod euidenter notis rationib. ἐν ἀναλύσει demonſtrat: quibus apparet, ſyllogiſmorum non eorundem, non eadẽ poſſe eſſe principia, nec aliqua ratione poſſe ad eadẽ omnium principia perueniri. Atqui primũ πάθος ſyllogiſmorũ cùm ſit, ut aut ueri ſint, aut falſi: primò oſtendit Logico argumento, ex eiſdem princi

pijs ne-

pijs nequaquam deduci poſſe ueros & falſos ſyllogiſmos. Sit uera concluſio, & ei contraria concludatur etiam falſa. Deinde ueræ concluſionis, ueræ etiã ſint præmiſſæ (quoniam falſis etiam poteſt concludi uerum) principia ſcilicet ueri ſyllogiſmi, & concludentis falſum, eadem nullo modo eſſe poterunt. Nam perpetuò falſarum præmiſſarum probatio pendet ex falſis principijs, ut uerarum ex ueris: quare non coincident, & eadem erunt principia. Quòd ſi ambobus colligitur uera una concluſio, ſed illo ueris præmiſſis, altero falſis: non ob id, quia concluſio eadem, idcirco præmiſſæ etiam eędem eſſe poterũt. Semel enim duntaxat uerũ colligetur, utriſq; falſis præmiſſis: probandis deinde præmiſſis falſis, nõ poteſt fieri, ut præmiſſæ & principia adhibeantur uera: cùm falſa concluſione, neceſſe ſit præmiſſam, & principium etiam eſſe falſum. Quare cùm prima uera & falſa, eadem eſſe nequeant: ſequitur, ut uerorũ & fallentium quoq; ſyllogiſmorum, principia eadem eſſe non poſſint: quemadmodum ueris præmiſſis, nõ poteſt nõ uera eſſe concluſio. Quare ex neceſſitate, nõ eadem erũt horum ſyllogiſmorum principia. Etenim quamuis uera concluſione, contingat falſas eſſe præmiſſas: non tamen cõtingit, falſam pręmiſſam ueris, ſed neceſſe eſt falſis eã cõcludi principijs, quæ cũ ueris (ut dixi) nõ coincidunt. At opinetur fortaſſe quiſpiam, tametſi uerorum & falſorũ nõ poſſint eſſe principia eadẽ, nihilominus poſſe falſorũ concluſorum eadẽ eſſe principia & communia, ex quibus eiſdem, falſitas diuerſorum poſſit probari. Confidunt aũt falſarum opinionũ defenſores, quiſq; tam ſuis principijs, quàm ſuis fidem habẽt ueris & legitimis patroni uerorum propoſitorũ. Sed hoc tamen intereſt, quòd nimirum defenſio ueri, ſimplex & uniuſmodi eſt: at quod falſò ſtatuitur, ut multiplex eſt, ita multifariam quoq; principijs, à uero abhorrentibus defendi ſolet. Loquimur in præſentia de falſis, nõ his quæ temporis cauſa ſunt falſa, ſed quæ ſimpliciter, & quæ poſſibile nõ ſit, ut ſint uera: quæ nimirum ſunt oppoſita, opinabili falſo. Atq; id ipſum falſum impoſſibile, uero neceſſario contrariè repugnat, ut opinabili uero, cõtrarium eſt falſum opinabile. Vt cõtrarium priuans autem, opinabile uerũ opponitur falſo impoſſibili: ſed uero neceſſario, ut priuãs duntaxat. Neceſſariũ eñ, reſpectu cõtingentis, principiũ eſt & energia: cuius priuatio eſt ἐνδεχόμενον, nõ expers δυνάμεως. Sed de his plura apud Ariſtotelẽ, in libro περὶ ἑρμηνείας. De oppoſita falſitate, ei uero quo ſcit̃ res, iã loquimur. Falſorũ uerorũq;, tũ neceſſariorum, tũ cõtingentiũ diſcrimẽ, his uerbis Ariſtoteles breuiter ſic in Metaphyſicis expreſſit: *Metaphy.* θ. τὰ μὲν ἀεὶ σύγκειται καὶ ἀδύνατα διαιρεθῆναι. τὰ δ' ἀεὶ διῄρηται, καὶ ἀδύνατα συντεθῆναι· τὰ δ' ἐνδέχεται τ' ἀναντία. τὸ μὲν εἶναι, ἐστὶ τὸ συγκεῖσθαι, καὶ ἓν εἶναι· τὸ δὲ μὴ εἶναι, τὸ μὴ συγκεῖσθαι, ἀλλὰ πλείω εἶναι. Quãdo igit̃ prædicatũ de ſubiecto dicit̃, à quo perpetua ratione & neceſſaria eſt diuulſum, aut negat̃ de ipſo, cũ quo ſempiterno uinculo ueritatis ſit deuinctũ: pro falſis ambo habent̃ impoſſibilibus, huiuſmodi affirmata & negata propoſita: & eorundem principia quoque talia ſint neceſſe eſt, ſi confirmata Syllogiſmo fuerit falſitas, contrario nimirum, τῷ ἐπιστημονικῷ: qui ueris quidem neceſſarijs nititur principijs, hic autem falſis impoſſibilibus, arceſſens, errorem concludit & obfirmat ſuum. Sed prædicata tamen falſa, nonnunquam ſimul poſſunt eſſe, & defendi, & eiſdem promanãt principijs: qualia ſunt eorum, qui θέσιν φυλάττοντες, multa quidem dicunt abſurda, ſed tamen ὁμολογούμενα, nempe conſentiẽtes errores cum principijs. Vt qui Animam, defendunt eſſe κρᾶσιν, iidem mortalem quoq; eſſe Animam hominis, errori huic conſentaneis argumentis, poſſunt defendere: ut Alexander Aphroſidienſis facit. Talis eſt omnis Democriti, & aliorum φυσιολογία. Intereſt ta-

tereſt tamen multum, qualibus etiam falſis principijs utantur: cùm quædam magis, ut Timæi: quædam minus, ut Democriti, ſint ἄλογα principia. διὸ ὅσοι ἐνῳκήκασι μᾶλλον ἐν τοῖς φυσικοῖς, μᾶλλον δύνανται ὑποτίθεσθαι βιάυτας ἀρχὰς, αἳ ἐπὶ πολὺ δύνανται συνείρειν. Falſitatis principiorum cauſæ, ſunt quatuor, ſecundum Platonem in Epiſtola ad Familiares Dionis: nempe ὀνόματα, λόγοι, εἰκόνες, διάνοια, ad quam pertinet etiam ἐπιστήμη: cui multa, ſed falſa tamen, opponi poſſunt: ut ob id, tanta ἀκρίβεια & σαφήνεια in ipſa non ſit, quanta eſt, dum ſimplici mente, ſimpliciſſima principia, & ὄντα omnia, ᾗ ὄντα percipiũtur. Sed de his aliàs dictum. Alia ſunt falſa, non conſentanea: quibus probandis, diuerſis etiam falſis eſt principijs opus, quibus nihil falſius eſſe poteſt. Quales ſunt illorum errores, qui decreta ſua, principiorum propter ἀνακολουθίαν falſorum, quæ ſimul conſiſtere nequeunt, produnt. Qui ſic errant, concludunt ἀνακόλουθα: quod Galenus ſæpe cùm in alijs, tum præſertim in Eraſiſtrato reprehendit. Vt ſi quis conetur ſimul ambas falſas tueri pro ueris: unam, qua ſtatuitur, Anima brutorum eſſe φθαρτὰς: & alterã, qua proponitur, Anima brutorũ expers eſſe interitus. Illos parum ſtrenuè ſuã θέσιν φυλάττειν dicimus, cùm ipſi ſeipſos contrarijs errorum ſuorũ principijs refellant: qui contrarijs nimirũ implicantur falſis, aſſerendo prædicata falſa, quæ eidem ineſſe non poſſunt tamen. Extrema hæc eſt inſcitia, quando ne errans quidem conſentanea ſibi ipſi dicit, ſed errores, contrarijs miſcet erroribus, non modò eos defendens falſis principijs. De qua Plato in Gorgia, ſic ſcriptum reliquit: ἔγωγε οἶμαι ὦ βέλτιστε καὶ τὴν λύραν κρεῖττον εἶναι ἀνάρμοστόν τε, καὶ διαφωνεῖν, καὶ χορὸν ᾧ χορηγοίην, καὶ πλείστους ἀνθρώπους, μὴ ὁμολογεῖν μοι, ἀλλ᾽ ἐναντία λέγειν μᾶλλον, ἢ ἕνα ὄντα ἐμὲ, ἐμαυτῷ ἀσύμφωνον εἶναι, καὶ ἐναντία λέγειν. Tũ demũ uerò deprehenduntur eſſe falſa, quãdo prædicata propoſitorum aut ſubiectis contraria, aut alioqui fuerint huiuſmodi, quæ ſubiecto tali ineſſe nequeant: ut ſi quis Humano capiti, ceruicem adpingit equinam, Aut pingat Semiuirumq́ bouem, ſemibouemq́ uirũ. Talia ſunt monſtra rationum, quas διάνοια fallacibus componit ſyllogiſmis, quorũ ſimplex mens & intelligentia eſt expers: quandoquidem ſimplex eius ſit, & indiuidua energeia, expers erroris & falſitatis, & qua ſola errorum omnes tenebræ, tanquam luce quadam, poſſint diſcuti. Error autem omnis cùm ſit compoſitum quiddàm, is in διανοίᾳ ſit oportet. Nam nõ poteſt ſimpliciter intelligi, ratione qua eſt diuiduum quid, & qua non ex numero principiorum quicquam. ἀποτικτικῶν ſyllogiſmorum formulas tractauimus aliàs: nunc non eadẽ omnium principia eſſe oſtendimus etiam oppoſitorum, ubi unius prędicatũ, cum alterius erroris prædicato non conſpirat. Vt ſi quis Iuſticiam, conetur probare eſſe πλεονεξίαν, quæ nimirum continetur finitione iniuſticiæ: falſum impoſſibile quoddam, abſurdis principijs de Iuſticia, probare aggredietur. Magno conatu faciunt id Sophiſtæ duo quidam apud Platonem, nempe Thraſymachus in primo de Repub. libro, & apud eundem in Gorgia, Callicles. Definiunt hi Iuſticiam, eſſe uim & facultatem, qua ſuperior cogat imbecilliorẽ ipſius inſeruire commodis. Etenim naturalem hanc eſſe æquitatem, ut in poteſtate ſit potentioris, id quod natura eſt infirmius. Quapropter concludunt, δικαιοσύνην τε. καὶ τὸ δίκαιον, ἀλλότριον ἀγαθὸν τῷ ὄντι, τοῦ κρείττονός τε, καὶ ἄρχοντος ξυμφέρον ἦν. Probant iſtud argumento naturalis æquitatis (ut dixi) quo perſpicuum ſit, in omnibus id quod ualidius ſit, πλεονεκτεῖν, quod infirmius, μειονεκτεῖν. Simili errore defenditur, Iuſticia eſſe timiditas quædã, qua ſibi quis caueat à potentioris uiolentia: quod argumento defendunt politicæ æquitatis, & iuris. Oppoſita hæc ſunt, & ambo falſa propoſita, diuerſisq́ nituntur falſitatis prin-

Priore libro De ortu & interitu.

Extrema quæ ſit inſcitia.

ſitatis principijs & cauſis: quas hoc loco commemorare nō eſt opus. Qui hominem, equum eſſe uult probare, aut qui bouem: ut qui Centaurum, aut Minotaurum (monſtroſæ enim ſunt omnes talium falſorum compoſitiones) diſcrepantibus is principijs utetur, cùm utriuſq; non ſit una & eadem cauſa falſitatis. Idem uſuuenit huic, qui ęquale probare conetur, eſſe quandam exuberantiam, aut quandam eſſe detrimenti ſpeciem (quale eſt illud Traſymachi Iuſtum) is non eodem argumento, utrumq; falſum pro uero defendet. Illius enim ἐναντίως, huius uerò ἀδικία, principium eſſe cenſetur. Diximus de falſis principijs, quód omnium eadem ſyllogiſmorum eſſe non poſſint. Differēdum porró etiam de ueris, quæ ſunt eorum quæ uere ſunt, non eorum quæ finguntur eſſe. κάμυρα uocat hoc loco Ariſtoteles, quibus uerum aliquid, & non fictum ſignificatur, πλασματώδων oppoſita. Demōſtrationum hæc ſunt & Scientiæ, non erroris & ignorantiæ ſyllogiſticæ principia. Nullo autem modo omnium eadem non eſſe poſſe, iam nunc deinceps oſtendemus. Primùm conſtat inter omnes, quód omnium ſcientiarum non poſſint eſſe eadem principia. Nam cùm ſint diſciplinæ generibus diſcrepantes, & multæ Scientiæ: talium (nempe diuerſorum generum) principijs etiam ordientur, & contexēt ſuas demonſtrationes. Nec diuerſa porrò principia, diuerſis poterunt accommodari aut quadrare demonſtrandis: ἐφαρμόττειν, Græci appellant. Neq; enim Mathematica, quadrant Phyſicis demonſtrandis: ut ſi quis conetur primorū & ſimplicium corporum naturas, monſtrare quinq; corporum (quæ à Mathematicis appellantur Regularia, et mutuo contactu angulorum complecti ſeſe poſſunt) differentibus figuris. Aut ſi quis (ut eſt in Timæo) Animā, harmoniam eſſe probet: φανερὸν εἴ τις ἀποδιδόναι πειρᾶται τὰ πάθη, καὶ τὰ ἔργα τῆς ψυχῆς ἁρμονίᾳ τινι· χαλεπὸν γὰρ ἐφαρμόζειν. Etenim ut ratione ſubiectorum ſibi mutuò quadrare nō poſſunt, ita nec proprietatum, nec mediorum, quib. mōſtrantur propria, congruunt inter ſe. Vt (uerbi gratia) Puncti ratio, diuerſa eſt ab Vnitatis: quód hæc nimirum ſit quoddam ἄθετον inſecabile, illud autē, θετὸν quoddam: nempe extremitas, & priuatio quædam lineæ. Proinde cùm media, ſint principia demonſtrationis, & finitiones quędam, ac non cōmunia ſint principia, ſed uernacula extremorum, quæ nimirum & de quibus monſtrantur: neceſſe erit, ſi principia huiuſmodi fuerint eadem, ut uel ſubiecta etiā ſubiectis, uel prædicata congruant prædicatis. Reſpectu medij Primæ figuræ, ſubiectum κάτωθεν, ſed prædicatum ἄνωθεν, alijs dicuntur ἐφαρμόζειν extremis. Vt (uerbi gratia) ſi πάθη Animæ non quadrant πάθεσιν Harmoniæ, nec ſubiecta etiam ſubiectis: quare media etiam, non erunt eadem ita habentiū extremorum. Alij ſunt ſyllogiſmi, quorum extrema ſunt intra medium & finitionem: quales ſunt Secundæ figuræ. Alij, ut Tertiæ figuræ, quorum extrema ſunt extra medium. Quamobrē nec illorū cōmunia principia erunt, ſi unius extremis, alterius nō quadrabūt extrema. Aliorum itaq; uernacula media, accōmodata alijs eſſe nō poſſunt: quandoquidem extrema non ſint extremis congruentia. Sunt autem nonnulli, ut Ariſtoteles ſcribit, qui nihil ſimpliciter, & uernaculis rationib. poſſunt explicare, ſed alienis quibuſdam utuntur argumentis, aut propter inſcitiam, aut propter oſtentationem quandā & arrogantiam. πάσχουσι δὲ τοῦτο, δι' ἀπαιδευσίαν. ἀπαιδευσία γάρ ἐστι περὶ ἕκαστον πρᾶγμα, τὸ μὴ δύνασθαι κρίνειν τούς τε οἰκείους λόγους τοῦ πράγματος, καὶ τοὺς ἀλλοτρίους. Vt Parmenides, rationes ueras quæ rebus cōueniunt, quatenus intelliguntur, nō quoad ſubſiſtunt extra intelligentiā, & ſunt ſenſiles, ad res, quatenus ſub ſenſum ueniunt, applicuit: οὗτοι (inquit Ariſtoteles) μετήνεγκαν ἐπὶ ταῦτα, τοὺς ἐκείνων λόγους. Non

κάμυρα quæ

De Anima lib. α.

Ad Eudemum, lib. α.

De Cœlo li. γ.

γνῶ. Non eiſdem certè ſecundum eſſentiam, Media eadem, nempe principia, Quid ὅροι. & ὅρος eoſdem accommodare licet. ὅροι enim ſunt, quibus cuiuſq; rei eſſentia (quæ eſt unica) intelligitur. Quare diuerſorum ſubiectorum proprietatibus monſtrandis, iiſdē ὅροις uti haud poterimus: confunderent enim, & nō (quod alieniſſimum eſt à terminis demonſtrationū, quos Græci uocant ὅρους) diſcrepantium rerum notitiam diſtinguerent. Excludunt enim, atq; arcent ὅροι (qui ſunt principia ſimpliciter) communitatem: qua demonſtrabiles res confuſè, non exquiſitè & ſcienter noſcuntur. Quinetiam ne communia quidem quædam poſſunt eſſe principia, ex quibus cetera omnia poſſint demōſtrari. Qualis hæc eſt cōmuniſſima ἔννοια, qua dicit: De quolibet affirmatio uel negatio uera eſt, de nullo ambo ſimul. Cōmunibus enim, nō ut cōmunibus, ſed ut limitatis certo ſubiecto, ſcientiæ & demōſtrationes utunt: quoniā abſolutorū cōtemplatio (quoad ſcilicet ſunt principia) pertinet κτῆσιν ad Metaphyſicam. At uerò χρῆσιν, demonſtrationū dicunt principia, quā ſubiectis generibus limitari ſolent: nec ſunt abſoluta principia, ſed accōmodata ſubiectis propriorū demonſtrandorum: qua ſanè ratione, non eadem omnium demonſtrationū principia, communia quoq; poſſunt appellari, ſed generibus ſubiectorum aſtricta & limitata, in ordinē rediguntur, diſciplinarū. ἐκ γὰρ τοῦ αὐτοῦ γένους ἀνάγκη, τὰ ἄκρα καὶ τὰ μέσα εἶν. Sed de his abundè ſatis alibi diximus, præſertim cùm illum exponeremus locum Ariſtotelis de communibus pronunciatis, quē ſic ſcribit, κοινὰ κατ' ἀναλογίαν· ἐπεὶ χρήσιμόν γε, ὅσον ἐν τῷ ὑπὸ τὴν ἐπιστήμην γένει. οἷον τὸ ἴσα, ἀπὸ ἴσων ἂν ἀφέλῃ, ὅτι ἴσα τὰ λοιπά· ἱκανὸν δ' ἕκαστον τούτων, ὅσον ἐν τῷ γένει. Ex quibus eſt euidens, communia principia, cùm in diſciplinis conſiderent ἐκ προθέσεως, non eadem omnium fore, ſed pro re nata, ſingularum diſciplinarum ſingula, pro uarietate ſubiectorū. Communiſſimum autem omnium eſt Axioma, quo dicitur, Affirmationem uel Negationem, de quouis eſſe uerā. Sed qua communiſſimum, nō conſideratur à diſciplinis, quæ demonſtrationibus ſuas res explicāt. Singulis enim generibus ſubiectis, ſua inſunt propria: ut (uerbi gratia) alia inſunt Quantis, quæ ſolis ipſis: & Qualibus, quæ nullis alijs poſſunt ineſſe. Idem de reliquis ſentiendum. Quibus ut demonſtrentur ineſſe communia huiuſmodi, applicari ſubiectis horum propriorum oportet. Nam neq; ſubiecta ſine his communibus, neq; communia abſq; talibus ſubiectis, rationem & demonſtrationem proprietatis explicare nobis poterunt. Sunt enim tanquam quoddam uinculum, proprietatem cum ſubiecto connectens, ſic uſurpata communia: quorum ſubiecta, pars ſunt definitionis ſubiecti generis, prædicata uerò, pars ſunt demonſtrandæ proprietatis finitionis: cùm proprium nihil, ſine contextu communium poſſit intelligi: ut omnino neceſſe ſit, cum ſubiectis demonſtrari propria, interuentu communium principiorum. Quod Ariſtoteles his intelligi uerbis uoluit: μεθ' ὧν δείκνυται, διὰ τῶν κοινῶν. id eſt: Propria cum ſubiectis, demonſtrantur per cōmunia. Animaduertendum, duplici ſignificatione uocabulum ἀρχῆς, uſurpari. Vna, quoad eo ſignificantur communia principia, nempe primæ ἔννοιαι. Altera, qua ſignificantur Media demonſtrationum, ſeu ὅροι: qui compoſiti ſunt, quatenus demōſtratio poſterioris, medium habet conſtitutum ex concluſis aliquot præcedentium demonſtrationum. Simpliciſſimæ demonſtrationes, ὅρους habent conſtitutos ex primis notitijs. Vt ſi probetur, quòd linea recta inſiſtens rectę, creet aut duos rectos, aut duobus rectis æquales. Etenim nullum ad hoc propoſitum demonſtrandum, alterius demonſtrationis συμπέρασμα adhibetur. Sed quādo monſtratur Triangulus habere tres duobus rectis æquos, & συμ-

Quomodo cō munib. principijs, ſcientiæ utantur.

συμπεράσματα

περάσματα quædam (quorum ſunt ὅροι, media nempe demonſtrationis) adhibentur, ac præterea etiam communes ἔννοιαι nonnullæ, quibus contexuntur huiuſmodi concluſa. Quibus omnibus cōtextis, conficitur ὅρος, id eſt medium perfectæ demonſtrationis: qui ὅρος, reſpectu extremorum, dicitur προσλαμβανόμενος: quo nimirum ἀπόδειξις conſtituitur, & non præterea quiddam ἀποδεικτὸν, ut συμπεράσματα ſunt ſyllogiſmorum, quorum medium nō eſt omnibus partibus abſolutum: quales ὅροι, appellantur non προσλαμβανόμενοι, ſed ἐμβαλλόμενοι: quibus nōdum eſt perfecta ἀπόδειξις, ſed ἀποδεικτὸν συμπέρασμα adhuc perficitur. τῷ γὰρ ἔντος ἐμβάλλεσθαι ὅρον; ἀλλ᾽ οὐ τῷ προσλαμβάνεσθαι, ἀπολείπεται τὸ ἀποδεικνύμενον. Sed de hoc aliàs diximus. In Demōſtratione proprietatis, paulò antè commemoratæ, Trianguli συμπεράσματα ſeu ὅροι duo inſunt. Horum unum συμπέρασμα, eſt quo ſcitur, ratione parallelorū, duos externos (qui ſunt partes nimirum anguli unius) æquales eſſe duobus internis & oppoſitis angulis. Alterum eſt, quo ſcitur, internum & externum angulos, quos creat inſiſtens, recta rectæ, duobus rectis eſſe æquales. Nullum haberēt uſum duo hæc συμπεράσματα, ad demonſtrandum prius propoſitum, neq; his προσλαμβανόμενος ὅρος conficeretur, niſi principijs communibus his deinde contexerentur. Primum eſt, quo noſcitur, tres internos æquales eſſe duobus angulis, externo ſcilicet & interno. Notum eſt demonſtratione, externū æqualem eſſe duobus internis oppoſitis. At communi, ennœa limitata præſente ſubiecto, ſi internus tertius angulus idē adiectus ſit duobus internis, idemq; ſit externo quoq; additus, noſcitur tres internos fore æquales duobus, externo ſcilicet & interno: quoniam æqualibus angulis, ſi idē & æquale quid addatur, neceſſe ſit compoſitos etiam eſſe æquales. Deinde demonſtratione itidem notum eſt, duos angulos, internum ſcilicet & externū, æquales eſſe duobus rectis. At quòd tres etiam ob id æquales ſint duob. rectis, abſq; communi ſententia pręſentibus ſubiectis accōmodata, nō utiq; noſcereť. ut hoc modo: Quicūq; anguli triāguli, uni & eidē ſunt æquales, ipſi quoq; inter ſe ſunt ęquales. Sed duo recti, ſunt ęquales duob. externo ſcilicet & interno. Et ijſdē ſunt etiam æquales, tres interni anguli trianguli: ut paulo antè per communē ἔννοιαν probatum fuit. Ex quo concluditur, cùm tres anguli, & item duo recti anguli ſint æquales unis & eiſdem, nempe externo & interno angulis, eoſdem inter ſe quoq; fore æquales: quæ eſt altera communis ἔννοια in hac demōſtratione, quam proximè ſequitur συμπέρασμα, non amplius ἀποδεικτὸν exiſtens propoſitum, ſed ἀποδεδειγμένον, & totum illud, ἀπόδειξις. Idem uſu in Phyſicis quoq; demonſtrationibus uenit, ut nimirum ἀποδείξεων ὅροι, conflati ſint nōnunquam ex aliarum demonſtrationum concluſis, cōnexis & coaptatis per communes ſententias. Sed in Phyſicis pleraq; compoſita media, ſeu ὅροι (qui nihil aliud ſunt quàm complexio plurium cauſarum) diuiduntur in partes ſeu ſimplices cauſas, de quibus nobis, quòd ueræ ſint, ſenſu conſtat, & inductione atq; experientia colliguntur: quibus in unum contractis, ὅρος conflatur τῶ πάθους φυσικῶ, non unam aut ſimplicē habentis cauſam. Communiſſimæ uerò cauſæ, & ſimpliciſſimæ, quæ rationem habent Axiomatum, colliguntur φαινομένοις: à quibus in demonſtrationibus etiam nihil debet diſſentire. Alioqui (ut inquit Ariſtoteles) συμβαίνει περὶ τῶν φαινομένων λέγουσι, μὴ ὁμολογούμενα λέγειν τοῖς φαινομένοις. Etenim αἰσθητῶν concluſorum, eſſe ἀρχὰς αἰσθητὰς & φαινομένων φαινομένας, iam ſæpius eſt dictum; quo differunt Mathematica a Phyſicis: quorum concluſa non ſunt φαινόμενα, neq; in ſenſus incurrunt, quamobrem plures etiam ὅρους adhibent, quorum fides & notitia demonſtratione, & De Cœlo li. γ.

non ſenſu conſtet. At uerò, ut opus ueritatem artis teſtatam facit, ita φαινομένων concluſorum ueritas, teſtatur de ueritate principiorum: autore Ariſtotele, prius allegato loco. Proinde cùm ſint (ut diximus) duo genera principiorum demonſtrationis, nempe κοινῶν ἀρχῶν, & ἰδίων ὅρων: & communia, non quatenus communia, ſed quatenus limitata ſyllogiſmis adhibeantur: ut eadē ſint principia omnium demonſtrationum, fieri nequit. Eôdem accedit, quòd non multo pauciora ſunt media, concluſis. Suo enim medio, tanquam principio, quælibet demonſtratur concluſio. Propoſitiones quidem, ſunt principia demonſtrationis & ſyllogiſmi. Sed propoſitiones Syllogiſmorum conſtituunt, quando ab extremis, media ſeu ὅροι, uel tanquam non diuiduis amplius aſſumunt, uel diuiduis adhuc, & ἐμμέσοις ipſis interponuntur. Itaq; ὅροι, cùm ſint principia principiorum, nempe propoſitionum, qui communes cùm nō ſint, ſed confuſionem communiter notorum ſeparent: principijs non eiſdem, ſed diuerſis & proprijs demōſtrabilia omnia ſint oportet. Quanquam nonnulla ſunt principia eadē, quibus in diuerſo quoq; genere, συμπεράσματα concluduntur: quorum cauſa, plura cùm uideantur eſſe cōcluſa quàm principia, cōſentaneum quoq; uideri poſſet, eadem omnium ita comparatorum ſyllogiſmorū eſſe principia. Huius generis, pauca ſunt eadē & cōmunia principia nō συγγενῶν diſciplinarū, in quib. ſcilicet μετάβασις locum habet: de quibus dictum eſt alio loco. At nō omnino eadem ſunt, & eodem modo habentia principia diſciplinarum, quarum una eſt alteri ſubiecta, cauſa demonſtrationis: ut Muſicæ & Arithmeticæ, Opticæ & Geometriæ, ac ſimilium. Nam ſuperioris reſpectu, diſciplina inferior habere commune principium & idem, cum ſuperiore diſciplina dicitur. At ſuperior, reſpectu inferioris, id ipſum non habere, ſed eius ſimpliciter eſſe cenſetur, cùm nō ſit cum alio quodam ſubiecto compoſitum & limitatum. Subiecta porrò, nō κοινάς, ſed ἰδίας ἀρχάς ab Ariſtotele dici, aliàs oſtendimus, cùm planum faceremus, quo pacto ἐκ τῶν ἰδίων ἀρχῶν, omnis demōſtratio proficiſceretur, & nō ex communibus, quoad hæc communia nō συγγενῆ etiam poſſent applicari quibuſdam principijs. Præterea niſi medijs ὅροις ſeu principijs, cō cluſa determinentur, ſuapte natura ſunt indefinita: quoniam nō actu, ſed δυνάμει ſunt ἄπειρα: & quod δυνάμει eſt, per ſe infinitum, ab alio finiri oportet. Itaq; ὅροι cùm ſint πεπερασμένοι per intelligētiam, ijdem omnium concluſorum nequaquam poſſunt eſſe. Communiter enim & cōfuſè notis, finiri & circumſcribi nullius indefiniti natura poteſt. Sed omniū quæſo, quî poſſunt eadem eſſe principia? cùm ſint cō cluſa etiam duorum diuerſiſſimorum generum, nempe rerum uel neceſſariarum, & quatenus moueri nō poſſunt, ut τῶν ὄντων δὲ ἀφαιρέσεως: uel rerum quas cauſa materiæ cōtingat aliter ſe habere, quib. plerunq; ſed nō ex neceſſitate aliquid accidit. Eadē aūt principia eſſe æternorū & cōtingentiū, impoſſibile eſt. Has cōſiderantibus rationes & argumenta, perſpicuū eſt, ꝙ nullo modo fieri poſſit: quandoquidem infinita (eo quo dictum eſt modo) ſint, & demonſtrabilia tamen συμπεράσματα: ut eadem ſint omnium definita ac finientia eorum notitiam principia, nempe ὅροι ijdē, reſpectu ἀπείρων ſuapte natura συμπερασμάτων: quare diuerſi diuerſorum erunt ὅροι concluſorum. Hactenus concluſorum demonſtrationis & ſyllogiſmi, non eadem principia omnium poſſe eſſe, liquet, ſiue illorum Syllogiſmorum Media, ut ὅρους conſideres, ſiue ut confuſa communitate quadam, principia axiomatica. Reſtat, ut alio quodam modo & ratione, diſcretorum generum ſeu ſubiectorum, eadem omnium principia dicamus. Vt quòd illa ſint Geometrię, hæc uerò ſint Arithmeticæ: alia ſint aliarum diſciplinarū,

ut Medicinæ, Theologiæ, & ſimilium. Ecquid obſecro aliud is dixerit, quàm diſciplinarum duntaxat quædam eſſe principia? quòd autem ſint eadem ſingularum demonſtrationū ob id principia, fateri nobis non eſt neceſſe. Quòd ſi hoc modo ſentiat quiſpiam omnium eadem principia eſſe, quia uidelicet ipſa ſibi ipſis ſint eadem, & à ſeipſis non diſcrepent: qua ratione unum ad numerum idem ſibi ipſi dicimus: ualde ridiculum ſit de eo contēdere. Nam hoc modo tum hæc, tum omnia alia poſſunt haberi pro ijſdem. Neq; etiam hoc modo, quia uidelicet poſſit quiduis ἐπιστητὸν, ex omnibus promiſcuè principijs monſtrari. Quid enim dictu futilius eſſet, quàm affirmare, quod neq; ulla in diſciplina nota quidem nobis, fieri conſueuit, neq; fieri poſſe, ἀναλύσεις ipſa experimur? Etenim propoſitiōes ἄμεσοι, principia ſunt: at ex his, ſubinde aliud & aliud concluditur συμπέρασμα: quia uidelicet, minor alia atq; alia aſſumitur propoſitio ἄμεσος: quæ & ipſa nota ſenſu eſt, ſubiecti Maioris ſpecies quædam. Vt Omne totum, eſt maius ſua parte. Omnis rectus angulus, eſt totus. Quare quiuis rectus angulus, eſt maior ſua parte. Rurſus ſi dixerit quiſpiam, primas ἀμέσους propoſitiones, nempe Axiomata, pro eiſdem numeranda principijs: quia uidelicet quouis in genere uno, ſit unum quoduis: non quòd aut ex omnibus quoduis debeat aut poſſit monſtrari, neq; etiam quòd ita diuerſa ſint principia, ut quælibet Scientia, id eſt demonſtratio, ſuum & diuerſum à quauis alia principium habeat. Reliquum eſt igitur, ut eadem ſint & dicantur, quatenus ſunt omnium συγγενῆ ſeu ὁμογενῆ, certis quibuſdam demonſtrandorum ſubiectis, ita ut hęc ex his principijs, alia demonſtrentur ex alijs. Contingit profectò, ne illo quidē modo omnium συγγενῶν idem principium demonſtrationis dici. Nam quòd ſcientiarum genere differenrium, principia quoq; alia dicimus eſſe, uerū eſt: & conſentaneū eſſe, aliàs demōſtratum fuit. Sed demonſtratio & ſcientia eſt unius rei, & quæ tantū uni congruat, & nulli alij ſubiecto accommodari poſſit. Nam ut unius tantum una eſt definitio, ita quoq; una eſt ſcientia & demonſtrario duntaxat unius. Ac principia quidem demonſtrabiliū, gemina ſunt: Cōmunia ſcilicet, & Propria. Communia ſunt, ex quibus proficiſcuntur demonſtrationes: propria autē, ſunt illa ipſa ſubiecta, quibus adhibentur, & quibus unicè inſunt, nec alijs ineſſe poſſunt. Ea ſic definit Ariſtoteles: ἔστι δ' ἴδια μὲν, καὶ ἃ λαμβάνεται εἶναι, περὶ ἃ ἡ ἐπιστήμη θεωρεῖ τὰ ὑπάρχοντα καθ' αὑτά. Deinde ratione diuerſorum, & non eorundem ſubiectorum, communia etiam deſinunt eſſe eadem ad numerum, & non niſi analogia aliquid idem dicuntur habere: cùm non ratione ſeparatæ communitatis, ſed cum certo ſubiecto concretæ, conſiderentur ἐπιστητὰ accidentia ſuis ſubiectis uernaculis ineſſe. Antea quidē oſtēdimus cōmunia, quatenus cōmunia, cōſiderari à primo Philoſopho. Sed quatenus ratiōe demōſtrabiliū ſubiectorū & prædicatorū conſiderantur, idem ſimpliciter non eſt cōmune, ſed ἀνάλογον idem, propter ſubiectorum, de quibus ſunt demonſtrationes, diſcrepantiam: cùm de communi quodam, nō inſtituatur demonſtratio. Non enim quatenus alijs ineſt, ſed quatenus ipſum per ſe eſt aliquod εἶδος tertio modo, de ſubiecto mōſtrat̄ quidpiā. Quod aūt mōſtratur, omnino proprium eſt, & incommunicabile εἶδος, diuiduum in partes, ratiōe demōſtrationis: ſed quoad demōſtratio, finitione perficitur & comprehēditur indiuiduū. Nam διάνοια, ut diuiduum quiddam, reducitur ad ἐνέργειαν mētis indiuiduam: quæ ut maximè ἁπλῶν, ita quoq; abſolutorum ab omnibus alijs, principiorum contemplatrix eſt. De perfectione hac finitionis, ſequente libro diſſeremus: quando nimirum indemonſtrabilem, id eſt indiuiduum (ratione διανοίας) ὁρισμὸν de-

monſtrationis oſtendemus. Finitio enim πάθους diuidua quodammodo demõſtratio eſt, quẽadmodũ demõſtratio, quodãmodo indiuidua eſt definitio: ſed de his ſuo loco plura. Quod ad demonſtrationes attinet, non modò diuerſa ſunt principia, diſcrepantium genere, ſed etiam diuerſorum ſpecie ſubiectorum: quandoquidẽ partes omnes medij, quibus finitio proprij & demonſtrabilis πάθους conſtruitur, non cõmunites, ſed ſubiecti ἄλλως προσθέτως intelligantur: cuius etiã demonſtrando explicatur proprietas, & non alterius. Obſcuriſſimis uerbis Ariſtoteles argumẽta propoſuit: quibus cauſam intelligi uoluit, propter quam principia demonſtrationũ nõ poſſint eſſe eadem ſimpliciter. Eadem & diuerſa dicuntur ſimpliciter, quæ cauſa definitionis, Idem ſunt, & Diuerſa: id ipſum uerò eſt, Numero idem eſſe, id eſt penitùs ſecretum ab omni alio, & planè indiuiduum eſſe, ut quiuis eſt numerus: qui ab omni alio, ſua ſpecie eſt ſeparatus, nec addi ei quicquam, uel detrahi poteſt, quin tota ipſius mutetur ſpecies & eſſentia. Alio modo, numero unum dicitur, non intelligentia, ſed tempore & loco circumſcriptum, τῷ καθόλου εἴδει oppoſitũ Vnum & Idem: de quo iam nihil. Species porrò, reſpectu generis, magis Vnum eſt: cùm quæ cauſa generis ſint Vnum & Idem, ſint quodammodo multa: ſunt enim multa ſecundũ ſpeciem. At magis Vnum, magis etiam ſimplex, & ob id menſura etiam eſt eius, quod tanquam totum multa complectitur: ut ſpecies,

De animali. α. reſpectu generis eſt. Quo reſpiciẽs, dixit alicubi Ariſtoteles: Genus, aut nihil eſt, aut poſterius ſpecie. Nam propter ſpecies, genera intelliguntur eſſe: quæ quamuis ſeparabilia à ſpeciebus non ſint, nihilominus διανοίας gratia, genus aliquid à multis participatum, tanquam principium quoddam ſolet intelligi: cùm tamen reuera principium non ſit, ſed pars principij (non tamen quatenus genus) quod principiũ reuera unũ & indiuiduũ exiſtit, nẽpe quoddam perfectum εἶδος. Cæterùm cõmunitas hæc partium eſſentię ac finitionis, non ipſis per ſe ineſt partib. eſſentiæ, ſed propter διάνοιαν eis accidit, ut quæ qualitate communitatis ſeparat partes eas: quæ ſeparatę & cõmunes, ſeipſa nullo modo tamen eſſe abſq; ſpeciebus poſſunt. Etenim nulla pars finitionis, ſeparata eſſe poteſt, aut ſeparari, aut à diuerſis participari: alioqui nõ ſimpliciter, ſed diuiduum Vnum, finitione exprimeretur. Qua ratione, differentia abolita,

Eſſentia enim quælibet, tota eſt & indiuidua, quicquid eſt. nihilominus generis eſſentia permaneret: nec pars eſſentiæ, genus, ſed differentiæ, ut accidentis cuiuſdam ſubiectum eſſe intelligeretur. Ex quo concludendũ, nullam partẽ οὐσίας, ἢ μετοχὴν quiddã eſſe: ſed eſſe quiddam, ὅπερ αὐτὸ, reſpectu εἴδους: neq; καθόλου quicquã, aut κοινὸν eſſe, quo conſtituatur τὸ τί ἦν εἶν. Quæ quidem omnia dicuntur ex Ariſtotelis ſententia, quã copioſiſſimè cõplexus eſt in libro ζ Metaphyſicæ: ea tamen prolixius in præſentia non uidetur

Metaphy. ζ. eſſe tractanda. Illum duntaxat epilogum apponam ex Ariſtotele: ὅλως δὲ συμβαίνει, εἰ ἔστιν οὐσία ὁ ἄνθρωπος, καὶ ὅσα οὕτω λέγεται, μηθὲν τῶν ἐν τῷ λόγῳ, εἶναι μηδενὸς οὐσίαν, μηδὲ χωρὶς ὑπάρχειν αὐτῶν, μηδ' ἐν ἄλλῳ. λέγω δ' οἷον οὐκ εἶναι τι ζῷον, παρὰ τά τινα, οὐδ' ἄλλο τῶν ἐν τοῖς λόγοις οὐδέν. ἔκ τε δὴ τούτων θεωροῦσι, φανερὸν, ὅτι οὐδὲν τῶν καθόλου ὑπαρχόντων, οὐσία ἐστὶν, καὶ ὅτι οὐδὲν σημαίνει τῶν κοινῇ κατηγορουμένων, τὸ δέ τι, ἀλλὰ τοῖον δέ. Quibus fit euidens, quemadmodum Mens reuocando omnia ad Finitiones, & πρώτας ſimpliciter ἀρχὰς, non modò αἰσθητὰ, ſed etiam διανοητὰ, remoueat accidentia omnia. Item in demonſtrationibus, quo pacto propter ἴδιον πάθος, & ſubiectum, καθόλου quoq; principia, non quatenus καθόλου, ſed quodamodo ἰδίως uſurpentur, & ratione προσθέσεως diuerſorũ ſubiectorum; non ſimpliciter, ſed analogia eiſdem principijs participent demonſtrationes: quod prius ab Ariſtotele cõmemoratis argumentis, perſpicuũ eſt. Monendi

etiam

etiam illud ſunt de Finitionibus lectores, nempe ſubiectorum, de quib. monſtretur quidpiam, abſolutas eſſe finitiones: quum prima quędam ſint, nec ſint aliquid in aliquo. Sed παθῶν propriorum Finitiones, abſolutæ non ſunt. Non enim πρώτως, καὶ ἁπλῶς, ſed ἐκ προσθέσεως finiuntur: nec ſimpliciter eſſe, ſed aliquid in aliquo ineſſe ſignificant. Deinde non minus perſpicuum illud etiam eſt, non quia ſub eodem ſint genere, aut quia eiuſdem generis ſint principia, uſui eſſe in demonſtrationibus: ſed quia ad diuerſa ſpecie ſubiecta, per Minores propoſitiones transferantur, concludi aliquid quod ad perficiendam demonſtrationem accommodatum ſit. Quoniam (ut Ariſtoteles ait) Demonſtrator κοινοῖς, nõ κοινῶς, ſed ἰδίως utit̃. Et hoc loco etiã diſtinguit ἀρχὰς, in cõmunes & proprias: nẽpe in principia ἐξ ὧν, & περὶ ὅ. Et quãuis ἀρχαὶ, quatenus cõmunes, ſint συγγενεῖς: tamẽ ut aliud ſubinde atq; aliud concludat̃, idẽ principiũ nõ eſt in cauſa, ſed diuerſum: nõ cõmune, ſed ꝓpriũ. Quod Ariſtoteles his intelligi uerbis uoluit: λέιπεται, εἰ συγγενεῖς αἱ ἀρχαὶ πάντων, ἀλλ' ἐκ τωνδὶ μὲν, τάδι, ἐκ δὲ τωνδὶ, τάδι. Poſtea rationẽ explicat, ꝓpter quã nõ poſſit unũ dũtaxat cõmune principiũ demõſtrationis eſſe: qa uidelicet omne principiũ demõſtrationis ſit duplex, et nõ tm̃ ὁμογενής. Quo cõcludit̃, eadẽ principia nõ poſſe demõſtrationũ eſſe ſimpliciter: ſed aut ſimpliciter diuerſa, aut nõ niſi pro analogia eiſdẽ poſſe cõmunia uſurpari, propter cauſas ſatis copioſè ſupra à me expoſitas. Nam de cõmuni, neq; quia ipſum de alio, neq; quia aliud cõmune de ipſo prædicat̃, demonſtrari aliquid ſolet, ſed tãtum de ipſo, quia & quatenus ipſum: quod nõ logica prędicatione, & per accidẽs, ſed per ſe & abſolutè, ſeu Analyticũ καθόλȣ appellamus. Inchoat quidẽ demõſtratio, à principijs nobis notioribus, & ſenſus apprehẽſiõe proximis, & teſtatiſſimis rebus: quarũ cauſa colligit̃ & diuidit̃ etiã καθόλȣ cõmune, ac διανοητικόν. Poſtea διάνοια, cõponẽdo pergit, uſq; dũ mediũ, quod eſt definitio prędicati πάθος, perfectè abſoluerit: cuius ſine cõplexu ſyllogiſmi & propoſitionum, intelligẽtia indiuidua eſt, pertinens ad Mẽtem: quæ perficit hoc modo διανοητὰ, ipſum quia ipſum, quoduis conſiderando: qua ratione non ſit diuiduis partib. compoſitum, ſed ſimpliciſſimum εἶδος καθόλȣ, & ipſum principium, & à ſenſu remotiſſimum. Proceſſus ille cognitionis, ab Ariſtotele & Platone, dicitur ἐπ' ἀρχὰς ὁδός. Nõ enim quo ad nos, ſed φύσει ſunt & dicuntur ἀρχαὶ, propter cauſas ſæpenumerò à me cõmemoratas. Cæterùm quòd ipſa per ſe Mens, & nõ διάνοια, ſeu demonſtratio, ſit horum principium principiorũ, ſequente libro, de ſentẽtia Ariſtotelis docebimus. Quale autem principiũ ſit ὁρισμὸς, non noſtri, ſed primi & cõmuniſſimi philoſophi muneris eſt contemplari: qui in altiſſima ſpecula contẽplationis ueri, omnia quæ ſunt, quia ſunt, circũſpicit, mentẽ ſuam à ſenſibus penitùs remouens, & ad ſemetipſam conuertens. In huius famulatu ſunt diſciplinæ & ſcientiæ omnes, quæ (ut aliàs diximus) in medio ſunt δόξης καὶ νȣ̃: & ὑπάρχοντα itẽ, atq; διανοητὰ, ſunt in medio δοξαστῶν & νοητῶν: quarũ ſcilicet ſcientiarum finis eſt, ut δοξαστὰ, uinculis quibuſdam ueritatis, à mente petitis, aſtringant & ligent, ne rerũ opinabiliũ fugitiuæ effigies, tanquã Dædali αὐτόματα, noſtrã apprehenſionẽ fallant & effugiant: ut eſt apud Platonem in Menone. Quamobrẽ ſcientia, non modò ſuſpicit æternas ideas rerum, & immobiles: ſed deſpiciendo, earundem quoq; εἰκόνας intuetur admotis ſenſibus, indiuiduas ſpecies, diuiduis applicans rebus: inter quam & opinionẽ quæ ſit diſcrepantia, deinceps planum facere aggrediemur, ducem & autorem Ariſtotelem ſubſequentes, ut in alijs fecimus. Differt Scientia, & id quod Scitur, ab Opinione & opinabili: quòd nimirum Scientia, ſit rerum. quatenus καθόλȣ

Metaphy. x. loquens de Mathematicis.

καθόλȣ ἀποδεικτὸν, ipſum per ſe conſideratur: & non quoad uel ſubiectũ, prædicari de alio põt, neq; etiam quà prædicari de prædicato aliud quiddã poteſt.

Quid ſit ἐπ' ἀρχὰς ὁδός.

& in

& in uniuerſum ſunt uerę, & quoad ueritas hæc, neceſſarijs firmatur argumentis. Neceſſarium eſt aũt, quod aliter cauſa ueritatis habere ſe nequit, & immutabile eſt. At ſunt nonnulla, quæ uera quidẽ ſunt, ſed ſuapte natura talia ſunt, ut ex neceſſitate nõ ſint: cùm ſint cõtingẽtia & mutabilia uera, in falſum, eodem modo, quo res ipſæ etiam ſunt mutabiles & incertæ. Harum rerũ nequit eſſe Scientia. Nam ſi eſſet, cauſa ueritatis aliter ſe nõ poſſent habere, quæ iam diximus, quòd poſſint aliter ſe habere: quod equidẽ perabſurdum eſt dictu. Ex quo concludendũ, talium demonſtrationem atq; διάνοιαν, non poſſe eſſe. Præterea ne Mens quidẽ & Intelligentia, Cõtingentiũ eſſe poterit, quatenus cõtingunt. Etenim Mens, principium eſt principiorũ Scientiæ: quæ nimirum principia, ſunt ἄμεσοι προτάσεις demonſtrationũ, & non ipſi ὅροι: qui cauſa προτάσεων, quarũ pars ſunt, principium dicuntur demonſtrationis, ſed per ſe principiũ ſunt, ἄμεσοι προτάσεις: quib. deinde διάνοια componit ſyllogiſmũ, & ἀπόδειξιν. Sunt aũt ἄμεσοι, non modò ex primis notis, propoſitiones indemonſtrabiles, ſed etiam hæ, quibus tota perfecta eſt demonſtratio: ut præmiſſæ, ſi fuerint ἀναπόδεικτοι, ac inter prædicatum & medium, item inter medium & ſubiectum, nullũ aliud interuenire poteſt: quæ propoſitiones, iam non ſint ἀποδεικτὸν quiddã, ſed quarũ planè ſit, ἀναπόδεικτος ἁπλῶς. ὅτι τῷ ἔντος ἐμβάλλεσθαι τὸν ὅρον, ἀλλ' οὐ τῷ προσλαμβάνεσθαι, ἀποδείκνυται πᾶν τὸ ἀποδεικνύμενον. Nam ſi uel medio prædicatum, ἀμέσως non ineſt, uel medium ſubiecto: nondum ἀναπόδεικτον & perfectum, ſed ἀποδεικτὸν & imperfectum quiddam eſt ſcientia. Quæ ſanè quòd gradus habeat, & perfectione atq; imperfectione diſtinguatur, aliàs fuit dictum, cùm explicaremus modos ὅτι διὰ, demonſtrationum. Quamobrẽ cùm principiorũ demonſtrationis (quorũ neceſſaria eſt ueritas) architectatrix ſit mens, quoad ἄμεσα componit indemonſtrabilia (ſed quibus ipſis monſtrãt tamen aliquid) opinionis ſcilicet, Mens ipſa principiũ haud erit, nec circa opinabilia ſeipſa uerſabit̃ quatenus ſunt opinabilia: quoad nimirũ talium ἀμέσων eſt perceptrix, uel propoſitionũ, uel principiorũ demõſtrationis, quæ cauſa ueritatis nũquã cõtingit, ut aliter habere ſe queant. Opinio, quãquam neq; Scientia, neq; principiũ Scientiæ eſt, nihilominus ut Mẽs & Scientia, ita quoq; ipſa, uera dicit̃ (tametſi nõ eodẽ modo) & præterea ea ad quę tria hæc referunt̃, ut ad νοητὸν, ἐπιστητὸν, δοξαστὸν, uera quidẽ dici ſolẽt: quod πάθος (nẽpe ueritas) rerũ notitijs, quoad percipiunt̃, διανοίᾳ adſcribit̃, non ipſis rebus. In mente igitur habitus quidã eſt opinio, uerſans circa uerũ & falſum: quorum utrũq; contingat aliter ſe habere. Quod dicimus, nihil aliud eſt, quàm apprehenſio propoſitionis indemonſtrabilis, & ἀμέσου, ſed Minoris, ſyllogiſmi practici aut technici: quo contingens quiddam agendum uel non agendũ, concluditur. Coniectura eſt, & non ſcientia, qua ueritas apprehenditur talis Minoris: quæ principium eſt ſyllogiſmi practici aut technici, nulla demonſtratione, ſed experientia & uſu rerum acquiſitum: propoſitio nimirum ἄμεσος, cuius cauſa & principium νοῦς eſſe dicitur, quamuis ſit contingens & non neceſſaria, principio ſcientiæ ἀμέσῳ, hac ratione diſſimilis, qua perpetua & ſempiterna differunt à contingentibus, & ab his, quę quatenus non ſemper eodẽ modo ſeſe habent, conſiderantur à peritis uſu rerum. Neceſſaria prima demõſtrationum principia, πρώτους ὅρους appellat Ariſtoteles. Cõtingentium primò notæ, ſolers nimirum γιγνωσκομένων, & ſingularum rerum, utrum ſubſint καθόλου ſubiecto maioris, notitia quæ minor eſt practici ſyllogiſmi, ὑπόληψις dicitur ἐσχάτων ὅρων. Vtriuſq; generis τῶν ὅρων perceptio, eſt penes mentem: quos hoc loco ἀμέσους προτάσεις appellamus, non finitiones: de quibus ſuprà dictum fuit. Adſcri-

Quid Opinio & Scientia differant.

it. Adſcribam ex Ethicis Ariſtotelis uerba, quo planius ea quę iam attigimus, Ad Nicomach.
intelligantur: καὶ ὁ νοῦς, τῶν ἐσχάτων, ἐπ' ἀμφότερα. καὶ γὰρ τῶν πρώτων ὅρων, καὶ τῶν ἐ- lib. ζ.
σχάτων νοῦς ἐστὶ, καὶ οὐ λόγος. ὁ μὲν κατὰ τὰς ἀποδείξεις, τῶν ἀκινήτων ὅρων, καὶ πρώτων· ὁ δ' ἐν ταῖς πρακτικαῖς, τοῦ ἐσχάτου, καὶ ἐνδεχομένου, καὶ τῆς ἑτέρας προτάσεως· ἀρχαὶ γὰρ τοῦ οὗ ἕνεκα αὗται. ἐκ τῶν καθέκαστα γάρ, τὸ καθόλου. τούτων οὖν δεῖ ἔχειν αἴσθησιν· αὕτη δ' ἐστὶ νοῦς. διὸ καὶ ἀρχὴ, καὶ τέλος νοῦς. ἐκ τούτων γὰρ αἱ ἀποδείξεις, καὶ περὶ τούτων. Minorem propoſitionem, practici ſyllogiſmi principium eſſe dicit, quo moueatur quiſpiam cauſa appetitus finis adipiſcendi gratia: cuius quidem ueritas, uſu & experientia à mente noſcatur: cuius etiam notitia, ratione artium aliàs à Galeno dicitur eſſe prudens, circumſpecta uel artificioſa coniectura, & eius demonſtratio, aut ſcientia tamen nulla eſſe poſſit, ſed opinio uera, uel coniectura. De hac opinabili propoſitione, loquitur etiam hoc loco, quando ait: τῶν δ' ἐστὶν ὑπόληψις τῆς ἀμέσου προτάσεως. Maior καθόλου quidem neceſſaria eſt, & ſemper uera, ſed tamen nihil interim ſit quod impediat, oportet. Ratione qua ueritas eius poteſt impediri, hac plerumque & non ex neceſſitate uera eſt. Adhibetur autem opinionis gratia, ad res ſingulares, communis illa ratio: in quibus τὸ ἀβέβαιον, καὶ ἀσαφές, opinabilium experientia atque uſu limantur, ne fallant iudiciū mentis. In quo multum etiā naturali proficitur ſolertia, & acumine ingenij, nobis à natura inſito. Non omnia poſſunt dici aut præcipi, quæ ad recte agendum aut faciendum pertinent: infinita enim ſunt, quæ in his poſſunt accidere: & capiendum ex tempore, & pro re nata, conſilium: quod adiuuatur occaſione & Fortuna etiam, ſi non deſit ſolertia, contingentium gubernatrix. ἡ γὰρ τέχνη, τύχην ἔστερξε, καὶ τύχη τέχνην (ut Agathon inquit) ſi adhibeatur ad cognitionem rerum ἐμπειρία. Etenim ἀπειρία in cauſa eſt, ut nonnūquam, autore Hippocrate, ars Medica non uideatur ars eſſe: quod ipſum in alijs quoque uſuuenire poteſt, propter fortunam, dubijs & incertis rebus & artibus. Oculus mentis eſt (inquit Ariſtoteles) experientia, quo ſingula uideri poſſunt: cui non minus interdum fidei ſit habendum, quàm ſuo in genere demonſtrationi. Quapropter non ſolum Scientia, uerumetiam uſu rerum erudiendus eſt animus, in his quæ arte aut prudentia quadam adminiſtrari oportet: quę omnia ut καθέκαστα, ita quoque ἐνδεχόμενα exiſtunt. Tale quiddam, & talium rerum opinionem eſſe, confeſſione omnium eſt perſpicuum, ipſiſque φαινομένοις conſentaneum. Quinetiam ipſa rerum opinabilium natura talis eſt. Nā propter materiam, multa ijs admiſcetur inſtabilitas & obſcuritas: quum ſuapte natura contrariorum ſit particeps materia, & (ut Ariſtoteles inquit) καθ' αὑτὴν ἄγνωστος. Propter ipſam quoque formatū ſpecies nos fallent, nobiſque incerta & obſcura notitia imponent: quum materia, ut Proteus quidam, in cauſa ſit, ut nunquam eodem modo & ſtatu ſpecies permaneant, ſed multifariam mutentur, ut in uniuerſum etiam tam exquiſitè de ijs & ἀκριβῶς dici aut præcipi nihil poſſit, cuius non propter materiam aliquod poſſit eſſe impedimētū, quo minus habeat pro uero. Verbi gratia, Medici præcipiūt, ut febricitāti nulli in acceſſione exhibeat cibus. Iidē docēt etiā, poſſe fieri, ut ſit prębendus nōnunquam cibus. In declinatione neminem mori, non ita firmum & certum eſt ratione, quin id cauſa materiæ & ſubiecti, falſum aliquādo contingat eſſe: quum nonnulli moriantur etiam in declinatione morbi, propter commiſſa errata uel ab ipſis, uel medicis, uel aſſiſtētibus. Quamobrē in diſciplinis artium, & philoſophia Ethica, ἀκριβολογίας μαθηματικὰς οὐκ ἀπαιτητέον, Qualis Methodus Scientiæ re-
precipit Ariſtoteles in Metaphyſicis. Docēdi autem talia, methodus eſt hæc rū opinabiliū.
ipſa: quam deſcribit breuiter in Ethicis, ad hūc ſcribens modum: ἀγαπητὸν οὖν

περὶ τοιούτων, καὶ ἐκ τοιούτων λέγοντας παχυλῶς, καὶ τύπῳ τ' ἀληθὲς ἐνδείκνυσθαι, καὶ περὶ τῶν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, καὶ ἐκ τοιούτων λέγοντας, τοιαῦτα καὶ συμπεραίνεσθαι. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ ἀποδέχεσθαι χρεὼν ἕκαστον τῶν λεγομένων· πεπαιδευμένου γάρ ἐστιν, ἐπὶ τοσοῦτον τ' ἀκριβὲς ἐπιζητεῖν καθ' ἕκαστον γένος, ἐφ' ὅσον ἡ τοῦ πράγματος ἡ φύσις ἐπιδέχεται. Diſci, & doceri illa poſſunt: quid autem in ſingulis rebus ſit faciendum, nulla ratione præcipi poteſt: ſed ut quàm minimo errore in ijs uerſemur, confugiendũ eſt ad ἐμπειρίαν & στοχασμὸν τεχνικόν. quæ duo, præcipua eſſe in artibus, his uerbis teſtatur Plato in Philebo. Σω. τὸ γοῦν μετὰ ταῦτ' εἰκάζειν λείποιτ' ἂν, καὶ τὰς αἰσθήσεις καταμελετᾶν, ἐμπειρίᾳ, καί τινι τριβῇ, ταῖς τῆς στοχαστικῆς προσχρωμένους δυνάμεσιν, ἃς πολλοὶ τέχνας ἐπονομάζουσι, μελέτῃ καὶ πόνῳ τὴν ῥώμην ἀπειργασμένας. οὐκοῦν μεστὴ μέν που μουσική; πρῶτον ἁρμόττουσα τὸ σύμφωνον, οὐ μέτρῳ, ἀλλὰ μελέτης στοχασμῷ. καὶ ξύμπασα αὐτῆς αὐλητική, τὸ μέτρον ἑκάστης χορδῆς, τῷ στοχάζεσθαι, φερομένης θηρεύουσα, ὥστε πολὺ μεμιγμένον ἔχειν, τὸ μὴ σαφὲς, σμικρὸν δὲ τὸ βέβαιον. καὶ μὴν ἰατρικήν τι, καὶ γεωργίαν, καὶ κυβερνητικὴν, καὶ στρατηγικὴν ὡσαύτως εὑρήσομεν ἐχούσας. Quæ cùm ita ſe habeant, Opinionem ueram ſeu Coniecturam, neq; perfectam ſcientiam, neq;

Πολιτειῶν ε. perfectam ignorantiam eſſe neceſſe eſt, ſed in medio utriuſq;: autore eodẽ Pla

in fine. tone ἐν πολιτείᾳ, ad hũc ſcribente modum: ἀλλὰ μὴν δὴ ὀλίγον γε πρότερον ὡμολόγεις, μὴ τὸ αὐτὸ εἶναι, Επιστήμην τι, καὶ Δόξαν. πῶς γὰρ ἂν, ἔφη, τό γε ἀναμάρτητον, τῷ μὴ ἀναμαρτήτῳ ταυτόν ποτέ τις νοῦν ἔχων, τιθείη; Καλῶς ἦν δ' ἐγὼ. καὶ δῆλον, ὅτι ἕτερον Δόξα, ἐπιστήμης, ὁμολογεῖται ἡμῖν. Ετερον. Εφ' ἑτέρῳ ἄρα, ἕτερόν τι δυναμένη, ἑκατέρα αὐτῶν πέφυκεν. Ανάγκη. Επιστήμη μέν γέ που, ἐπὶ τῷ ὄντι, τὸ ὂν γνῶναι, ὡς ἔχει; Ναί. Δόξαν δὲ, φαμὲν δοξάζειν; Ναί. Η ταυτὸν, ὅπερ ἐπιστήμη, γινώσκει; καὶ ἔσται τὸ γνωστόν τι καὶ δοξαστὸν, τὸ αὐτὸ, ἢ ἀδύνατον; Αδύνατον ἔφη, ἐκ τῶν ὁμολογημένων. εἴπερ ἐπ' ἄλλῳ, ἄλλη δύναμις πέφυκεν. δυνάμεις δὲ ἀμφότεραι ἐστὸν δόξα τι, καὶ ἐπιστήμη· ἄλλη δὲ ἑκατέρα, ὥς φαμεν. ἐκ τούτων δὴ οὐκ ἐγχωρεῖ, γνωστὸν καὶ δοξαστὸν ταυτὸν εἶναι. Οὐκοῦν εἰ τὸ Ον γνωστόν, ἄλλο τι ἂν δοξαστὸν, ἢ τὸ Ον εἴη; Αλλο. Αρ' οὖν τὸ Μὴ Ον, δοξάζει; ἢ ἀδύνατον, καὶ δοξάσαι τό γε Μὴ Ον. ἐννόει δὲ, οὐχ' ὁ δοξάζων, ἐπί τι φέρει τὴν δόξαν; ἢ οἷόν τε αὖ, δοξάζειν μὲν, δοξάζειν δὲ μηδέν; Αδύνατον. Αλλ' ἕν γέ τι δοξάζει, ὁ δοξάζων; Ναί. Αλλὰ μὴν, Μὴ Ον γε, οὐχ' ἕν τι, ἀλλὰ μηδὲν, ὀρθότατ' ἂν προσαγορεύοιτο. Πάνυ γε, Μὴ Οντι, μὴν ἄγνοιαν ἐξ ἀνάγκης ἀπέδομεν, Οντι δὲ γνῶσιν. Ορθῶς ἔφη. Ουκ ἄρα Ον, οὐδὲ Μὴ Ον, δοξάζει; Ου γάρ. Ουτε ἄρα ἄγνοια, οὔτε γνῶσις: οὔτε γνῶσις, Δόξα ἂν εἴη. Ουκ ἔοικεν. Αρ' οὖν ἐκτὸς τούτων ἐστὶν ὑπερβαίνουσα, ἢ γνῶσιν σαφηνείᾳ, ἢ ἄγνοιαν, ἀσάφειᾳ; Ουδέτερα. Αλλ' ἄρα, ἦν δ' ἐγὼ, γνώσεως μέν σοι φαίνεται Δόξα σκοτωδέστερον, ἀγνοίας δὲ φανερώτερον. Καὶ πολύ γε ἔφη. Ει δ' ἀμ-

τῆ δοξαστῶν φοῖν μεταξὺ κεῖται; Ναί. Μεταξὺ ἄρα ἂν εἴη τούτοιν ἡ δόξα; Κομιδῇ μὲν οὖν. οὐκοῦν ἔφαμεν ἐν

ὁποία φύσις. τοῖς πρόσθεν, εἴ τι φανείη, οἷον ἅμα Ον τε καὶ Μὴ Ον, τὸ τοιοῦτον μεταξὺ κεῖσθαι τοῦ εἰλικρινῶς ὄντος τε, καὶ τοῦ πάντως μὴ ὄντος, καὶ οὔτε ἐπιστήμην, οὔτε ἄγνοιαν ἐπ' αὐτῷ ἔσεσθαι, ἀλλὰ τὸ μεταξὺ αὖ φανὲν ἀγνοίας, καὶ ἐπιστήμης; Ορθῶς. Νῦν δέ γε πέφανται, μεταξὺ τούτοιν, ὃ δὴ καλοῦμεν δόξαν. Πέφανται. Εκεῖνο δὴ λείποιτ' ἂν ἡμῖν εὑρεῖν, ὡς ἔοικε, τὸ ἀμφοτέρων μετέχον, τοῦ εἶναί τε καὶ μὴ εἶναι, καὶ οὐδέτερον εἰλικρινὲς ὀρθῶς ἂν προσαγορευόμενον. ἵνα ἐὰν φανῇ δοξαστὸν αὐτὸ εἶναι, ἐν δίκῃ προσαγορεύωμεν, τοῖς μὲν ἄκροις τὰ ἄκρα, τοῖς δὲ μεταξὺ τὰ μεταξὺ ἀποδιδόντες. Planiſſimè docet his uerbis, ter maximus Plato, Opinionẽ eſſe rerũ, quoad ſint in medio, ſimpliciter ὄντων καὶ μὴ ὄντων: & ipſius cauſa, opinabile nec penitus ſciri, neq; etiã prorſus ignorari, ſed in medio eſſe utriuſq;. Compoſitũ em̃ opinabile eſt ex materia & forma, cùm ſit αἰσθητὸν quiddã: & ratiõe quidẽ materiæ, nõ entis eſt particeps: cauſa aũt formæ, eſſe aliquid dicit̃, ſed nõ εἰλικρινῶς, neq; βεβαίως, multa habẽs ſibi admixta quę οὐσία ipſa nõ ſit: q̃niã συμβεβηκότα etiã, ſunt ex numero τῶν μὴ ὄντων, quib. opinabilia ὄντα ſunt referta: quibus etiã materia accedit, omnis mutabilitatis nutricula: ut his cauſis, certa ſcientia cõprehendi nequeãt: quarũ tã inſtabilis eſt ueritas, ut eas ne momẽto

quidem

quidē eaſdē eſſe, auſus fuerit dicere Heraclitus. Differūt inter ſe Opinio & Scientia, hoc minimè fallente argumēto: q qui Scire ſe putant quidpiā, id quod ſciunt, nō poſſe aliter ſe habere arbitrant: qui uerò Opinant, exiſtimāt, quā uis uerū ſit quod nouerunt, tamen poſſe fieri ut aliter ſit cōparatū, quod nulla neceſſitate ueritatis ſit deuinctum. Opinio itaque eſt, ratio propoſitionis ἀμέσου ſingularis, quoad noſcitur, non ex neceſſitate eſſe uera: cui adiuncta καθόλου uera, concluditur aliquid, gratia cuius ſit agendum aut faciendum quiddam. Veruntamē nōnunquam καθόλου etiam concluſa & ἐπιστητά, ueris & neceſſarijs argumentis ac medijs demonſtrata, eadem poſſunt eſſe Opinātium & Scientium Equidem ad Scientiam requiritur, non modò ueritas & neceſſitas argumentorum, uerumetiam firmiſſimus animi aſſenſus, ac fides certiſſima: quam nulla probabilis (nulla enim uera, poteſt neceſſario uero opponi) labefactare poſſit Inſtantia. Omnino enim (inquit Ariſtoteles) oportet Scientem eſſe ἀμετάπειστον : ac non modò talem ſe præſtare, ut plus fidei habeat principijs quàm concluſis, ſed etiam ut contrarijs & aduerſantibus non patiatur ſe dimoueri de ſua ſententia, ratione qua plus uero conſentanea uideantur, quum principijs demonſtrationum, nihil debeat aut poſſit eſſe ex neceſſitate uerius: quo differunt etiam à principijs opinabilium concluſorū, quæ non ſimpliciter, ſed duntaxat tēporis gratia numerantur pro ueris. Sciētem ſic deſcribit Ariſtoteles, quo intelligi debet etiam eius ab Opinante diſcrepantia: τὸν δὲ μέλλοντα ἕξειν τὴν ἐπιστήμην τὴν δι' ἀποδείξεως, οὐ μόνον δεῖ τὰς ἀρχὰς μᾶλλον γνωρίζειν, καὶ μᾶλλον αὐταῖς πιστεύειν, ἢ τῷ δεικνυμένῳ, ἀλλὰ μηδ' ἄλλο αὐτῷ πιστότερον εἶναι, μηδὲ γνωριμώτερον τῶν ἀντικειμένων ταῖς ἀρχαῖς, ἐξ ὧν ἔσται συλλογισμὸς ὁ τῆς ἐναντίας ἀπάτης, εἴπερ δεῖ τὸν ἐπιστάμενον ἁπλῶς ἀμετάπειστον εἶναι. Quare nō ſatis eſt, ſi uera ſint omnia & neceſſaria quæ intelligunt, niſi acceſſerit etiā fides: quæ facit, ut contrario falſo non aſſentiamur. Penes mentem eſt fides uerorū neceſſariorum. Nihil enim poteſt eſſe mente uerius, cum erroris cauſæ ſint in alijs facultatibus animæ, ut ſenſu & appetitu: quæ propter ἀπάτην, fucū faciūt rationi & menti, eiq; ſic interdum offundunt tenebras, ut uidere uerum nullo modo poſſit. Talis impotentia, mētis eſt imbecillitas & morbus, quo nimirū ueriſſimis fidem habere non poteſt. Ita enim quorundam animi obfirmati & obſtupefacti ſunt erroribus, ut erudiri ad ueritatem nullo modo queant: dum nimirum fidem habent fallacibus, & à uero alieniſſimis argumētis: quos (ut Plato ait) οὐδ' ἂν ὁ Λυγκεὺς ἰδεῖν ποιήσειε. Capacem enim ueri mētem eſſe oportet natura, ut Plato eſt autor: cui aſtipulat Ariſtoteles etiā, cùm inquit: καὶ τοῦτ' ἐστὶν ἡ κατ' ἀλήθειαν εὐφυΐα, τὸ δύνασθαι καλῶς ἑλέσθαι τ' ἀληθὲς, καὶ φυγεῖν τὸ ψεῦδος, ὅπερ οἱ πεφυκότες εὖ, δύνανται ποιεῖν εὖ. De his quæ fucum faciant menti, alias diximus: cuius caligines, Lux mentis, ueritate & ſcientia non diſcutiat in his, qui ea mētis habilitate, de qua diximus, non fuerint præditi. Quoniam, ut inquit Euripides: οὐκ ἔστιν ἐμφῦσαι νοῦν, οἷς οὐκ ἔνεισι νοῦς. Et ut Plato inquit: ἑνὶ δὲ λόγῳ, τὸν μὴ ξυγγενῆ τοῦ πράγματος, οὔτ' ἂν εὐμαθία ποιήσειέ ποτε, οὔτε μνήμη. τὴν ἀρχὴν γὰρ ἐν ἀλλοτρίαις ἕξεσιν οὐκ ἐγγίγνεται· ὥστε ὁπόσοι τῶν δικαίων τε καὶ τῶν ἄλλων, ὅσα καλά, μὴ προσφυεῖς εἰσι, καὶ ξυγγενεῖς (ἄλλοι δὲ, ἄλλων εὐμαθεῖς ἅμα καὶ μνήμονες) οὐδ' ὅσοι ξυγγενεῖς, δυσμαθεῖς δὲ ἅμα, καὶ ἀμνήμονες, οὐδένες τούτων μή ποτε μάθωσιν ἀλήθειαν ἀρετῆς, εἰς τὸ δυνατὸν, οὐδὲ κακίας ἅμα γὰρ αὐτὰ ἀνάγκη μανθάνειν, καὶ τὸ ψεῦδος ἅμα καὶ ἀληθὲς, τῆς ὅλης οὐσίας, μετὰ τριβῆς πάσης, καὶ χρόνου πολλοῦ, ὅπερ ἐν ἀρχαῖς εἶπον. Quæ præterea ſunt, aliàs ex hac Epiſtola me protuliſſe memini, ut iam his repetitis nihil opus eſſe exiſtimem: quibus ſatis ſuperq; liquet, quàm ſint multa impedimenta acquiſitionis ἀμεταπείστου ſcientię. Non enim deſinit eſſe Opinio, quicquid à

Topico. 8.

quid à

quid à nobis cognoſcitur, quantumuis firmis, & (ut ſic loquar) adamantinis rationibus ſit aſtrictum, quamdiu mēti ſic hæret, ut alijs rationibus fides eius poſſit labefactari: quemadmodum nec opinio deſinit eſſe opinio, quantumuis neceſſariò uerum arbitrêre, quod tamen uerum non eſſe, magis conſentaneis facile poteſt demonſtrari. Plures enim ſunt, qui falſis opinionibus conſtantius adhærent (ut Heraclitus, & pertinaciſſimi quiq; hæretici) quàm nōnulli aſſentiuntur his, quorum ueritas demonſtratione colligitur, quibus tamen propter imperitiam parum habent fidei: ut iuuenes Phyſicis demonſtrationibus, aut Metaphyſicis, & Ethicis, propter ἀπειρίαν, & affectus quibus cæcāt mēs, nō credūt, cū uidere principia nequeāt. Quapropter, inquit Ariſtoteles, συνείρουσι μὲν τοὺς λόγους, ἴσασι δ᾽ οὔπω· δεῖ γὰρ συμφυῆναι. τοῦτο δὲ χρόνου δεῖ. Et alio quodā loco: τὰ δὲ ἀρχαὶ δι᾽ ἐμπειρίας, καὶ τὰ μὲν οὐ πιστεύουσιν οἱ νέοι, ἀλλὰ λέγουσι. Ex his quę diximus cōcludēdū, poſſe fieri, ut is etiā opinet̄ & nō ſciat, qui demōſtrationi nō magis credat, q̄ omnib. his quę ſpecioſè ei poſſunt & ſophiſticè opponi. Sunt em̄ cōplures, qui paralogiſmis impliciti, ꝓ ueris falſa amplectunt̄. Alij ſunt, quorū fides manet ἀνέλεγκτος, quātūuis uerbis & oratione uideant̄ coargui ſophiſticis, quib. occurrere reſpōdendo nō poſſunt: & tamē in eadē permanēt ſentētia, certiſſima fide eius ueritatē amplexātes, quā ipſis facit demōſtratio. Cui perſuaderi aliud pōt, is nō Scire, ſed Opinari dicēdus eſt: donec ita ſit animo affectus, ut eū, quod ad ueritatē demōſtrationis attinet, nihil lateat, & quæ cōtrà dici poſſunt, falſa eſſe, & quib. fides habēda nō ſit, intelligat. Alioqui (autore Ariſtotele) ὁ δοξάζων, οὐχ ὑγιεινῶς διάκειται πρὸς τὴν ἀλήθειαν. Deinde confuſis notitijs nonnunquam etiam opinantes ſtatuimus, quod explicitis ſcientes firmiſſimè credimus. ſiquidem (ut Plato ſcribit in Menone) αἱ ἐρωτήσεις ἐγερθεῖσαι, ἐπιστῆμαι γίνονται. Quod enim non planè ſcimus eſſe uerum, id opinamur eſſe, non omnino confidimus eſſe uerum, quādiu id addiſcimus, aut propter ἀπειρίαν nō ſatis liquet, aut fallacibus inſtantijs ſatisfacere non poſſumus: quæ labes ſunt in cauſa, ut ἐπιστητὰ quoq; ſub opinionē uenire dicantur. Quæritur ergo, ſi uerſentur circa idem, ac ſint eiuſdem, Scientia & Opinio: quî poſſit fieri, ut Scire & Opinari etiam nō ſint idem, aut pro eodem etiam nō habeantur Scientia & Opinio? Nam ſi poſitum ſit, poſſe fieri, ut quod ſciat quiſpiā, id ipſum alio modo opinetur: ex neceſſitate conſequēs illud erit, ut per eadem media pergentes, uſq; dum peruentum ſit ad ἄμεσα & indemōſtrabilia, hoc Sciens, alio modo Opinans pergat. Quòd ſi perueniens ad ἄμεσα, ſciens dicitur ſcire: quid impedit, quo minus opinans etiam, ſcire dicatur, per ἀμέσους propoſitiones iam perfecta demonſtratione, & ἀπόδειξιν nihil amplius relinquatur? Deinde quemadmodū idem eſt argumentum, quo Scimus, & quo Opinamur τὸ ὅτι uerū: ita quoq; eodē medio & argumēto, τὸ διότι, nempe cauſam & medium, ſciet quiſpiā, quod ipſum interea Opinetur etiā uerum eſſe. Haud negamus, quin poſſit fieri, ut eodē argumento Scire & Opinari quidpiā poſſimus: ita tamē, ut qui conceperit animo res, quæ aliter habere ſeſe nequeant, hac ratione, qua nimirum non poſſunt aliter ſe habere (ut ſi exploratas habeat earum finitiones quibus mōſtrantur, ut ſentiat & planè credat, eas eſſe immutabiles, quibus οὐσίαι ſeu ὅροι demōſtrabiliū πάθη intelligantur) tum demū ijs ita perceptis Scire, & nō Opinari ſit exiſtimādus. Sin aūt ueta duntaxat hæc percepta arbitretur, ſed tamē ad οὐσίαν & ὅρον demonſtrabilis rei conſtituendū pertinere non exiſtimet: Opinabitur quidē, at non Sciet uerè, ὅτι & διότι: quando nimirum per ἄμεσα, perrexerit ad concluſionem. Sed quādo nō per ἄμεσα collegerit concluſum, tantummodò τὸ ὅτι opinabitur

Ethico. ad Nico. n. & ζ.

In Epiſtola Platō. ad Familia. Dionis.

Metaphy. γ.

pinabitur uerè, & nō etiam δοξῇ: nō abſq; tamen Scientia utrūq;. Ad confirmationem quidem Scientiæ, multis eſt opus adminiculis. Cōfirmatiſſima eſt autē, quando αὐτὸ ὄν, ſeu εἶδος, noſcitur ſimpliciſſima intelligentia: quam ſibi propriè uendicant philoſophi, autore Platone in Sophiſta, ad hunc ſcribente modum: ὁ δέ γε φιλόσοφος, τῇ τοῦ ὄντος ἀεὶ, διὰ λογισμῶν, προσκείμενος ἰδέᾳ, διὰ τὸ λαμπρὸν αὖ τῆς χώρας οὐδαμῶς εὐπετὴς ὀφθῆναι. τὰ γὰρ τῆς τῶν πολλῶν ψυχῆς ὄμματα καρτερεῖν πρὸς τὸ θεῖον ἀφορῶντα, ἀδύνατα. Perfectiſſima hæc eſt ſcientia, nempe ἀναπόδεικτος perficiens omnem ἀπόδειξιν, ab opinatione remotiſſima: intelligentia nimirum, ſeu νοῦς, perficiens διάνοιαν, reuocando omnia à ſenſu ad ὁρισμοὺς, quibus ὄντα ᾗ ὄντα, nihilq; alieni admixtū habentia conſiderantur: quod ipſum eſt νοητὸν genus exquiſitiſſimum, & penitùs ἄτμητον (ut Plato inquit) & ob idipſum quoq; ἀνυπόθετος ἀρχή. At uerò mens cū ſenſu rerum ſe coniungens, diuidua eſt, & indiuiduas ſpecies, diuiduis atq; opinabilibus adiungit formis: quæ nimirum indiuiduarum ſunt εἰκόνες. Qua ratione dixit Plato, ἐπιστήμην ſeu διάνοιαν uerorum, in medio eſſe δόξης καὶ νοῦ. Etenim qui ſcit, quatenus apprehendit ὁρισμοὺς & εἴδη, dicendus eſt Scire. Sed quatenus hæc ipſa applicat ad res opinabiles & diuiduas, non Scire, ſed Opinari eſt dicendus. Quod faciūt diſciplinæ omnes, quæ ὄντα ᾗ ὄντα non contemplantur· εἰκόσι nimirum χρώμεναι αὐτοῖς, τοῖς ὑπὸ τῶν κάτω ἀπεικασθεῖσι, καὶ ἐκείνοις πρὸς ἐκεῖνα, ὡς ἐναργέσι δεδοξασμένοις τε, καὶ τετιμημένοις. Simpliciter νοητὰ non poſſunt eſſe, niſi cauſa Mentis. Propter διάνοιαν enim ἐπιστητὰ ſunt connexa cum opinabilibus, id eſt cum rebus, quatenus ſunt opinabiles: nec perueniūt diſciplinæ, ad ἀνυποθέτους ἀρχάς: quarum cōtemplationem, Plato ait pertinere ad Dialecticen. Quapropter abſurdum dictu non eſt, in demonſtratione cum ὁρισμοὶ, & εἴδη νοητὰ cognoſcantur & uſurpentur, eatenus Scientem Scire, & nō Opinari. Sed quoad applicētur ad ſubiecta quæ conſiderantur, non ut ſimpliciter νοητὰ, ſed ut νοητὰ concreta cum ſenſilibus quibuſdam formis, hæc nō Scientes, ſed Opinantes dici. διὰ τὸ μὴ ἐπ' ἀρχὴν ἀνελθόντας, σκοπεῖν, ἀλλ' ἐξ ὑποθέσεως. νοῦν οὐκ ἴσχειν περὶ αὐτὰ δοκοῦσί σοι, καίτοι νοητῶν ὄντων μετὰ ἀρχῆς. διάνοιαν δέ μοι καλεῖν δοκεῖς, τὴν τῶν γεωμετρικῶν τε, καὶ τὴν τῶν τοιούτων ἕξιν, ἀλλ' οὐ νοῦν, ὡς μεταξύ τι δόξης τε, καὶ νοῦ τὴν διάνοιαν οὖσαν. Proinde multis (ut dixi) adminiculis opus eſt, & longo tempore, ut perueniat ad cognitionē τῶν ὄντων ᾗ ὄντα: propterea quod hæc ipſa adminicula, nō plus interdū adiumenti quàm detrimēti ad cognitionē ſincerā ueri afferant. Siquidem, autore Platone: οὐ γὰρ ἂν τούτων μή τις τὰ τέτταρα λάβῃ, ἁμῶς γέ πως οὔποτε τελέως ἐπιστήμης τοῦ πέμπτου μέτοχος ἔσται. πρὸς γὰρ τούτοις, ταῦτα οὐχ ἧττον ἐπιχειρεῖ τὸ ποιόν τι περὶ ἕκαστον δηλοῦν, ἢ τὸ ὂν ἑκάστου, διὰ τὸ τῶν λόγων ἀσθενές· ὧν ἕνεκα νοῦν ἔχων οὐδεὶς τολμήσει ποτὲ εἰς αὐτὸ τιθέναι τὰ νενοημένα ὑπ' αὐτοῦ, καὶ ταῦτα εἰς τὸ ἀμετακίνητον. Et paulo inferius: δυοῖν ὄντοιν τοῦ τε ὄντος, καὶ τοῦ ποιοῦ τινός, οὐ τὸ ποιόν τι, τὸ δὲ τί ζητούσης τῆς ψυχῆς εἰδέναι, τὸ μὴ ζητούμενον ἕκαστον τῶν τεττάρων προτεῖνον τῇ ψυχῇ λόγῳ τε, καὶ κατ' ἔργα αἰσθήσεσι, εὐέλεγκτον τό τε λεγόμενον, καὶ δεικνύμενον ἕκαστον ἀεὶ παρεχόμενον, ἀπορίας τε καὶ ἀσαφείας ἐμπίπλησι πάσης, ὡς ἔπος εἰπεῖν, πάντα ἄνδρα. Protulimus hæc omnia ex Platone teſtimonia, quibus præſenti loco Ariſtotelis lucē afferre poſſemus, ſatis obſcuro & difficili. Quærit Ariſtoteles, an poſſit idem & de eodem dici, quòd ſciat quidpiam, & quòd opinetur & utrum eiuſdem poſſit eſſe Scientia, & Opinio? Demonſtrationis διάνοιαν, in medio eſſe opinionis & mentis, liquet ex dictis ſuperius. Cōſiderant equidem Scientiæ, nō ſimpliciter νοητὰ, αἰσθητῷ παντάπασιν οὐδενὶ προσχρώμενα: ſed (ut Plato ait) ὑποθέμενοι τοῖς ὁρωμένοις προσχρῶνται εἴδεσι, καὶ τοὺς λόγους περὶ αὐτῶν ποιοῦνται, οὐ περὶ τούτων διανοούμενοι, ἀλλ' ἐκείνων πέρι, οἷς ταῦτα ἔοικε, τοῦ τετραγώνου αὐτοῦ

In fine πολιτειῶν ζ. Platonis.

νῦ αὐτοῦ ἕνεκα τοὺς λόγους ποιούμενοι, καὶ διαμέτρου αὐτῆς, ἀλλ' οὐ ταύτης, ἣν γράφουσι, ζητοῦντές τε αὐτὰ ἐκεῖνα ἰδεῖν, ἃ οὐκ ἂν ἄλλως ἴδοι τις ἢ τῇ διανοίᾳ. At ſimpliciſſima νοητῶν eſt apprehenſio νόησις ſine hypotheſibus, ἄνευ τῶν περὶ ἐκεῖνο εἰκόνων, αὐτοῖς εἴδεσι δι' αὐτῶν τὴν μέθοδον ποιουμένη. Participans itaq; utraq; demõſtratrix Scientia, & rerum quoad aliter habere ſeſe nequeũt, & præterea quoad ſub ſenſum ueniunt & exiſtunt opinabiles, perceptrix eſſe uidetur, ut quodammodo Sciens opinetur aliquid, & Opinans uiciſſim ſciat: quatenus nimirum aliquid percipit (nempe ὁρισμὸν) quod ſit ἀμετακίνητον, & aliquid mutabile tamen adhibeat: cui motus nimirum, & diuiſio, & in aliam ſpeciem mutatio poſſit accidere. Nihil enim ſine motu Phyſici, nihil ſine diuiſione & compoſitione Mathematici demõſtrant: quæ tamẽ omnia perſtringunt finitionibus quibuſdam, quæ ſunt ipſum νοητὸν εἶδος, ſed quoad iungitur tamen cum ſpecie quadam opinabili. Hac ratione, φυλάττεται ἅπαν, ὃ ὁμολογεῖν τις, δοξάζειν. Nam ſi uerum ſit illud, quũ dicitur: Sciens hic, atq; idem opinans eſt, ratione mediorũ, donec peruenerit ad ἄμεσα. Quare ſequitur, ut ſi hoc modo ſciat, ut etiam opinans ſciat aliquid. Neceſſarij ſunt ὅροι, nempe media: ſed media nihilominus ſunt, quoad applicantur ſubiectis diuiduis, καὶ δοξαστοῖς: quorum cauſa ſciens, id eſt noſcens immutabilia εἴδη, dicitur etiam opinari quodammodo. Quamobrem, non qui ſimpliciter & ἀνυποθέτως, ſed qui ἐκείνως, id eſt illo modo ſcit (adiungens ſcilicet τὰ εἴδη ἢ ὅρους τοῖς εἰκόσιν) cum opinione quadã cõiunctam habet ſcientiã: quæ nimirum ἀποδεικτός, ſeu ὑπόθετος dicitur ἐπιστήμη. Interpretatur ſententiã hanc Ariſtoteles uerbis ſequentibus. Nam εἰκόνες quoad habent finitiones (quarũ cauſa immutabilis res intelligitur) & ijs tanquã medijs, utitur quiſpiã in demonſtratione, eatenus Sciens dicitur. Sed quoad applicantur uerè quidem φαινομένοις rebus, quibus tamen ut eſſentiam talium, uel εἶδος conſtituentia, non inſunt, quemadmodum καθόλου νοητά: prædicantur quidem de ſenſilibus rebus, ſed earum οὐσίαν nequaquã conſtituunt (ut ſuprà monuimus) hac ratione ſcientem nõ ſcire, ſed opinabiles res apprehendere dicimus: quæ res, nõ ſunt ὅπερ ὄντα τι, ſeu αὐτὸ ὄντα. Etenim huiuſmodi ſubiecta εἰκόνων diuidua, non inſunt in οὐσίᾳ & definitione mediorum, & prædicatorum propriorũ: nec uiciſſim οὐσίαι & ὁρισμοί, ſunt in ipſis, quoad καθόλου ſunt & prædicãtur, propter rationem aliàs dictam. Nam εἰκόνες huiuſmodi, non ſunt ipſa ὄντως ὄντα, & ὁρισμοί, ſed ſunt aliquid habentia ὁρισμόν, tãquam ipſis accidens quoddã: quũ ratio καθόλου ſubiectis ſenſilib. accidat, non cõſtituat autem res opinabiles: qua ratione, εἰκόνες ὁρισμοὺς habere, non ipſa εἴδη νοητὰ eſſe meritò dicuntur. Habentis autem, id quod habetur, accidens eſt: quandoquidem non ſit, ipſum quod habetur: qua ratione in demonſtrationibus, τὰ ἐνδεχόμενα ἄλλως ἔχειν, ὥσπερ ἔχειν τοὺς ὁρισμούς, dicuntur propter καθόλου prædicationem: quum non ſint ipſa per ſe εἴδη, quibus οὐσία intelligitur, quæ ſub ſenſum non uenit tamen. εἰκόνες autem in ſenſu adumbrati, quoad de ipſis prædicantur καθόλου ſpecies, iiſdem participant: quorum ſanè prædicatorum cauſa, ſint etiã μὴ ἐνδεχόμενα ἄλλως ἔχειν: quum alioqui per ſe ſint ἐνδεχόμενα, utpote non ὄντως ὄντα, ſed εἰκόνες τῶν ὄντως ὄντων. His rationibus facilè poteſt intelligi, quo pacto ἐπιστητά, cauſa demonſtrationis ſint compoſita ἐκ νοητῶν καὶ δοξαστῶν. quo reſpiciens dixit etiam Plato, διάνοιαν ſeu ἐπιστήμην, in medio eſſe τοῦ νοῦ, καὶ δόξης. Et Ariſtoteles etiam hoc loco, Scientiam & Opinionem, quo pacto eiuſdem poſſint eſſe, & ſimul iungi conſentaneis, ſed tamen obſcuris rationibus oſtendit. Cùm autẽ ſimpliciter eiuſdem ſimul Scientia & Opinio eſſe non poſſit (quomodo eñ eſſent, cùm ſint oppoſita?) aliquo modo ſcilicet erunt eiuſdẽ: quẽadmodum deinceps,

καθόλου nullius rei, extra intellectum, eſt οὐσία.

deinceps, ueſtigijs diuini Ariſtotelis inſiſtētes, interpretari conabimur. Ergo Scientia & Opinio, ſimul erunt eiuſdem: ſed non omnino, & undiquaque eiuſdem. Haud lōgè ſecus, uera ac falſa eiuſdē dicitur oratio quoq; eſſe, nō ſimpliciter, ſed quodā modo: quē non diſtinguēs Antiſthenes, falſam nullā orationē, neq; ἀντίφασιν eſſe putauit: ſed perperā, & ualde ineptè. Sic eñ eſt argumētatus: Nō pōt unius, niſi una eſſe ratio, qua intelligat̃: quare nihil intelligit̃, diuerſa, & non cōſentanea uni, cui adhibet̃, ratione. Quamobrē ut hæc unius non eſt, ita quoq; nullius erit, & nulla ratio. Argumētum illud fuit Antiſthenis, μηδὲν ἀξιοῦντος λέγεσθαι, πλὴν τῷ οἰκείῳ λόγῳ, ἓν ἐφ᾽ ἑνός. Equidem ratione qua res intelligitur ſimpliciter, nō poteſt niſi una res ſignificata intelligi. Hoc modo enim, niſi unum intelligatur, nihil intelligit̃. Non enim poteſt ſimul ipſum & non ipſum intelligi. Quapropter ſimplici intelligentia, niſi unum intelligatur, nihil intelligitur: ſed compoſita non unum, ſed unum de uno intelligitur: cuius compoſitionis reſpectu, aut uera, aut falſa dicitur ratio. Cæterùm falſa ratio, nullius ut falſa ſimpliciter eſt ratio, ſed alterius. De quo uerè dicitur, reſpectu eius, eſt unius: aut ſimpliciter, ut quando definitio prædicatur de definito: aut per accidens unius, ut ſi de Socrate albo prędicatur album, ἐπεὶ ταυτό πως, αὐτὸ, καὶ αὐτὸ πεπονθὸς, οἷον Σωκράτης, καὶ Σωκράτης μουσικός. Atq; hoc modo ſecundo, de uno poſſunt multa prædicari. At uerò quoduis, licet non ſolum ſua propria ratione circumſcribi, ſed etiam aliena. Et aliena, nō omnino falſa ratione: ut ſi quis de Circulo, prædicet finitionem trianguli. Vel uera etiam aliena: ut ſi quis octonarium paronymως duplū appellet. Quòd ſi de octonario eodem, duo: aut binarium, συνώνυμον quiſpiam efferat: omnino alienum falſum prædicabit. Idem in reliquis etiam paronymis & ſynonymis prædicatis uſuuenit. Non ergo ut de eodem ſuum & proprium prędicatum, & præterea alienum, ita quoq; eodem modo prædicari ſolet. Diſtinguitur autem modus ueritate & falſitate, διὸ πᾶς λόγος ψευδὴς, ἢ οὗ ὢν ἀληθής. Subiecto autem congruit falſum non quatenus ὄν, ſed quatenus reſpectu prædicati μὴ ὄν. Quare nec ſubiecto ut Vni, ſed ut Nulli congruit: cùm Ens & Vnum, item Non Ens, & Nullum, ſint reciproca. At in falſitate, μὴ ὄν illud ſimpliciter non uſurpatur, ſed quatenus intelligitur accidere cuidam ὄντι. Compoſitum enim eſt omne falſum νόημα: nec ut bonum ſine malo, & uerum ſine falſo, ita malum etiam ſine bono, & falſum ſine uero, ſeu nō ens abſq; ente, percipi intelligentia poteſt. Hac ratione dixit diuinus Plato περὶ τὸ μὴ ὄν, τὸν σοφιστὴν διατρίβειν: nec eſt illud Non Ens omnino nihil, ut uiſum fuit Antiſtheni: ſed Non ens, in aliquo tanquam accidens inhærens. Proinde ut non omni modo eiuſdem, uera dicitur eſſe & falſa ratio prędicati: ita quoq; eiuſdem nequit eſſe Scientia & Opinio undiquaq;, quatenus eſt idem. Quinetiam ne opinio quidem omnino eiuſdem, uera ſimul & falſa eſſe poteſt, propter cauſas paulo antè commemoratas. Compluribus enim abſurdis implicari ita ſentientem oportet: & quia oppoſitis, tanquā ſimul ueris aſſentitur, & quia ſcilicet falſum non compoſitum, opinantem contingat nihil opinari: quandoquidem falſi, ut non entis ſimpliciter, nulla poſſit eſſe opinio: quare nec falſa eius eſſe poteſt opinio; ut uiſum Antiſtheni, cùm penitùs (ſimpliciter Non Ens) nō percipiatur: ut de Nō Ente cecinit Parmenides, ἀφ᾽ τῆσδε διζήσιος, εἶργε νόημα. Quocirca cùm omnino eiſdem non ſit Opinio & Scientia, quot modis Idem & eiuſdem aliquid dicatur eſſe, explicandum deinceps: quorum uno contingit, eiuſdem eſſe Scientiam & Opinionem, alio uerò non cōtingit. Abſurdū dictu ſit, ſi quis opinantem, quòd diametros ſit coſtæ quadrati ſymmetros, uerè ob id opinari exiſtimet;

Metaphy Δ, circa finem.

ri exiſtimet, quia ſit eiuſdẽ hæc opinio: cuius etiã hæc uera eſt, qua ſtatuit dia metros eſſe aſymmetros. Nam ſi omnia, & ratione eadem ambæ opiniones ſint eiuſdem: ipſas quoq; eaſdem eſſe oportet. Quare eiuſdem dicuntur, quia ſubiectum (nempe diametros) idem eſt, circa quam uerſantur illæ opiniones: ſed non quòd rationes, quibus explicantur ambę, quarum unius uera eſt, altera falſa ratio: quarum cauſa nõ eiuſdem, ſed diuerſorum, uera & falſa dicitur eſſe Opinio: quãdoquidem aliter definiatur uera, aliter falſa opinio. Quãuis enim ſubiecto ſint eædem, nihilominus τῷ τί ἦν εἶν, diſcrepant: nec omnino ſunt eædem, quamuis ſint eiuſdem, Opiniones: nec ſimul ambo quempiã ſic opinari contingit, ut pro eiſdem, ueram & falſam numeret. Par eſt ratio atque ſimilis, quum eiuſdem dicimus eſſe Sciẽtiam & Opinionem, ſed alio modo. Vt (uerbi gratia) de Homine cognoſcitur aliàs hoc modo, ipſum eſſe animal, ut non poſſit non eſſe animal, nec contingat unquam ipſum eſſe non animal. Aliàs uerò noſcitur ſic, quoad contingit ipſum aboleri, & non eſſe animal, quoad mutabilis ſcilicet homo. Priore modo, quo ex neceſſitate Homo intelligitur eſſe animal, conſideratur homo, quoad finitione noſcitur: nẽpe ἁπλῶς ὄν, ſeu ᾗ ὄν, nihil alieni in ſe habens, nec quoad diuiſioni aut mutationi eſt obnoxius, ſed αὐτὸ ὅλως νοητόν, cuius propria conſiderat primus philoſophus (ut aliàs fuit dictum) quum uidelicet ſit, αὐτοῦ ὄντος contemplator. Poſteriore, conſideratur Homo, ratione nimirum qua Homo eſt, nõ qua ᾗ ὂν ἄνθρωπος: nempe qua non ſimpliciter Ens, ſed qua mutabile ens, & quatenus Phyſicæ ſcientiæ ſubiectus: quæ ſciẽtia ratione motus & quietis, & aliorũ mutabilium παθῶν, quæ homini inſunt, quatenus mobile quiddam & materiatum, conſiderat hominem, quoad etiam permutari ipſum ſuo contrario contingit. Idem in utroq; conſiderationis modo, eſt ſubiectum, ὅτι ἄνθρωπος: ſed τὸ δὲ, οὐ τὸ αὐτό. Priore enĩ modo, illũ primus: ſed altero modo, ſecũdus Philoſophus cõtẽplat, κινητὰ ὄντα cõſiderãs, nõ abſolutè, ſed ᾗ κινητοῖς ὄντα: nõ tamẽ hac ratiõe qua Scit, aut Scire dicit, eâdẽ etiã Opinari exiſtimãdus eſt: cùm ſit aliud, ratione cuius ſcire, & aliud, ratione cuius opinari ſit dicendus. Horũ quoq; diuerſorum ratione non ſimul erunt Scire & Opinari, ſed habebũt diſcretas rationes. Alioqui ſimul una notitia erit, qua perceptum quiſpiam habebit, rem talem eſſe, quæ poſſit aliter ſe habere, & hanc notitiã ipſam nihilo minus ita comparatam eſſe, ut nõ poſſit aliter ſe habere: quæ ambo ſimul pro ueris ſtatuere, longè ſit abſurdiſſimum. Ergo rationes hæ diſcrepantes & diuerſæ, eiuſdem ſubiecti, diuerſis inerunt conditionibus. Nam ſi ut ſubiectum, ita quoq; conditio ſit eadem, abſurdum hoc ſequetur, ut qua hominem quis apprehẽdit, ut ᾗ ζῷον, quod nihil aliud eſt, quàm qua noſcit nõ poſſe ipſum eſſe non animal: eâdem ratione ſtatuat ſimul, hominem non eſſe ipſum animal. Quod nihil aliud eſt, quàm cõtingens eſſe, ut homo ſit animal, & permutabile quiddam nihilominus ſuo oppoſito: quę ſimul neq; eſſe, neq; intelligi ut uera, ullo modo poſſunt. Diuerſarum igitur reſpectu conditionum, eiuſdẽ nequaquã erunt Opinio & Scientia. Quod Ariſtoteles his expreſſit uerbis: ᾗ δὲ τῷ αὐτῷ, οὐχ οὕτως οἴονται. Sequentibus planius explicat, per ſe iam ſatis nota noſtra interpretatione, nõ poſſe fieri (quibus intelligitur) ut reſpectu ſimpliciter eiuſdem, ἐπιστητὸν ſit pariter quidpiam, & δοξαστόν. Δόξαι ſunt quib. cognoſcit uulgus ueritatem rerum: has perficiunt ἐπιστῆμαι diſciplinarum, quo-

in fine 6. libri Platonis πολιτειῶν. ad his nimirum opinabilibus νοητὰ εἴδη applicant. Sed ἐπιστήμας illas perficit Sapientia, contemplatrix τῶν ὄντων, ᾗ ὄντα, per mentem aſcendens πρὸς ἀρχὰς ἀνυποθέτους, αἰσθητῷ παντάπασιν οὐδενὶ προσχρωμένη, ἀλλ' εἴδεσιν αὐτοῖς, δι' αὐτῶν εἰς αὐτά,

τά, καὶ τελειωτῶσα εἰς ἀεὶ: quæ ſuprema eſt, & ἀκριβεστάτη rerũ Scientia. Si quæ prætere a ſunt, pertinẽtia aut ad facultates, aut ad habitus (quibus percipiunt notitiæ rerũ) quo pacto ea ſint diuidenda: ut (uerbi gratia) in Ratiocinatricẽ, in Mentẽ, in Scientiam, Artẽ, Prudentiã, Sapientiam, & ſimilia, huius loci non eſt explicare: ſed partim de his dictum eſt in Phyſicis, ut libro tertio de Anima: partim in Ethicis ad Nicomachum, libro ſexto: ubi de habitibus, hominem quatenus prędicus eſt mente, perficientibus, ſatis abundè eſt diſputatum. Effectus proinde & φαινόμενα, uulgò notas rationes habẽt, etiam cauſis incognitis. Rationes appello, γνωσματικοὺς ſeu ὀνοματώδεις λόγους, non media & cauſas, quibus demonſtramus, & ſcientes ſumus effectuum. Qui ſagacitate porrò & ſolertia naturali ſunt prædici (Græci uocãt ἀγχίνοιαν) hi ſimul ac effectus quoſdam ſentiunt, nulla interpoſita tẽporis intercapedine, de medio & cauſa, ſine errore conijciunt. Vt ſi quis intuens Lunam, ſplendidiorẽ partẽ ſemper obuertentem Soli, ſtatim rationem exploratam habeat, iſtud eo fieri, quia lumẽ ipſius acquiſititium ſit. Aut ſi quem colloquentẽ cum diuite mox animaduertat, id fieri cauſa mutui. Aut quia habeant communem aliquẽ inimicum, idcirco ſactos eſſe amicos. Ergo ἀγχίνουν eſſe, eſt facilè & ſubito, cognitis extremis, cauſam & medium animaduertere. Sit primum extremũ ſeu φαινόμενον, partem obuerſam Soli, eſſe ſplendentem, quod appelletur α. Deinde cauſa ſit, & medium β, nempe lumẽ à Sole accipere. Vltimũ extremum & ſubiectum, eſto γ, nempe Luna. ἀγχίνους igitur ita colliget. Quia Luna accipit lumen ſuum à Sole. Et quod accipit lumẽ à Sole, eidem partem obuertit etiam lucidam. Quare ex neceſſitate, Luna ſemper partem ſuam lucẽrem obuertet Soli. Methodus quæ ſit inueniẽdi media & cauſas, quibus propoſita demonſtrari poſſint facilè, deſcribitur ab Ariſtotele, libro priore priorum Analyticorum, capite περὶ εὐπορίας προτάσεων: qui uolent, inde requirãt. Ipſi ad alterũ iam librum poſteriorum Reſolutionum Ariſtotelis nos cõferemus, cum fine prioris, etiam huic noſtro libro finem imponentes.

DEMONSTRATIONVM
Liber x.

SCientijs omnib. quũ ſint inueſtigãdis & explicãdis cauſis occupatę, res eas nimirum quæ Sciuntur, prius inuolutas et implicitas eſſe oportebit, quàm notitia cauſarum & demonſtrationis euoluantur. Notiſſimæ uulgò de rebus ſunt opiniones ueræ, quibus cognitu & perceptu nihil facilius, & ſine quibus, ne Scientiarum quidem poſſumus eſſe compotes. Quo pacto enim ullius rei cauſam inueſtigabis, quam penitùs ignores eſſe? Vt primum ſit illud, rem cum omnibus habere populariter cognitam, deinde cum paucis habere cognitam ſcienter: qua nimirum cauſæ ipſius intelligantur, quas ignoret uulgus, docti uerò exquiſitè eas intelligant, ut nulla quæſtio cauſæ ſit reliqua. Non poteſt autem de re ulla quæri quicquam, ſi non Eſſe prius utcunque ipſum intelligatur: cùm penitùs ignotæ rei, nemo cauſam inueſtiget. Eſſe uerò aliquid, tenuiſſimè noſcitur, & obſcuriſſimè, ſenſu notis quibuſdam

accidentibus: deinde accidentia quoq; nõnulla, & φαινόμενα exiliter percipiuntur, quoad uulgo ſunt nota duntaxat λόγοις ὑπομνηματικοῖς. Quorundam certè Eſſe, notiſſimum eſt, & Quòd, & Quid ſit: ut Trianguli, quòd ſit figura, tribus comprehenſa lineis. Aliorum, Quid ſint, rationes ſunt exploratiſſimæ: ut Vnitatis, quòd ſit minima pars Numeri: ſed quòd ſint, nõ perinde eſt notũ. Aliorum contrà, Quòd ſint, notitia eſt euidens, ſed quid ſint, non perinde eſt exploratum: ut Natura, quòd ſit, non ignoratur: quid ſit, difficulter noſcitur. Deinde differentia quædam eſt alia rerum, quoad nimirum quædam ſunt ſimplicis eſſentiæ, cuius cauſa nulla eſſe poſſit. Quædam uerò compoſitæ, cuius cauſa ſit materia quædã, uel cuius cauſa ſit eſſentia, cũ materia conſtituens aliquid. Etenim non ſolum Phyſica, ſed etiam Mathematica ὄντα & ſubiecta, ſic ſunt comparata, ut aliud ſint ipſa, aliud Eſſe ipſorũ: ut caro aliud eſt, & aliud carnis Eſſe: itẽ Circulus aliud, & aliud Circuli eſſe. Quippe in Circulo aliquid eſt, quod ipſum nequit Circulus dici ὅπερ αὐτό: ut ſegmentũ, aut ſemicirculus: quorũ neutrũ Circulus, ὅπερ αὐτό, poteſt dici. Nullus em̃ Circulus eſt ſegmentum aut ſemicirculus, propterea quòd non ſunt partes ipſius Circuli, ſed partes materiæ ipſius, gratia cuius eſt diuiduus in partes: quibus non uerè, & ſimpliciter eſt, ſed quarũ cauſa naſcitur & corrumpitur Circulus. Simplicis eſſentiæ partes exprimuntur definitione, quarum reſpectu ὅπερ ὄν τι definitum dicitur: quoniam finitionis partes omnes in Quid prædicant de definito. Propter ſimplicitatem, principium hic Circulus eſt dicendus, cũ materia nõ concretus, & omnino νοητόν quiddam: ὅτι τὰ περὶ τὸ νῦν, ὅλως ὅσα χωριστὰ τὰ πράγματα τῆς ὕλης. Quare in his quæſtio cauſæ alicuius, locum non habet, ſed inquiſitio partium finitionis horũ ſimpliciſſimorũ, alterius eſt modi: de quo ſuo loco ſumus dicturi: cùm finitiones tales nihil demonſtrabile habeant, propter ſimplicitatem, demõſtrabile autem omne, ſit compoſitum, & effectus quidã cuiuſdam cauſæ. Idcirco Ariſtoteles in Metaphyſicis, de notitia horũ ſimplicium, quorũ ſcilicet Eſſe non eſt aliud, quàm ipſa ſint, loquens, ad hunc ſcribit modum: φανερὸν τοίνυν ὅτι περὶ τῶν ἁπλῶν οὐκ ἔστι ζήτησις, οὐδὲ διδαξις, ἀλλ᾽ ἕτερος τρόπος τῆς ζητήσεως τῶν τοιούτων. Horum contemplatio principiorum, ad primum pertinet philoſophum. Diſciplinæ autem adhibent eorũdem ſimpliciũ rãtiones, ad diuiduas & materiatas res, quoad in his cauſæ exiſtunt propriorũ παθῶν. Conſiderant porrò diſciplinæ, concretas res, & ſubiecta diuidua: ut carnem, hominem, lineam, quoad cauſam in ſe habent, ut pati aliquid poſſint, & quorum Eſſe, non ſit omnino idem quod ipſa concreta ſunt. Ex quibus ſunt nonnulla notiſſima nobis: quædam aũt, quòd ſint, & quid ſint, ratione cauſæ cuiuſdam explicantur: de quibus quæritur etiam, Vtrũ ſint, & Quid nam ſint: ut quando quæritur: Sunt ne aliquid Manes, ac ſubterranea regna? Nõ quæritur, utrum Manes ſint Manes: id eſt, an ſecreti ſpiritus à corporibus, ſint ſecreti ſpiritus à corporibus: ſed quæritur ſemper aliquid de aliquo, nẽpe an cauſa quædam in his ſit, propter quam ſpiritus & animæ hominum poſſint ſecretæ eſſe, id eſt Manes eſſe. At ipſum eſſe ipſum, ſi quiſpiã opinetur cauſam eſſe quãdam, quia uidelicet quodlibet Vnum, à ſeipſo non differat: is quidẽ, mea ſententia, non errat. Sed de hac cauſa, nemo eſt tam ſtupidus qui quærat, cùm ſit communiſſima, & ſit omnibus in promptu. Atqui cauſam quæſtionum nõ eſſe unam, nemo neſcit, qui non ignorat, non poſſe nos omnib. cõmuni quodam reſponſo occurrere quæſtionibus. Paulo antè diximus, id de quo quæratur, non poſſe ſimpliciter nihil eſſe, & non ſpeciem quandam Entis præ ſe ferre. Vt (uerbi gratia) & Animam aliquid eſſe, notũ eſt, & præterea ſecretio quid ſit,

Metaphy. ζ. In fine, aut circa.

quid ſit, & quòd ſit, non ignoratur: ſed Manes utrum ſint, & quid ſint, neſcitur tamen: quamobrem cauſa quæritur, quod eſt tertium: & non, neq; utrum anima ſeparata ſit ſeparata anima, neq; etiam utrum anima ſit anima, uel utrum ſeparatum ſit ſeparatum. Ita nemo quærit, Vtrum homo ſit homo: ſed cùm homo ſit concretum quid ex anima & corpore, quęritur cauſa propter quam Anima cum corpore conſtituat hominem, atq; ambo unam οὐσίαν perficiant hominis. Eſt etiam cauſa & principium quoddam, quo per ſe unum ex his conſtituitur, quæ alioqui cauſa materiæ, ſunt multa. Nam ſine cauſa, aliud de alio non licet quærere. Ridiculum enim ſit, ſi quærenti, quamobrem tonitru edatur: reſpondeat alius, quia ſonitus fiat intra nubes. Non enim id reſpondēdum eſt, quod quærens, quærendo & ſciſcitando ſeſe noſſe fatetur: ſed de cauſa reſpondendum, qua liquet, uerum'ne an falſum ſit, de quo quęritur aliquid, ipſum eſſe uel nō eſſe, aſſerere. Nam ſi cauſa nulla poſſit eſſe eius de quo quæritur, utrum ſit: ipſum non eſſe, facilè oſtendetur. Aut ſi ſit, ipſum eſſe, ratione cauſæ perſpicuum erit: quum nihil, aut de nullo, quamobrē ipſum ſit ipſum, quæri ſoleat. Vt (uerbi gratia) nemo quærit, utrum Domus ſit Domus: ſed utrum, uel quamobrem ligna, lapides, lateres, talem ſtructuram habeant formæ Domus? In his quæſtionibus reſpondetur, ſubijciendo cauſam aliquam, qua uel quòd ſit, uel ſimul etiam quid ſit, quæſitum poteſt intelligi. Nam ſi compoſitionis Domus, finientē cauſam reſpōderis: non modò φ ſit Domus, ſed etiam quid ſit, perfectè ratio eius cognoſcet. In his quæ ſunt, cauſæ reſponden tur, aliàs materia, aliàs forma, aliàs finis. In fientibus, præcipuè efficiens cauſa locum habet, quinetiam finis & materia. Obſcuriores ſunt quæſtiones de ſimplicibus, ut ferè de his uideatur aut nihil, aut admodum ineptè quæri: ut ſi quis, utrum homo ſit, quærat. Non enim aliquid de aliquo, ſed ipſum de ſeipſo quæri uidetur. Quare formula emendanda, ne fruſtra, aut nihil quærere uideamur. In talibus plerumq;, utrum ex tali materia ſit conſtitutum quidpiam, ſolet quæri. Non enim ſimpliciter hoc quæritur, utrum homo ſit homo: ſed utrum corpus præditum capite, pectore, brachijs, uentre, pedibus, & alijs partibus talibus, ſit homo appellandus? Propter figuras illas partium, & earum compoſitionem, hominem uerè eſſe hominem cenſent quidam: quum nihilominus eadem omnia conſpiciantur etiam in mortuo, qui tamen homo nequaquam ſit dicendus. Quanquam Democritus, autore Ariſtotele, hominem nihil aliud, quàm figuram hominis, eſt arbitratus. φησὶ γὰρ παντὶ δῆλον εἶν, οἷον ὅτι τὴν μορφὴν ἐστὶν ἄνθρωπος. ὡς ὄντος αὐτοῦ τῷ τε χήματι, καὶ τῷ χρώματι. Sed alia cauſa eſt, ut hæc figura & talis compoſitio, pro homine habeatur: quandoquidem accidentibus his hominis partes non ſint, niſi ſecundū accidēs, Vnum, nēpe cohærentia quadā & continuatione: quēadmodum aceruum dicimus unum, nulla eius una eſſentia & ſpecie ſubſtantiæ eadem exiſtente. Liquet autem, hominem eſſe unam οὐσίαν: quamobrem neceſſe eſt, principium quoddam in eius materia ſit, nempe forma, conſtituens ex multis partib. corporeis οὐσίαν unam: quæ οὐσία, neq; pars ſit corporis, neq; conſtitutum quid ex partibus corporeis, ſed cōtinens (indiuidua ipſa, & partiū quantitatis expers) partes in quas corpus eſt diuiduum. ὥστε τὸ αἴτιον ζητεῖται τῆς ὕλης. τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ εἶδος, ὅ, ᾧ τί ἐστι, τοῦτο δ' ἡ οὐσία. Formæ tales, principia ſunt: quia cum quodā, nempe materia, conſtituunt tertiū, quod ſimpliciter οὐσία eſt: reliqua duo, ſunt coagmentati cauſæ. Ipſam uerò per ſe materiā, ἄγνωστον eſſe, & non cognoſci, niſi ratione formæ, aliàs diximus. Per materiam cognoſcitur tertium, ὅτι ἐστὶ: ut Animarum, quòd ſit. Noſcitur aūt ratione, qua eſt corpus

τὴν μορφὴν τῶν ζώων, &c.

Metaphy. ζ. circa finem.

Phyſicum,organicum,uitam habens δυνάμει:ſed quid ſit, ratione qua intelligitur,habens ſpeciem,qua ſeipſum moueat & conſeruet nutriendo,uegetando. Vtrum ſit,aut poſſit eſſe Centaurus, quæritur. Centaurus autem,eſt compoſitum animal,ex equo & homine,ut fabulantur Poetæ. Quæritur igitur,an ſit cauſa quædam,qua duę diſcrepantes actu οὐσίαι,nempe equus & homo, una eſſe οὐσία poſſint? Non aũt ut figuræ poſſunt multifariam componi,& monſtroſè quidẽ,ita principia quoq; et formę οὐσιώδεις,in unã coaleſcũt,aut poſſunt coaleſcere ſpeciem:propterea quòd proprium ſit talium formarum,ſeparare: & ꝓpter eas cùm ſubſtãtiæ ꝓpriũ ſit etiã eſſe χωριστὸν:cùm aliarũ formarũ gratia,nihil χωριστὸν eſſe dicamus. Quocirca ſpecies οὐσιῶν,cũ ſint actus et energię, duæ aut plures, unum οὐσίας non conſtituent. Nulli enim ſpeciei nec addi,nec detrahi quicquam poteſt,quin tota nulla ſit. Itaq; compoſitũ illud,id eſt Centaurus, nullus eſſe poteſt: quomodo enim pariter ratione præditum, & eius expers eſſe poſſet? Quare non utrumq; (etiam ſi eſſet) ſed neutrum tamẽ eſſet: quemadmodum mulus etiam, neutrum eſt, neq; aſinus,neq; equus:neque κυναλώπηξ utrumq; eſt,ſed neutrum,quamuis figura & quibuſdam accidentibus,uideatur utriſq;,nempe cani & uulpi,ſimilis κυναλώπηξ. At ſimilitudo accidentium non facit,ut quæ ſpecie differunt ſubſtantię, pro eiſdem habeãtur: alioqui, Simia quàm ſimilis turpiſſima beſtia nobis? ut inquit Ennius. Attamen naſcuntur nonnulla nihilominus diuerſis ſpeciebus. Alia omnino naſci non poſſunt,ut Centaurus:tametſi fingat Pindarus, utroque confuſo ſemine, Centauros progenitos: cuius falſitatem figmenti, Galenus eleganter refellit libro tertio De uſu partium corporis humani: argumenta commemorare,nõ eſt opus in præſentia. Vtrum Deus,aut utrum Dij ſint, quęritur? Accuſat̃ in Apologia Platonis Socrates ab aduerſarijs, quòd nimirum neget eſſe Deos. Non igitur quæritur, Vtrum Dij ſint Dij: ſed, Vtrum cauſa ſit quædam, qua intelligatur, Numen eſſe quoddam æternum & incorporeum, cuius in poteſtate ſint caduca omnia,& ipſum nulli rei ſit obnoxium? Oſtendit Socrates, iſtius impietatis ſe falſò inſimulari,quia teſtibus etiam inimicis,Dæmonas eſſe ſtatuat. Cùm uerò Dæmones aut ſint Dij, aut Dijs progeniti, non poſſe fieri quin progenitores etiam ipſorum eſſe aſtruat. Eum enim qui mulum eſſe aliquid concedat,non poſſe negare ait,quin equus etiam ſit,& aſina: quũ ſine his,naſci mulus nequeat. In compoſitis porrò manifeſtum eſt, quæſtionem eſſe cauſę,& quęſitum omne obſcurum,cauſę explicationẽ requirere,ſubiecto & prædicato diuiſa ſcilicet propoſita, maximè declarant. Præfari hæc libuit, quo eſſent apertiora omnia, quæ hoc loco commemorat Ariſtoteles de quæſitis,non quatenus ſunt Dialectica, ſed quatenus ſunt ἐπιστητά. Totidem porrò ſunt numero genera quæſitorum,quot ſunt ἐπιστητῶν: quæritur enim in omnibus de medio ſeu cauſa, qua nimirum ſcitur quidpiam, quod prius ignorabatur. Quærimus autem quatuor modis: quorum duo ſunt, Compoſitorum ex ſubiecto & prædicato. Vnus ſcilicet,quo quæritur, nũ aliquid inſit alicui: Græci uocãt ζήτησιν, ὅτι ἐστί. Alterum modũ appellant διά τι, ſeu διότι,quo inueſtigamus, propter quam cauſam inſit. Reliqui duo ſunt, Non compoſitorum:ſed aut ſubiecti duntaxat,aut prædicati. Vt quando ſciſcitamur,utrũ aliquid ſit,deinde quid ſit. Illum, εἰ ἔστι: hunc, τί ἐστιν,appellant Gręci. In quæſtione ὅτι, & εἰ ἔστι,quæritur ſemper de duobus,quæ diſtinguũtur ἀντιφάσει. Nam (ut Ariſtoteles inquit) τὸ γὰρ πότερον, ἢ ἀντιθέσει ἀεὶ λέγομεν. De compoſito enim, quia compoſitum,quęritur an ei inſit quidpiam,nec ne:quod ipſum ineſſe uel nõ ineſſe,cauſa quadam intelligitur. Dubium uerò nullum eſt, utrum cauſam habeant,

Sunt (inquit Ariſtoteles) equus & aſinus, genere proximo, quod eſt ἀνώνυμον, aliquid idẽ habens naturam ἡμιόνου: gratia cuius, unũ gignẽs, et maſculinum, alterũ in quo gignitur, & fœmininum ſolet appellari. ἀλλὰ τὸ γένος ἀποφάσει τῶν εἰδῶν διαλλᾶ..., ἑτέρωθι τοῦ φύσιν ὁ Ἀριστοτέλης. Quare ἡμιόνου ſpecies, neq; erit equi, neq; aſini ſpecies: itaque neq; ex utriſq; compoſita, ſed differens ab utriſq;, ratione proximi generis, gignentem obtinẽs cauſam.

Metaphy. 8.

habeant, de quibus non liquet, quòd ſint: nec de aliquo quæritur hoc modo, quia ipſum, ſed quia cum aliquo compoſitum: quale nimirū, propter partes et δύναμιν compoſitionis, non poteſt expers eſſe ἀντιφάσεως. Sed quæſtionibus, propter quid & quid ſit, ipſum quia ipſum, quid ſit, & ꝓpter quid inſit, quæri ſolet: quorum quæſitorum reſponſa, explicent ſimpliciter eſſentiam eorum de quibus interrogatur: cuiuſmodi ratio, definitio ſolet appellari. Definitio enim eſt, aut eius quod ſimpliciter eſſe, aut eius quod ineſſe in aliquo dicitur: cuius quæſtio, partē alteram ἀντιφάσεως excludit. Prius enim quàm uel quid, uel propter quid explicetur quęſtio, de omnibus partibus ὑπάρχοντος, Quòd eius ſint partes de quo quæritur, conſtare oportet. Nam ſi conſtiterit de eo quòd ſit, & quid, & propter quid: ἀντιφάσεως quæſtionem non habebunt amplius, ſed aut ſimul, & quòd, & propter quid, noſcentur. Aut poſterius aggregatis partibus (quibus conſtat quòd ſit aliquid) conſtituuntur, & quid, & propter quid, rationes rerum ὑπαρχόντων perfectæ. Ex quo perſpicuum eſt, aliam eſſe ἀντιφάσεως, & aliam eſſentiæ quæſtionem eſſe: poſteriorem autem, nullo modo ſine priore poſſe explicari. Hæc ita ſe habere, Ariſtoteles ipſe eſt autor, quando ad hunc ſcribit modum: ἐνίοτε δὲ καὶ ἅμα δῆλα γίνεται τὸ ὅτι, καὶ τὸ διότι γνωσθῆν. ἀλλ' ὅτι πρότερόν γε, τὸ διότι, ἀδύνατον γνωρίζειν τοῦ ὅτι. δῆλον ὅτι ὁμοίως, καὶ τὸ τί ἦν εἶναι, οὐκ ἄνευ, τοῦ ὅτι, ἐστίν. Hactenus de quæſtionum ordine diximus, & quã-obrem prima ſit ἀντικειμένων: ut nimirum uindicetur notitia ab inſtabilitate cō tradictionis primùm, deinde ut reliquis quæſtionibus aſſeratur quæſitum unitati eſſentiæ ſeu οὐσίας: ſed tamen à primo gradu ὑπάρχοντος, ad ſecundum oportet aſcendere. Prius enim, utrum lumen Solis deficiat: deinde, quamobrē deficiat, quærimus. Quòd autem quęſtio ἀντικειμένων, ſit etiam ὑπάρχοντος cuiuſdam, hinc perſpicitur: quia ſi cauſa fuerit inuenta & cognita, propter quam exploratum habemus, quòd aliquid ſit: dubitare amplius de eo quòd ita ſe habeat, non ſolemus. Aut ſi per ſe notum fuerit, quòd ſit, ut quòd Solis lumen deficiat: nō quærimus de cauſa, qua cōſtet nobis, utrum patiatur luminis defectionem: ſed quamobrem id accidat, ſciſcitamur. Multa ſunt equidem ſenſu ipſo nota, quòd ſint: ut quòd contremiſcat nonnunquam terra: quòd fluctuet mare, aut quòd ſit ſalſum: ſed nō propter quam cauſam talia eueniant, promptū eſt dicere. Quòd ſi argumento & medio ſit quodam colligendum, quòd ſit quidpiam: neceſſe erit medium illud partem eſſe eius rationis, qua uel quid, uel propter quid ſit, intelligi quidpiam conſueuit quæſitum. Quædam nō prius quòd ſint, niſi etiam ſimul propter quid ſint uera, poſſunt cognoſci: ut ὑπάρχοντα Mathematicorum. Nonnulla prius ſunt ὅτι, quàm διότι cognita: ut Phyſica. Prænoſcitur autem τὸ ὅτι uel ſenſu, uel deprehenditur ratione quadam, ut modò diximus. Vt quòd ſalſum ſit mare, ſenſu notum eſt. Quòd autem uenoſum genus ſit prima effectrix ſanguinis cauſa, ratione quadam concludit: cuius mediū, pars deinde etiam eſt, διότι demonſtrationis & argumenti, quodammodo notitia anticipata. At ſenſus experiētia, quòd ſint, cognitis rebus, quarum cauſa tamen propter quam ſunt tales, latet, alia quadam experientia καθόλου quibuſdam cognitis principiis, demōſtrantur. Vt quòd ſalſus generetur ſapor, terreſtri ſubſtantia aduſta, mixta cum humido aqueo, notum eſt experientia. Deinde non minus illud etiam eſt notum, exhalationes fumū eſſe quendam calidū & ſiccum, quæ ſi magna copia fuerint mixtæ cum aqua, ſalſam ipſam efficiant. Iſtud ita ſe habere, certis quibus colligitur ſignis, propoſitis in Meteoris. Poſtremò, nec illud fide caret καθόλου experiētiæ, tenuiorē & dulciorem partem aquæ marinæ, perpetuò euaporare: cuius uapore, magna

ex parte conſtituatur alter quodammodo Oceanus ille περίῤῥοος, uniuerſam irrigans perpetuò terram dulci aqua, concretione uaporum intra & ſupra terram exiſtẽtium generata. Liquet hoc exemplo, quàm debeant omnes demõſtrationis partes, quód ſint ueræ, teſtatæ eſſe ſenſu atq; experientia, ne quid πλασματῶδες in demonſtrationibus διότι irrepat. A communibus autem Logicis argumentis abſtinendum eſſe, aliàs monuimus: facilè enim imponunt nobis, quum non ſint οἰκεῖα τοῦ ὑποκειμένου ζητήματος. Cognitis omnibus, ὅτι ἐστὶ, non difficile eſt, διότι rationem ſolidam & perfectam conſtruere: quæ nimirũ finis eſt, ὅτι ἐστὶ, cognitorum. De compoſitis duabus diximus quæſtionibus, quo pacto inter ſe differant: nunc de ſimplicibus differendum. Paulo antè planum fecimus, ſimplicia eſſe, ex quibus compoſita conſtituantur, ſubiectum ſcilicet, & prædicatũ: de quibus, ſi ſint ignota, primùm utrũ ſint, deinde quid ſint, quæri ſolitum ſit. Veruntamẽ quamuis reſpectu compoſitarum, uideantũ ſimplices dici quæſtiones: non ſunt tamen de rebus ſimpliciſſimis, & quarũ cauſa nulla exiſtat eſſentiæ: cuiuſmodi ſimplices res, ſunt abſolutè principia, nec aliud ſunt ipſæ, & aliud Eſſe earum. Nolo hæc repetere, quę dicta ſunt antea: & ad ea quę iã dicturi ſumus, faciẽt intelligẽda, ſi ritè his fuerint accõmodata. Alius eſt ergo modus quęrẽdi, Nũ aliquid ſit: ut quãdo quęrĩ, Cẽtaurus ſit, nec ne? Deus ſit, nec ne? Simpliciter quæruntur talia, nempe utrum ipſa ſint, non utrũ alba, caduca, uel æterna. Cognitis quòd ſint, ſciſcitamur deinde Quid ſint: ut, Quid centaurus? Quid Deus? Tot ſunt numero & talia quæ indagamus, & quibus inuentis, nos ſcire aliquid arbitramur. Cæterùm quærimus (quãdo inueſtigamus uel ὅτι, nimirũ compoſitã quęſtionẽ, uel num ſit aliquid ſimpliciter) nihil aliud, q̃ utrũ quęſiti ſit mediũ quoddã, an nõ? in omni quæſtione. Sed non perinde iſtud liquet in ſimplici. De ſimplici loquor, cuius eſt cauſa quædã, & nõ eo quod eſt ipſum principium, ſed particeps principij exiſtit. Vt ſi quæratur hoc modo: Eſt'ne quiddam, ſuapte natura expers formę eſſentiæ, quod nihilominus eiuſdem ſit capax? Rem naturalem, ex mobilitate, omnes eſſe nouerunt: ſed hæc res naturalis utrum ſit, tum demum intelligitur, quando cauſa explicatur, propter quam res naturalis non ſit ipſa forma, ſed quiddam participans forma naturali. Cauſa uerò eſt, materiæ habilitas & δύναμις, ut ſit particeps aliquid formæ. Hac cauſa intelligitũ, εἰ ἐστὶ rei naturalis: quæ nihil aliud eſt, quàm forma in materia, ipſius cauſa δυνάμεως, & habilitatis. Explicatione hac cauſarum ſimul intelliguntur, εἰ & τί ἐστι, Rei naturalis: ut aliquando ſimul etiam intelliguntur, ὅτι & διότι. De ſimplicibus, quomodo diuiduè, & non ſimpliciter ſit quærendum, ſuprà docuimus, Hominis, & nunc Rei naturalis exemplo. Valet eadem in cæteris ratio: ut, Quare Animal eſt corpus Phyſicum, organicum? ut animæ poſſit eſſe particeps. Atq; id ipſum eſt, Animal eſſe: deinde etiam quid ſit animal, abſque cauſis his non percipitur. Potior tamen cauſa eſt, Forma rei naturalis, quæ φύσει notior eſt materia: ſed nobis tamen materia, ut γενέσει prior, ita quoque notior: quã ueteres Phyſici totam οὐσίαν rei eſſe, ſunt arbitrati. Veruntamen eſſe aliquid, finitione intelligimus Materiæ: ſed quid ſit, præſertim Formæ notitia apprehendimus. Phyſici porrò, ſubiectas οὐσίας πάθεσι naturalibus, finiunĩ ἐκ προσθέσεως. Talium enim παθῶν, cauſæ ſunt non modò Forma, ſed etiam certo quodam modo ſeſe habens Materia. Itaq; nihil ſimpliciter χωριστὸν conſiderãt neque Phyſici, neq; Mathematici: ſed omnia, quoad ſunt aliquid in aliquo, præſertim autem Phyſici. Concretiſſima uerò, cognoſcũt Artifices: ſecretiſſimas ſpecies, primus philoſophus contemplatur: de quo dictum fuit aliàs. Quia uerò neq;

Ariſto. lib. α. de Anima.

rò neq; Materia, neq; Forma cognoſcitur abſq; compoſiti accidētibus: per accidentia primùm percipiuntur partes finitionis principij utriuſq;, ὅτι δὲ: dein de cognitione materiæ, formam, quòd ſit, noſcimus, prius quàm quid ſit: propterea quòd ſenſilia accidentia primò inſunt materiæ compoſitorum, nō autem formis: ob quam cauſam etiam pleriſq; Phyſicis, Materia, rerum οὐσία, & nō forma eſſe uidetur: ut Galeno, qui rerum οὐσίας nihil aliud, quàm craſes ſeu temperamēta primorum corporum, non ſpecies ὑποκειμένας, eorundem ſubſtantias eſſe arbitratur. Ex quo eſt euidens, propter cauſas quibus conſtituuntur ſubſtantiæ naturales, & quòd ſint ratione Materiæ, & quid ſint ratione Formæ cognoſci: quibus cognitis, poſtea cauſæ propriorum παθῶν explicari ſoleant. Omnium enim quę aut ſunt, aut fiunt in corporibus naturalibus, in cauſa eſt aut Materia, aut Forma: quibus incognitis, nulla propriorum παθῶν de naturalibus rebus poteſt eſſe Scientia. Hac orbati fuerunt, quicunq; Phyſiologi non rectè de principijs ſenſerunt: ut Democritus, Anaxagoras, Empedocles, & alij: quorū opiniones falſas, coarguit in Phyſicis Ariſtoteles, ut à quibus neque Materiæ, neque Formæ ratio ritè explicetur, quibus effectus ſeu compoſitum naturale, ſit ἀτελέστερον. Si materia nulla ſit Centauri: nec Forma eius, adeoq; Centaurus ipſe, eſſe non poterit. Non autem, ut conſtat materiam quandam eſſe Hominis, & item Tauri, ita liquet etiam, materiam eſſe, ex qua naſci poſſit Centaurus: autore Galeno, prius allegato loco. Vulgo uinum cenſetur, quicquid inebriat. Sed quòd ceruiſia uinum non ſit, intelligitur ratione materiæ uini, qua ipſum naſci conſtat: nempe aqueo humore alterato, & concocto in uite. Si quid ita natum ſit, quòd uinum ſit, liquet. Quid autem ſit, forma & energeia ipſius uini noſcitur. τὰ γὰρ δυνάμενα ποιεῖν τὸ αὐτῶν ἔργον, ἀληθῶς ἐστὶν ἕκαστα. Quòd ſit muſculus, carnea ſpecie, quæ eſt materia muſculi, intelligitur: ſed quid ſit, opere ipſius, & fine (propter quem animati corporis pars eſt) cognoſcitur. Species enim non niſi ex energeia cognoſcitur, quid ſit: quòd ſit autem, deprehenditur ex accidētibus materiæ proprijs: ſed quid ſit, uerè & perfectè res nulla percipi poteſt, niſi aut prius, aut ſimul, quòd ſit, cognita fuerit. Quærimus itaque aut de compoſito, ut de proprietate, an ſubiecto inſit: aut de ſubiecto (ſi cauſam habeat) & quòd ſit, & quid ſit. Nihil quęritur autem, quàm utrum ſit medium & cauſa quædam, nec ne, qua conſtet, ipſum eſſe. De quo ſi cōſtiterit, quòd ſit, uel qua aliquid, ſeu ex parte quadam, ſeu qua ſimpliciter & omnino, ipſum ſubiectum eſſe noſcitur: poſtea διὰ τί, ſeu ſimpliciter τί ἐστιν, percontamur: quæ & ipſæ nihil aliud ſunt, quàm medij & cauſæ quæſtiones, quibus tota rei ſcientia abſoluitur. Ariſtoteles ἐπὶ μέρους quęſtionem, appellat ὅτι, & compoſitam: quæ nimirum proponit utrum πάθος inſit ſubiecto. Vt quando quæritur, Num Luna opacetur defectione luminis? An lumen ipſius augeatur? & ſimilia. Non enim an ſit omnino Luna, inueſtigat̄: ſed an patiens aliquid ſit, quæri ſolet. Verùm ἁπλῶς quærimus, quando nimirum utrum ipſa ſit Luna? ſciſcitamur. Aut ſi, utrū ſit Nox? percontamur. Omnibus tamen modis, nihil aliud quàm (ut ſępe iam dictū fuit) de cauſa quęrimus eius rei, quę à nobis inueſtigatur. Primùm, an ſit Medium, quo conſtet ipſum eſſe: deinde aliud, quo conſtet, quid ſit. Medium uerò nihil aliud quàm cauſa eſt, rem incognitam declarans. Quando quæritur, num ſit defectio luminis? ecquid aliud quæritur, quàm utrum ſit cauſa quædam defectionis? qua cognita, quid defectio ſit, interrogamus. Qui reſpondet, quid ſit res quęſita ſimpliciter: is cauſam οὐσίας quæſiti explicat. Non enim cauſa quęritur, qua ſubiectū ſit hoc uel illud, uel aliud quiddam: ſed, qua ſit ipſum

Quarto libro Μετεωρῶν.

quiddam,

quiddam, ſi quid ipſa ſit, interrogetur. Aut quæritur contrà non ſimpliciter, quid ipſum ſit, ſed quid alterius prædicati cauſa ſit: uel quid ei per ſe, uel quid ſecundum accidens inſit. Quamobrem ei inſit, cauſa interrogatur. Subiecta quia in nullo inſunt, ſimpliciter quid ſint, explicari ſolent: ut quid Luna, quid Terra, Sol, Triangulum? Prædicata uerò ſunt, quorum cauſa res non ſimpliciter, ſed aliquid eſſe dicuntur: ut ſunt Aequalitas, Inæqualitas, In medio eſſe uel non eſſe, & ſimilia πάθη: quæ per ſe, ſubiectis quibuſdam inſunt, nec ipſa ſeipſis ſubſiſtunt abſolutè abſque ſubiectis quibuſdā. Proinde ut ſubiecta, ſunt ἁπλῶς quædam ὄντα, ita finiuntur etiam abſolutè & ἁπλῶς. At prædicata perinde, ut τὸ διὰ τί, & non abſolutè ac ſimpliciter ſunt ὄντα, ſic finiuntur quoque ἐκ προσθέσεως: de quibus differētijs finitionū, aliàs dixiſſe me recordor. Cæterùm ἐκ προσθέσεως definitorū, λόγους οὐσιώδεις hoc loco, reuera nihil aliud eſſe Ariſtoteles dicit, quàm eorundē διὰ τί rationē & demōſtrationē. Itaque Quid, & Propter quid res ſit, formula duntaxat oratiōis diſcrepare, ſuo oſtēdemus loco. At eò reuocari & perfici Demōſtrationes oēs finitione, nō ſemel diximus: & paulo deinceps etiam planū faciemus, nullam demonſtrabilē eſſe Finitionem, ſed omnem eſſe & ἀνυπόθετον quiddam, atque ἀναπόδεικτον principium. Differunt, εἰ ἐστι, & ὅτι: quia uidelicet illa, ſimpliciū rerū, quæ nimirum alijs non accidant, quæſtio cauſæ ſit, nēpe ſubiectorū: hæc uerò, cōpoſitæ cū ſubiecto quodam, rei cuiuſdam, ſeu πάθος, quod finiri abſque ſubiecto nequeat. Illius perfectio eſt, τί ἐστιν: huius uerò, διὰ τί: ſed & διὰ τί reuocari ad τί ἐστιν, modò diximus, atque idipſum iam exemplis quibuſdam commonſtrabimus: quibus euidens etiam erit, omnem perfectionem ſcientiæ, ad finitionem reuocari, qua quid res ſit, intelligitur, cuius ſeipſa Mens principiū exiſtat, eam nullius adminiculo alterius notitiæ colligens: ut fieri ſolet in demonſtrationibus, qua & cuius ratione, Mētem ſeu νοῦν, facultatem διανοίας perfectricem eſſe dicimus. Quicquid ergo διανοίας ratione, propter quid ſit, noſcitur: idipſum ſimplicius, Quid ſit, cauſa mentis intelligitur: nec alijs in demonſtrando & finiendo, ſed eiſdem, non tamen eodem modo utimur. Vt (uerbi gratia) eadem adhibētur ad demonſtrandā, quæ ad finiendam etiā eclipſin Lunæ adhiberi ſolēt. Sed nihilominus alius eſt modus, quo Quid: & alius, quo propter quid ſit eclipſis, exprimitur. Vt quando quærit, Quid ſit Ecclipſis? una & indiuidua oratione, compoſita ex genere & differentia, ſic explicari ſolet: Priuatio luminis Lunę, quę prouenit obiectu terræ in diametro amborū ſiderū. Iiſdē explicamus quęſtionem propter quid, ſed mutata forma ſimplicis orationis in compoſitam, nempe ſyllogiſticam: cuius partes ſunt, Propoſitiones. Propoſitionū autem partes ſunt, prædicatum & ſubiectum: ut quando quærimus, Propter quid deficit lumen Lunæ? Quia nimirum ex diametro utriſque oppoſitis, interponitur terra. Extremorum, cum cauſa ſeu medio connexione, propoſitiones cōſtituuntur, ex quibus deinde ſyllogiſmus & demonſtratio conformatur. Quid eſt Symphonia? Proportio numerorum in grauib. & acutis ſonis. Quę cauſa eſt, quòd graues ſunt acutis conſoni? quia proportione certa contemperari poſſunt. Reſponſum, eſt finitio συμφωνίας, quæ cōſtat ratione cauſæ. Quid eſt Febris? Calor contra naturam, per uniuerſum corpus diffuſus, initium habens in corde. Quamobrem in uniuerſo corpore calor cōtra naturam exardeſcit? Quia primùm & initiò ſuccenditur in corde. Liquet autem, quæſtionem omnem in Demonſtrationib. nihil aliud eſſe, quàm inueſtigationē medij ſeu cauſæ: quoniā de his, quorū nō ignota ſenſu cauſa eſt, nihil quęrimus: ut nō quærimus, quā ob cauſam, quātitas quędā ſit maior ſuis partibus? Nota enī indu-

ctione

ctione cauſa eſt; quia uidelicet quantitas, eſt totũ quiddã. Quare in principijs eſt: Omnis tota quantitas, maior eſt ſua parte. In principijs eſt etiam Phyſicis, quum dicitur: Omne compoſitum, naſcitur & corrumpitur. Nota ſenſu cauſa eſt, propter quam obnoxijs mutationi rebus naturalibus, inſit ortus & interitus uiciſſitudo: quia nimirum ſunt compoſitæ. Multa non haberent quæſtionem, ſi media ſenſibus perciperentur. Vt ſi conſiſtentibus in orbe Lunæ, conſpicua ſit meta noctis, opacans Soli ex diametro oppoſitam Lunam: nulla amplius dubitatio eſſet, quá nam cauſa defectionẽ pateretur Luna. Quarundam enim quæſtionum ſenſu percipi poſſunt media, nonnullarum, ratione cauſæ indagantur: ut quòd tres anguli, ſint æquales duobus rectis. Senſu enim cauſa æqualitatis huius percipi nequit, ut ferè omnium Mathematicorum ὑπ' αὐτῶν cauſæ, duntaxat ratione ſunt notæ. In Phyſicis complures ſunt cauſæ, quas natura ſenſibus noſtris occultauit, lõginquitate uel loci à nobis remotas, uel aliàs abditas & abſtruſas, quas difficile ſit patefactas oculis intueri: ut ſunt multa, quorum ratio nõ niſi experientia conſtat anatomica, aut alia quadam experientia, fit manifeſta cauſa: quæ nulla dubiarum rationum controuerſia ſit anceps & dubia, ſed ſenſu ipſo ſit euidens & indubitata. Diſputant Galenus & Eraſiſtratus, quæ cauſa ſit tranſitus puris ex membrana ſuccingente coſtas, in pulmones, in pleuritide ſupporata. Fictis cauſis tranſitum expedit Eraſiſtratus, & naturæ rerum non congruentibus. Veris, & anatomicæ experientiæ conſentaneis, eundem demonſtrat Galenus: utriuſque argumenta, ne ſim longior, omittenda eſſe duxi. Ergo ſenſu perceptis cauſis non dubitamus aut quærimus amplius, neque utrum, neq; quam ob cauſam aliquid ſit: ſed de ambobus ſimul liquet, non quòd Sciri quicquam ſenſu contingat, ſed quòd ſentiendo, uniuerſum genus, & καθόλου ratio, ui & facultate mentis colligatur. Sentimus enim, quòd nunc in diametro duorum ſiderum poſita ſit terra, item quòd nunc lumine ſuo priuetur Luna. At quæ temporis cauſa, uera & neceſſaria ſentiendo apprehendimus: ea ut abſolutè uera & neceſſaria, ſeipſa mens ſine ſenſu agnoſcit, non quoad loci aut temporis accidẽtibus quibuſdam limitantur aut circumſcribuntur, apprehendit. Scire igitur Quid, & Propter quid ſit quidpiam, ijſdem ſolemus: ſed alio modo diſpoſitis utriſque rationibus, ſiue cauſæ quærantur rerum, quoad ſunt ſimpliciter, & non quoad aliquid ſunt ſiue quatenus aliquid ſunt, & πάθους cuiuſdam participes: ut ſi non quęratur de Triangulo, quamob cauſam ipſum ſit, ſed quam ob cauſam tres habeat duobus rectis æquos: aut exteriorem, maiorem alterutro oppoſitorum, aut quemlibet interiorem, minorem angulum externo. Propter enim hæc propria, non ἁπλῶς, ſed ὑπάρχον τι, conſtat triangulum. πάλιν (ut diximus) Phyſica, ἁπλῶς ὑπάρχοντα, An ſint, Materiæ ratione noſcuntur: Propter quid; ratione Formæ. Vtriſque, quid ſint, noſcimus: de quo tamen ſuprà fuit dictum, quando oſtendimus, de nulla re quæri (ſiue ſimpliciter de ſubſtantia, ſiue de proprietate ipſius quæratur) quoad diuidua non ſit in partes, Phyſicam οὐσίαν cõſtituentes: reſpectu cuius, neq; Materia ſine Forma, neq; Forma ſine Materia, cauſa compoſiti eſſe poteſt. Demonſtrabile igitur quiduis eſt, cuius quidem cauſæ cuiuſdam quæſtio proponitur: quandoquidem omnis quæſtio, de Medio, & non de Extremis proponatur, ut iam ſæpe fuit dictum. At cùm perfectio ſciẽtiæ, ſit penes finitionem & demonſtrationem, dictum autem ſit ſuperioribus libris de Demonſtratione: dicendum deinceps erit de Definitione, quó nam pacto ea demonſtretur, aut quomodo reuocari ad demonſtrationem poſſit. Pręterea quid ſit, & quorum ſit

De locis affectis, lib. 5.

rum ſit definitio, planum facere aggrediemur: quum non omnis oratio, neq; etiam omnium, ſit Definitio. Prius uerò quàm his de rebus noſtram aperiamus ſententiam, in dubium quędam uocare libet: quę ſi conſentanea uidebũtur, commodius de reliquis diſputare licebit: aut ſi non erunt conſentanea, diſſoluendis his abſurdis, magis cōſentaneis utemur argumentis: quoniam (ut

Ethicorum ad Nicom. κ.

inquit Ariſtoteles) ἡ γὰρ λύσις τῆς ἀπορίας, εὕρεσις ἐστὶ τῶν ζητουμένων. Capiamus porrò initium ab his, quæ tractandis ijs quæ poſterius explicabuntur, maximè erunt accommodata. Ac primò, non iniuria dubitabit quiſpiam, utrum poſſit fieri, ut eiuſdem, quatenus idem ſit, pariter finitione & demonſtratione habeatur ſcientia? Quod ipſum nihil aliud eſt, quàm ſi quæratur, utrum ſint omnino idem, demonſtratio & definitio: an uerò idem nequaquam ſint? Enimuerò conſtat inter omnes, Definitionem eſſe orationē, qua explicetur quæſtio, qua Quid res ſit, quæritur. At uerò tali oratione, quæuis res, quid in uniuerſum & καθόλου, & non, quid non ſit, explicari conſueuit. Nam definitio, niſi καθόλου prædicabilis ſit, eſſentiam non explicabit definiti, ſed duntaxat accidentibus quibuſdam adumbrabit eam, quorum cauſa non tam Eſſe, quàm Non Eſſe, poſſit dici res definita: quum nullum accidens (quemadmodū nec materia) de ſubiecti eſſentia prædicetur συνωνύμως: qua ratione negatur utique accidens de ſubiecto, & non eſſe ipſum, dicitur. Comprobare licet hoc, teſtimonio Ariſtotelis, ad hunc ſcribentis modum in Metaphyſicis: τοσαυταχῶς

τὸ πρῶτον ὂν τὸ τί ἐστιν.

δὲ λεγομένου τοῦ ὄντος, φανερὸν ὅτι τούτων πρῶτον ὄν, τὸ τί ἐστιν, ὅπερ σημαίνει τὴν οὐσίαν. ὅταν γὰρ εἴπωμεν, ποῖόν τι τόδε, ἢ ἀγαθὸν λέγομεν, ἢ κακόν, ἀλλ᾽ οὐ τρίπηχυ, ἢ ἄνθρωπον. ὅταν δὲ τί ἐστιν, οὐ λευκόν, οὐδὲ θερμόν, οὐδὲ τρίπηχυ, ἀλλ᾽ ἄνθρωπον, ἢ θεόν. τὰ δ᾽ ἄλλα λέγεται ὄντα, τῷ τοῦ ὄντως ὄντος, τὰ μὲν ποσότητας εἶναι, τὰ δὲ ποιότητας, τὰ δὲ πάθη, τὰ δὲ ἄλλο τι τοιοῦτον. διὸ κ᾽ ἂν ἀπορήσειέ τις, πότερον τὸ βαδίζειν, καὶ τὸ ὑγιαίνειν, καὶ τὸ καθῆσθαι ἕκαστον αὐτῶν ὄν, ἢ μὴ ὄν. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὁτουοῦν τῶν τοιούτων. οὐδὲν γὰρ αὐτῶν ἐστιν, οὔτε καθ᾽ αὑτὸ πεφυκός, οὔτε χωρίζεσθαι δυνατὸν τῆς οὐσίας· ἀλλὰ μᾶλλον εἴπερ τὸ βαδίζον, τῶν ὄντων τι, καὶ τὸ καθήμενον, καὶ τὸ ὑγιαῖνον. ταῦτα δὲ μᾶλλον φαίνεται ὄντα, διότι ἐστί τι τὸ ὑποκείμενον αὐτοῖς ὡρισμένον. τοῦτο δ᾽ ἐστὶν ἡ οὐσία, καὶ τὸ καθέκαστον, ὅπερ ἐμφαίνεται ἐν τῇ κατηγορίᾳ τῇ τοιαύτῃ. τὸ γὰρ ἀγαθόν, ἢ τὸ καθήμενον, οὐκ ἄνευ τούτου λέγεται. δῆλον οὖν ὅτι διὰ ταύτην, κ᾽ ἀκείνων ἕκαστον ἐστίν. ὥστε τὸ πρώτως ὄν, καὶ οὐ τὶ ὄν, ἀλλ᾽ ὂν ἁ-

Metaphy. ζ. à principio.

πλῶς, ἡ οὐσία ἂν εἴη. Oſtendit hoc loco Ariſtoteles, ſubiecta præcipuè finiri: accidentia uerò non ſeipſis, ſed adminiculo ſubiectorum, atque οὐσιῶν ὄντως ὄντων, nempe ἐκ προσθέσεως finiri: quibus utriſque modis finitionum, continentur quæ prædicantur affirmando, & non negando de ſubiectis, & præterea καθόλου etiam ijſdem quadrant. Sed quæ ad conficiendos adhibentur ſyllogiſmos, neq; καθόλου omnia, neq; affirmata prædicari oportet: cùm in Secunda figura omnes ſint negantes, in Tertia uerò ſint nulli, qui καθόλου cōcludant: ſed ne in Prima quidem figura, omnes καθόλου κατηγορικοὶ poſſint eſſe participes Finitionis. Nam quæ ſit definitio quæſo cuius concluſi, quo dicitur: Omne triangulum, habere tres duobus rectis æquos? Etenim ſi Scire ἀποδεικτὸν, nihil aliud eſt quàm habere eius demonſtrationem, illud autem concluſum ſit ἀποδεικτόν: ratione qua ſcietur, hac non etiam definitionem, ſed demōſtrationem eius quandam eſſe oportebit. Hoc modo igitur habētium, nequaquam ut demōſtratio, ita definitio quoq; eſſe poterit. Alioqui ſi definitione ſcirentur etiam: quid ni Sciens etiam quiſpiam exiſtimetur, τοῦ ἀποδεικτοῦ nullam interim habens ἀπόδειξιν; Nec eſt quòd dicas, ſimul utroq; modo aliquid ſciri. Separatos enim eſſe conſtat ſciendi hoſce modos: & uno quidem certè abſq; altero, cognoſci poteſt quidpiam, nec ſimul ambobus neceſſe eſt rē percipi.

Vt qui,

Vt qui, quid Tonitru ſit, cognitum habet: non ſimul etiam, propter quid Tonitru edatur, per cauſam quandam demonſtratione utetur. Noſci enim ſola definitione aliquid poteſt, ut interim non opus ſit ſyllogiſmo & demonſtratione. Præterea notũ quoq; inductione eſt, confici ſyllogiſmos omnes propoſitionibus: quibus aut per ſe, aut ſecundũ accidẽs, aliquid prædicet̃ de ſubiecto. At finiendo, nihil noſcimus ſic compoſitum: quum finitio omnis, ſit ſimplicium, & eorum, quæ ſine complexione quadam intelligantur. Quamobrem ſimul etiam demonſtratione & definitione quidpiam intelligi nequit: cũ aliud ſit complexè, aliud incomplexè quidpiam noſci: quas notitias conſtat eſſe oppoſitas. Multo id magis euidens eſt ex eo, quòd nimirum finitio, notitia quædam eſt οὐσίας: qua uel eſſe, uel intelligi res ſolet ſimpliciter, non quoad prędicatur de quodam alio. Quoniam, ut in tertij modi per ſe explicatione dicit Ariſtoteles: ἡ δ' οὐσία, καὶ ὅσα τὸ δέ τι σημαίνει, οὐχ ἕτερόν τι ὄντα ἐστὶν, ὅπερ ἐστίν. Quo ſanè modo, quæ dicuntur de ſubiecto quodam, habentur pro accidentibus: ut prædicata omnia quæ ſunt aut pars οὐσίας ſubiecti, aut πάθη ipſius quędam, non autem ipſa per ſe οὐσία. Quod his uerbis intelligi uoluit Ariſtoteles, quũ ait: τά γε τοιαῦτα φανερὸν, ὅτι οὐκ οὐσίαι. id eſt: Quæ prædicantur, & ſine quib. nullus conficitur ſyllogiſmus, non ſunt ὁρισμὸς ſeu οὐσία, ſed uel pars, uel πάθος quoddam οὐσίας. Perſpicuum eſt his argumentis, quòd eiuſdem ſecundum idem, definitio non poſſit eſſe, & demonſtratio: ſed demonſtrationẽ nullã eſſe ullius rei, ut eiuſdẽ demõſtratio hæc, ſit quoq; definitio. Aut poteſt'ne, fieri, ut cuiuſcũq; fuerit definitio, hæc eiuſdẽ quoq; rei ſit demõſtratio: ut latius nimirũ, tanq̃ genus, ſeſe ꝑferat demõſtratio, q̃ definitio? Sed q; ne illud quidẽ ſit dictu cõſentaneũ, liquet. Cũ eñ diſcrepẽt notitię illę, finitio ſcilicet et demõſtratio: eiuſdẽ modi abſurditate refellet̃ ꝓpoſitũ illud, q̃ ſuperius, cũ ſit eadẽ utriuſq; ratio. Etenim unius, quoad unum, una duntaxat eſt Scientia. Quòd ſi Scire rẽ demõſtrabilẽ, nihil aliud eſt, q̃ eius habere demõſtrationẽ: ſi finitione (quæ demonſtrationi eadem non eſt) quoq; dicatur Sciri, omnino abſurdum id dictu erit. Quippe habens Finitionem, abſq; demonſtratione Scire quidpiam ſtatuetur, quandoquidem unius nõ ſit, niſi una Scientia: quæ ſi fuerit in habente finitionẽ, habentis nimirũ demonſtrationem, nulla erit: quod à uero alieniſſimũ eſſe uidetur. Quis aũt eſt, qui Scientię nomẽ & autoritatem, derogare auſit demonſtrationi? Ergo quod finitione ſcietur, idipſum non etiam demonſtratione percipi poterit: atq; ὁριστὸν, non etiam ἀποδεικτὸν erit. Ex quo ſequitur, ut eiuſdem, quatenus idem, nequeat ſimul finitio eſſe, & demonſtratio. Argumento illo cognoſcitur, non eandem eſſe Scientiã, qua Finitione, & qua Demonſtratione ſciatur quidpiam: quum illa ſit ἀναπόθετος, & pertineat ad νοῦν: hæc autem ſit ὑπόθετος, pertinens ad διάνοιαν. Differunt autem perfectione & imperfectione, ut aliàs diximus: nec eſt abſurdum, Vnius ſcientias ſtatuere geminas, gradibus diſcrepantes. Gradus illos Scientiæ, non tantum Plato, ſed etiam Ariſtoteles diſtinguit. ut in Metaphyſicis libro ζ. quum ἐπίστασθαι nihil aliud inquit eſſe quàm τὸ τί ἦν εἶναι ἐπίστασθαι, ſic ſcribẽs: ἐκ τε δὴ τούτων τῶν λόγων ἓν καὶ ταυτὸ, οὐ κατὰ συμβεβηκὸς, αὐτὸ ἕκαστον καὶ τὸ τί ἦν εἶναι, καὶ ὅτι γε τὸ ἐπίστασθαι ἕκαστον, τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ τί ἦν εἶναι ἐπίστασθαι, ὥστε κατὰ τὴν ἔκθεσιν ἀνάγκη ἕν τι εἶναι, quod, & quo finitur. Et paulo ſuperius: ἐπιστήμη γὰρ ἑκάστου αὕτη τὸ τί ἦν ἐκείνῳ εἶναι. Deinde quòd non ſint omnino eædem, definitio & demonſtratio, ex eo perſpicitur, quandoquidem definitiones nonnullæ ſint principia demonſtrationum: quorum non eſſe demonſtrationes, utpote principiorum, Libro ſecũdo oſtendimus. Aut ſi principia quoq; demonſtrabilia erunt, ſintq; omnino principia

principiorum: infinitis his exiſtentibus, quînam tandem erit demonſtratio? Quocirca tanquam prima quædam, finitiones erunt indemonſtrabiles, quibus texitur demonſtratio: ut pro eiſdem, omni ex parte, definitio & demonſtratio haberi nequeant. An uerò aliqua ex parte, etſi non cuiuſuis, ſaltem cuiuſdam eiuſdem, quæritur an poſſit ſimul eſſe definitio & demonſtratio? At ne alicuius quidem poſſe eſſe uidentur eiuſdem, definitio & demõſtratio: propterea quòd cuius rei definitio uſurpatur in demonſtratione, eiuſdem nequit eſſe demõſtratio. Nam definitio, eſt ratio, qua intelligitur Quid res ſit, & quęnam οὐσία ipſius. Sed in demonſtratione, uidentur non ipſæ per ſe Quiditates conſiderari, ſed uſurpari per hypotheſin, tanquam principia quædam: nempe ut ὑπόθετα, & non ut ἁπλῶς principia demonſtrationum: cuiuſmodi ſunt partim finitiones οὐσιώδεις ſubiectorum, & partim ὀνοματικαὶ propriorũ παθῶν. Vt (uerbi gratia) prius ponit aut ſumit demonſtrator, quid Vnitas (ut Arithmeticus) quæ nimirum ſubiectum eſt. Item, quid Impar numerus, qui & ipſe ſubijcitur cuidam, aut quibuſdam proprijs πάθεσι: quæ ſi demonſtrabilia ſint, priuſquam monſtrentur, intelligi prius oportet ὀνοματικῶς. Demonſtratio autem, non Quid extrema ſint, conſiderat, ſed quam ob cauſam hoc inſit aut hoc de illo prædicetur, complexionem ſcilicet medij cum extremis, contemplatur: cuiuſmodi compoſitio aliena eſt à definitione, qua quid ipſa per ſe res ſit, non quatenus aliud alij ineſt (quorum ſanè Quiditates diſcrepant) cognoſcimus. Ex quo eſt cõcludendum, finitionem, principiorũ eſſe demonſtrationis, quorum demonſtratio non ſit: compoſitorum autem, demonſtrationem eſſe, quorũ tamen finitio eſſe nequeat. Quare eiuſdem, ſecundũ idem, nequit eſſe finitio & demonſtratio: quod ſequente etiam illo argumẽto perſpicuum erit. Enimuerò Demonſtratio omnis monſtrat aliquid de aliquo, affirmando, uel negando. Nulla autem finitio affirmat aut negat, quandoquidẽ nulla ipſius pars prædicetur, ſed cauſa partium omnium, ſimpliciter eſſe dicitur, atq; indiuiduè: quoniã aut tota intelligitur, aut penitùs nulla eſt, propterea quòd indiuidua per ſe ſit intelligentia ipſius definitionis. Propoſitionum aũt & demonſtrationum omnis diuidua eſt notitia, nec ſimpliciter in his unũ & idẽ eſt: cùm in propoſitione aliud efferatũ de alio, nec ipſum eſſe ipſum, ſimpliciter intelligatur, ut in definiendo. Simplex igitur φάσις quædam eſt definitio, & per eſſentiam, una oratio: non autem compoſitione, una, ut ſunt affirmatio & negatio, quib. intelligi duo oportet: quum finiendo duntaxat unum intelligamus, aut nullum: quæ mentis ſimpliciſſima eſt energía, falſitatis & erroris non particeps. Qui accuratius hæc noſſe cupiat, requiret ex Metaphyſicis: non enim ſunt præſentis inſtituti: ſatisq; eſt ea duntaxat attigiſſe in pręſentia, ne πάρεργα ſint plura quàm ἔργα. Quamuis autem & bipes, & animal, ſint in finitione hominis: non tamen ita inſunt, quatenus alterum de altero prædicatur. & in definitione trianguli, ſunt planities & figura: non tamen ita inſunt, ut prædicabilia quædam. Nam quatenus prædicantũ, aut figura de planitie, aut planities de figura, non ſunt pars definitionis, ſed propoſitionis: nec ratione hac definitionem, ſed propoſitionem conſtituunt, qua prædicari unũ ſolet de alio. Præterea ſunt omnino diuerſum quiddã, oſtendere quid ipſum per ſe ſit aliquid: & ꝙ ipſum alicui inſit, aut de quodã prædicetur. Simplex enim, & cũ alio compoſitum, toto genere Phyſico diſcrepant: propterea quòd compoſitum omne, aliud ſit ipſum, aliud Eſſe ipſius: & quod ad notionem eorundem attinet, uerum permutari poteſt falſo. Simplex autem eſſentia, ut ipſa, ita quoq; ipſius intelligentia, permutari contrario nequit: quandoquidẽ ſit ἀμερ-

Aliud eſt φάσις; aliud κατάφασις, & ἀπόφασις. Metaphy. θ. in fine.

ſit ἐνέργεια, ἀδυνάμιας expers, αὐτὸ ὄν, ortu & interitu uacans. Quoad itaq; ὁριστὸν quidpiam eſt, ὁρισμῷ oſtenditur: qui, Quid ſit res, declarat. Sed quoad ἀποδεικτὸν, oſtenditur & explicatur ἀποδείξει: quæ non quòd ipſum ſit ipſum, ſed quòd ipſum aliud quiddam ſit uel non ſit, rationem & cauſam explanat: quod ſanè niſi prædicetur, intelligi nequit. Prædicatum autem, ſine ſubiecto eſſe non poteſt, ambobus ſcilicet, ratione propoſitionis, compoſitis: cuius finitio nō eſt; ſed (ut diximus) demonſtratio. Nec eſt quòd dicas, diuerſorum poſſe eandem eſſe demonſtrationem. Etenim diuerſorum, non poteſt eadem eſſe demonſtratio aut Scientia: niſi unum, reſpectu alterius, ſit ut pars eſt, reſpectu totius: ut ſpecies, reſpectu generis: eâdem, qua totum, demonſtratione particeps eſt proprietatis. Vt tres habere duob. rectis æquos, ineſt Iſoſceli, eadem ratione qua triangulo quia triangulum, & totum. At uerò duo hæc, quorum uno intelligitur Quid ſit, altero percipitur, quamobrem in certo inſit ſubiecto πάθος illud σύνθετον, ratione qua eſt ὁριστὸν & ἀποδεικτὸν unum, reſpectu alterius, non habet rationem totius ad partem. Nam neq; finitio, pars demōſtrationis eſſe poteſt: nec uiciſſim demonſtratio, pars finitionis: quoniam αὐτὸ ὄν, pars non eſt eius, quod non eſt αὐτὸ ὄν, ſed adminiculo alterius ὄν, & participatum, & uiciſſim cōplexū, pars nequit eſſe ſimplicis ὄντος. Quamobrē nullā habebunt communē ἀπόδειξιν (ut diximus) ὁριστὸν, & ἀποδεικτὸν σύνθετον. His perſpicuum eſt argumentis, quòd neq; huius συνθέτου, cuius eſt ὁρισμός, qua eſt ὁρισμός, poſſit etiam eſſe ἀπόδειξις: neq; cuius eſt ἀπόδειξις, qua eſt ἀπόδειξις, poſſe eſſe ὁρισμόν. id eſt, Non poſſe fieri, ut undiquaq;, & omnino, cuius ſit finitio, eiuſdem ſit etiam demonſtratio: & cuius ſit demonſtratio, eiuſdem ſit etiam definitio. Quo concluditur, quòd omnino eiuſdem, non poſſit ſimul eſſe demonſtratio & definitio: idem quòd definitio & demonſtratio, neq; idem aliquid ſint, neq; alterum ſit in altero, tanquam pars in toto. Alioqui ſubiecta etiam horum ſic comparata eſſent, ut ὁριστὰ & ἀποδεικτά: quæ quòd toto genere diſcrepent, proprietatibus illorum eſt euidens: quæ nimirum Metaphyſicus conſiderat. Et de his quidem hactenus, ita ut par eſt, dubitari potuit: cùm initio dictū fuerit, idem eſſe, ſi quis norit, Quid ſit Eclipſis: & ſi quis cognitū habuerit, propter quid Eclipſis accidat Lunę. Quo pacto idem aliquid ſint Demonſtratio & Finitio, ſuo loco oſtendimus. Nunc deinceps quęſtione dignū uidetῦ eſſe, utrū definitio demōſtrari poſſit, aut ſyllogiſmo colligi, an uerò ſit quiddam ἀναπόδεικτον; Nam proxima ratio ſeu argumentum poſtremum, hac quodammodo hypotheſi nititur, non poſſe amborum (quum ſint diuerſa) nempe τοῦ τί ἐστιν, & τοῦ ὅτι ἐστιν, unam eſſe demonſtrationem, ſed diuerſorū diuerſam. Quòd ſi ſit, oportebit τὸ τί ἦν εἶναι, demonſtrabile eſſe: de quo iam uidebimus, utrum ſcilicet Definitio demonſtrari poſſit. Omnes illæ ἀπορίαι faciūt ad intelligendum diſcrimen, inter Demonſtrationem et Definitionem. Nam ſi Definitio, neque idem ſit quod demonſtratio, nec per demonſtrationem cognitum quiddam eminentius quiddam, & præſtantius erit, nempe principium, cuius principium ſit Mens ſeu Νοῦς, & non διάνοια, ad primi philoſophi pertinens contemplationem: de quo partim iam antea, partim deinceps etiam, & ſuo loco ſumus dicturi. Nunc quòd ἀναπόδεικτον quiddam ſit Definitio, nec ſyllogiſmo eā probari & colligi poſſe oſtendemus. Ac primùm cōſtat illud inter omnes, quòd ſyllogiſmus mōſtret aliquid de aliquo, per medium quoddā. Deinde nō minus illud etiam eſt perſpicuū, ratiōem, qua Quid res ſit, intelligitur, eius de quo prædicatur, eſſe propriam, & in quid prædicari de Definito; cùm alioqui proprium, nō ſit Quiditas, ſed Qualitas, cuiuſdam

Metaphy. 6. in fine.

ſubiecti. Deniq; liquet etiam, quæ propriè, eadem reciprocè quoque prædicari. Vt ſi α, maius extremum, propriè, ut definitio, dicitur de γ: oportebit id ipſum α, de β, medio quoq;, & β medium, de γ, reciprocè prædicari. Quoniam (autore Ariſtotele, in prioribus Analyticis) ὅταν ἀντιστρέφωσι τὰ ἄκρα, ἀνάγκη καὶ τὸ μέσον ἀντιστρέφειν πρὸς ἄμφω. Itaq; tria hæc erunt inter ſe ἀντίστροφα.

Libro β. in cap. περὶ ἀντιστροφῶν ἐν πρώτῳ σχήματι.

Poſtremò ne illud quidē cuiquā dubiū eſſe poteſt, quin ſi α in quid prædicetur de β, & β prædicetur in quid de γ: ſequi ex neceſſitate, ut α etiam in quid prædicetur de γ. Niſi quis geminarit limitationem hanc & conditionem prædicationis, non concludetur, in Quid prædicari α de γ. Proinde tria ſunt, quæ prædicantur in Quid: Genus nimirum, Differentia, & Definitio, qua τί ἦν εἶναι rei intelligitur: cui neq; deeſſe, neq; accedere poteſt quicquam, quod prædicari poſſit in Quid. Reliquis duobus poteſt addi aliquid: nec ſi ſit ἀντίστροφον etiam, compoſitum ex genere & differētia, definitio erit. Vt ſi quis triangulū finiat, eſſe Quantitatem, concluſam tribus lineis: aut ſi Hominem, Subſtantiam corpoream, animatam, participem mentis. Si ergo α, prædicetur de β in quid, ſed non quatenus eſt αὐτὸ ὂν β, uerùm quoad pars αὐτοῦ ὄντος: & β de γ etiam, quoad pars αὐτοῦ ὄντος, in quid prædicetur: eodem modo prædicabitur quoq; α de γ, in Quid, quo nimirum ambę præmiſſę fuerint limitatæ. At τί ἐστι, ſi ſit idem quod τί ἦν εἶναι, & in ambabus hoc modo τί ἐστι prædicetur: prius medium, tanquam Definitio, de ſubiecto ſumitur prædicari, quàm demonſtratum ſit: quod ipſum eſt anticipare, & non demonſtrare finitionem rei. Ergo prius conſtabit de quopiā quid ipſum ſit, quàm demonſtretur quid ſit, & concludatur ſyllogiſmo. Eſto, uerbi gratia, ut poſſit mōſtrari, Quid ſit Homo. Sit γ, Homo: eius Quiditas, α ſit, Animal bipes, uel aliud quiddā. Ergo ſi probanda erit ſyllogiſmo concluſio hæc, oportebit α prædicari, nempe finitionem hominis, de β medio, quoad ipſum β, prædicatur de γ, ut quoddam τί ἦν εἶναι ipſius γ. Quare β, finitio erit hominis: quæ anticipatur in Minore, priuſquam concludendo ſyllogiſmum colligitur. Nam quid aliud eſt Minor, quàm prædicata finitio de homine? Ergo quod demonſtrandum erat, ſumitur prius, tanquam notum, quàm demonſtretur. In talibus ſyllogiſmis, capiendæ ſunt ambæ præmiſſæ ἄμεσοι: quarum prior, ut λόγος ὀνοματώδης, prædicetur de medio, quod ipſum medium ſit λόγος οὐσιώδης ſubiecti: qui deinde in Minore, de definito prædicetur. Quare ante concluſionem, quid ſit res propoſita, cognoſcetur, & contrà quàm fieri oportet, τὸ ἐν ἀρχῇ αἰτεῖται. Alioqui ἐμμέσων præmiſſarum, τί ἦν εἶναι nullum erit, quantumuis prædicata in quid, & reciprocè efferantur de ſubiectis. Sed quando propoſitiones ambæ fuerint ἄμεσοι, medium ex neceſſitate pars, aut tota definitio erit: cùm Maius extremum, ſit Minoris extremi λόγος γεννηματικός: de quib. finitionū differentijs, ſuo loco ſumus dicturi. Verbi gratia, Ira, λόγῳ γεννηματικῷ eſt cupiditas ulciſcendi. Medium eſt, λόγος οὐσιώδης, cauſam explicans. Omnis feruor cordis, excitatus phantaſia acceptæ iniurię, eſt cupiditas ulciſcendi. Omnis ira, eſt feruor cordis, excitatus phantaſia acceptæ iniuriæ. Talium præmiſſarum, nulla amplius eſt ἀπόδειξις, quia nullū medium eſt: nec ſyllogiſmus is, aut definitio eſt, aut demonſtratio definitionis: ſed (ut Ariſtoteles ait cum Platone) eſt, ἀλλὰ τὴν ἀρχὴν δῆλος αὐτή. Ex quo euidens eſt, definitionem quatenus definitio, indemonſtrabilem eſſe, & tanquam principium quoddam, ad mentis, & non διανοίας cognitionē pertinere. Errant itaq; toto cœlo hi, qui cenſent reciproco medio ſe poſſe demonſtrare, quid ſit οὐσία quæuis: ut quid homo ſit, quid anima ſit, & quæcūq; alia: quorum ὅτι & διὰ τί finitiones, ſunt cum finito reciprocæ. Finitio, ὅ ἐστι, materiæ

Quiditate,

Quiditate, οὐσίαν explanat: ut Animati corporis definitio eſt, qua dicitur eſſe Corpus Phyſicum, organicum, δυνάμεως gratia, uitæ ἐντελεχείων particeps. Aut quando λόγῳ ὀνοματικῷ, εἶδος aut πάθος exprimitur: quam Nominis finitionem aliàs appellant Dialectici. Vt ſi definitur Ira, cupiditas ulciſcendi: uel Anima, qua ipſum ſibi ipſi cauſa eſſe, ut uitæ energías exerceat, dicitur. Alij ſunt λόγοι οὐσιώδεις, quibus aut formæ eſſentia, aut cauſa proprij πάθους explicat. Sed non, ſi quid reciprocum eſt cum alio quodam, aut cum extremis, pro finitione haberi debet: cùm proprijs enim propria, & hæc omnia, cum ſubiectis reciproca ſunt: quorum tamen nullum, alterius poſſit eſſe Definitio. Itaq; prædicatum, ſubiecti finitionem eſſe non demonſtratur, ſi medium prius non cõſtiterit eſſe finitionem ſubiecti, in minore propoſitione: quo (ut diximus) anticipatur, non demonſtratur propoſitum demonſtrandum. Vt ſi quis probare conetur, Animam eſſe, quæ ipſa ſibi ipſi cauſa ſit ἐντελεχείων uitæ. Cauſam autem eſſe, quia ipſa ſit, Numerus ſemetipſum mouens. Si pro medio uſurpatur cauſa hæc, niſi in Minore ſumatur, eam eſſe finitionem ſubiecti, nempe Animę finitio nõ mõſtrabit̃, q nihil aliud eſt, q̃ ὁ ὁρισμὸς τῆς ψυχῆς ὅπερ ἀριθμόν ἐστιν αὐτὸν ἑαυτὸν κινοῦντα, οὕτως ὡς τὸ αὐτὸ ὄν: niſi prę́ſumpta inquam, fuerit definitio, nõ demõſtrabit̃ finitio. Petitio aũt hęc eſt definitionis, nõ demõſtratio. Proinde Finitio, reſpectu finiti, nõ modò eſt ὅπερ, ſed omnino τὸ αὐτὸ ὄν. Partes finitionis ſunt, reſpectu quidem finiti, ὅπερ, ſed non tamen αὐτὸ ὄντα: cùm αὐτὸ ὄν ſit unum, partes autem plures: quorum ratione, ὅπερ ὄν dicitur definitum, & non αὐτὸ ὄν. Quòd ſi α ſit neceſſariũ, poſito β cõſectariũ, & β ex neceſſitate cõſequatur ipſum γ: ob id neceſſe non eſt, ut cauſa ſyllogiſmi, α ſit τί ἦν εἶναι, ipſius γ, in concluſione. Sed propter conſecutionem hanc, neceſſe erit α de γ uerè dici, & prædicari in cõcluſione. Deinde ſi cõſecutio hæc prædicatorũ, nõ tantũ uera intelligat̃, ſed prædicata etiã, reſpectu ſubiectorũ, ſint ὅπερ ὄντα: ut ſi α, ut ὅπερ τι prædicet̃ de β omni: ut (uerbi gratia) ὅπερ ζῷον, ſeu ζῴῳ εἶναι, prædicat̃ τῷ ἀνθρώπῳ εἶναι. Verum enim eſt, Omne id quo intelligitur ipſe Homo eſſe, idipſum intelligi quoq;, Animal eſſe ipſum: haud alia ratione, quàm qua noſcitur, Omnis homo eſſe ipſum animal. Ob id tamen non ſequitur, ut animali eſſe, ſit unũ cum eo quo homo dicitur eſſe: cùm nõ ſit (ut paulo antè diximus) αὐτὸ ὄν, licet ſit ὅπερ ὄν homo, reſpectu animalis. Quare ne hoc quidem modo limitatis præmiſſis, demonſtrari finitionem, ſine anticipatione contingit definitionis. Ex his quæ diximus, concludendum, niſi præſumat quiſpiam, β prędicari de γ, in Minore, non modò ut ὅπερ ὄν, uerumetiam ut τί ἦν εἶναι: non poſſe colligi & concludi, α de γ prædicari, ut τί ἦν εἶναι, & οὐσίαν, in concluſione. At uerò ſi prædicatum ita limitetur, tum conſtat, prius ſumi, de γ ipſo prædicari β, ut definitionẽ de definito, quàm monſtretur: quòd nihil aliud eſt, quàm ſumi, & peti ab initio, quod ſyllogiſmo erat demonſtrandum. Finijt Xenocrates Animam hoc modo, ut diceret eam eſſe, Numerum ſeipſum mouentem. Nõnulli, & præſertim Pythagorici, omnium rerum οὐσίας, numeros quoſdam & harmonias eſſe cenſuerunt, materiæ et corporum. Animam uerò Numerũ, quo animatum ipſum ſeſe mouere poſſit, dixit eſſe Xenocrates: quam opinionem nihil attinet operoſius in præſentia refellere, quum exempli duntaxat gratia modò ſit ꝓpoſita ab Ariſtotele. Deinde alius eſt modus colligẽdi (per ſyllogiſmos diuiſorios) finitionum partes: quibus aggregatis partibus, cõficitur definitio. Vt autẽ tota Finitio, in Quid prædicatur de Definito, ita ſingulæ partes, prædicantur in Quid: ut genera & differentiæ, de ſpecie. Quandocunq; porrò prædicatum, de ſubiecto in quid dici, ſyllogiſmo colligimus

Quid interſit inter ὅπερ & αὐτὸ ὄν.

Ariſto. lib. Δ Metaphy. in cap. περὶ οὐσίας.

(loquor de his quę prędicari Per Se ſolent) ſemper neceſſe eſt, mediū eſſe minus, & nō æquum maiori extremo, prædicato ſcilicet concluſionis. Nā ſi fuerit æquum, & καθόλου, ac reciprocū, nō erit tamē pars οὐσίας, ſed proprietas quædam ſubiecti: quales ſunt omnes ἐπαγωγικοὶ συλλογισμοὶ, quibus colliguntur partes omnes proprij πάθους demonſtrationis. Vt (uerbi gratia) qualis hic eſt·Omne totum, eſt maius ſua parte. Omnis angulus rectus, reſpectu acuti, eſt totum quiddam. Item·Omnis triangulus, habet tres duobus rectis æquos. Omnis ſuper baſi circuli figura, tertium angulum ad περιφέρειαν conſtituens, eſt triangulus. In huiuſmodi Syllogiſmis, ſemper medium eſt καθόλου, & cum prædicato reciprocum in Maiore. Sed quando Per Se quidē uerum, in Quid prædicatur de medio: prædicatum, ſemper medium erit minus, & nequaquā καθόλου. Vt ſi monſtrari oporteat de Homine, quòd ſit ſubſtantia, & quòd ſit pars Quiditatis ipſius, medium hoc modo ἧττον adſciſcetur·Omne animal, Subſtantia eſt. Omnis homo, eſt animal. Sic licet colligere genus. Sed differentiā ſyllogiſmo cōcludere nō poſſumus, propterea quòd in tali ſyllogiſmo, prędicatū καθόλου efferē de medio: quali oſtēdimus, nō quiditatē, ſed qualitatē propriā de ſubiecto colligi. Qualitas aūt generis, eſt differētia: ſed eadē Quiditas, eſt ſpeciei. Quamobrē nec ut Qualitas, nec ut Quiditas, ſyllogiſmo differentia colligi poteſt, quandoquidem ambæ ſimul differentiæ καθόλου prædicentur de medio, ſed non niſi alterutra, de ſubiecto concluſionis prædicari poſſit: quod precariò obtinetur, non autem ui & neceſſitate ſyllogiſmi extorquet. Quocirca διαιρετικοῦ συλλογισμοῦ, ut maximè uerę ſint & neceſſarię premiſſæ, eo tamen differentia nequit colligi, pars nimirum definitionis ſpeciei, tametſi genus colligatur: quę nimirū καθόλου, reſpectu medij non eſt, ſed minus ſemper: & ad pauciora pertinens quàm prædicatū. De ſubiecto duntaxat hoc modo colligi τὸ τί ἐστιν, autor eſt Ariſtoteles in prioribus Analyticis, ad hunc ſcribēs modū: ἐν μὲν ὖν ταῖς ἀποδείξεσιν, ὅταν δέῃ, τι συλλογίζεσθαι ὑπάρχειν, δεῖ τὸ μέσον, δι' οὗ γίνεται συλλογισμὸς, ἧττον ἀεὶ εἶναι, καὶ μὴ καθόλου τοῦ πρώτου τῶν ἄκρων. ἡ δὲ διαίρεσις, τοὐναντίον βούλεται. Colliguntur quidem ambæ differentiæ, neceſſitate ſyllogiſtica, ſed non alterutra differentiarum: quum una duntaxat ſit opus ad definiendum, quæ tamen ſumitur, & ſyllogiſmo conceſſis præmiſſis, nequit cōcludi: qua ratione parū efficax eſt διαιρετικὸς ſyllogiſmus. ἔστι γὰρ (inquit Ariſtoteles) ἡ διαίρεσις, οἷον ἀσθενὴς συλλογισμός. ὃ μὲν γὰρ δεῖ δεῖξαι, αἰτεῖται· συλλογίζεται δὲ ἀεί τι τῶν ἄνωθεν. πρῶτον δ' αὐτὸ τοῦτο ἐλελήθει τοὺς χρωμένους αὐτῇ πάντας, καὶ πείθειν ἐπεχείρουν, ὡς ὄντος δυνατοῦ περὶ οὐσίας ἀπόδειξιν γενέσθαι, καὶ τοῦ, τί ἐστιν. Contingit ergo, & nō eſt neceſſe, ſyllogiſmo hoc partem alteram διαιρέσεως colligi: & ob id dictum uerè eſt ab Ariſtotele, τὴν διαίρεσιν μικρόν τι μόριον εἶναι τῆς συλλογιστικῆς μεθόδου. Hac methodo Plato utitur in colligendo finitiones, tum politici, tum Sophiſtæ: & in Phædro quidem miris laudibus hanc celebrat methodum, ſic ſcribens: τούτων δὴ ἔγωγε αὐτὸς ἐραστής, ὦ Φαῖδρε, τῶν διαιρέσεων καὶ συναγωγῶν, ἵν' οἷός τε ὦ λέγειν τε καὶ φρονεῖν, ἐάν τέ τιν' ἄλλον ἡγήσωμαι δυνατὸν εἰς ἓν, καὶ ἐπὶ πολλὰ πεφυκότα ὁρᾶν. τοῦτον διώκω κατόπισθε μετ' ἴχνιον ὥστε θεοῖο. Quamobrem conſtat, nec διαιρετικῷ poſſe definitionem monſtrari: quod quibuſdam fuiſſe uiſum, ex Ariſtotele poteſt intelligi. Locus eſt in priore libro priorum ἀναλυτικῶν: cuius etiam in præſentia facit mentionē, & ad eum lectores reijcit: nos, ut opinor, ſatis illum explicuimus. Enimuerò neceſſe non eſt, poſitis hoc modo præmiſſis, propter poſitas, rem cauſa differētię, eſſe ipſum aliquid. Sed hoc eodem modo impetraē, annuente reſpondente, quo cauſa inductionis aſtruitur quidpiam, non aūt demonſtratur. Concluſa enim Syllogiſmoru

utrum

utrum pro ueris ea habere uelit reſpondens, interrogari non ſolet: nec propter conceſſionem ſunt, ſed per ſe, & ex neceſſitate pro ueris habenda: præmiſſisq́ conceſſis, nolit uelit reſpondens, deuinctus neceſſitate conceſſarum præmiſſarũ, annuet. At διαιρετικῷ quî poterit concludi, hominẽ eſſe animatum, ſi ſumatur, Omne corpus uel eſſe animatum uel inanimum, Hominem autem eſſe corpus? Vtrumq; enim, non alterum, ex neceſſitate concluditur præmiſſis, propter pręmiſſas: non quia poſito quodam, liberum ſit reſpondẽti, conſectariam nihilominus fateri aut negare concluſionem. Propter quam cauſam dixit Ariſtoteles in Topicis, Syllogiſmum βιαστικώτερον eſſe Inductione: quia reſpondenti, conceſſis præmiſſis, tergiuerſari non ſit permiſſum, obnoxio ſcilicet prius propter præmiſſas. At uerò διαιρετικός, non unam, ſed geminas concludit differentias: nec propter conceſſa, neceſſe eſt alterutram eſſe ueram, cùm ſit contingens, & alio quodam modo id perſuadeatur reſpõdenti: ut præcedente ſyllogiſmo, ſumebatur hominem eſſe animatum, aut ſentiens. Idem accidit in reliquis definitionis partibus: ut ſi quis eundem pedatũ probare conetur, hoc modo · Numquid animal omne aut pedibus eſt præditum, aut expers pedum eſt (quod Ariſtoteles ἀνύγες differentia uoluit intelligi) & pręterea, nónne omnis homo eſt animal? Quòd ſit præditum pedibus, ſumitur, non concluditur: & totum illud, Animal pedatum, ſumitur, non demonſtatur. Eadem ualet ratio in cæteris definitionis partibus: nihil enim refert, plures an paucas quiſpiam hoc modo colligat differentias, cùm eadem ſit ratio omnium. Et ut maximè concedamus, contingere, & omnino poſſe fieri, ut quiſpiam hoc modo colligat utcunque partes definitionis: indefinitus nihilominus, et ἀσυλλόγιστος uſus eſt, quòd nimirum eo neq; qualitas differentiarum diſtinguatur, neq; numerus determinetur: quibus utriſq; opus eſt, ut ritè conficiantur definitiones. Sic enim diuidendo, non liquet, utrum differentiæ pertineant ad οὐσίαν definiti, an uerò ſint eius accidentia quædam. Deinde numerus etiam certus eſt quidam differentiarum, quibus aggregatis, conficitur definitio: quæ profectò nulla eſt, ſi aut deſit, aut ſuperſit quicquam: quum ſit οὐσία quælibet ἄτομος, quoad ei (tanquam numero) neq; addi, neq; detrahi quicquam poteſt, quin tota mutetur ſpecies. Ergo ut διαιρετικῷ utentes, contingat ſanè conquirere differentias, cùm aliæ ſint pars eſſentiæ definiti, alię uerò accidant definito: deinde cùm nonnunquam addi, nõnunquam detrahi, aliquando redundare contingat differentias: nullus horum omnium modus, nobis per διαιρετικὸς conſtabit: quorum reſpectu, hoc loco ἀσυλλόγιστον χρῆσιν ipſius eſſe dicit Ariſtoteles. Etenim contingit, alteram differentiam, quòd uerè dicatur de aliquo, adminiculo διαιρετικῷ colligere. Sed nõ ſequitur, ſi uerè, ut ob id ipſum etiã in Quid prædicetur, aut ratione qua ſit ipſius, τὶ ἦν εἶναι, ſubiecti. Et ut conſtet, prædicari eas in Quid, de numero tamen prædicatorũ non conſtabit: cuius itidem reſpectu, nullam uim habet ſyllogiſmus διαιρετικός: cùm ratione utriuſq; ſit (quemadmodum dictum fuit) ἀσυλλόγιστος ipſius uſus. Omiſſa hæc ſunt, & animaduerſa minus ab his, qui tãtam uim διαιρετικῷ ad conficiendam definitionem ineſſe cenſuerunt: quæ tamẽ ei oppoſita, omnem ipſius uim ſubuertunt, & nullius momenti eum eſſe oſtendunt. At poteſt fieri, ut quiſpiã occurrat obiectioni huic, qua, ratione qualitatis & numeri differentiarum, inutilitas reprehenditur huius ſyllogiſmi: & alio quodam modo utrunq; probari poſſe exiſtimet, nempe ſyllogiſmo hypothetico, cuius poſito antecedente, neceſſariũ ſit quoddã cõſequens, aſtruẽs definitionẽ, hoc pacto · Si poſſunt omnia ſumi quæ prædicanẽ in Quid, & deinceps diuidẽdo

Topicor. libro 1. & 8.

nulla omittatur differētia, neceſſe eſt his definitionē cōſtitui. Sed poſſunt omnia ſumi, quæ prædicanť in Quid: & deinceps diuidēdo, pōt fieri ut nulla omittať differētia. Ergo neceſſe eſt, talib. definitionē cōſtitui. Probať λαμβανόμενον, hoc modo, quo intelliganť cauſę quædā, ꝓpter quas nihil deeſſe poſſit eorū quæ prędicanť in Quid: quod eſt primū poſtulatū, cuius hæc eſt ꝓbatio hypothetica· Si quoduis commune & cōfuſum, ſub diuiſionē uenit, nulla deeſſe poteſt differentia. Sed omne commune & confuſum, ſub diuiſionem uenit. Nulla igitur deerit nobis differentia. Deinde alterū poſtulatum eſt, quod non reſpicit differentias diuiduorum generum, ſed differentias, quoad ijs aggregantur indiuidua ἄτομα, quibus deeſſe nulla poteſt differentia. Diuiduum eſt em̄, à quo detrahi pars quædā pōt, ut ipſius nihilominus ſpecies ſit ſalua: ut ſi brachio, aut pede mutiletur homo. At uerò totum, & ἄτομος ὁλότης, non ita comparatum eſt: quandoquidem non ſit quantum totum quiddam, ſed quicquid & ubicunq; eſt, totum & indiuiduum exiſtit. Huius poſtulati talis eſt hypotheticus· Si ſpecie indiuiduum eſt quod definitur, nulla ei differētia deeſſe poterit. Sed quicquid definitur, ſpecie eſt indiuiduum. Ergo, Nulla ei differentia deeſſe poterit. Vera hæc ſunt, & neceſſaria argumenta, ad conſtituendam definitionem, eamq; comprobandam: ſed complexionem tamē argumenta hæc non habent ſyllogiſticam, uerùm alio quodam modo neceſſitatem conſectariorum declarant: eo nimirum, quo hypothetici, aut quo concluditur aliàs quidpiam per Inductionem: qua tametſi demōſtretur nihil, declaratur tamen quidpiam ita, ut ſyllogiſmo & demonſtratione non opus eſſe uideatur. Eodem & ſimili modo declarari etiam finitionem, nulla prohibet abſurditas: nec eſt neceſſe, id quo noſcitur Definitio, ſimul idipſum ſyllogiſmum quoq; & demonſtrationem eſſe. Hypotheticum autem ſyllogiſmum, non eſſe ſyllogiſmum, ex eo perſpicitur: quia nullo medio, ſed poſito duntaxat antecedente, ſubinfertur ex neceſſitate conſequēs, cum præcedente, ſuapte natura connexum & cohærens, ac non propter conceſſa quædam (propter formam nimirum præmiſſarum ſyllogiſticam) neceſſarium. De hoc genere argumētorum, ſic ſcriptum reliquit Ariſtoteles in prioribus Analyticis: ἔνιοι δὲ λανθάνουσι, καὶ δοκοῦσι συλλογίζεσθαι, διὰ τὸ ἀναγκαῖόν τι συμβαίνειν ἐκ τῶν κειμένων· οἷον, εἰ ληφθείη, μὴ οὐσίας ἀναιρουμένης, μὴ ἀναιρεῖσθαι οὐσίαν, ἐξ ὧν ἀναιρουμένων, δεῖν καὶ τὸ ἐκ τούτων, φθείρεσθαι. τούτων γὰρ τεθέντων, ἀναγκαῖον μὲν, τὸ οὐσίας μέρος, εἶναι οὐσίαν· οὐ μὴν συλλελόγισται διὰ τῶν εἰλημμένων, ἀλλ' ἐλλείπουσι αἱ προτάσεις. πάλιν δ' ἀνθρώπου ὄντος, ἀνάγκη ζῷον εἶναι, καὶ ζῴου οὐσίαν, ἀνθρώπου ὄντος, ἀνάγκη οὐσίαν εἶναι· ἀλλ' οὔπω συλλελόγισται. οὐ γὰρ ἔχουσιν αἱ προτάσεις, ὥσπερ εἴπομεν. ἀπατώμεθα δ' ἐν τοῖς τοιούτοις, διὰ τὸ ἀναγκαῖόν τι συμβαίνειν ἐκ τῶν κειμένων, ὅτι καὶ ὁ συλλογισμὸς ἀναγκαῖόν ἐστιν. ἐπὶ πλέον δὲ τὸ ἀναγκαῖον, ἢ ὁ συλλογισμός· ὁ μὲν γὰρ συλλογισμὸς πᾶς, ἀναγκαῖον, τὸ δ' ἀναγκαῖον οὐ πᾶν, συλλογισμός. Ex quo eſt euidens, non ſyllogiſmum & διάνοιαν, complecti definitionem, ſed eius tanquam principij, principium eſſe νοῦν: quod iam antea ſæpe diximus, & deinceps argumentis omnibus in medium productis, ſine omni dubitatione perſpicuum erit, non poſſe fieri, ut eiuſdem ſecundum idem, ſimul ſit demonſtratio & definitio. Præterea ex diuiſorijs colligens differentias & definitionem, nihil ſyllogiſmi complexione perſtringit: quemadmodum neq; is qui concludit aut utitur concluſis, nullo medio probatis: qualia ſunt hypotheticorum, qui quòd medio deſtituuntur, nō poſſunt reuocari ad figuras Syllogiſticas. de quib. Ariſtoteles in prioribus Analyticis, ita ſcribit: πολλοὶ δὲ καὶ ἕτεροι περαίνονται ἐξ ὑποθέσεως, οὓς ἐπισκέψασθαι δεῖ. νῦν δὲ τοῦτον φανερὸν ἡμῖν ἔστω, ὅτι οὐκ ἔστιν ἀναλύειν εἰς τὰ σχήματα, τοὺς τοιούτους συλλογισμούς. Hos in præ-

ſentia ſic deſcribit: ὥσπερ ἐν τοῖς συμπεράσμασι, δὶς αὐτῶν τὸ μέσον. Abſoluitur aũt & hæc ἐκλογὴ, hypotheticis διαζευκτικοῖς. ut hoc modo. Omnis homo aut eſt animatum, aut non animatum. Sed nõ eſt nõ animatum. Ergo erit animatum. Similis eſt modus colligendi reliquas differentias. Proinde ut in coniunctis, in quibus poſito et cõceſſo antecedẽte, ex neceſſitate ponitur etiã cõſectariũ, cõtingit nõnunquam quæri de cauſa, propter quam conſequens ſit connexũ cũ antecedente: ita diſiunctionis interdũ cauſa quæritur. Vt quam ob cauſam homo potius rationis particeps, quàm expers ſit dicendus, præſertim quum Plato in Timæo dicat: Intelligẽtiæ Dij quidẽ oẽs, homines uerò pauci admodũ participes ſunt. In finitionibus, quę colligunt̃ diuidendis generibus, nõ his quæ poſitu differũt à demõſtratione, nõnunquã quærit̃, quare hæc potius ꝙ oppoſita ſit definiti differẽtia: ut quãobrẽ uoluptas ſit potius γένεσις ſecundũ naturã ἁπλῶς, ꝙ ἁπλῶς appellãda. nõnullarũ enim finitionũ partes ſic põderant̃. Vt (uerbi gratia) Quid homo? Animal mortale, pedatũ, bipes, ſine pennis. Sed ſi obſcuriores eſſent differẽtiæ, ſingulis ſigillatim appoſitis, cauſa quęri poſſet, propter quã hæc ei potius, ꝙ altera ineſſet differẽtia. Ergo (ſi ... placet) diuidendo ſcilicet nobis indicabitur & monſtrabitur, quòd ſit mortalis homo: quia omne ſit aut immortale, aut mortale. Quiſquam porrò ne eſt, qui omnem huiuſmodi orationem exiſtimet appellandam finitionem, quæ tali ſyllogiſmo exprimitur? Et ut maximè demonſtretur quidpiam ſic diuidendo (neceſſaria enim hæc eſt concluſio, Ergo aut pedatũ eſt homo, aut expers pedum) non tamen quod fit ex eo, ſyllogiſmus eſt, ſed definitio. Quod uerò eſt, non finitio eſt, ſed ſyllogiſmus. Ex quo fit autẽ quidpiam, non eſt id ipſum ex quo fit. Et præterea quod fit, nondum eſt. Sed tali ſyllogiſmo fit definitio, & efficitur. Ergo cauſa eius, non eſſe dicitur definitio. His argumentis perſpicuum eſt, nec ſyllogiſmo, nec διαιρετικῷ, monſtrari finitionem: ut nimirum nequaquã ſint idem, demonſtratio & definitio. Reſtat modus alius, quo Dialectici quidem fatentur, ſyllogiſmo poſſe colligi definitionem, Topico quodam adhibito pronunciato: cuius rationem malo uerbis intelligi Ariſtotelis, quàm meis explicari. Eius autem hęc eſt, in ſeptimo Topicorũ, ſententia: Νῦν δ' ὅσον ἱκανὸν πρὸς τὴν παροῦσαν χρείαν, τοσοῦτον μόνον λεκτέον, ὅτι δυνατὸν γενέσθαι, καὶ τοῦ τί ἦν εἶναι, συλλογισμόν. εἰ γάρ ἐστιν ὅρος, λόγος ὁ, τὸ τί ἦν εἶναι, τῷ πράγματι δηλῶν. καὶ δεῖ τὰ ἐν τῷ ὅρῳ κατηγορούμενα, ἐν τῷ, τί ἐστι, τοῦ πράγματος μόνα κατηγορεῖσθαι. κατηγορεῖται δὲ ἐν τῷ τί ἐστι, τὰ γένη, καὶ αἱ διαφοραί, φανερὸν ὡς εἴ τις λάβῃ ταῦτα μόνον, ἐν τῷ τί ἐστι τοῦ πράγματος κατηγορεῖσθαι δεῖ. ὅτι ὁ ταῦτα ἔχων λόγος, ὅρος ἐξ ἀνάγκης ἂν εἴη. οὐ γὰρ ἐνδέχεται ἕτερον εἶναι ὅρον, ἐπειδὴ οὐδὲν ἕτερον ἐν τῷ τί ἐστι τοῦ πράγματος κατηγορεῖται. ὅτι μὲν οὖν ἐγχωρεῖ συλλογισμὸν ὅρου γενέσθαι, φανερόν. Topico pronunciato definitionem poſſe aſtrui, de ſententia liquet Ariſtotelis: ſed num demonſtrari etiam definitio poſſit tali ſyllogiſmo, hoc loco quęritur. Propter breuitatem, ſententia paulo eſt obſcurior: quam addita noſtra interpretatione, planiorẽ efficere conabimur. Num (inquit) poteſt fieri, ut demõſtretur, τὸ τί ἐστι κατ' οὐσίαν: quod ipſum nihil aliud eſt, ꝙ τί ἦν εἶναι, ſi ex hypotheſi prius ſumatur in præmiſſis? Omne τί ἦν εἶναι, eſſe orationem aggregatam ex omnibus, quæ in Quid prædicentur de definito, eiusꝗ propriam & reciprocam. Deinde in Minore ſumatur talis oratio, quæ conſtituta ex Quid omnib. prędicatis, reciprocè prædicetur de quopiam. Quam ſanè pro finitione habendã, colligitur in cõcuſione. Hoc ſyllogiſmo, ait Ariſtoteles, iterum ſumitur, quod erat monſtrandum. Nam in Minore, τί ἦν εἶναι quæſiti anticipatur, quod monſtrari medio quodam oportebat tamen. Diximus paulo antè, ſyllogiſmum Dialecticum

Hypotheſes duæ Dialecticæ.

Dialecticum eſſe, qui Topico quodam pronunciato probet orationem certā propoſitam, eſſe Finitionem: quorum pronunciatorum uſus in demonſtrationibus non eſſe ſolet. Cæterùm quando hoc loco Syllogiſmum & Definitionem, idem & eiuſdem eſſe negamus, nō eſt ut quis arbitretur, uſurpari hæc uocabula à nobis tanquam Logica quædam ἐννοήματα, quæ prædicari καθόλου de ſubiectis nequeunt: quæ ſubiecta κείμενα appellat Ariſtoteles, & rerū ſunt extra mentem exiſtentium notitiæ, quæ (ut quædam καθόλου) de ſingulis rebus ſunt prædicabiles. Dialectici porrò conſiderant, quod prædicatur, utrum ut accidens, an ut genus, uel ut proprium, uel tanquam Definitio prædicetur de aliquo: quæ communiſſima ſunt prædicata: & ob id Dialecticus etiam cō munis eſſe cenſetur, cùm diſciplinæ reliquæ ſint ſuis quibuſdam circumſcriptæ & limitatæ generibus rerum, quarum inquirunt ueritatem. Communia porrò illa notionum primarum, & logica accidētia, non ſunt pars eſſentiæ rerum, ſed pro ueris tamen habentur, ac non niſi per hypotheſin probandis adhibentur, non autem complexu probantium argumentorum intertexta comprehenduntur. Etenim conſtituendis rerum ſyllogiſmis, nemo intexit definitionem ſyllogiſmi: nec explicans finitionem, adhibet ad probandam eam, finitionem finitionis: perſtringendo nimirum finitionem ipſam, & finitionem finitionis, eodemq; ſyllogiſmo ambo cōprehendens. Qua ſanè ratione, ſimul eiuſdē poſſet uideri & ſyllogiſmus eſſe, & definitio. Verùm definitio utriuſq;, & ſyllogiſmi ſcilicet, & definitionis, extra complexū ponitur ſyllogiſmi: quibus ſeparatim conceſſis, facilè deinde probetur, quod poſitum ſit, aut ſyllogiſmum, aut definitionem eſſe. Proinde quæ ſunt extra complexum ſyllogiſmi, ea aut probant, aut probantur per hypotheſin: nec ſimpliciter, ſed hypothetici ſyllogiſmi ſunt appellandi tales. Vt ſi quiſpiam ſyllogiſticè concludat quidpiam, alius autem id factum neget, prouocatur ad formulam, & definitionem ſyllogiſmi: qua conceſſa uera, tollitur controuerſia. Idem uſuuenit in definitione propoſita, quam ſi quis inficias eat, eſſe definitionem, occurritur ei definitione definitionis: quam ſi ueram eſſe fateatur, & quadrare præſenti definitioni, eam amplius reprehendere non poſſit. Atque hic quidem per hypotheſin modus probandi eſt, cùm ſyllogiſmi, tum definitionis. Neque enim ſyllogiſmi pars eſſe poteſt, quod non ſit reſpectu eius quod probatur, aut pars, aut totum. Sed Logica huiuſmodi νοήματα, accidere ipſis rerum νοήμασι, nemini dubium eſt: & καθόλου non poſſe prædicari talia, conſtat inter omnes. Nam ut abſurdè dicitur, Omne animal eſt genus: ita non minus ineptè prædicabitur, ſi quis de certa finitione, ut hominis, prædicare conetur καθόλου finitionem ipſam. At præmiſſæ ſyllogiſmorum ita ſunt cōparatæ, ut aut una, reſpectu alterius, habeat ſeſe ut ὅλον πρὸς ὅλον, aut ut ὅλον πρὸς μέρος: quem reſpectum cùm non habeant inter ſe utriuſq; generis & modi νοήματα, compoſitis ſcilicet his, ſyllogiſmus fieri nequit, tametſi hypotheticum eſſe aut fieri, nihil prohibet. Ex quo eſt concludendum, ex neceſſitate ſyllogiſmo concludi quidpiam, ut eius pars non ſit definitio ſyllogiſmi, item definitionem, cuius tamen pars non ſit definitio definitionis. Quapropter nequit fieri, ut eiuſdem ſecundum idem, ſimul demonſtratio ſit & definitio. Præterea poteſt etiam nōnunquam alio quodam ex hypotheſi ſyllogiſmo, colligi definitio, ſed nō demōſtrari tamen eā cōtingit: ut ſi cōceſſa ſit hæc hypotheſis · Cōtrariorum, cōtrariæ ſunt finitiones. Sed malum, cōtrarium eſt bono. Ergo, Finitio quoq; mali, cōtraria erit finitioni boni. Vel hoc modo · Omnia cōtraria, habēt cōtrarias finitiones. Quoduis malū & bonū, ſunt cōtraria:

Ergo,

Ergo, Quoduis malum & bonum, habent cõtrarias finitiones. Quòd ſi iã per hypotheſin cõceſſum ſit, Mali definitionem eſſe, diuiſionis eſſe particeps: ex cõceſſis, & poſitis per hypotheſin, neceſſariò ſequitur, expers diuiſionis, cõtrarij, nempe Boni, eſſe definitionem. Iterum anticipatur etiam hoc modo, τὸ τί ἦν εἶναι (ut nimirum finitio Mali) antequam ſyllogiſmo oppoſitam & cõtrariã mõſtret quiſpiam, topico argumento fretus, definitionem. Notum eſt, ad συστοιχίαν Boni, pertinere unitatem: cuius ſpecies etiam eſt, nõ poſſe diuidi. Diuidua ſunt omnia, priuatiõi, id eſt Malo obnoxia. Diuiſio eſt in his, quæ aliud ſunt ipſa, aliud Eſſe ipſorum: ut Materiata omnia, & prædita quãtitate. Et διάνοιαν, diuiduam falſitate dicimus: ſed ὁρισμοὶ, quoniam ipſum Eſſe, & ſinceram energiam ſignificant, intelliguntur diuiſionis expertes, & priuationis, nempe falſitatis, quæ συνθετοῖς duntaxat ineſſe poteſt. Præterea quicquid mõſtratur, συνθετὸν eſt, & διαιρετὸν. Sed definitio, reſpectu definiti, nõ eſt ἕτερον, ſed αὐτὸ τὸ ὄν. Quòd ſi finitio eſt ἀποδεικτὸν: quid ni ſit aliud πάθος quiddã, & nõ ipſum exiſtat ſubiectum? ὃ γὰρ ἐν ταῖς ἀποδείξεσιν, δεῖν τόδε, κατὰ τοῦδε, ἀλλὰ μὴ αὐτό.. Sic enim expoſuit illud Ariſtoteles, quod paulo antè dixerat: ἕτερον μὲν τοι ἔστω. Deinde cùm certo numero & ordine partes cõponantur, quibus ſolet Definitio cõſtitui, nec nõ una quædam, & indiuidua his partib. multis intelligatur οὐσία: cui nam quæſo certò cõſtabit hæc ita ſe habere, uel ratione διαιρετικῶ, uel ὑποθετικῶ; quorum neutro, neq; ordo, neq; numerus, neq; unitas eſſentiæ cognoſcitur. Huic ergo ἐπιχειρήματι nõ plus uno, quàm altero ſuccurretur ſyllogiſmo. Quare Ariſtoteles, idem ἐπιχείρημα, reſpectu utriuſq; modi ſyllogiſmi, ἀντίστροφον eſſe dixit: quia uidelicet, quemadmodum διαιρετικὸς, has cõditiones definitionis nõ aſtruat & declaret, ita nec ὑποθετικὸς: & ut hypotheticus, nõ probet eas, ita nec διαιρετικὸν probare cenſet. Intelligi deinde uoluit ordinem partium finitionis, his uerbis: διὰ τί ἐστι ὁ ἄνθρωπος ζῶον, δίπουν, πεζόν; Sed numerum, his: ἀλλ' ὃ ζῶον καὶ πεζόν; poſtremo, unitatẽ οὐσίας, his: ἐκ γὰρ τῶν λαμβανομένων οὐδεμία ἀνάγκη δῆν ἓν γενέσθαι τὸ κατηγορούμενον. Veriſimilius tamẽ eſt, his uerbis, ἀλλ' ὃ ζῶον καὶ πεζόν, quæſtionem unitatis eſſentiæ ipſum propoſuiſſe. Quæri enim ſolet, quamobrem animal & pedatum, nõ ſint duæ eſſentiæ, ſed ijs una ſignificetur οὐσία: quemadmodum duæ eſſentiæ ſignificantur, per animal, & album uel currens: quibus unum ſecundum accidens ſignificatur, nõ unum οὐσίᾳ, ſeu ὁρισμῷ. Quod itaq; multis certo modo aggregatis, unum ſimpliciter cõſtituat, neutro cõcludi poteſt ſyllogiſmo. Nam ijs nõ liquet, utrũ prædicato & ſubiecto, ſimpliciter aliquid cõficiatur unũ: ut ſi de homine, animal & particeps rationis, prædicetur: an uerò ſecundũ accidens unũ: ut ſi de homine, grãmaticus & muſicus, efferatur. Ratione eorum quæ ſunt, in finitione, finitum, ὅπερ ὄν, intelligitur. Nam quæcunq; ei inſunt præterea, ea προσεῖναι, & nõ ſimpliciter ὑπάρχειν καὶ εἶναι, dici conſueuerunt. Diſtinguit illa Mens, tanquam principium quoddam principiorum: nec ratione priore quadam colliguntur, ut ſyllogiſtica concluſa. Quònam igitur modo quæſo definiens quidpiam, ſimul etiam monſtrabit? Definiens certè, nec demonſtrationem, nec inductionem ad definitionem adhibebit: cùm ſit aliud, demonſtratione aut inductione probare aliquid: & aliud, definiendo noſſe atque intelligere. Ac primùm, definiens nequaquam demonſtrando definiet, & Quid res ſit, explicabit: propterea quòd demonſtrator ſeu demonſtrans, ex conceſſis prius quibuſdam Eſſe manifeſtum efficiet, his exiſtentibus, ex neceſſitate ſubſequi aliud quiddam. Sed definitione non cognoſcitur, ἕτερόν τι εἶναι, ſed αὐτὸ τί ἐστιν: quocirca definiens, non etiam demonſtrabit. Quinetiam finiẽs,

ἐπείπερ

ἐπάγων nequaquam definiet: per ſingula nimirum colligēs καθόλου quoddam notum, ratione nimirum, qua nullum ſingulorum aliter ſit comparatum, quo poſſit per inſtantiam quandam καθόλου ipſum euerti. Sed hac argumenti forma, non quid ſit, quidpiam monſtratur: ſed quód aliquid ſit, uel non ſit, oſtendiť. Vt per accidentia propria, colligimus partes οὐσίας: ὅτι (ut Ariſtoteles inquit) ἔοικεν οὐ μόνον τὸ τί ἐστι, γνῶναι, χρήσιμον εἶν πρὸς τὸ θεωρῆσαι τὰς αἰτίας τῶν συμβεβηκότων ταῖς οὐσίαις, ἀλλὰ καὶ ἀνάπαλιν, τὰ συμβεβηκότα συμβάλλεται μέγα μέρος πρὸς τὸ εἰδῆσαι, τὸ τί ἐστιν. Et aliàs oſtendimus, ἐκ τῶν φαύλως γνωρίμων, ἡμῖν δὲ γνωριμωτέρων, τὰ ὅλως γνωστὰ γνωρίζεσθαι. Atq; id nimirum fit ἐπαγωγῇ, qua nō definimus, ſed colligimus partes definitionis. Vt quód Omnis homo ſit Animal, probatur, quia ſinguli homines ſentientes ſint, idcirco Omnem hominem eſſe animal. Omne autem quod ſentiat, animal eſſe, notum eſt inductione. Vt Hoc & hoc, & ſingula illa, ſunt prædita ſenſu. Hoc & hoc, & ſingula illa, ſunt animalia. Ergo, Quoduis animal eſt præditum ſenſu: aut, Quoduis ſenſu præditum, eſt animal. Ex quorum numero quum ſit etiam Homo, neceſſe erit, hominem quoque animal eſſe. Proinde ut ſyllogiſmus per medium ꝓbat, maius extremum ineſſe minori, ita inductio, per minus (quæ ſunt multa ſingularia) oſtendit Maius extremum ineſſe medio: autore Ariſtotele in prioribus Analyticis. Ex quo eſt euidens, neutra argumenti formula, quid ſit, ſed quód aliquid de aliquo prędicetur, colligi et cōcludi cōſueuiſſe. Duo ſunt iſti modi, quibus quòd aliquid ſit uerum, colligimus: ſed cōpoſitum uerum, ex prædicato & ſubiecto. Finitione autem, cùm intelligatur ſimplex, uerum & indiuiduum falſo: fieri nō pōt, ut definiens, ſimul mōſtret etiam aliquid his modis, quibus diuiduum percipitur uerum. Reſtant duo alij, ut uel ſenſu mōſtretur ueritas definitionis, uel digito. Tanta aūt quibuſdam uiſa eſt cognatio eſſe intelligentiæ cum ſenſu, ut idem eſſe putarent, ſentire & intelligere: ut liquet ex tertio de Anima libro Ariſtotelis. At definitionem, neq; ſenſionem eſſe, neque cum ea cōiūctum quiddam, ex eo cōſtat, quòd cauſa definitionis, res cognita nō ſit opinabilis, cùm propter ſenſionem tamen, ſit opinabilis. Eſt autem (ut Ariſtoteles inquit in Metaphyſicis) definitio, λόγος ἄυλος: cùm opinabiliū
Metaphy. ζ. rerum, & quæ ſentiuntur, ſit ἔνυλος. Ariſtoteles in Metaphyſicis, αἰσθητὸν nō cōprehendi ὁρισμῷ oſtendit, aut ἀφορίζει. Quæ argumenta, ſatis eſt in præſentia attigiſſe: quum nō ad ἀνάλυσιν, ſed ad primam philoſophiam tales diſputationes pertineant. At certius nihil noſcitur, quàm quod digito mōſtrať: quod omne loco & tempore eſt circumſcriptum & definitum, nō ſimpliciter, & ſeipſo definitū: quale nō poteſt eſſe, niſi καθόλου, & νοητόν. Nullus alius reſtat modus, quo poſſit ὁρισμὸς demōſtrabilis dici: quocirca fieri nequit, ut qua ratione mōſtretur, eâdem definiatur etiam quidpiam: & qua definitur, eâdem etiam mōſtretur. Quo par eſt intelligi, neq; ad διάνοιαν, neq; ad αἴσθησιν, ſed duntaxat ad νοῦν petinere definitionem: adminiculo tamen inferiorum facultatum mentem definitiones architectari: quandoquidem res quæ ſunt extra mentem, ſint menſura ueritatis & notitiarum, & nō cōtrà, mens noſtra nō ſit menſura rerum, ut uiſum Protagoræ fuit. Oſtendimus paulo antè, definientem nō etiā ſimul demōſtrare. Nunc cōſideremus rationes, propter quas qui definit, aliquo modo etiam mōſtret quidpiam eſſe. Nam Finitio, cùm ſit notitia rei uera, & nō ficta aut cōmentitia, qui poterit noſſe quidpiam cauſa finitionis, de quo quód ſit, atq; eſſe ipſum, exploratum non habuerit? Etenim cognitio, fundata eſt ueritate: ueritatis autem fundamentum eſt, Eſſe aliquid intelligere: quum non entis, nulla ſit notitia, ut eius quod coloratum non eſt, nullus eſt

lus eſt cõſpectus. Prius igitur eſſe, & ante omnia cõſtare nobis debet, quocunque rudimento, quàm uel quid, uel propter quid ſit, cognoſcatur. Deinde ꝓ uarietate cõditionum, quibus res Eſſe noſcitur, uarij quoq; ſunt modi cognoſcendi, ὥσθ' ἕκαστον, ὡς ἔχει τοῦ εἶναι, οὕτω καὶ τῆς ἀληθείας. Ergo, qui quid ſit homo noſcit: idem quoq; hominem Eſſe nõ ignorabit. Idem de cæteris ſentiendũ: quũ nulla ſit eius quod Non eſt, ipſum Eſſe, aut quòd ſit, notitia uera, ſed ficta tantum: qua nimirum nulla res ſignificata, ſed ſignificatio dũtaxat orationis quædam percipitur, & inane nomen. Vt uocabulo Tragelaphi, aut Centauri, nulla res uera, ſed tantum ficta ſignificatur: ac finitionibus earum non res (quæ nullæ ſunt) ſed duntaxat explicantur uocabula: quod genus uniuerſum, eſt Fabulis cõſecratum, nõ Scientijs. Ergo quid Centaurus ſit, neſcitur: quamuis quid uocabulo ſignificetur, nõ ſit ignotum. Quid ſit igitur ſimpliciter quidpiã niſi id ipſum Eſſe etiã conſtiterit, ignorabitur. Quamobrem, qui quid ſit, noſcet: idem etiam quòd ſit, ſimul cognoſcet. At ſimul quo pacto monſtrabitur, quid & quòd ſit, una atq; eadem ratione & oratione? An definitione & demonſtratione idem declaratur? Atqui non uidetur cõſentaneum, cùm ſit aliud noſſe hominem, Quid ſit: & aliud, noſſe ipſum Eſſe, & non fingi. Pręterea Demõſtratione quicquid oſtẽditur (ut alias diximus) neceſſe eſt ipſum mõſtrando quòd ſit, explicari & cognoſci, propter præmiſſas, præterquã ſi quod mõſtratur, fuerit οὐσία: quam hactenus, non poſſe colligi, aut demõſtrando cõcludi, ipſam propriam ſcilicet eſſe cuiuſdam definiti, multis planum fecimus argumẽtis. Aliud porrò eſt, ſimpliciter Eſſe, aut quòd ſit, probari ſyllogiſmo: & aliud, Eſſe ſimpliciter οὐσίαν, ſeu τί ἦν εἶναι, cõcludere. Vt (uerbi gratia) ſimpliciter Eſſe quidpiam, proprijs deprehendimus actionib. et paſſionibus, in Phyſicis: quibus nimirum uenamur ea ipſa quibus οὐσία definitur: quæ quòd ſit, colligi proprietatib. poteſt, ſed quòd ſit τί ἦν εἶναι, id ipſum ſyllogiſmo eſt indemõſtrabile. Nec ſi Eſſe ſimpliciter, noſcitur ſyllogiſmo, ob id ipſum, τί ἦν εἶναι, demõſtrabile quoq; ſyllogiſmo erit. Neq; idem ſunt, Eſſe & οὐσία, ſeu ſimpliciter εἶναι, & τί ἦν εἶναι. Nam ratione qua noſcitur Eſſe quidpiam, eâdem nõ etiam cognoſcitᷓ ipſius οὐσία: quãdoquidẽ unius dũtaxat ſit una οὐσία, & participari à nullo alio poſſit: quo fit, ut cõmune etiã nullũ, οὐσία rei poſſit dici, multo minus Eſſe & Ens ipſum, quod lõgè cõmuniſſimum eſt. Eius quod dicimus, teſtis eſt Ariſtoteles in Metaphyſicis, ita ſcribens: ἐπεὶ δὲ τὸ ἓν λέγεται, ὥσπερ καὶ τὸ ὄν, καὶ ἡ οὐσία ἡ τοῦ ἑνὸς μία, καὶ ὧν μία ἀριθμῷ, ἓν ἀριθμῷ. φανερὸν ὅτι οὔτε τὸ ἕν, οὔτε τὸ ὂν ἐνδέχεται οὐσίαν εἶναι τῶν πραγμάτων· ὥσπερ οὐδὲ τὸ στοιχείῳ εἶναι, ἢ ἀρχή. ἀλλὰ ζητοῦμεν, τίς οὖν ἡ ἀρχή, ἵνα εἰς γνωριμωτέραν ἀνάγωμεν. μᾶλλον μὲν οὖν τούτων οὐσία, τὸ ὂν καὶ ἕν, ἢ ἥ τε ἀρχὴ, καὶ τὸ στοιχεῖον, καὶ τὸ αἴτιον. οὔπω δὲ οὐδὲ ταῦτα· εἴπερ μηδ' ἄλλο κοινὸν μηδὲν, οὐσία. οὐδενὶ γὰρ ὑπάρχει ἡ οὐσία, ἀλλ' αὐτῇ γε, καὶ τῷ ἔχοντι αὐτὴν οὗ ἐστὶν οὐσία. Quod cõmune eſt, nõ ipſum eſſe, ſed in alio, & alterius pars intelligitur. At οὐσία, ſeparatum quiddam eſt ab omni alio, ſiue intelligatur ipſum per ſe ἄτομον εἶδος, ſiue habeatur à materia quadam, cõſtituens τὸ δέ τι, & ſenſile εἶδος. Etenim οὐσία, ipſa per ſe eſt, tertio modo, οὐχ' ἕτερόν τι οὖσα, ὅπερ ἐστὶν, μὴ καθ' ὑποκειμένου τινὸς λεγομένη. Quid ſi ὂν & εἶναι, ne genus quidẽ οὐσιῶν eſſe poteſt: quiſquam'ne erit, qui τὸ ὂν ſit habiturus, tanquam ſi ipſum eſſet τί ἦν εἶναι, aut οὐσία rerum? pertinent hæc quæ dicimus, ad Logicas rationes, nõ ad Metaphyſicum principium: quod, ut diuiniſſimum, unum Ens, omnia eſſe dicitur prorſus, ratione οὐσίας, ἀκοινώνητον & ἀμέθεκτον. Proinde uocabulum Entis nõ eſſe genus, ex eo perſpicitur, quòd ut homonymon, nõ modò de genere quouis, uerumetiam qualibet differentia prædicari ſolet. Quòd ſi genus eſſet, quum genus nullum ſit differẽtia, neceſſe

Metaphy. α. ἐλάττονι.

ὁμώνυμον ad multa eſt uocabulũ οὐσίας, autore Ariſtotele lib. δ. Metaphy.

Metaphy. ζ. circa finem.

erit nullam differentiam eſſe Ens: quare nec ſpecies erit, quæ cōſtituitur differentia: quod ſanè perabſurdum dictu eſt. Ratio eſt Ariſtotelis, quam affert libro β Metaphyſicæ, ad hunc ſcribens modum: ἀνάγκη μὲν τὰς διαφορὰς ἑκάστου γένους, καὶ εἶναι, καὶ μίαν εἶναι ἑκάστην. ἀδύνατον δὲ κατηγορεῖσθαι ἢ τὰ εἴδη τοῦ γένους (id eſt, logica εἴδη) ἄνευ τῶν οἰκείων διαφορῶν, ἢ τὸ γένος, ἄνευ τῶν αὐτοῦ εἰδῶν. ὥστ᾽ εἴπερ, τὸ ἕν, γένος: ἢ τὸ ὄν, οὐδεμία διαφορὰ: οὔτε τὸ ὄν, οὔτε τὸ ἓν ἔσται. Eſt præterea aliud quod-

Circa finem libri. dam Ariſtotelis, libro quarto Topicorum, argumentum: quo oſtendit, Ens ipſum nō poſſe pro genere uſurpari: quod cauſa breuitatis, in pręſentia omittendum putaui. Ex his quæ diximus, cōcludendum, quum demōſtratio omnis Eſſe aliquid probet, ipſum uerò Eſſe aut Ens, nullius ſit οὐσία: nō etiā probari demōſtratione, οὐσίαν quia οὐσία, ſed duntaxat quoad cauſa ipſius, Eſſe aliquid dicitur & cōcluditur, nō autem τί ἦν εἶναι noſcitur. Ergo, quòd nō quid ſit, noſcetur demōſtratione: cuius rei inde etiam cōiectura capi poteſt, quòd diſciplinæ conſtituendis Demōſtrationibus faciunt: quando nimirum inueſtiganda ueritate, prius quid uocabulo ſignificetur, definiunt, deinde rem illam ſignificatā quòd ſit, mōſtrant. Vt Geometra, primùm quid ſignificetur uocabulo Trianguli, ſumit & cōſtituit: deinde quòd ſit etiam, & quomodo Mathematicè ſit, oſtēdit: quū ſecretas ſpecies Mathematici cōſiderēt, nō ut Phyſici, cū materia cōcretas. Iā ſi ita res habent: quid quæſo mōſtrabit finiēs Quiditatē? Sed quod dicimus, id alio quodam refelli uidetur abſurdo poſſe. Nam ſi prius norit quiſpiam Triangulum finitione quid ſit, poterit interim fieri ut ignoret, utrum ſit: quod tamen à uero abhorret, quum Eſſe prius, quàm οὐσία rerum cognoſcatur. perfectior enim, poſterior eſt ſemper cognitio: ſed qui, quid Sit res noſcit, perfectius quàm qui Eſſe duntaxat eam intelligit, cognitā habet. Reſpōdemus, οὐσίας λόγον, poſteriorem eſſe quæſtionis (qua quæritur utrum ſit) reſponſo, ſed nō poſteriorem eſſe ὀνόματος λόγον. Sequenre libro, ad illa omnia reſpōdebimus, quorum iam ἀπορίας hoc toto libro ꝓpoſuimus: nunc iterum ad inſtitutum noſtrū me cōferam. Præterea, Quid & Quòd ſpecies ſit, etiā nunc in diſciplinis ſeparatæ ſunt notitiæ. Nam quòd nō demōſtrent definientes, liquet exemplo multarum definitionum, quas poni uidemus in diſciplinis: ut earum interim ratio nulla explicetur, quòd ſint uerę, aut quibus rebus definitis cōgruant: quæ propter materiam tamen nōnunquam ſunt cōfuſiſſimæ, ac nō ſemper ſit perſpicuū, utrum definitio, huic, an alij cuidam ſpeciei rerum quadret. Vt (uerbi gratia) cùm Anima ſit ἐντελέχεια, qua corpus organicum uiuit, ſentit, mouetur, intelligit: atq; id omnibus ſit euidēs, propter has energeas, quibus animatum diſtinguitur ab inanimato: tamen quid nam illud ſit in corpore, cui cōueniat hæc finitio, magna inter Phyſicos eſt cōtrouerſia. Nōnulli, quòd numerus ſit quidam talis ἐντελέχεια, dixerunt: alij, quòd calidum inſitum: alij, quòd craſis: quibus tamen omnibus falsò definitionem Animæ accōmodari, autor eſt Ariſtoteles libro primo de Anima, quem totum in explicatione huius quæſtionis cōſumit. Quod igitur definitio hæc, neq; accidentis, neq; materiæ corporis ſit propria, ſed formę, quę corpus nō ſit, corporis tamen οὐσίαν cōſtituat, & propriorum accidentium ſit cauſa: operoſius Ariſtoteles mōſtrat, eo quo dictum eſt libro de Anima: altius hoc loco nō repetenda, quum duntaxat exempli gratia proferantur. Veruntamen nō tam ſollicitè in omnibus quærimus, quid ſit illud, cui definitio cōgruat. Vt in Mathematicis perſpicuum eſt diſciplinis, hunc morem demōſtrādi habentibus, ut definientes quidpiam, ipſum tamen quòd huic uel illi, tanquam definito quadret, nequaquā mōſtrent interim. Nam ut minimè ſit du-

bium, cir-

bium, circuli hanc finitionem eſſe, quà dicuntur eius ex medio ductæ lineæ, inter ſe æquales: nō tamen cuius ſit circuli definitio dicitur, ſecreti ne, an cōcreti: & ſi cōcreti, utrum ærei, an ferrei, an creta depicti. Propter falſum tamē, ὅτι ἔστι, poſitum, Protagoras Mathematicorum demōſtrationes tāquam falſas coarguit: autore Ariſtotele, libro β. Metaphy. πθολίσα nimirum has figuras definiens. Neq; etiam ſi cuiuſdam propriè ſit, ex his cōmemoratis: ꝓpter quā cauſam ſit, nō liquet tamen. Horum nihil determinant, & προσδηλῶσι ſuis definitionibus Mathematici, dum quoduis ſimpliciter duntaxat, Quid ſit, explanant. Quo liquet etiam, eos nō mōſtrare, quòd uerè aliquid eſſe dicatur: ut q; æreus ſit (qui definitur circulus) aut nō æreus: aut quòd cogitatione ab omni materia ſecretus, & reuera Mathematicus. Neq; ſi ſit, oſtendunt utrū, aut quo pacto, ſecretus à materia Phyſica poſſit ſubſiſtere: quorum omnium ſunt rationes & cauſę quędam, quarum nullam tamen definiendo cōmemorant. Vt planè perſpicuum ſit, Finitionem nō cum demōſtratione ὅτι ἔστιν, eſſe cōiunctam, & finiri quidpiam: ut interim utrum reuera ſit aut non ſit, nulla ratione explicetur aut cōſtet. Verba Ariſtotelis, διὰ τὸ ἰδιωτὶς, ſunt nōnihil obſcuriora. εἰ γὰρ καὶ ἔστιν, εἰ τοῦ μέσου, ſic interpretari debemus: ut ſi finitio hæc ſit, nō tamen cōſtare adhuc, quodnam ſit definitum ipſum. Aut ſi cōſtet ſecretū circulum, eſſe definitum: nō tamen cōſtare, utrum poſſit ſeparari: & ſi ſeparetur, an ut idea quædam, an alio quodam modo ſit ſeparatus, ut ἐξ ἀφαιρέσεως, & qualis nam ille ſit. Sic autem proponuntur talium finitiones, ut ſemper, quāobrem certis quadrent definitis, quæri poſſit. Ergo hoc modo, & nō ſimpliciter qui definit, mōſtrabit ipſum Quid, ſeu quid uocabulo definiti ſignificetur: quòd nimirum ipſum reuera ſit aliquid, & nō fictum opinione quadam. Sed quòd hæc in Mathematicis, nō προσδηλῶσι τοῖς ὅροις, in cauſa eſt manifeſta ratio ſecretionis à materia Phyſica. Nō enim ut Phyſica forma in una & certa ineſt materia, & in ulla alia, ut anima hominis, in carnibus & oſſibus hac figura compoſitis & coagmentatis: ita quoq; Mathematicæ figuræ, certam quandam nequaquam informant materiam. Definiri autem nihil poteſt, niſi partibus eſſentiæ ſuę nihil alieni admixtū habeant: quod ut in Mathematicis facilimum, ita in Phyſicis difficillimū exiſtit. De his ſic ſcriptum reliquit Ariſtoteles: ἀπορεῖται δ' εἰκότως, καὶ ποῖα τοῦ εἴδους μέρη, καὶ ποῖα οὔ, ἀλλὰ τοῦ συνειλημμένου, καίτοι τούτου μὴ δήλου ὄντος, οὐκ ἔστιν ὁρίσασθαι ἕκαστον· τοῦ γὰρ καθόλου, καὶ τοῦ εἴδους ὁ ὁρισμός. ποῖα οὖν ἐστι τῶν μερῶν, ὡς ὕλη, καὶ ποῖα οὔ, ἐὰν μὴ ᾖ φανερά, οὐδὲ ὁ λόγος ἔσται φανερὸς ὁ τοῦ πράγματος. ὅσα μὲν οὖν φαίνεται ἐπιγιγνόμενα ἐφ' ἑτέρων τῷ εἴδει, οἷον κύκλος ἐν χαλκῷ, καὶ λίθῳ, καὶ ξύλῳ. ταῦτα μὲν οὖν δῆλα εἶναι δοκεῖ, ὅτι οὐδὲν τῆς τοῦ κύκλου οὐσίας ὁ χαλκός, οὐδ' ὁ λίθος, διὰ τὸ χωρίζεσθαι αὐτῶν. ὅσα δὲ μὴ ὁρᾶται χωριζόμενα, οὐδὲν μὲν κωλύει ὁμοίως ἔχειν τούτοις, ὥσπερ κἂν εἰ οἱ κύκλοι πάντες ἑωρῶντο χαλκοῖ. οὐδὲν γὰρ ἧττον ἦν ὁ χαλκὸς ἕτερον τοῦ εἴδους. χαλεπὸν δὲ ἀφελεῖν τοῦτο τῇ διανοίᾳ· οἷον, τὸ τοῦ ἀνθρώπου εἶδος ἀεὶ ἐν σαρξὶ φαίνεται, καὶ ὀστοῖς, καὶ τοῖς τοιούτοις μέρεσι. ἆρ' οὖν καὶ ἔστι μέρη ταῦτα τοῦ εἴδους καὶ τοῦ λόγου; ἢ οὔ, ἀλλ' ὕλη. ἀλλὰ διὰ τὸ μὴ καὶ ἐπ' ἄλλων ἐπιγίνεσθαι, ἀδυνατοῦμεν χωρίσαι. ἐπεὶ δὲ τοῦτο δοκεῖ ἐνδέχεσθαι, ἄδηλον δὲ πότε, ἀποροῦσί τινες ἤδη, καὶ ἐπὶ τοῦ κύκλου καὶ ἐπὶ τοῦ τριγώνου, ὡς οὐ προσῆκον γραμμαῖς ὁρίζεσθαι καὶ τῷ συνεχεῖ. ἀλλὰ ταῦτα πάντα ὁμοίως λέγεσθαι, ὡσανεὶ σάρκες, ἢ ὀστᾶ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ χαλκός, καὶ λίθος κύκλου, καὶ ἀνάγουσι πάντα εἰς τοὺς ἀριθμούς, καὶ γραμμῆς τὸν λόγον, τὸν τῶν δύο εἶναι φασί. καὶ τῶν τὰς ἰδέας λεγόντων, οἱ μὲν αὐτογραμμὴν, τὴν δυάδα, οἱ δὲ τὸ εἶδος τῆς γραμμῆς. ἔνια μὲν γὰρ εἶναι τὰ αὐτά, τὸ εἶδος. καὶ οὗ τὸ εἶδος, οἷον δυάδα, καὶ τὸ εἶδος δυάδος· ἐπὶ γραμμῆς δὲ οὐκ ἔτι. συμβαίνει δὴ ἕν τε πολλῶν εἶδος εἶναι, ὧν τὸ εἶδος φαίνεται ἕτερον· ὅπερ καὶ τοῖς Πυθαγορείοις συνέβαινε. καὶ ἐνδέχεται, ἓν πάντων ποιεῖν αὐτὸ εἶδος, τὰ δ' ἄλλα μὴ εἴδη. καί τοι οὕτως ἓν πάντα ἔσται. Metaphy. ζ.

Ex his perſpicitur, quàm nõ ſit expeditum uidere, quarum rerum definitarũ,
& quomodo habentium, ſint definitiones, & quæ definitiones, qualibus re-
bus congruant: cùm non utcunq; habentibus accommodari eas poſſe, con-
ſtet. Vt igitur ſua res definita cuiq; finitioni adhibeatur, curandum eſt: quod
monſtrando, ὅτι ἐστὶ, fit, non autem finiendo. Quòd ſi ita res habet (εἰ ἄρα, ſic
exponendum) omnino qui definit, monſtrat etiã hoc modo quo dictum eſt,
ipſum Quid: aut monſtrat, quid nam uocabulo ſignificetur. Aut ſi nullo mo-
do monſtretur Quiditas (quod Ariſtoteles his expreſſit uerbis: ἢ μὴ ἐστι μηδα-
μῶς τοῦ τί ἐστι: adijciendum, δεῖξις) definitio omnis nihil aliud erit, quàm ora-
tio explicãs ſignificationem nominis & uocabuli: qua ratione, quælibet etiã
oratio, pro definitione haberi poterit, ſiquidem unius uocabuli appellatione
perſtringatur: ut Iliados uel Odyſſeæ, uel Aeneidos: quorũ explicatio poe-
tica, definitio quoq; erit. Ac primùm, ſi conſtare de re, definientib. eam, non
eſt neceſſe, quid ipſa per ſe ſit ac ſimpliciter, ſed ſatis eſt utcunq; ſignificatio-
nem uoculæ exprimere, quid nam ea ſignificetur: profectò non modò ὄντων,
ſed etiam non ὄντων finitiones erunt, nempe infinitorum accidentium: quin-
etiam eorum quæ non ſunt omnino, nempe fictarum & fabuloſarum rerum
oratio, finitio erit, quandoquidem & harũ uocabula ſignificent aliquid, quod
oratione quadam poſſit explicari. Deniq; ſine exceptione omnes orationes
argumentũ nominis explicantes, habendæ pro finitionibus erunt, ut carmen
Iliados. Cuilibet enim orationi nomen aliquod imponere licet, ut pro Mar-
cello, Milone: quo fiet, ut quicquid loquimur, poſſit dici definitio, atq; om-
nes adeò nihil aliud quàm finitiones loquamur: quo nihil ne fingi quidẽ po-
teſt abſurdius Poſtremò nulla non ſcientia, res ipſas, & non uocabula intue-
tur, quas ſimul uult definiendo declarari & intelligi: nec monſtrat quid hoc
uel illud nomẽ ſignificet (niſi ſit interdum propter homonymiam ambiguũ)
ſed quæ res illo nomine, ratione οὐσίας, qua uerè eſt quod eſſe dicitur, ſignifica-
ri ſoleat. Quòd ſi præſertim illud curæ eſt Scientijs, quæ ſibi finitiones uendi
cant & aſſerũt: ſequit̃, ut nec finitiones magis uocabula, quàm res ipſas qua-
rum ſunt, & quòd ſint, & quomodo ſint comparatæ, ſimul explicare conen-
tur. Ex quo par eſt intelligi, cum finitione coniunctam eſſe, ὅτι ἐστὶ res defini-
ta, notitiam aliquo modo: de quo ſequente libro dicturi, huic finem
iam imponamus, quo ſatis ſuperq; de finitione
dubitatum exiſtimo.

DEMONSTRATIONVM
Liber XI.

QVum duo præcipua ſint, quibus uerè, ſimpliciter & exquiſitè quiduis cognoſcatur, Definitio nimirum, & Syllogiſmus: quarum illa, neq; affirmatur, neq; negaẽ quidpiam: hoc uerò, nempe ſyllogiſmo, eſſe aut non eſſe aliquid noſcitur, uerum aut falſum eſſe deprehẽdiẽ: quoad ſcilicet non ſeparatim ἄλλο, ſed quatenus de alio prædicari ſolet, cõſideratur. Initio quidem præcedentis libri oſtendimus, ꝓpriorum παθῶν eandem eſſe cognitionem, qua Quid, & qua Propter Quid ſint, percipiantur: quarum poſterior notitia, demonſtratur ſyllogiſmo. Poſtea ſecuta eſt hæc ἀπορία & dubitatio, utrũ idem ſecundum idem, pariter definitione ſciri poſſit, & demõſtratione. Multis argumentis in utramque partem, propoſitum eſt agitatum: ut ex his cõcludi & colligi aliud nihil poſſit, quàm quodam modo quorundam definitionẽ & demonſtrationem eſſe eandem, & quodam nequaquam poſſe pro eiſdem haberi, ſed eſſe diuerſam definitionem & demõſtrationem rei. Nõ ergo omnino idem ſunt, Definitio & Syllogiſmus: neque omnino eiuſdem ſunt, Syllogiſmus & Definitio. Ad hæc oſtenſum quoq; fuit, Definitionem nihil neq; demonſtrare, neq; utcunq; mõſtrare: & præterea Quid res ſit, neq; ſola finitione, neq; ſola demõſtratione poſſe ſemper cognoſci: ut utriſq; quodammodo cõiunctis, opus interdum eſſe uideatur. Cõſiderandum itaq;, quid nã horum appoſitè aut ſecus, dictum aut diſputatum fuerit: ac primum, quid Definitio ſit: deinde, utrum aliquo modo definitionis poſſit eſſe demonſtratio, an uerò nequaquam eſſe poſſit. Rem (quæ habeat cauſam) idem eſt, perceptam habere quid ipſa ſit, & ſi ſit, per cauſam habere ipſam exploratam. Vt perinde nouit, qui Ecclipſis quid ſit, cognoſcit: atq; is, qui propter quam cauſam Ecclipſis exiſtat, perceptum habet. Item qui, quid Phrenitis, quid Apoplexia, quid Ira: atque is, qui quibus hæc omnia cauſis ſubſiſtant, intellexerit. Sic definiuntur & demõſtrantur ſymptomata propria, per cauſas ſuas, implicantes ſubiectum cui primò inſunt, præcognita finitione nominis eius, cuius definitionem cõſtituunt, cauſam explicando, quæ medij locum in demõſtratione obtineat. Vt quòd Apoplexia ſit priuatio ſenſus & motus, cum difficultate ſpirandi, cauſa Apoplexiæ oſtenditur, & eâdem definitur etiam. Minus extremum eſt, Apoplexia: Maius extremum, finitio ipſius nominis. Medium eſt cauſa, qua demõſtratur, & perfectè etiam definitur Apoplexia. At ſubiectum ſi fuerit, non uocabulum proprij cuiuſdam πάθους, ſed οὐσία quædam, definitio nimirum eiuſdem, pro medio adhibenda: qua definitione, eſſentia ſubiecti, quid ſit, intelligitur. Vt qui proprietates animati corporis mõſtrare conatur, finitione corporis animati nimirum eas demõſtrabit. Sed cùm eius duæ ſint cauſæ, Materia ſcilicet, quæ eſt Corpus Phyſicum, organicũ, & præterea forma & ἐντελέχεια ipſius, quæ eſt Anima: nõ ſine utriuſq; finitione, quid ſit animatũ corpus, intelligetur: quibus ad demõſtrandum adhibitis, quæuis propria πάθη corporis animati demonſtrare ſolent Phyſici. Haud longè ſecus etiam in Mathematicis, propria mõſtrãtur finitionibus ſubiectorum. Nam propriè triangulo, ſine definitione, & partibus definitionis trianguli quicquam

ineſſe, poteſt demõſtrari nequaquã. Neq; circulo, cauſa trianguli: aut triangulo, cauſa circuli, ſine utriuſq; definitionibus, proprietates ineſſe monſtrantur: quod demõſtrationibus taliũ ſubiectorũ euidens eſt, & quia proprietas etiã nulla, abſq; ſubiecto ſuo uernaculo explicat̃. Deinde, ſi quæ demõſtrationes etiã adhibentur aliorũ ſubiectorũ (poſteriores enim, priorũ adminiculis ſuffulciuntur) fieri non poteſt, quin partes definitionis poſterioris ſubiecti, ſint aut ſpecies quædam priorum ſubiectorum, de quibus generatim eſt aliquid demõſtratum: aut ut tanquam priorum quorundam ſubiecta, ſpecie poſteriorum limitentur ſubiectorum. Vt (uerbi gratia) quando parallelo linea, diuiſo externo trianguli angulo, mõſtratur angulus is externus, duobus oppoſitis æqualis eſſe: niſi limitetur parallelos linea hoc modo, ut dicatur reſpectu unius, ex tribus lineis trianguli parallelos talis eſſe. Et anguli præterea externi partes, niſi definiantur relatione ad angulos duos trianguli oppoſitos (quę iam cõmemorata omnia, ſunt partes partium definitionis trianguli) demonſtratio proprietatis trianguli nequaquam colligetur. Et quod hoc exemplo diximus fieri, idem intelligi debet de reliquis. In his itaq;, ſubiecti οὐσίας definitio diligenter cõſtituenda, præſertim in Phyſicis, ut φαινομένων ratio poſſit cõgruens rebus aſſignari. Fieri enim nõ poteſt, ut male definitis rebus, ueræ adhibeant̃ demõſtrationes: quod errorib. Phyſicorũ, atq; adeò omniũ diſciplinarũ perſpicit̃. Neq; alia mihi uidet̃ eſſe cauſa, propter quã Iuris ciuilis ſtudiũ tã ſit perplexũ, ꝙ id ipſum, quod ipſi queruntur quũ dicunt, omnem in Iure definitionem eſſe periculoſam & lubricam Qua ex parte nõ poteſt eſſe iuris artificioſa tractatio, nedũ demõſtratiões eius eſſe poſſint: ſed de his leguleij uiderint, utrũ nauigio Dialecticę artis ex hoc pelago opinionũ poſſint enauigare. Quòd porrò coincidũt ratio Quiditatis, & præterea Quòd aliquid ſit, nulla alia eſt cauſa, quàm quia Cauſa quædam eius eſt, quod hoc modo finitur & mõſtratur. Effectus porrò quidam, ipſi per ſe cõſiderantur: ut ſi quid Ira, quid Phrenitis, quid Lethargus, quoad uocabula ſunt ſymptomatũ, cõſiderantur, quæ ſunt neceſſariò in ſubiecto quodam: quorum tamen cauſa non ſit definitio ſubiecti, ſed accidens ſeu πάθος quoddam, implicans ſua finitione ἐκ προσθέσεως ſubiectum. Symptoma notum eſt Lethargus, λόγῳ ὀνόματος, quòd ſit obliuio omnium rerum ſtupida, cum febri iuncta. Eius medium ſeu cauſa nõ eſt, primo modo per ſe, inhærens ſubiecto, ut cerebro: ſed ſecundo modo per ſe ei ineſt, cùm ſit λήθαργος, ex numero συνδεδυασμένων: cuiuſmodi ſunt omnia illa paulo antè commemorata uocabula, & alia innumera, quibus aliquid in aliquo ſignificatur: quæ ut ὀργὰ, ita quoq; ἀναπόδεικτα ſunt ſuis cauſis. Quandoquidem autem ſubiectis ſuis illa inſint nõ per ſe, ſed temporis cauſa, & ſecundum accidens (tametſi ſubiecta his πάθεσι ratiõe finitionis nihilominus per ſe inſunt) non ſunt demonſtrabilia ſcilicet de ſuis ſubiectis πάθη huiuſmodi: ut de cerebro, Lethargus: aut Ira, de corde: aut Ecclipſis, de Luna: cùm ſubiecta demonſtrationum, ſint καθόλου & ἀντιστρέφοντα, nõ autem ἀναστρέφοντα: quæ (ut dixi) non per ſe, ſed temporis & loci gratia, ſubiectis inhærent: quo nomine pro accidentibus, & quorum ſcientia non poſſit eſſe, numerantur. Alia uerò ſunt cum ſubiectis propria ἀντιστρέφοντα & demonſtrabilia, quorum medium eſt definitio ſubiecti, quæ prorſus idem ſunt, & ad numerum: ſiquidem (autore Ariſtotele in ſeptimo Topicorum libro) definitum & definitio, ſint ſimpliciter idẽ, & numero: quoniam hac oratione, ipſum dicitur eſſe ipſum, & nõ aliud quod ratione diſcrepet: ut ſi homo intelligatur eſſe homo, & nõ albus, aut capax diſciplinæ. Ex his quæ diximus, concludendum, ſubiectum

demonſtrationis

demonſtrationis aut uſian eſſe quandam, id eſt ſpeciem, quæ ipſa per ſe & ſeparatim, abſq; aliquo ſubiecto finiatur: aut eſſe accidens cum quodam ſubiecto cōcretum, quale ſolet exprimi hoc uocabulorum genere, quod ab Ariſtotele appellatur συνδεδυασμένον. Ac ſimpliciter nequaquam, uerùm ἐκ προσθέσεως, finiuntur huiuſmodi uocabulis ſignificatæ res. Vtriuſq; generis exempla, paulo antè adſcripſimus: quibus iam repetitis, nihil opus eſſe uideo. Proinde πάθος omne proprium, cauſa & ſubiecto quodam definitur & mōſtrat̄. Sed aliàs, quòd pro cauſa ſeu medio ſyllogiſmi ponitur, definitio perfecta eſt ſubiecti illius, in quo primo ineſt πάθος. Aliàs definitio, ipſius eſt πάθους quod demōſtratur, nō autem ſubiecti, in quo primo inhæret: quæ reſpectu ſubiecti, nō τὸ αὐτὸ, ſed aliud quiddam dicitur. Etenim & Idem, & Aliud, mediū ſeu cauſam eſſe, reſpectu ſubiecti, in quo primo πάθος ineſt, interpretari debemus. Quo reſpiciens, dixit etiam hoc loco Ariſtoteles: ὅτι δεῖ τὸ αἴτιον, καὶ τοῦτο, ἢ τὸ αὐτὸ, ἢ ἄλλο. Sed hæc quomodo ſint intelligenda, prius fuit dictum. Deinde pergit, diuidendo cauſas, quoad his non quid ſubiectum, ſed quid πάθος ſit, definitur. Si cauſa, inquit, nō ipſum ſit ſubiectum, ſed aliud quiddam: tum id cuius cauſa eſt, uel eſt ἀποδεικτὸν, uel ἀναπόδεικτον. Namq; id, cuius cauſa nihil aliud eſt quàm finitio ſubiecti, ſemper eius tanquam ἀποδείκτου cuiuſdam, cauſa exiſtit. Sed quando cauſa nō fuerit finitio ſubiecti, quorundam id cuius eſt cauſa, demōſtrabile erit, πάθος quorundam indemōſtrabile. Primorum Axiomatum propria, limitata cauſis, indemōſtrabilia ſunt. Etenim ſine cauſis propriè nō intelliguntur ineſſe ſubiectis ſuis, axiomatū & primarum propoſitionum πάθη. Vt, Eſſe maius ſua parte, quantitati ineſt, quia totum quiddam, nō quia quantitas. Et omni corpori, ut poſſit moueri deorſum, hac cauſa qua eſt graue, propriè accidit, nō qua corpus. Et poſſe iuſtè agere, homini, non quia homo, ſed quia iuſtus. Et animali propriè accidit, ut iuſta agat, non quia animal, ſed quia præditum ui mentis & intelligentia. Notum eſt, huiuſmodi propria neq; ſolere, neq; poſſe demōſtrari, quum nō niſi cauſa limitatis ſubiectis quibuſdam inhæreant. Quòd ſi cauſa fuerit, aliud & diuerſum quiddam, nec cauſa definitio ipſa fuerit ſubiecti, in quo ineſt demonſtrandum πάθος: cauſa nimirum hæc, medium demōſtrationis erit ex neceſſitate, & in Prima figura, modo καθόλου, & affirmante item concludetur propoſitum. Vt (uerbi gratia) ad demōſtrādum, Ecclipſin propriè accidere Lunæ, adhibet̄ cauſa & mediū: quòd definitio nequaquā ſit Lunæ, ſed definitio ſit affectæ aliquo modo Lunæ, ut Lunæ deficientis: cuius definitio eſt, priuatio alieni luminis, quod habet Luna à Sole, quādo eſt plena. Quæ definitio eſt ὀνόματος iſtius affectionis Lunæ: alioqui de Luna, nō limitata hoc nomine & determinatione ꝓprij πάθους, λόγος ὀνόματος nequit de ipſa καθόλου aut prędicari, aut demōſtrari. Ariſtoteles ſubinde demōſtratiōis ponit hoſce tres terminos: Lunā, interpoſitū terrę, Ecclipſin: ꝓ Subiecto, Medio, & Prædicato ſubiecti, q̄d eſt maius extremū. Non ꝙ Luna per ſe ſubiectū ſit, ſed quatenus affectione quadā limitatū: cuius definitio ὀνόματος, nēpe maius extremū, nō exprimitur, ſed ſignificat̄ uocabulo Ecclipſis: qua ꝙ ſit Ecclipſis intelligitur, & aliquo modo, uulgari ſcilicet & communi, Quid ſit etiam noſcitur. Breuitatis autem ſtudioſus Ariſtoteles, & alioqui πάρεργος ponēs exempla, hac utitur aſſignatione terminorum: ut etiam horum, quando ponit demōſtrationis Tonitru ſubiectum, Nubem: Medium, extinctionem ignis in nube: Maius extremum, Sonitum in nubib. Non enim de nube monſtratur, quòd ei ſonitus inſit, quia nubes: ſed quia nubes tonitru prædita. Cuius λόγος ὀνόματος eſt, non tonitru, ſed ſonus in nubi-

Metaphy. ʒ.

 bus certo

bus certo quodam modo editus,qui poſtea explicatur cauſa. Eadem eſt ratio omnium συνδεδυασμένων uocabulorũ, de quibus dictum eſt paulo antè:quorum finitio duplex eſt. Vna uulgaris,nempe ὀνόματος,ſeu ὀνοματικός. Altera uerò ἀπόδειξις,quæ cauſa & medio demonſtrationis exprimitur. Subiectũ autem,ſeu Definitum ἐκ προσθέσεως,eſt res,propria quadam affectione limitata: etiam ſi affectio hæc non ſit cum ſubiecto ἀντίστροφος, nihilominus eâdem limitatum ſubiectum,cum medio & maiore extremo,ἀντίστροφον erit. Sũt enim & medium & maius extremum,finitiones ſubiecti quadam affectione limitati,utriſq; proprium πάθος definientibus: quorum illud ἀπόδειξις, hoc ὀνόματος λόγος exiſtit,ipſi inter ſe,& cum ſubiecto ſunt reciproci λόγοι. Atque is unus eſt modus, quo poteſt definitio dici demonſtrabilis per aliam definitionem. Quod his intelligi uerbis uoluit Ariſtoteles: ὡς μὲν δὴ τρόπος ἂν εἴη ὁ νῦν εἰρημένος, τὸ δι' ἄλλου (τί ἐστιν ὑπάρχοντος) τὸ τί ἐστιν δείκνυσθαι. Talium demõſtrationum,concluſiones ſunt finitiones ſubiectorum ὀνοματώδεις. Media, ſunt finitiones ἀποδείξεις. Quod ipſum his uerbis expreſſit Ariſtoteles: τῶν τε γὰρ τί ἐστιν (ἀποδεικτῶν) ἀνάγκη τὸ μέσον εἶναι τί ἐστιν, καὶ τῶν ἰδίων ἴδιον. In talibus Syllogiſmis & medius terminus,& maius extremum propriè dicũtur de ſubiecto: ita tamen,ut medium propriè prius ſubiecto, nempe ἀποδείξεως λόγος, quàm eidẽ maius extremum,quod eſt ὀνοματικὸς λόγος,ineſſe,ſyllogiſmo inferatur atq; concludatur.Et quia medium & maius extremum, propria ſunt eiuſdem ſubiecti,ita ut unum, reſpectu alterius,ſeſe habeat ut cauſa & effectus: hac ratione, in tali ſyllogiſmo,proprium eſſe proprij,nõ iniuriâ dicetur: id eſt,propria cauſa proprij effectus,nempe ἰδίων ἰδίου αἴτιον. Nam cauſa non ſemper eſt proprietas ſubiecti,tametſi ſemper definitio ſit in demonſtrationibus,ſed eſt nõnunquam definitio abſoluti ſubiecti: qua non proprietas, ſed abſoluta eſſentia & οὐσία ſignificatur:cuius definitione, proprietatem demõſtrari, iam antea fuit dictum. Tali ſyllogiſmo,definitione demonſtramus quidem proprietatẽ, ſed definitionem tamen non demonſtramus: cùm proprietas hæc, definitio non ſit οὐσίας & abſoluti ſubiecti:ſed de his poſtea, & ſuo loco plura ſumus dicturi. Vnus eſt modus ergo,quo demonſtrabilis finitio,alia finitione dicitur: cuius nos interpretationem anticipauimus,ut nihil haberẽt obſcuritatis quæ dicuntur hoc loco ab Ariſtotele:quæ tamen poſterius ipſe,quomodo ſint cõparata, eadem qua nos,explicatione docebit. Ex his perſpicuum eſt,nullum alium modum eſſe demonſtrationis, quo demonſtrari definitio per definitionem aliam queat. Quanquam nihil uetat, quo minus definitione definitionis ſyllogiſmo concludamus definitionem: demõſtratio tamen, ſyllogiſmus talis nequaquam erit, ſed duntaxat ſyllogiſmus logicus, dialectico argumento & communi coagmentatus:qui qualis ſit,præcedente libro docuimus. Vnam autem eandemq; rẽ, definitione definitionis colligere poterimus, ſyllogiſmo utentes: quorum tamen hic,demonſtratio:ille uerò, dialecticus,& non demonſtratio,appellari debeat. Supereſt ut explicemus, quónam modo cõtingat finitione demonſtrari finitionem:de quo dicturi,tale rurſus diſputationis noſtræ inſtituamus exordium. Propria ſunt ἀντίστροφα, quæ ſuis ſubiectis demõſtrantur ineſſe,per definitiones ſubiectorum: de quibus proprijs,prius conſtare quòd ſint,oportet,deinde propter quid ſint, demonſtrare. Sed ἀντίστροφα, & nõ ſimpliciter reciproca propria,ſunt uocabula propriorum παθῶν quæ per ſe ſubiectis inſunt quidem, ſed hac ratione, qua ſubiecta in illorũ includuntur finitionibus: καθόλου tamen non omni inſunt ſubiecto, tametſi omni ipſi τῷ πάθει ἰδίῳ,ſubiectum inſit:qua ratione de ipſo etiam(quoad eſt συνει-

λημμένον

λαμβανομένου τοῦ πάθους) καθόλου effertur λόγος ὀνόματος, quem tamen non liceat καθόλου, & in uniuerſum, de ſubiecto ſeparato ꝓnunciare. In hoc genere ſyllogiſmorum nihil aliud reperias, quàm finitionem & definitum: cuius quęſtio prima eſt, an ſit: altera, quid ſit. Sed proprij ἀντιστρέφοντος, quæſtio definitionis non eſt: quum proprium ſubiecti in ſyllogiſmo, definitio non ſit, ſed duntaxat proprietatis, quæ non etiam definitio ſit eius de quo monſtratur: de qua proprietate primum Quòd ſit, notum eſſe oportet: deinde, propter quã cauſam inſit, indagandum. Vt, quòd caduca corpora fatigentur, & cõtinuas perpetuasq́ energeas pręſtare nequeant, prius inductione notum eſt, quàm demõſtratione cauſa ipſius proprietatis explicetur. In nõnullis ſimul ambę ſunt cõiunctæ notitiæ: ut quòd, & propter quid, Triangulus habeat tres duobus rectis æquales angulos. Sed fieri nullo modo põt, ut propter quid, cauſa prius cognita, quòd ſit quidpiam, poſterius alio quodam argumento fiat exploratum & cognitum. Idem uſuuenit in quæſtionibus An Sit, & Quid ſit: quoniam uel ſimul explicantur, uel prius An Sit, quàm Quid ſit, intelligi conſueuit: ſed anticipari nõ poteſt, Quid ſimpliciter ſit. Si ſimul ueniunt ſub ſenſum φαινόμενα & cauſæ, tum utrumq; ſimul cognoſcitur: aut ſi una & eadem demõſtratione explicantur, ut Mathematica propria, quæ ſimul ac διότι demõſtrata fuerint, ſubiectis etiam ineſſe cognoſcuntur. In Phyſicis, plerumque notitia φαινομένων, ὅτι δὲ præcedit: deinde, propter quid, indagatur & explicatũ cauſis. Sunt autem pleraq; φαινόμενα, propria ἀντίστροφα, & uocabula συνδεδυασμένα, ut diximus: quorum demonſtrationes ſunt tales, ut poſſint conformari in definitiones ἐκ προσθέσεως, ut eiſdem reb. & cauſis, propter quid, & etiã quid ſint comprehendi queant. At prius quòd ſint, pleraq; quàm quid ſint, aut propter quid, cognoſcuntur. Vtrum enim ſint, percipiuntur ſenſu, et explicantur λόγῳ ὀνόματος, quales uulgo ſunt noti λόγοι: ut Tonitru quum dicimus eſſe in nubibus ſonitum: & Ecclipſin, eſſe defectionem luminis Lunæ: & Febrim, eſſe intemperiem calidam per uniuerſum corpus diffuſam. Periculoſus eſt error, ſi talia ne Eſſe quidem ritè cognoſcantur: qua ignorantia quid poteſt eſſe turpius? namq; (ut prouerbio Græcorum dici ſolet) τίς γὰρ ἂν τὴν θύραν ἁμάρτοι; Nemo enim ferę eſt omnium, qui quid uocabulis rerum ſignificetur, nõ intelligat. Et co ntingit tamen nonnunquam toto (ut dicitur) cœlo in cognitione aberrari rerum definiendarum aut demonſtrandarum: ut ſi eas accidentis cuiuſdam ratione, quid ſint, γνωρισματικῷ λόγῳ contingat intelligi: quoniam Eſſe eas, per ſe & uera ratione quadam adumbratas, cognoſci oportet, non aliquo quod ipſis accidat, & quod ipſæ nullo modo dici poſſint Eſſe. Verbi gratia, quædam exempla ſubijciemus, quibus, εἰ δεῖ, quomodo definiri ſoleat accidente, perſpectum nobis euadat. Agens, ſic finitur λόγῳ ὀνόματος, ut ſit præditum energia, qua aliud quiddam efficiatur. Quòd ſi quis ita finirit, ut ſit quod exiſtat qualitatibus ſuis ſimile eius quod ab ipſo generetur: Eſſe Agentis, non niſi ſecundum accidens expreſſerit. Finitione hac, Galenus oſtendere conatus eſt, carnem iocinoris, primariam eſſe cauſam αἱματοποιητικὴν, & nõ uenoſum genus. Sed quis non uidet accidere id Agenti, ut patiẽti & effectui, aſſimiletur certis qualitatibus nonnũquam? Quare qui ita finiat Agens, non niſi ſecundum accidens ipſum Eſſe intelliget. Simili errore conflictabitur, qui Febris εἰ δεῖ quæſtionem, ratione horroris quo contremiſcat uniuerſum corpus, explicare conetur. Accidit enim febri, horroris ſymptoma: quũ ſint quędam omnino expertes horroris, ut cõtinuæ. Item Fami accidit, indigẽtia nutrimenti: quum ſint nõnulli indigentes nutrimẽto, qui tamẽ famelici nõ ſunt.

Quare Fa-

Quare Famem eſſe, hac ratione nõ intelligemus: ſed hac qua dicitur, Eſſe ſenſus indigentiæ triſtis. Haud lõgè ſecus, per accidens Fœlicitas eſſe intelligit̃, ſi dicatur eſſe Virtus animi. Nam qua eſt uirtus, cõtingit eſſe Fœlicitatẽ: quæ nimirũ energia eſt uirtutis, & accidẽs quoddã. Eodẽ modo definiẽda phrenitis nõ eſt, magno & raro ſpiritu: cùm ſymptoma illud ſit nõ perpetuũ, ſed accidat nõnunq̃ phreneticis: autore Galeno, libro tertio περὶ δυσπνοίας. Innumera ſunt huiuſmodi, quorũ λόγοι ὀνόματος, accidẽte quodã adũbrati, quo minus quid & propter quid ſint, apprehẽdi poſſint, nos impediunt. Circũſpiciendũ itaq; diligẽter, ut nõ per accidẽs Eſſe, res definiendas arripiamus: cùm eñ hec ſit pars λόγου οὐσιώδους, præſtruimus nobis aditũ (quo perueniendũ ad perfectã rerũ cognitionẽ) iacto falſæ definitionis τοῦ ὀνόματος, fundamẽto. Populares ſunt eiuſmodi, & plerũq; uulgo notæ definitiones Nominũ, quib. pars quædã perfectæ & οὐσιώδους λόγου apprehendit̃ τοῦ αὐτοῦ πράγματος: cùm accidens, pars nõ ſit αὐτοῦ πράγματος ſeu αὐτοῦ ὄντος. Primũ illud rudimentum eſt, & (ut dixi) perfectæ notitiæ fundamentũ. Vt ſi noſcit̃ Tonitru, ſonitus quidã eſſe nubium: & Ecclipſis, priuatio luminis: & Homo, quando noſcit̃, eſſe quoddam animal: & Anima, quando percipitur, ipſum ſeſe mouens quidpiam eſſe. Reliquæ partes, huic quaſi fundamento οὐσίας, exquiſitione ſcientiæ deinceps ſuperſtruuntur. Ab accidente igitur cauendum diximus. Sed qui fit, ut quum accidat Animæ, ut ipſam ſeſe moueat (nam mouendo corpus, ipſa quoq; ſeſe mouet, quum per ſe ſit immobilis: & autore Ariſtotele, nihil ſemetipſum mouere primò & per ſe queat) nihilominus eius hoc loco, tanquam uera nominis ab Ariſtotele definitio proponatur: quũ tamen accidente, nõ finiri quidpiam oportere, fuerit dictum paulo antè? Sæpe dixi, quæ exempli cauſa ponantur ab Ariſtotele, non ſemper ita accipienda eſſe, tanquam uel ipſius placita, aut ſi ab alijs probata ſint, tanquam ſimpliciter uera. Platonis hæc eſt, & Xenocratis finitio ὀνόματος Animæ, qua dicunt ipſam eſſe quiddam ſeſe mouens. Nec uidetur aliquid notius & popularius poſſe de eſſentia Animæ dici, quàm definitio hæc: quæ quia uidetur pleriſq;, inter reliquas etiam pro uera poſuit eã hoc loco Ariſtoteles. Aliorum exemplorũ nulla eſt reprehẽſio. Nõ obuia quæq; arripienda, ſed diligenter conſiderandum, num quod uideatur eſſe, idipſum reuera etiam ſit: ut multa uidentur, quæ tamen id non ſunt, quod uidentur eſſe: nec aliud ſunt accidentia (ut ait Ariſtoteles) quàm φαινόμενα ὄντα. Vt ſi quis Hominem, nihil aliud exiſtimet eſſe, quàm Figuram humanã, ut uiſum Democrito fuit: nunquam quid uerè homo ſit, cognitum habebit. Aut qui putabit, οὐσίαν rerum nihil aliud eſſe, quàm κρᾶσιν cuiuſq; ꝓpriam: toto genere cognoſcendę rei aberrabit, cui generi ſimiles deinceps differentias attexi oportebit. Nõ ſine cauſa igitur monet Plato, ut diligenter, ne à principio erremus, prouideat̃, ita ſcribẽs in Cratylo: δεῖ δὴ περὶ τῆς ἀρχῆς παντὸς πράγματος, παντὶ ἀνδρὶ τὸν πολὺν λόγον εἶναι, καὶ τὴν πολλὴν σκέψιν, εἴτε ὀρθῶς, εἴτε μὴ, ὑπόκειται. ἐκείνης δὲ ἐξετασθείσης ἱκανῶς, τὰ λοιπὰ φαίνεσθαι ἐκείνῃ ἑπόμενα. Niſi ergo in finitione nominis habeatur aliquid αὐτοῦ πράγματος, eius etiam deinceps reliquarum partium nulla habebitur, quæ ad ipſius οὐσίαν finiendam pertinebunt: τότε δ' αἴτιον, ὅτι ἡ ἀρχὴ δυνάμει μείζων, ἢ μεγέθει. Non enim falſo principio, tanquam fundamento, uera ſuperſtrui poſſunt. Illo nãq; falſo principio, quod cõſtituetur totum ex neceſſitate falſum erit: nõ autem ſi fuerit uerum, quocũq; falſo addito, ob id quod poſtea conficitur, ex neceſſitate etiã uerum erit: cùm irrepere omnino aliquid poſſit falſi, unoq; falſo, totam οὐσίαν falſam eſſe oporteat. De omnibus autem partibus οὐσίας, quòd ſint, cõſtare neceſſe eſt: quoniã

incognito,

incognito, τί ἐστιν, quid res ſit, nullo modo poteſt percipi. Non enim licet fingere aliquid eſſe in definitionibus, ut in fabulis. Quamobrem niſi de omnibus partibus definitionis conſtiterit, quòd ſint, & niſi omnes ſint aggregatæ: tota nulla erit neq; definitio, neq; demonſtratio: quum ambæ ſint perfectũ, & conſummatum quiddam omnibus partib. & numeris. Excludēda igitur & arcenda accidentia, quorum cauſa nõ uerè aliquid eſt, ſed uidetur eſſe. Quòd autē uerè quidpiam ſit, aliàs noſcimus ἐπαγωγῇ, aliàs uerò ſyllogiſmo: ſic enim colligi partes definitionum & demõſtrationum ſolent, de quo dictum aliàs fuit. Primum qui ratione tantum accidētis quidpiam eſſe intelligit, nihil habebit, quo rei quiditatem habeat cognitam: cùm accidens ſit extra quiditatē, qua αὐτὸ πρᾶγμα intelligitur. Qualis eſt error uulgò Medicorum, quum genus dicunt non modò ſubiectum eſſe Febris, calorem naturalem, mutatum in flagrantiam igneam. Accidit nonnunquam ſubiecto, ut rationem etiam habeat generis: ut ſonus, nõ modò ſubiectũ eſt uocis, ſed etiã genus. At calor naturalis ſeu natiuus, ſubiectũ quidem eſt, ſed genus tamē febris eſſe nequit, ac de febri, non niſi ſecundum accidens prædicat̃: quoad nimirũ intemperies calida morbida totius, per ſe (quæ calido natiuo accidit) tanquam genus de febri prædicatur. Huius itaque, ut generis, igneus ardor nequit eſſe differentia: quamobrem tota nulla eſt definitio hæc, & Quiditas: neque etiam cauſis demonſtrabilis eſt, cùm eius quod non eſt, nullæ poſſint eſſe cauſæ. Proinde quòd calor natiuus non poſſit eſſe genus, ſed tantum ſit ſubiectum febris, multis euidens eſt argumentis, atq; in primis hoc, quòd febris genus eſt morbus: de quo tamen calor natiuus, ut genus, nõ prędicatur: neq; etiam morbidum & ſanum, de calore illo, ut differentiæ, ſed ut accidentia quædam prędicãtur. Differentiæ autem nõ ita ſe habent, ut perempta differētia, genus idem numero maneat. Quoniam οὐσία cuiuſq; rei, aut tota ſimul naſcitur, aut tota ſecundum omnes partes interit: nec diuidua, ut ſæpe diximus, eſſe põt. Sed cõtrarijs accidentibus, idem numero ſubiectum diuiduum eſſe, conſtat inter omnes. Deinde calor natiuus, aliàs differentia materiæ eſt ſimilariũ partium corporis animati: nempe craſis ipſius quædam, gratia cuius ſubijcit̃ corpus animationi. Aliàs ſignificatur eo qualitas quædam patibilis, quæ tertiæ ſpeciei ſit generis qualitatis: qua ratione dicitur magis aut minus, calidum natiuum. Neutrum horum eſt febris, quum in genere ſit habitus. Morbus enim & ſanitas, neq; οὐσία ſunt ſubiecti, neq; patibiles qualitates: ſed habitus quidã in οὐσίᾳ corporis animati, propter accidentia, quæ exuperantia aut defectu quodam participant. His atq; ſimilibus rationibus perſpicitur, calorem natiuum, genus non eſſe, ſed duntaxat ſubiectũ febris: & accidente deceptos medicos, eundem calorem pro genere febris poſuiſſe. Nec ſi quando ſic loquitur Galenus, ut febrim dicat ἔμφυτον θερμὸν (mutatum in igneum ardorem) pro genere, ſed pro ſubiecto uſurpauit ἔμφυτον θερμότητα: quæ ſanè nequit dici, cauſa generis, δυσκρασία morbida: quo in genere tamen δυσκρασίας collocat eam Galenus, libro priore De differentijs Febrium: quum ſubiectum, ſed non genus febris, ſit κρᾶσις (ut paulo antè diximus) οὐσιοποιός. Sed tum in his, tum multis alijs ſubinde hallucinamur ignorantia artis Dialecticæ: quam utcunq; delibare, pleriq; exiſtimant ſatisfacere ad cognoſcendum & iudicandum uerum: in quo tamen plurimùm, mea quidem ſententia, falluntur homines huius artis ignari. Qui ſic ὄνομα febris finiunt, eius ὅτι ἐστὶ non intelligunt: quare nec quid ſit, cognitum habere poſſunt. Prius enim quòd ſit, quàm quid ſit, quamlibet rem cognoſci oportet. Facilius reliqua inueſtigãtur, ſi pars quędam habea-

dam habeatur τῷ τί ἐστι,quæ haberi nequit:ſiquidem hac ipſa, τὸ ὅτι non conſti terit,quo ſeparatur fictum à uero Eſſe. Simili errore hallucinatur Eraſiſtratus, quum pulſum definit motum eſſe arteriarũm, influxu & refluxu ſpiritus uitalis excitatum. Accidit enim hoc motu, ut arteria impleatur per diſtenſionem & motum pulſus: quia enim diſtenditur,impletur: non autem quia impletur,diſtenditur arteria.Ergo qui rem,quid ſit,inueſtigare conatur: qui eandem quòd uerè ſit,ignorat,nihil quærere uidetur: eius enim quod nõ eſt, nulla eſt quæſtio, quum eiuſdem nulla ſit inuentio ueritatis. Quare ante omnia, quòd aliquid ſit,uero argumento conſtare oportet: quandoquidem de Centauris,& Tragelaphis,nullæ ſint quæſtiones: non enim inuenitur, quod non eſt. Vt(uerbi gratia) nuſquam reperias motum illum aeris, ſeu uẽtum,quem Poetę ſpirare Tiphoea fingunt, aut quales uentos eſſe comminiſcitur Vergilius in primo Æneidos.Ita autem uerè uentum conſtat eſſe,quum noſcitur agitatio eſſe aeris, cuius agitationis principium quoddam ſit in ipſo.Hoc poſito,progredi deinde poſſumus,quod nam illud principium ſit, quęrentes cauſam conſentaneam,& naturæ in uniuerſum,& accommodatam præſenti uero ὅτι ἐστι,inuento & conſtituto prius. Nos enim menſura non ſumus rerum, ſed res, menſura ſunt cognitionis noſtræ: quas primùm ꝙ, deinde quid ſint, cognoſcere oportet. Ac ſi quid habeamus, quo uerè ipſum eſſe quidpiam liquet,tum facilior erit reliquorum inuentio:quibus omnino quid ſit,conſtare nobis poterit.Ex quo perſpicitur,ſi ὅτι & τί ἐστι, non ſimul percipiantur,priorem,& quaſi menſuram ὅτι ἐστι,cognitionem eſſe:ut ſi ὅτι ἐστι,fictum ſit, figmentum ſit etiam Quiditas & τί ἐστι:& contrà, ſi fuerit uerum ὅτι,etiam τί ἐστιν uerũ contexi queat, quo res perfectè intelligatur. Quamobrem ut ὅτι ἐστι,comparatum erit earum partium,quibus contexitur definitio: eiuſdem modi definitionem quoque ipſam eſſe oportebit. Veræ enim ueris, & fictæ fictis conuenient notitijs. Quoniam multa fingũtur opinionibus quòd ſin, quæ tamẽ reuera nequaquam ſunt: quum non poſſit niſi unum eſſe uerum, quod per omnia, rebus ipſis ſit conſentaneum. Sed in opinionibus hoc diſcrimen eſt, quòd nimirum quædam quibuſdam ſunt falſiores, & aliæ magis, aliæ minus conſentaneę ſunt rebus: omnes autem opiniones, ſunt quaſi morbi quidam

Metaphy.r. mentis & inrelligentię:quippe,autore Ariſtotele: ὁ δοξάζων πρὸς τὸν ἐπιστάμενον, οὐχ ὑγιεινῶς διάκειται πρὸς τὴν ἀλήθειαν. Cauſarum quòd ſint,difficilior eſt cognitio, quibus nõ modò quòd,ſed etiam propter quid,& quid res ſint intelligimus: quas nõnunquam nullo ſenſu percipere poſſumus,ſed ratione tantum,quòd ſint,exploratum nobis exiſtit. Vt Formæ οὐσιώδεις, propriorum accidentium in Phyſicis cauſæ.Inſenſilium propriorũ, apud Mathematicos principia ſunt cum primis ſenſibus conſpicua: ταῦτα δ' ἐστὶν οἷον ὁρᾶν τῇ νοήσει. Contrà autem apud Phyſicos, ſenſilium propriorum principia, à ſenſu remotiora ſunt: quũ natura rerum uideri aut ſentiri non poſſit. αὐτὴ γὰρ ἐν ὀφθεῖσα ἡ φύσις, ἀπτάζειν ἡμῶν ἔλυσιν ἐν ἀρχαῖς ἔννοιαν. Quo apparet, diuerſis rationibus difficultatem Mathematicorum et Phyſicorum inter ſe comparari.In Phyſicis plerumq; ex quadam parte, quid ſit quidpiam,initiò noſcimus:ſed ex omni parte tum demum,quando omnes cauſæ fuerint cognitæ, quibus & quód, & quid ſit, exploratum habemus.Inchoara quorũdam eſt, quód & quid ſint notitia, & deinde perfecta,omnibus cauſis contexta earũ ratione & definitione. Alia ſunt, ut Mathemarica propria,quæ non niſi perfectis demonſtrationibus,& quòd & propter quid ſint,cognoſci à nobis poſſunt. Cæterùm fictæ à ueris definitionibus,differũt nulla re alia, quàm quòd uerarũ cauſa quædam eſt, propter

quam

quam intelligũtur eſſe ueræ, ſine qua cauſa, nulla poſſunt eſſe πάθη in tali ſubiecto: & omnino pro fictis & fabuloſis ſunt habenda, ſi diuerſis & alienis explicētur cauſis. Fictis enim nō cōſtat eſſentia rei: ut, quamobrē priuatio luminis inſit deficiēti Lunę, intelligi nequit, niſi obiectu terræ eā prouenire exiſtimemus. Nam qui in cauſa putat eſſe lucis quandam extinctionem Lunę, tanquam flammei cuiuſdam corporis, ita fingit Ecclipſin, atq; ſi quis Centaurum conſtitutum quiddam ex equo & homine opinatur. πλασματίας hoſce λόγους appellat Ariſtoteles. Prima igitur quęſtio eſt Cauſę, qua utrū ſit, nec ne, quidpiam quæritur. Quando enim quæritur: Eſt' ne Ecclipſis? nihil aliud inueſtigatur quàm cauſa, qua neceſſe ſit Ecclipſin eſſe, aut non eſſe. Quæritur ergo nihil aliud, quàm de medio & de cauſa, an reuera ſit, an fictum quiddam, quādo obiectu terræ Ecclipſis Lunæ dicitur accidere. Nam qui putat eam extinctionem eſſe luminis quandam, eſſe Ecclipſin neſcit, quantumuis pręſentem ſenſu apprehendat & intueatur, mente tamen neq; apprehendit, neque intuetur ipſius οὐσίαν: quę nulla eſt, incognita uera cauſa. De hac ſi conſtiterit, quód ſit uera: de quiditate etiam conſtabit, aut totam, aut partem ipſius quandam eſſe uerā. Quod dicimus, his intelligi uerbis uoluit Ariſtoteles: τὸ μὲν οὖν πότερον ἐκλείπει, ἢ μή, τὸ δὲ ζητεῖν δεῖν, ἄρ' ἔστιν, ἢ οὔ; Quod perinde eſt, atq; ſi ſciſcitaremur, utrum proprietatis ſit ratio quędam & cauſa: quę ſi fuerit, neceſſe ſit, rem quæſitam Eſſe. Et quando proprietas eſt ſenſu ignota, tū quærimus de quæſiti proprij contradicentibus, Vtrum ſit pro uero habendum. Vt (uerbi gratia) Vtrum ratio ſit quædam, & cauſa, qua habeat triangulus tres duobus rectis æquos, an qua non habeat, poſſit demonſtrari. Æſtimantur omnes effectus per ſe cauſis, quicunq; ſub intelligentiam ueniunt: quarum cauſarum ueritate & falſitate, ſcientia rerum & ignorantia diſtinguūtur. In talibus, inuento medio, ſimul quòd & propter quid ſit uerum, apprehēdimus, òmnibus in unum collectis medijs. At ſi plura quidem ſunt media, quibus colligitꝰ quiditas perfecta proprij πάθους: ijs non ſimul collectis, neceſſe nō eſt ſimul, quòd & quid cognoſci (ut ſolet in Phyſicis) tum quód ſit, cognoſci quidpiam poterit, ut interim, propter quid ſit, ignoretur. Alio quodam loco, ἀμέσους demōſtrationes, ὅτι δή, concludere oſtendimus: ut prius tale πάθος quòd, quàm propter quid ſit, plerūq; à nobis cognoſcatur. Vt prius cognoſcitꝰ à nobis, quód Luna ſuum accipiat lumen mēſtruum à Sole, per φαινόμενα nota ratione. Deinde, priuari Lunam hoc lumine, non niſi in plenilunio, conſtat experientia. Nec non illud etiam notum eſt, alienum lumen non eripi, niſi obiectu corporis cuiuſdam non pellucidi, gratia cuius, lumen in pellucido, permutetur umbra. Et præterea cùm ſola terra, in centro mundi, lumen Solis arcens, metam noctis efficiat, qua nonnunquam Luna opacatur in plenilunio: fieri non poteſt, quin tum priuata lumine Solis Luna, omne illud ſpacium, quod eſt inter nos & Solem, ſit actu pellucidum: quod Ariſtoteles intelligi φανερῶ uocabulo uoluit, quum διαφανὴς uocula, ſignificetur plerumque δύναμις τοῦ φανεροῦ, non actus. Lunam deficientem priuari ſuo lumine demonſtramus hoc medio & argumento ὅτι, & non διότι: ſi oſtendamus, orbari eam menſtruo lumine, quia plena opacari non poſſit, ſi quod inter nos & Solem eſt ſpacium, non ſit φανερόν, id eſt actu pellucidum. Etenim in Ecclipſi pellucere partem hanc, argumenti uim habet, ὅτι δή, priuationis luminis Lunæ, & non priuationis luminis Solis, ſeu ecclipſis Solis, propter quam aſpectus Solis nobis eripitur. Quoniam in hac ecclipſi, inter nos & Solem, ſpacium non eſt φανερόν: ſed illa intercapedo loci, quæ inter Lunā et Solem interuenit, illuminatꝰ:

obuerſa autem nobis pars, priuatur lumine Solis: quæ priuatio tamen, ecclipſis dici non ſolet. Semper enim ex parte dimidia, Solis lumine orbata eſt Luna: cùm tamen non niſi plenilunio aut interlunio, poſſint euenire ecclipſes: altera Lunæ, & altera Solis. Diſtinguitur autem Solis a Lunæ: quòd in ecclipſi Lunæ, ſpacium inter nos & Solem, eſt φανερόν: in altera, non poteſt eſſe. Quamobrem ſi in Ecclipſi, ſpacium illud φανερὸν, concedatur eſſe ὅτι, & non διότι, demonſtrabitur Ecclipſis Lunæ. Omni obumbratione plenæ Lunæ, ea intercapedo loci, quæ eſt inter nos & Solẽ, ſi ſit actu pellucida, orbari lumine ſuo Lunam oportet. In omni Lunæ ecclipſi, eſt talis obumbratio plenæ Lunæ, exiſtente ea intercapedine actu pellucida. Ergo, Obumbratur Luna plena etiam in parte à Sole auerſa. Sed hac ratione (ut dixi) non definitur eius Ecclipſis, ſed qua, in parte obumbratur aduerſa: quæ opacatio, coniuncta eſt cum ratione illuminationis, paulo antè dicta, oſtendente ὅτι δὲ, ecclipſin Lunæ. Medij obſcuriore quadã explicatione, minus perſpicua eſt ſyllogiſmi huius complexio. Atqui nihil aliud negatione falſa cauſæ, ὅτι δὲ, uoluit intelligi, quàm affirmationem eiuſdem eſſe ueram. Nam ſi falſum eſt hoc συμπέρασμα, & interuallum hoc non pellucere (in ecclipſi) & non retinere lumen ſuum, plenam Lunam, in ecclipſi: uera erit affirmatio, hæc nimirum: Et interuallũ hoc medium pellucere, & non retinere lumen ſuum, plenam Lunã in ecclipſi. Pleraq; Phyſica πάθη, ὅτι δὲ, monſtrantur materiæ rationibus: ut quòd nutriatur, ſentiat, moueatur animal, ratione oſtenditur, qua eſt Corpus Phyſicum, organicum, quod materia eſt animalis. Ita qui elementorum κράσει, omnium operum naturæ, actionum ſcilicet & perpeſſionum rationem reddunt, non διότι, ſed tantũ ὅτι probant. Quo nomine reprehenduntur ab Ariſtotele ueteres Phyſici, multis in locis: de quo cùm ſit aliàs dictum, amplius nihil dicam, duntaxat hoc ſubijciens, quod ab ipſo, libro ſecũdo de Anima fuit dictũ: οὐ μόνον τὸ ὅτι, δεῖ τὸν ὁριστικὸν λόγον δηλοῦν, ὥσπερ οἱ πλεῖστοι τῶν ὅρων λέγουσι, ἀλλὰ καὶ τὴν αἰτίαν ἐνυπάρχειν, καὶ ἐμφαίνεσθαι. Ex quo eſt perſpicuũ, aliã finitionẽ eſſe Nominis: aliã, quòd ſit res: & aliã, quid ſit res, nõ quid ſignificetur uocabulo: qua etiã intelligitur, propter quid ſit. Prius propoſito medio, quod ſit ecclipſis, ſed neque quid perfectè, aut propter quid ſit, noſſe poſſumus. Poſtea uerò quàm quòd ſint, cauſam intelligimus, propter quid, & quid cognoſcere auemus, perfecta cauſarũ omnium notitia: cuius quæſtionis tanta eſt difficultas, quanta eſt Scientiarum, quibus res percipiunt abſtruſæ, & quas uulgus aſſequi nequit, propter ignorantiam cauſarum ſcilicet. Deinde, cùm nõnunquam unius, plures poſſint eſſe cauſæ, genuinam & ueram ex multis deligere, tantum eſt, quantum eſt eſſe ſcientem, & ab opinatione alienum. Vt (uerbi gratia) Lunam in ecclipſi, priuari lumine, certũ eſt: cùm priuationis eius multæ poſſint eſſe cauſæ, quæ nã earum genuina ſit, quæri ſolet: Vtrũ ſcilicet ſit obiectus terræ, an uerò conuerſio quædã corporis Lunæ in partẽ obſcurã, aut eius lucis & fulgoris extinctio quædam. Tot enim ferè ſunt cauſæ, quibus aliquid lucere deſinit, amittens ſplendorem priſtinum. Vna ex his uera cauſa, cõſtat propoſitæ rei Scientia: reliquis, opinionũ errores confirmantur. Atq; id unum ex omnibus facit difficilimam ἀνάλυσιν, quòd falſis etiã adhibitis cauſis, uera poteſt ſequi concluſio: qua uerisſimilitudine, nihil uidetur eſſe fallacius. Quo fit, ut teneantur & perſtrepant ferè omnia opinionibus, nullus ſit propemodum Scientiæ locus: cùm ſint tam multa, quæ remorari cognitionem ueritatis queant: ut hæc opinabilia omnia, niſi mens, tanquam caligines quaſdam, luce ſua diſpulerit, peruenire ad ſcientiam rerum nõ ualeamus. Difficultatem hãc, hiſce uerbis

Plato in

Plato in Epiſtola ad familiares Dionis, adumbrauit: μόγις δὲ τριβόμενα πρὸς ἄλληλα αὐτῶν ἕκαστα ὀνόματα, καὶ λόγοι, ὄψεις τε καὶ αἰσθήσεις, ἐν εὐμενέσιν ἐλέγχοις ἐλεγχόμενα, καὶ ἄνευ φθόνων ἐρωτήσεσι, καὶ ἀποκρίσεσι χρωμένων, ἐξέλαμψε φρόνησις περὶ ἕκαστον, καὶ νοῦς, συντείνων ὅτι μάλιστα εἰς δύναμιν ἀνθρωπίνην. Non temerè itaq; aſſentiendum, ſed ponderandæ cauſæ, ut ex multis deligamus ueram, cui nihil, tanq̃ falſæ, poſſit opponi. Cauſa autem hæc, ex neceſſitate, alterutrius extremi, aut ſubiecti ſcilicet, aut prædicati, definitio erit: ut præſenti in exemplo, ipſius α, nẽpe prædicati (quod eſt priuatio luminis Lunę) mediũ, ſeu cauſa ſyllogiſmi, quæ eſt, in medio oppoſita terra, definitio exiſtit. Et quando ſonitus in nubibus, atq; fragoris cauſa reddit̃, eiuſdẽ eſſentia quoq; definit̃. Vt: Quamobrẽ in tonitru, exaudit̃ fragor in nubibus? Quia ſcilicet erũpens ex his uiolenter ignis, extinguit̃. Idẽ reſpõderi ſolet, quando quærit̃: Quid eſt Tonitru? Fragor in nubibus, erũpentibus ignibus, editus. Cõformabitur ex his hoc modo Syllogiſmus, ſi γ, nẽpe ſubiectũ & minus extremũ, poſitũ ſit Nubes. Maius extremum, ſit α, nẽpe tonitru. Cauſa & medium, ſit β, extinctio ignis in nubibus. Iterum moneo, quod aliàs monui, ἀναστρεφόντων propriorum non abſolutum, ſed limitatum eſſe ſubiectum. Non enim nubes quia nubes, ſed quia Tonans, pro ſubiecto ponitur: cuius prædicatum eſt poſitum ab Ariſtotele, Tonitru: quod ipſum etiam breuitatis cauſa fecit, quum eius λόγον ὀνόματος ponere debuiſſet, nẽpe Sonitum in nubibus. De cauſa nihil eſt quod dicam. Niſi enim ſic poſiti fuerint termini, καθόλου non poſſunt eſſe propoſitiones. Tantiſper autem neque definitio, neq; demonſtratio perfecta erit, quamdiu Medium non fuerit perfectum omni cõplexu cauſarum. Vt ſi rurſus alia ſit cauſa extinctionis ignis, & huius alia, quo differunt inter ſe ὅτι & διότι, demõſtrationes. Definitio autem ἁπλῶς, cõſtat omnibus cauſis in unũ aggregatis, ut διότι quoq; demonſtratio. Etenim quælibet perfecta cauſa, ut ſui eſt effectus eſſentia, ita quoq; ratio eiuſdem & definitio (qua intelligitur) ſui effectus exiſtit notitia. Effectus autem omnis, aut fiens quiddam eſt, aut factum. De differentijs cauſarum, ſuo loco diſſeremus. Hactenus ex dictis & diſputatis liquet, quandam definitionem ſumi (tanquam principium) ante Syllogiſmum notam, qua ní mirũ nominis ſignificatũ exprimitur. Aliam uerò eſſe, quæ ratione cauſæ fiat nota, cùm per ſe prius nõ eſſet cognita. Sed id quo fiat cognita, ſyllogiſmũ & demonſtrationem eſſe. Quo fit autem quidpiam, & quatenus fit, hac ratione non eſt. Quocirca Syllogiſmus Quiditatis, nullus efficitur, neque demonſtratio: ſed per ſyllogiſmum, & per demonſtrationem, colligitur definitio. Ex quo concludendum, tametſi definitio non ſit demonſtratio, tamen non ſine demonſtratione, quid ſit poſſe colligi id, cuius alia quædam ſit cauſa: nec ob id definitionis eſſe demonſtrationẽ ſequitur (ut dictum præcedente libro in dubitationibus fuit) hac ratione nimirum qua omnino ſint idem atque eiuſdem, demonſtratio & definitio. Eſſe porrò quorundam παθῶν propriorum aliam cauſam, & nonnullorum non eſſe, iam antea oſtendimus. Mare enim quamobrem ſalſum ſit, alia quædam eſt cauſa: item terræ motus, quo concutitur αὐτομάτως, & non externa quadam cauſa: item Venti, quoad itidem dicitur & definitur, impetus & fluxus aeris αὐτόματος. Horum & ſimilium effectuum, alijs quibuſdam cauſis rationes demonſtrantur. Aliorum per ſe noti ſunt effectus, item propria accidẽtia: ut quòd tota quantitas, ſit maior ſua parte. Præterea quòd capacia contrariorum, ſint mutabilia. Item, quòd omnis οὐσία ſit aut principium, aut ex principijs. Fides talium, conſtat inductione: nec quibuſdam cauſis ſunt demonſtrabilia propria huiuſmodi, quum ſint aliorũ

demonſtrabilium principia. Quinetiam perfectæ definitiones omnium com plexu cauſarum, cùm ſint indemonſtrabiles, pro abſolutis habendæ erũt prin cipijs: quòd nec ipſis alia principia, nec ipſa alijs demonſtrandis poſſint applicari, quum ipſis per ſe perfectum εἶδος proprij intelligatur. Quanquã per accidens componi huiuſmodi εἴδη, nihil prohibet: ut circuli propria, cum proprijs trianguli. Compoſitarum enim figurarum, compoſitæ ſunt etiam cauſæ & proprietates. Meminiſſe debemus etiam differentiæ principiorum, de qua dictum aliàs fuit: nempe quo ad nos, quædam dici principia, ut demonſtrationum: quorum principiorum fides ſenſu conſtat, & inductione. Alia ſimpliciter, & φύσει, ut perfecta εἴδη, quoad finitionibus intelliguntur: quarum principium eſt νοῦς, & nõ διάνοια: licet per διάνοιαν eas fabricetur νοῦς, ut per ſenſum principia quoque demonſtrationum ſolet architectari: & νοῦς quoad cum ſenſu quidem illa principia intelligit, ὑπόθετα dicuntur. Niſi alijs locis copioſiſſimè de his diſſeruiſſem, non pigeret pluribus iſta uerbis explanere: ſed non opus eſt eadem ſæpius inculcare, & nonnihil lectoris etiam induſtriæ confidendum: non enim deſidem & ignauum, talia requirunt ſcripta. Ergo quorũ propriorum nulla cauſa aſſignatur, eadem etiam propoſitionibus explicãtur primis: quarum medium eſt nullum, & quæ principia ſunt etiam demonſtrabilium, & ἀμέσων propoſitionum. Hæc, & quod & quid ſint, fidem ſenſibus habentes ponimus: qua ratione principia dicuntur ὑποθέσεις. Non enim ſunt uera & ſincera hæc principia, quum diuiduis ipſis demonſtrator utatur, quodammodo mancipatis adbuc apprehenſione ſenſuum, non ad ſeipſam reuocante horum notitiam Mente per ἀδιαιρέτους ὅρους: quorum ratione, idem dicimus eſſe, ὄντα & ipſorum Eſſe. Et hac, pertinere quidem diximus θεωρίαν ueritatis, ad primum philoſophum. Principia enim is contemplatur ἀσύνθετα: quæ φύσει priora ſunt, & penitùs ſimplicia atq; ἀδιαίρετα. Hactenus planum fecimus, quamobrem principia ἄμεσα ὑποθέσεις dicantur à demonſtratoribus: propter fidem nimirum, quam habent à ſenſibus. Aut ſi ſenſus ueritati illorum minus ſuffragentur, non ob id tamen demonſtramus ea, ſed Dialectico quodam ſyllogiſmo aſtruimus, ſenſu non ſatis illa percipiente. Etenim ſenſus nec lineam, nec punctum percipit Mathematicum, multo minus, unum Arithmeticum: quæ & quòd, & quid ſint, Mathematica ſecretione uera eſſe, Dialecticus oſtendit communibus quibuſdam argumẽtis: quorum cauſa Ariſtoteles ait in Topicis, Dialecticam πρὸς τὰς ἁπασῶν τῶν μεθόδων ἀρχὰς ὁδὸν ἔχειν. Quod Ariſtoteles his intelligi uerbis hîc uoluit: ἢ ἄλλον τρόπον φανερὰ ποιῆσαι. Sed quæ medium habent, & quorum οὐσίας alia quædam eſt cauſa propriorum, quanquam per demõſtrationem (quid ſint) declarare, ſed nequaquam licet demonſtrando tamen definire: ita ut omnino idem ſecundum idem, demonſtratione nequaquam cognoſcatur aliquid & definitione. Eſt enim alia forma & ratio demonſtrationis, & alia definitionis: diuidua cùm ſit demonſtratio in partes, definitio autem ſpeciem comprehendat, quatenus indiuiduam. Nunc quo pacto poſſint eſſe eiuſdem, licet non ſint idem, docere aggrediemur. Finitionis uocabulum eſt æquiuocum, propterea quòd finitionis nõ eſt una finitio. Aliàs enim Finitio, eſt oratio, qua quid nomine ſignificetur, declarari ſolet. Siquidem definitio oratio eſt, qua quid res ſit, exprimitur: etiam definitio erit quædam, qua quid uocabulo definiti ſignificetur, poteſt intelligi: cuiuſmodi finitiones ferè ſunt, quibus uulgò res explanantur, quaſi picturæ quædam, incognitis earum cauſis, quibus ſolidè & uerè cognoſcũtur definita. Et res quidem ipſæ, & præterea nomina rerum, ſunt συγκεχυμένων quiddã:

Quot modis uſurpetur uocabulum Finitionis.

explicat-

explicatu tamen difficiliores ſunt res, quàm uocabula. De nominum confuſa notitia, ſic ſcribit Ariſtoteles in Phyſicis, cōparans eā rerū cōfuſis notitijs: πέπονθε ταὐτὸ τοῦτο τρόπον τινὰ καὶ τὰ ὀνόματα πρὸς τὸν λόγον· ὅλον γάρ τι, καὶ ἀδιορίστως σημαίνει, οἷον ὁ κύκλος· ὁ δὲ ὁρισμὸς αὐτοῦ διαιρεῖ εἰς τὰ καθ' ἕκαστα. Explicantur ratione & oratione, tum nomina, tum res quoq; ipſæ: quarum cauſa dicitur etiam à nobis intelligi, cùm nihil implicitum percipi poſſit. Ratione enim & intelligentia, nihil manifeſtius eſt: nec eſt quicquā, quod luce mentis ſit ſplendidius aut illuſtrius, illuminans omnia abſcondita, & illuminando ſimul perſpiciens. Sed humana tamē mēs, corporea uita deuinctā, & ad omnia cognoſcenda ſenſuum utēs adminiculo, in hac corporearū rerū caligine & umbris, admodum cæcutiens, uix magno ſtudio ueri, ad mediocrem cognitionem rerum peruenit, hallucinans in pleriſq;, dum non poteſt οὐσίας ab accidentibus diſtinguere, etiā in rebus minimis. Multo magis igitur in præcipuis, & maximis, ac diuiniſſimis, in quib. iam propemodum tantum non cæca eſt, ἀλλ' ἐν ἡμῖν (inquit Ariſtoteles) τὸ αἴτιον χαλεπότητος. ὥσπερ γὰρ τὰ τῶν νυκτερίδων ὄμματα πρὸς τὸ φέγγος ἔχει τὸ μεθ' ἡμέραν, οὕτω καὶ τῆς ἡμετέρας ψυχῆς ὁ νοῦς, πρὸς τὰ τῇ φύσει φανερώτατα πάντων. Eius igitur primæ quædam ſunt, & exiliſſimæ notitiæ: quæ progreſſu doctrinarum deinde augentur, & ad ſolidam οὐσίας perducuntur, ſtudio inquiſitionis, intelligentiam: qua docti ab indoctis, ſapientes differunt ab inſipientibus. Rudiſſima cognitio hęc eſt, qua quid nomine οὐσίας ſignificetur, percipi ſolet: eruditiſſima, qua quid, & propter quid, res ipſa ſit, intelligitur. Alij ſunt infiniti, atq; indefiniti λόγοι, quib. noſcitur complexus rerum, ſecundum accidens unum aliquid conſtituentium (quarū nō eſſe ſcientiam, ſed opinionem, conſtat) ut ſunt orationum, in uita communi res & negocia explicantium, hiſtoriarum, fabularū. Pertinentia duntaxat ad οὐσίαν, contemplantur Scientiæ: quorum prima & rudiſſima (ut diximus) cognitio eſt, λόγος ὀνόματος, quo ſignificatur res, per ſe exiſtens una, nō ſecūdum accidēs una. Tanquam principia quædam, præponuntur demōſtrationibus, taliū finitionum rudimenta. Vt Geometra, priuſq; demonſtret; quam ob cauſam diametros ſit lateri quadrati ἀσύμμετρος: quid ἀσύμμετρον ſignificet, explanat. Et Medici, prius uocabula ſymptomatum quid ſignificent, explicant; quàm quibus cauſis fiant, demonſtrent. Idem faciunt aliæ diſciplinæ: ut in Theologia, prius quid uocabulo fidei ſignificetur, conſtituimus, quàm eam iuſtificam eſſe demonſtremus. Interdum quæſitū ſeu definitū ipſum, non eſt ſimplex nomen, ſed λόγος quidā ὀνοματώδης, cōpoſitus ſcilicet ex multis nominibus: cuius explicatio quædam requiritur, & quodammodo ἕτερος λόγος ὀνοματώδης. Vt ſi quis ita quærat: Quid eſt quòd dicitur, quatenus Triangulo, hoc uel illud ineſſe? Itē, Quid eſt, Fœlicē quatenus fœlix ſit, eſſe cōſtās quiddam, & nō εὐμετάβολον, καὶ μὴ σαθρῶς ἱδρυμένον; Diligenter in his cauendum, ne ſignificata declarentur per accidēs quoddam, ne ſtatim in limine offendamus. Sed populares illæ finitiones, ſine errore ut conſtituantur, Topicis præceptis & regulis diſcimus. Proximum ab his argumentū eſt, quo perſpicuū ſit, nō fictā, ſed uerā οὐσίαν habere, definitione nominis adumbratas res: quæ cognitio eſt, qua primùm intelligitur, quòd ſit res uera: quæ & ipſa non adulteranda erit; aut infuſcanda accidente quodam. Vt ſi quis, quòd pulſus ſit συστολὴ & διαστολὴ arteriarum, probare conetur ratione ſpiritus uitalis, reciprocum habentis motum. Hac poſita hypotheſi, cauſæ cauſarum, & λόγοι λόγων affingentur falſi, nempe βεβιασμένοι πρὸς τὴν ὑπόθεσιν, καὶ πλασματώδεις. Ita falſo poſito fundamento, omnia fiunt ruinoſa,

cùm in definitionibus, tum demonſtrationibus: qualis enim ὅτι ἐστὶ fuerit, talẽ quoq; διότι cauſam eſſe oportebit, quũ prior ſit ὅτι ꝙ διότι cognitio. Sed prima eſt nominis, quæ poteſt etiam eſſe fictarum rerum cognitio: quòd ſint autem fictæ rẽs, nulla ratione uera probari poſſunt. At uera probãtur quòd ſint, uerè, ſi cauſæ per accidens remoueantur: ut ſi cauſis adiuuantibus aut inſtrumentalibus, loco principalium non utamur.

Ecclipſis Lunæ, ὅτι ἐστὶ cauſa eſt & argumẽtum, quo exploratũ nobis eſt, In plenilunio, eius luminis quod inter nos & Solem interueniat, quo aliàs etiam illuminetur Luna, fieri interceptionem. Si huius quoque interceptionis cauſa fuerit cognita ut ex diametro, oppoſitio & interpoſitus globi terræ: διότι cauſa cognoſcetur Ecclipſis Lunæ. Quòd ſi ὅτι ἐστὶ, fictam quiſpiã cauſam comminiſcatur: ut ſi opacari dicat, quia obuertatur nobis pars eius obſcura, aut quia lumen ipſius extinguatur: præter hanc, aliæ etiam affingendæ erunt falſæ cauſæ, quibus oſtendatur, quòd nonnunquam in plenilunio deficiat Luna. Idem uſuuenit, ſi ὅτι ἐστὶ, per accidens cauſa quadam probetur: cuius ſi cauſa alia per ſe quædam, ad explẽdam demonſtrationem adhibetur, διότι nequaquam: ſin cauſa ſecundum accidens quædam adijcitur, multo minus demonſtrabitur. Vt ſi quis uirtutem in expetendis numeret, quia ſit efficiens uoluptatis corporis. Aut ſi quis actiones honeſtas eſſe laudabiles, probare conetur, quia proficiſcantur à ſcientia, ſeu ratione recta: quæ Socratis fuit opinio. Virtus enim habitus eſt appetitus, non habitus mentis ſeu rationis: quare actionum moralium hic per accidẽs, ille uerò per ſe cauſa erit. οὐ γὰρ πρακτικώτεροι τῷ εἰδέναι ἐσμέν. Accidit autem rationi rectæ, propter appetitum uirtute præditum, ut cauſa honeſtarum actionum eſſe dicatur. Aliud porrò eſt, dicere uirtutẽ, ipſum ὀρθὸν λόγον: & aliud, μετὰ ὀρθοῦ λόγου, appetitus habitum. Genus illud eſt, quoniam ὀρθὸς λόγος eſt habitus quo uerè opinatur quiſpiam, aut quo ſciẽter intelligit. Aliud uerò genus eſt, habitus appetitus, oppoſitum priori generi, quum contrarijs differentijs ſeſe mutuò excludant. Quamobrem hoc, nempe μετὰ ὀρθοῦ λόγου, differentia erit: quæ quidem omnis, ut loquuntur Dialectici, accidit generi. Genus autem, nequaquam accidit differentiæ: quum ipſo finiatur ἐκ προσθέσεως nimirum, & quælibet differentia ſubinferat ſuum genus. At Socrates, ipſum ὀρθὸν λόγον, laudabilium actionum cauſam dixit: qua ratione ſanè ad definitionem uirtutis nequaquam pertinet, cùm aliud ſit ipſum eſſe, aliud eſſe quidpiam cum ipſo. Vt (uerbi gratia) Melicratum definitur eſſe aqua, mixta cum melle,

cum melle Idem enim nequit eſſe, ipſa aqua & ipſum mel. Sed aqua cum melle, uel mixtum quiddam & melleum, pro differentia ritè uſurpatur melicrati. Ita quoque plethora, nequit eſſe cacochymia: ſunt enim repletiones oppoſitis differentijs diſtinctæ: ſed unum genus, reſpectu alterius, quoad accidit, rationem obtinet differentiæ: qua nimirum dicitur quædam plethora cacochymica, quædam non cacochymica: cùm interim nulla ſit, ipſa cacochymia. Hæc eo explicantur à me, ut formula quædã appareat, per accidens cauſarum, quibus nonnunquam perperam, τὸ ὅτι oſtenditur: quibus poſitis, peruerti etiam, & deprauari demonſtrationes & definitiones contingat. Iam ſi quis Melicratõ, quia ſit aqua, penetrare facilè per uenas, & πέψιμον eſſe, probare conetur: ὅτι δὲ ſecũdum accidens cauſam aſſignabit. Ipſa enim per ſe aqua, moram trahit & reſticat diutius in inteſtinis: quoniam (autore Hippocrate) eſt ὑποπολεμικόν, καὶ βραδύπορον, aqua. Sed per ſe, ὅτι δὲ πέψιμον μελίκρατον, cauſa eſt mel, quia calidum eſt, & tenuium partium, promouens per uenas tranſitum quoque aquæ. Proinde διότι cauſa eſt, ſi huic reliquæ addantur, quibus omnibus ſolet τὸ πέψιμον definiri: quæ ſunt omnes etiam in Melicrato. Vt tenuitas ſubſtantiæ, ratione cuius penetrabilior eſt aqua. craſſis. Sed aqua, quia frigida & cruda, quo minus penetret, impeditur: quam ipſius tarditatem & moram corrigit mel, conferens calorem cum tenuitate partium, ac ſimul etiam promouens propter dulcedinem, gratiſſimam uenis & iocinori Hæ ſunt cauſæ διότι, τοῦ πόματος, congruentes etiam melicrato. Igitur (quatenus genus) λόγος ὀρθός, ſecundum accidens cauſa eſt laudabilium actionum: ſed quatenus ut differentia limitat genus ſuum, per ſe cauſa eſt earũdem. Ita quoque aqua, non quia aqua, ſed quia liquidum & fluidum, ut penetrabile ſit melicraton, in cauſa exiſtit. Sic conſideranda omnia, ut ſecludatur accidens: quo poſito, quod monſtramus aut definimus, haud ſcietur alio modo, quàm quo ſecundum accidens cognoſci quidpiam dicitur. Multa paſſim extant exempla in autoribus, quæ ſuperuacaneum ſit in præſentia corrogare: cùm ferè nullus ſit ἀπατητικὸς ſyllogiſmus, qui non habeat reprehẽſionem cauſæ per accidẽs. Quòd moueantur partes terræ ad totam & uniuerſam, cauſa eſt per accidens, ſimilitudo partium & totius. Per ſe cauſa eſt, centrum mundi, & grauitas. Quòd ſecundũ minimas partes mixtilium, ſit mixtio, in cauſa nõ eſt, quòd minimæ cauſa partiũ ſint diuiſa, ſed quòd patibilibus ſint prædita qualitatibus corpuſcula: idcirco mixtum eſt unum, atque in unam ſpeciem coaleſcit: quia tota ſint in totis alijs, propter qualitates cõtrarias confuſas. Perfecto medio, διότι colligitur: quo nihil ſcitur tamen, niſi de partibus omnibus, ὅτι δὲ, conſtiterit, nõ ſecundum accidẽs habentibus. Vt (uerbi gratia) quòd pulſus ſit motus, quo ſubleuantur, & rurſus ſubſidunt, intercedentibus interuallis quietis arteriæ, ſenſu tactus & oculorum eſt notum. Deinde experientia etiã anatomica notum eſt, quòd motus ille excitetur per δύναμιν quandam, influentem à corde per arterias, & non propter πνευματικὴν ὕλην, ut uiſum fuit Eraſiſtrato. Tum etiam experientia notum eſt, hanc uim ineſſe cordi & arterijs, ut fuliginoſum excrementum hoc motu expurgetur, & ut calor natiuus nonnihil temperetur. His omnibus ὅτι cognitis partibus, demonſtratio perfecta διότι colligitur, & definitio præterea pulſus conſtituitur. Per accidens autem horũ nihil eſt quo intelligatur pulſus eſſe: alioqui enim quid per ſe pulſus eſſet neſciretur Ex his quę diximus, liquet, primum eſſe λόγον ὀνόματος: ſecundum, ὅτι δὲ. tertiũ, διότι λόγον, quo perfectè monſtratur quid aut definitur, ita ut nihil deſit, aut nihil ſuperſit. Pergitur ſanè hoc modo a rudimentis ad perfectam Scientiam & pro-

De diæta acutorum.

cùm in definitionibus, tum demonſtrationibus: qualis enim ὅτι ἐστὶ fuerit, talē quoq; διότι cauſam eſſe oportebit, quū prior ſit ὅτι ꝙ διότι cognitio. Sed prima eſt nominis, quæ poteſt etiam eſſe fictarum rerum cognitio: quòd ſint autem fictæ rēs, nulla ratione uera probari poſſunt. At uera probātur quòd ſint, uerè, ſi cauſæ per accidens remoueantur: ut ſi cauſis adiuuantibus aut inſtrumentalibus, loco principalium non utamur.

Ecclipſis Lunæ, ὅτι ἐστὶ cauſa eſt & argumētum, quo exploratū nobis eſt, In plenilunio, eius luminis quod inter nos & Solem interueniat, quo aliàs etiam illuminetur Luna, fieri interceptionem. Si huius quoque interceptionis cauſa fuerit cognita ut ex diametro, oppoſitio & interpoſitus globi terræ: διότι cauſa cognoſcetur Ecclipſis Lunæ. Quòd ſi ὅτι ἐστὶ, fictam quiſpiā cauſam comminiſcatur: ut ſi opacari dicat, quia obuertatur nobis pars eius obſcura, aut quia lumen ipſius extinguatur: præter hanc, aliæ etiam affingendæ erunt falſæ cauſæ, quibus oſtendatur, quòd nonnunquam in plenilunio deficiat Luna. Idem uſuuenit, ſi ὅτι ἐστὶ, per accidens cauſa quadam probetur: cuius ſi cauſa alia per ſe quædam, ad explēdam demonſtrationem adhibetur, διότι nequaquam: ſin cauſa ſecundum accidens quædam adijcitur, multo minus demonſtrabitur. Vt ſi quis uirtutem in expetendis numeret, quia ſit efficiens uoluptatis corporis. Aut ſi quis actiones honeſtas eſſe laudabiles, probare conetur, quia proficiſcantur à ſcientia, ſeu ratione recta: quæ Socratis fuit opinio. Virtus enim habitus eſt appetitus, non habitus mentis ſeu rationis: quare actionum moralium hic per accidēs, ille uerò per ſe cauſa erit. οὐδὲν γὰρ πρακτικώτεροι τῷ εἰδέναι ἐσμέν. Accidit autem rationi rectæ, propter appetitum uirtute præditum, ut cauſa honeſtarum actionum eſſe dicatur. Aliud porrò eſt, dicere uirtutē, ipſum ὀρθὸν λόγον: & aliud, μετὰ ὀρθοῦ λόγου, appetitus habitum. Genus illud eſt, quoniam ὀρθὸς λόγος eſt habitus quo uerè opinatur quiſpiam, aut quo ſciēter intelligit. Aliud uerò genus eſt, habitus appetitus, oppoſitum priori generi, quum contrarijs differentijs ſeſe mutuò excludant. Quamobrem hoc, nempe μετὰ ὀρθοῦ λόγου, differentia erit: quæ quidem omnis, ut loquuntur Dialectici, accidit generi. Genus autem, nequaquam accidit differentiæ: quum ipſo finiatur ἐκ προσθέσεως nimirum, & quælibet differentia ſubinferat ſuum genus. At Socrates, ipſum ὀρθὸν λόγον, laudabilium actionum cauſam dixit: qua ratione ſanè ad definitionem uirtutis nèquaquam pertinet, cùm aliud ſit ipſum eſſe, aliud eſſe quidpiam cum ipſo. Vt (uerbi gratia) Melicratum definitur eſſe aqua, mixta cum melle,

cum melle Idem enim nequit eſſe, ipſa aqua & ipſum mel. Sed aqua cum melle, uel mixtum quiddam & melleum, pro differentia ritè uſurpatur melicrati. Ita quoque plethora, nequit eſſe cacochymia: ſunt enim repletiones oppoſitis differentijs diſtinctæ: ſed unum genus, reſpectu alterius, quoad accidit, rationem obtinet differentiæ: qua nimirum dicitur quædam plethora cacochymica, quædam non cacochymica: cùm interim nulla ſit, ipſa cacochymia. Hæc eo explicantur à me, ut formula quædã appareat, per accidens cauſarum, quibus nonnunquam perperam, τὸ ὅτι oſtenditur: quibus poſitis, peruerti etiam, & deprauari demonſtrationes & definitiones contingat. Iam ſi quis Melicratõ, quia ſit aqua, penetrare facilè per uenas, & πόριμον eſſe, probare conetur: ὅτι δὲ ſecũdum accidens cauſam aſſignabit. Ipſa enim per ſe aqua, moram trahit & reſtitat diutius in inteſtinis: quoniam (autore Hippocrate) eſt ἐπιπολαστικόν, καὶ βραδύπορον, aqua. Sed per ſe, ὅτι δὲ πόριμον μελίκρατον, cauſa eſt mel, qua calidum eſt, & tenuium partium, promouens per uenas tranſitum quoq; aquæ. Proinde διότι cauſa eſt, ſi huic reliquæ addantur, quibus omnibus ſolet τὸ πόριμον definiri: quæ ſunt omnes etiam in Melicrato. Vt tenuitas ſubſtantiæ, ratione cuius penetrabilior eſt aqua, craſſis. Sed aqua, quia frigida & cruda, quo minus penetret, impeditur: quam ipſius tarditatem & moram corrigit mel, conferens calorem cum tenuitate partium, ac ſimul etiam promouens propter dulcedinem, gratiſſimam uenis & iocinori Hæ ſunt cauſæ διότι, τοῦ μέλιτος, congruentes etiam melicrato. Igitur (quatenus genus) λόγος ὀρθός, ſecundum accidens cauſa eſt laudabilium actionum: ſed quatenus ut differentia limitat genus ſuum, per ſe cauſa eſt earũdem. Ita quoque aqua, non quia aqua, ſed quia liquidum & fluidum, ut penetrabile ſit melicraton, in cauſa exiſtit. Sic conſideranda omnia, ut ſecludatur accidens: quo poſito, quod monſtramus aut definimus, haud ſcietur alio modo, quàm quo ſecundum accidens cognoſci quidpiam dicitur. Multa paſſim extant exempla in autoribus, quæ ſuperuacaneum ſit in præſentia corrogare: cùm ferè nullus ſit ἀπατητικὸς ſyllogiſmus, qui non habeat reprehẽſionem cauſæ per accidẽs. Quòd moueantur partes terræ ad totam & uniuerſam, cauſa eſt per accidens, ſimilitudo partium & totius. Per ſe cauſa eſt, centrum mundi, & grauitas. Quòd ſecundũ minimas partes mixtilium, ſit mixtio, in cauſa nõ eſt, quòd minimarũ cauſa partiũ ſint diuiſa, ſed quòd patibilibus ſint prædita qualitatibus corpuſcula: idcirco mixtum eſt unum, atq; in unam ſpeciem coaleſcit: quia tota ſint in totis alijs, propter qualitates cõtrarias confuſas. Perfecto medio, διότι colligitur: quo nihil ſcitur tamen, niſi de partibus omnibus, ὅτι δὲ, conſtiterit, nõ ſecundum accidẽs habentibus. Vt (uerbi gratia) quòd pulſus ſit motus, quo ſubleuantur, & rurſus ſubſidunt, intercedentibus interuallis quietis arteriæ, ſenſu tactus & oculorum eſt notum. Deinde experientia etiã anatomica notum eſt, quòd motus ille excitetur per δύναμιν quandam, influentem à corde per arterias, & non propter πνευματικὴν ὕλην, ut uiſum fuit Eraſiſtrato. Tum etiam experientia notum eſt, hanc uim ineſſe cordi & arterijs, ut fuliginoſum excrementum hoc motu expurgetur, & ut calor natiuus nonnihil temperet. His omnibus ὅτι cognitis partibus, demonſtratio perfecta διότι colligitur, & definitio præterea pulſus conſtituitur. Per accidens autem notũ nihil eſt quo intelligatur pulſus eſſe: alioqui enim quid per ſe pulſus eſſet neſciretur Ex his quę diximus, liquet, primum eſſe λόγον ὀνόματος: ſecundum, ὅτι δὲ. tertiũ, διότι λόγον, quo perfectè monſtratur quid aut definitur, ita ut nihil deſit, aut nihil ſuperſit. Pergitur ſanè hoc modo à rudimentis ad perfectam Scientiam & progredientibus

De dieta acutorum.

gredientibus per hos gradus, nõ ſemper idem uidetur, ſed ſubinde aliud alijs, ut maximè conſtet, quid nomine rei definiendæ ſignificetur: qui eſt λόγος ὀνοματικός, ratio nimirum popularis, omnium cõſenſu notiſſima & ueriſſima. Alius eſt λόγος οὐσιώδης, quo ſcientia rerum percipitur, ſolis eruditis & ſcientibus notus: de quo paulo pòſt plura ſumus dicturi, ſi prius, quæ de utroque

Galenus libro δ. De differēt. pulſuum. definiendi modo ſcripta ſunt à Galeno, in medium protulerimus. ἀναγκαῖον, ἐγνῶσθαι δύο γένη τὰ πρῶτα τῶν ὁρισμῶν εἶναι. τὸ μὲν ἕτερον, ἐξηγούμενον σαφῶς τὴν τοῦ πράγματος ἔννοιαν, ἣν ἔχουσιν οἱ ὀνομάζοντες αὐτό· τὸ δ᾽ ἕτερον, ὡς εἴρηται, τὴν οὐσίαν διδάσκον. ἀρετὴ δ᾽ ἑκατέρου τῶν ὅρων ἰδία, τοῦ μὲν τὴν ἔννοιαν ἑρμηνεύοντος, ὁμολογεῖσθαι πᾶσι τοῖς ὁμοφώνοις, καὶ μὴ προσάπτεσθαι τῆς οὐσίας τοῦ πράγματος· τοῦ δὲ, τὴν οὐσίαν διδάσκοντος, ὁμολογεῖν μὲν τῷ περὶ τὴν οὐσίαν, ἕτερον δ᾽ ὑπάρχειν αὐτοῦ. πρῶτον μὲν οὖν τοῦτό σοι γιγνέσθω γνώρισμα τῶν εἰκῇ φλυαρούντων, ὅταν ἕνα τοῦ προκειμένου πράγματος ἀκούσας αὐτῶν λεγόντων ὅρον. ἐπεὶ πάντων μὲν γὰρ οὐ δύο μόνον, ἀλλὰ καὶ τρεῖς, καὶ τέτταρας ἄμεινον δεῖ ποιεῖσθαι. πρῶτον μὲν τὸν ὁμολογούμενον ἅπασι τοῖς ὁμοφώνοις, ὅστις οὐδὲν ἐπιφαίνεται περὶ τῆς τοῦ πράγματος οὐσίας, ἀλλὰ ψιλῆς κατακείμενον τῆς ἐννοίας. ἕτερον δ᾽ ἐπ᾽ αὐτῷ, βραχὺ μέν τι τῆς ἐννοίας ἀποχωροῦντα, βραχὺ δέ τι, καὶ τῆς οὐσίας ἐφαπτόμενον· καὶ τρίτον ἐπὶ τῷδε, πλέον μὲν ἤδη τῆς ἐννοίας ἀποχωροῦντα, πλέον δὲ καὶ τῆς οὐσίας ἑρμηνεύοντα· καὶ τέταρτον, ἐπ᾽ αὐτοῖς, τὸν τὴν οὐσίαν ὅλην διδάσκοντα. τοῦτον μὲν οὖν δείκνυσθαι δεῖ, τὴν ἀναφορὰν ἐπὶ τὸν τρίτον ἔχοντα· τοῦτον δ᾽ αὖ πάλιν, ἐπὶ τὸν δεύτερον. κἀκεῖνον αὖθις ἐπὶ τὸν πρῶτον· αὐτὸν δὲ πρῶτον, ἐξ αὐτοῦ πιστεύεσθαι, φαινομένων ἐναργῶς πραγμάτων ἑρμηνείαν ἔχοντα. διὸ καὶ λόγον αὐτὸν ὀνοματώδη κέκληκεν Ἀριστοτέλης, ὡς εἰ καὶ λόγον ὀνόματος ἑρμηνευτικὸν εἰρήκει. τὸν δ᾽ ἕτερον ὅρον οὐσιώδη τινὲς ἐκάλεσαν, λόγον εἶναι φασὶν τὸν τὸ τί ἦν εἶναι δηλοῦντα Planiſſimè docet his uerbis, gradus et differẽtias definitionũ et demõſtrationũ Galenus, ut his nulla ſit opus interpretatione, ipſa per ſe clara & manifeſta oratiõe, & omnino cõſentanea his q̃ antea diximus. Notiſſima eſt, prima definitio: perfectiſſima, poſtrema, qua ꝓpter quid explicat̃. Medijs cognoſcunt̃ gradatim partes totius οὐσιώδης definitionis, quib. ὅτι δεῖ definitũ percipit̃, nõ διότι: ſemperq́ unũ ὅτι, reſpectu alterius, eſt cauſa, prius ſcilicet poſterioris. Vt quòd lumen Solis (quo renidet plena Luna) permutatur umbra & opacitate, cauſa eſt, quia Luna incurrit in metam noctis è diametro oppoſitã. Metæ huius cauſa eſt, obiectus terræ in centro uniuerſi. His omnib. coaleſcit & coagmentatur διότι demonſtratio & definitio: ſed alia forma exiſtente orationis, qua ſyllogiſmus exprimitur, & alia, qua λόγος οὐσιώδης. Definitionum quoq; multæ ſunt differentiæ: de quibus poſtea dicã, ſi prius quot modis, una dicatur oratio, planum fecero. Prima compoſitio, eſt τοῦ λόγου: ſecunda, ἀποφάνσεως: tertia, ſyllogiſmi. Simplex & una res intelligit̃ oratione ſimpliciter una, quæ nihil aliud eſt, q̃ φάσις οὐσίας: cui nihil deeſſe, nihil ſupereſſe poteſt, quum ſit penitùs indiuiduũ unùm, quod tali ſignificatur oratione, quæ definitio rei

Metaphy. ζ. dici conſueuit. Hac oratione (inquit Ariſtoteles) τὸ αὐτὸ ὂν explicatur, ὅτι δεῖ τὸ τί ἦν εἶναι ἕκαστον, ὃ λέγεται καθ᾽ αὑτό. Ergo quod ipſum quoduis eſſe dicitur, nõ quod ratione eius quod ei ineſt & accidit, eſt, definitione ſolet intelligi. Nam uel quod ineſt alij, uel cui prædicato aliud ineſt, non eſt ὅπερ αὐτὸ, neq; quod, neq; cui ineſt: quamobrem nec ſimpliciter unum, ſed quodammodo τοῖς οὖσι συνδιαδυαζόμενον: qualia ſunt quæ definiuntur ἐκ προσθέσεως, in quorum finitionibus aliquid includitur, cui ineſt prædicatum definitum, nõ autem reſpectu eius ſubiecti ſimpliciter eſſe, & ὅπερ αὐτὸ, poteſt dici. Solæ igitur οὐσίαι ſunt abſolutiſſima ὄντα, quòd ſemetipſis ſubſiſtant, nec ſubiectione uel adminiculo ullius finiantur: ſed omnino ut prima ὄντα ſunt, ita quoq; primò finiuntur, & abſolutiſſimè. Quibus autem abſolutè quidpiam intelligitur, definitio eſt, cõ-

ſtans ex

ſtans ex genere & differẽtia. Quæ cōplexu alterius οὐσίας, definiunt nō abſolute, cùm nō ſint etiã abſolutè ὄντα, ſed ſubiecti quodã additamento: ut propria ὄντων, quæ finiunt ἐκ προσθέσεως, nō πρώτως, ſeu ἁπλῶς. Si quæ ſunt pręterea orationes, his nō niſi ſecundũ accidẽs unũ ſignificat, diſſolubile ſcilicet in multa, quibus per ſe unũ intelligit: qua ratione Ariſtoteles, tale unũ, συνδέσμῳ ἓν appellauit. Sic explicant hiſtorica & fabuloſa ὄντα, quæ neq; definitione, neq; demōſtratione ulla cōprehendi poſſunt. Eſt præterea alia quædã definitionũ diuiſio earũ, quibus unũ de uno declarat, non ſecundũ accidens. Ex his enim quædã eſt definitio, quæ ſic definit, ut ſit oratio, declarans quid nomine ſignificetur: alia, quæ ſic definitur, ut ſit oratio, qua intelligat, propter quid ſit definitũ, ſiquidẽ cauſa eius quædam fuerit. Priore finitione duntaxat ſignificatur aliquid, nihil autẽ demonſtratur: poſterior autem, cùm per cauſam definiat rẽ propoſitam, eſt inſtar demonſtrationis, nulla re, niſi forma et poſitu orationis diſcrepans à demonſtratione: cùm alia ſit oratio φάσις, & alia ἀποφαντικὴ, qua contexitur ſyllogiſmus. Neque unus & idem modus eſt quærendi, ſi quæras, Quàm ob cauſam tonant nubes? & ſi ſciſciteris, Quid eſt Tonitru? Ad illud enim quæſitum reſpondemus: Quia in nubibus extinguitur ignis. Ad hoc, tale datur reſponſum: Quòd nimirum ſit ſonitus nubium, extincto igne editus. Ratio eſſentiæ explicatur eadem, ſed diuerſa orationis figura: quarum illa cohærens & continuata demonſtratio, hæc autem, definitio ſeu ὁρισμὸς dici conſueuit. Non fruſtra dixit Ariſtoteles, συνεχὴς ἀπόδειξις, & ὁρισμός. Nam accidit utriſque diuiſio quędam, qua partes ſeparatim cognoſcuntur propter διάνοιαν, temporibus diuiduæ: quum ſpecies ipſa per ſe ſit ἀδιαίρετον, & ἀδιαιρέτου ſimplicis mentis νοήσει percipiatur, ac non niſi ſecundum accidens ſit διαιρετὸν εἶδος, nempe propter διάνοιαν, quæ producitur energía ſua, & in tempore cognoſcit quidpiam: quod omne diuiduum eſt, cuius unitas eſt, continuum eſſe. Sic Ariſtoteles libro tertio de Anima ſcribit: τὸ δὲ μὴ κατὰ τὸ ποσὸν ἀδιαίρετον, ἀλλὰ τῷ εἴδει, νοεῖ ἐν ἀδιαιρέτῳ χρόνῳ καὶ ἀδιαιρέτῳ τῆς ψυχῆς νοήσει. κατὰ συμβεβηκὸς δὲ, καὶ οὐχ ᾗ ἐκεῖνα διαιρετὰ, ᾗ νοεῖ, καὶ ἐν ᾧ χρόνῳ, ἀλλ' ᾗ ἀδιαίρετα. Per ſe, & ſecundũ accidens item, diuiduæ ſunt omnes notitiæ, quibus unum per accidens apprehenditur. At quibus unum per ſe, indiuiduæ per ſe ſunt, ſed per accidens diuiduæ: quatenus nimirum διανοίᾳ, & in tempore percipiũtur: quę tametſi actu ſint indiuidua, tamen potentia & δυνάμει diuidua exiſtunt: propter quantitatem ſcilicet, quoad ſunt unum quiddam non ſimpliciter, ſed cōtinuum. Quamobrem συνέχεια quoq; requiritur, ſine qua, ratio et διάνοια, unũ εἶδος nequit percipere. Diuiſis enim, non intelligitur εἶδος. Præterea in demōſtrationibus deprehẽduntur tres definitionum differentię. Vnum eſt genus, quod appellatur λόγος ὀνόματος, qui concluſionis locum ſibi uendicat, qualis hęc eſt. Omne tonitru, eſt ſonitus in nubibus. Omnis Eccliptis, eſt defectio luminis. Omnis Apoplexia, eſt priuatio ſenſus & motus. Omnis Ira, eſt uindictæ cupiditas. Alterum genus eſt, definitio οὐσιώδης, nulla re differens à demonſtratione, niſi poſitu & figura orationis. Tertiũ genus eſt, ὁρισμὸς τῶν ἀμέσων, quibus ſubiectum finimus, in quo ineſt proprium πάθος, & non prædicatum: cuiuſmodi finitiones ſunt indemonſtrabiles, cùm non ſint aut non ſignificent propria πάθη: & tanquam principia quædam prænoſcuntur, habentq; (ut aliàs oſtendimus) appellationem θέσιων. Illæ quomodo colligendæ ſint, libro decimotertio docebimus. ἐστὶν ἄρα ὁρισμὸς, εἷς μὲν, λόγος τοῦ τί ἐστιν, ἀναπόδεικτος· εἷς δὲ, συλλογισμὸς τοῦ τί ἐστιν, πτώσει διαφέρων ἀποδείξεως· τρίτος δὲ, τῆς τοῦ τί ἐστιν, ἀποδείξεως συμπέρασμα. Ex his q̃ hactenus dicta & diſputata ſunt, liquet,

quónam

quónam modo Quiditatis demonſtratio ſit, & quo non ſit: & quorum item ſit demonſtratio & definitio, & quorum non ſit: præterea quot ſint modi definiendi. Quin etiam quo pacto definitio (ſeu τὸ τί ἦν) demonſtrare, & quo non demonſtrare, & tantum Dialectici rationem ſyllogiſmi dicatur habere: item quarum definitionum, & quarum non ſit demonſtratio: poſtremò quomodo definitio ſeſe ad demonſtrationem habeat, & eiuſdem qua ratione cõtingat demonſtrationem eſſe & definitionem, & qua non. Quibus abſolutis de cauſarum differentijs, & earundem uſu, ſequente libro diſſeremus: cùm nihil ſit demonſtrabile, quod non cauſa quadam ſubſiſtat, propriè inhærēs alij.

DEMONSTRATIONVM
Liber XII.

EQuidē ſcientia omnis inchoat à nobis notioribus principijs, & in alijs φύσει notioribus, perfecta etiam acquieſcit: dum uidelicet mens noſtra, nobis per ſenſum notiſſimis & communiſſimis rationibus utens, progreditur ad notitiam principiorum: quæ reuera & φύσει ſunt principia, quæq́ ſola mente, abſq́ ſenſu percipiantur: ſpecies nimirum ipſæ rerum, quoad extra locum, & extra tempus exiſtunt. Etenim principia hæc, ab inductione profecta, & rudimenta ſcientiæ noſtræ, ſimpliciter καθόλου non ſunt: ſed propter confuſionem, qua poſſunt applicari multis, & qua colligũtur à multis rebus ſingulis, appellantur καθόλου, non ſimpliciter, ſed propter communitatem prędicationis, συγκεχυμένα & teſtatiſſima ſenſibus, quibus καθέκαστα ſolum, & nõ καθόλου poſſunt percipi. Diximus aliàs de differentia horum principiorum: ſatis erit in præſentia monuiſſe, hoc libro nos diſputaturos, nõ de perfectis, ſed demonſtrationis principijs: quibus pergitur ad illa prima exquiſitè notiora, quæ nimirum perfectio ſunt ſcientiæ, rudimentis oppoſita, quibus rudimentis noſcuntur res quidem, ſed tamen confuſiſſimè. Differendum igitur hoc libro nobis, quæ ſint, & quot differentiæ talium principiorum: quæ non niſi cauſarum, quibus res demonſtrabiles, aut ſunt aut fiunt, differentijs cognoſcuntur. Quatuor ſunt omnes, quarum prima & præcipua eſt, Forma & ſpecies: quæ ratione, qua quid res ſit, intelligitur, explicari ſolet. Secunda eſt Materia, cuius eſſentia, pendet ex Formæ eſſentia naturali: qua exiſtente, neceſſe ſit materiam quoq́ eſſe. Per ſe materiam ἄγνωστον eſſe, & quidem primam nõ habere niſi νόθον λογισμόν, Plato & Ariſtoteles autores ſunt. Pertinẽt tamẽ hæc ad primi & ſecundi Philoſophi cognitionem, nec ſunt hoc tempore exquiſitius diſcutienda: ſiquidem non omnia dicenda ſunt in omnibus, quod primum eſt in omni Methodo. Quia materia non eſt, niſi quia forma eſt naturalis: qua exiſtente, neceſſe ſit materiam eſſe: quum materia non ſit abſolutè neceſſarium, & à nullo pendēs principium, ut Forma eſt θεῖον ſcilicet αὐταρκὲς, ἀγαθὸν, ἀΐδιον, ſed propter aliud, nempe propter formam, quoad eſt naturalis, & quoad ea eſſe & non eſſe poteſt. Idcirco Ariſtoteles, proprietate hac eam qua maximè intelligitur, expreſſit. his enim uerbis intelligi uoluit materiam: τὸ πνῶν ὄντων, ἀνάγκη τοῦτ' εἶ. In Phyſicis, non ſimpliciter ut diuina, ſed ex hypothe-

ex hypotheſi materiam dici neceſſariam, oſtendit: interitus ſimpliciter autem neceſſariam cauſam. Sunt autem tres in Metaphyſicis modi, quibus Neceſſarium quid dici ſolet. Vnus eſt, τὸ βίᾳ, παρὰ τὴν ὁρμὴν· τὸ δ', οὗ οὐκ ἄνευ, τὸ εὖ· τὸ δ', μὴ ἐνδεχόμενον ἄλλως, ἀλλ' ἁπλῶς, id eſt ἀναγκαῖον. Ex materia porrò & forma generatur compoſita ſubſtantia una, ratione qua unum eſt δυνάμει præditum: alterum, qua eſt ἐντελέχεια iſtius δυνάμεως, forma ſcilicet. Tertia cauſa eſt, efficiens ex actu & materia unum, τὸ κινοῦν, ſcilicet ἐκ δυνάμεως εἰς ἐνέργειαν. Nihil enim ipſum ſeſe gignit, aut efficit. Quare gignente opus eſt cauſa. Natura autem cùm nihil faciat fruſtra, Quarta cauſa erit Finis, gratia cuius fieri & moueri aliquid dicimus: eodem modo gubernans motus, quo perficiens materiam, forma dicit᷑: Fruſtra enim motus eſſe dicitur, quo nō finis & perfectio, atq; bonum quoddam acquiritur. Naturales motus à fine gubernari, & non diſpenſari neceſſitate quadam materiæ, docet Ariſtoteles libro ſecundo Phyſικῶν, & compluribus alijs, nec non Plato etiam in Phædone: quæ explicare accuratius, non eſt præſentis inſtituti: quum ad demonſtrationem, quomodo adhibeātur cauſæ, explicare propoſitum ſit nobis, non quæ ſit uis earum, quā contemplatur abſolutè Metaphyſicus. Iiſdem omnibus cauſis, non utuntur omnes diſciplinæ. Nam Mathematicæ, quæ cōſiderant ὄντα ἐξ ἀφαιρέσεως, ſola cauſa, qua quid res ſit intelligit᷑, demonſtrant. Secretas enim à materia Phyſica ſpecies contemplantur, ut non opus ſit quicquam monſtrare ratione materiæ. Qua uacantes, res immobiles etiam exiſtūt: ut hoc nomine earum nec efficiens quædam ſit cauſa, nec finiens. At omnium cognitione opus eſt cauſarū in Phyſicis, quæ cōſiderantur ἐκ προσθέσεως: exceptis his, quæ materiæ neceſſitate fiunt, in quibus cauſa finiens nulla poteſt aſſignari. Certis cauſis omnia fiunt, quarum finitionibus ſolent demonſtrari propria rerum naturalium. Abſtinendum autem in omnibus, ab accidentibus, & per ſe cauſis utendum: quod factu difficilimum in Phyſicis, in Mathematicis faciſlimum. Quiditate ſubiecti probant omnia Mathematici: non enim aliud habent principium, quàm formæ ſubiecti finitionem, qua demonſtrent proprietates ipſis ineſſe. In talibus demonſtrationibus, ſubiectum demonſtrationis non eſt ἁπλοῦν τι quiddam, sed ὡρισμένον: eiusq; finitio, non eſt principium quod, ſed quo demonſtratur quidpiam. Partes enim omnes proprij prædicati, quibus demonſtratur, partibus ijs attexuntur, quibus definitur ſubiectum: quandoquidem ipſa eſſentia ſubiecti, non autem accidens quoddam eſſentiæ, talium proprio tum cauſa exiſtat. Exempli cauſa, proponitur proprietas hæc trianguli, inſcripti circuli diametro, qua dicitur, habere angulum ad peripheriā rectū. Explicari partes demonſtrationis & definitionis ꝓprij huius, nequeunt ſine partibus eſſentiæ ſubiecti, quod compoſitum eſt ex triangulo & circulo. Quòd rectus ſit angulus ille, tum intelligetur, quando probatum fuerit, externū interiori eſſe æqualem. Non enim poſſunt eſſe æquales, niſi ſint recti. Quòd ſint æquales, ex eo perſpicuum eſt, ſi nimirum unis & eiſdem angulis, ambo fuerint æquales. Sed quòd externus angulus ſit æqualis duobus oppoſitis, probatur partibus eſſentiæ, & definitionis trianguli. Eius ἀνάλυσιν alio quodam libro tractauimus. Eiſdem angulis, internum quoq; æqualem eſſe, probat᷑ partibus definitionis circuli, & præterea definitionis trianguli: qua oſtenditur, æqualibus duobus lateribus, angulos quoq; ad baſin conſiſtentes eſſe ęquales: quod nimirum eſt proprium, non trianguli quia triangulus, ſed quia Iſoſceles. Hoc exēplo perſpicitur, quo pacto Quiditate, ſeu τῷ τί ἦν εἶναι λόγῳ ſubiecti, proprium illud ei ineſſe demonſtretur. Cæterùm cauſæ non demonſtra



re quic-

re quicquam dicuntur, niſi quoad finitione expreſſæ, pro medio uſurpentur: cùm demonſtratio omnis, ſit ſyllogiſmus quidam. Is uerò ex neceſſitate nihil colligit, non exiſtentibus ad minimum duabus propoſitionibus, quarum unum dũtaxat ſit medium: quod ipſum nõ poteſt eſſe quicquam aliud, niſi definitio quædam ſubiecti: quod ipſum uel οὐσία, uel πάθος quoddam οὐσίας exiſtit. Non igitur una propoſitione, ſed uno medio poſito, concluſio colligitur. Nec ſi una quadam propoſitione, ratione ſubiecti, proprium ex neceſſitate uerum eſſe intelligamus, ob id notitia hæc pro demonſtratione haberi debet: quum una quælibet demonſtrationis propoſitio, ſit hoc modo neceſſaria, quo nimirum unum reſpectu unius, & non duorum, conſequi intelligitur ex neceſſitate. Compoſita itaq; omnis demonſtratio eſt ex propoſitionibus, quarum unum eſt idemq; medium: quod per ſe cum extremis iunctũ eſt, quoad partes definitionis proprij πάθους, cũ partib, definitionis cauſæ (quę nimirũ eſt ſubiectum aut aliquid ſubiecti.) ſunt connexæ: nec ſubiecti ſimul demõſtratio & definitio coincidunt, ut in his demonſtrationibus, quæ θέσει duntaxat differunt à definitionibus. In ſecretis ſeu Mathematicis, ad demonſtrandum adhibetur definitio Formæ: quæ ipſa quoque ſubiectum eſt proprietatis. In Phyſicis & cõcretis rebus, proprietas per ſe ſubiecto ineſt, ſecundo ſcilicet Per ſe modo. Sed medio ſeu cauſæ, Per ſe quidẽ ineſt, uerùm quarto modo: quo dicitur ineſſe aliquid Per ſe, quia uidelicet propter ipſum, tanquam cauſam, inſit proprietas ſubiecto. Vt (uerbi gratia) Multa rebus Phyſicis propriè inſunt, aut propter formam, aut propter materiam, aut finis cuiuſdã gratia, aut quia tale quoddam ipſius eſt efficiens. Reprehendit Ariſtoteles libro altero De ortu & interitu, ueteres Phyſicos, qui non Formæ cauſa, ſed Materię neceſſitate, omnia fieri arbitrarentur: quum tamen potior ſit cauſa Forma, cuius reliquæ δυνάμεις materiæ, ſint tanquam organa & inſtrumẽta quædam, quoad Forma (quæ eſt εἶδος οὐσίας) aut Efficientis aut Finis rationẽ obtinet. Forma autem cum materia, conſtituit οὐσίαν: & propriè quædam compoſitis inſunt propter Materiam, nonnulla uerò propter Formam, rebus ſcilicet naturalibus. Vt quòd ipſum ſeſe conſeruat corpus animatum, & quòd ipſum ſe ſe mouet animal, Forma, nempe anima eſt in cauſa: cum qua cauſa, ſæpe coincidunt (autore Ariſtotele) Efficiens & Finis. Harum enim ἐνεργειῶν, quas exercet anima, ipſa tanquam forma, eſt principium, cùm earum corpus organicum ſit particeps propter animam: deinde efficiens etiam eſt cauſa, & Finis, quoniam propter conſeruandam animam, hæc omnia fiunt, quæ ſunt aut habitus, aut actus corporis animati. Anima, quoad rationem habet formæ, principium eſt naturale motionum & habituum corporis animati. Principium enim, quo huiuſmodi πάθη inſunt compoſito, duplex eſt: unum eſt Forma, alterum, ut Subiectum & Materia. Et Anima quidem, πρώτως uegetamur, ſentimus, mouemur: corpore autem organico, δευτέρως. & illa quidem, διότι horum παθῶν: hac uerò, ὅτι demonſtramus: ut eſt apud Ariſtotelem, libro ſecundo de Anima. Propter principium naturale, res dicuntur habiles ut moueantur, non ut moueant: qua ratione, efficientium habent appellationem. Vt ſuo quodam ſucco uenæ nutriantur, id ipſis ineſt propter Formam & οὐσίαν, qua ſunt uenæ: ſed ut ex chylo faciant ſanguinem, id ipſis ineſt, ut efficientib. cauſis. Etenim quòd cauſa Formæ ſuæ ſic nutriantur, perſpicuũ eſt: ſed quòd effectrices cauſæ ſint ſanguinis, non ſatis conſtat inter autores: cũ Ariſtoteles cor, Galenus carnẽ iocinoris, nõnulli uenoſum genus, præcipuã effectricem ſanguinis cauſam arbitrentur. Spermaticæ partes quòd non ita coaleſcũt (ſoluta

earum

earum unitate) quemadmodum carniformes, in cauſa, Forma & οὐσία partium illarum eſt, qua non niſi perfectiſſimè alterata materia nutrimenti, uegetantur. Quo fit, ut duntaxat tanta ijs copia affluat & apponatur, aſſimileturq; nutrimenti, quanta poſſint conſeruari, non quanta detrimentum aliquod etiam ſubſtantiæ earum poſſit recuperari: quod ſine incremento prioris quantitatis nequit fieri. Hac propemodum ratione, demonſtramus proprietatem illam ſpermaticarum partium: qua liquet, in adultis eas neque adoleſcere, neq; coaleſcere poſſe: quæ ratio, definitio eſt naturæ & formæ partium illarum, definiente ſcilicet forma materiam nutrimenti earundem. Quòd corpus animati adoleſcit, in cauſa eſt Forma ipſius, nempe anima uegetatrix: non qua incrementum efficit, ſed qua corpus facit habile: propter quid, cauſa eiuſdē effectus atq; operis ὅτι cauſa eſt, humidum & calidum inſitum copioſum, quo deficiente, ſeneſcit corpus. Exempli cauſa, fecimus horum mentionem: quibus formarum finitiones, quo pacto adhibendæ ſint ad demonſtrationē, intelligeremus. Motuum ergo & quietum, accidentiumq; omnium propriorū (quoad ſunt in ſubiecto quodam naturali, & non quatenus ab agente cauſa proueniunt) aut forma, aut materia compoſiti, cauſa exiſtit: ſed hac differentia, qua dictum eſt, illa διότι, hac uerò ὅτι ἐστὶ, ſolet demonſtrari. In his autem quę fiunt neceſſitate materiæ, etiam διότι per materiam monſtramus, de quibus ſuo loco ſumus dicturi: nunc de Forma, quæ reſtant, explanabimus. Eadem eſt nonnunquam forma & efficiens cauſa, ut in animatis. In inanimis rebus differunt, nec eſt una utriuſque οὐσία: quum nullum ipſum ſeſe moueat inanimatum corpus. Forma autem eſt cauſa, qua res certo quodam modo eſt mobilis, & qua, in materia (quæ ſuapte natura indefinita eſt) determinantur accidentia: quæ & ipſa per ſe indefinita ſunt. Naturam igitur alteram & potiorē cauſam, Formæ uocabulo intelligimus: quam cauſam conſiderat Metaphyſicus abſolutè, ſed Phyſicus contemplatur eam reſpectu motus & quietis. Alio modo artifices, quoad nimirum res motu artificioſo uel perfici poſſunt ad uſum hominum, uel deprauatæ propter materiam, poſſunt corrigi: in quibus præſtant reliquis artificibus Medici, uel autore Homero, quū inquit: ἰητρὸς γὰρ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων. Ergo limitatam illi formæ cognitionem uſurpant. Vt autem propter materiam patiens eſt motionum forma, ita per ſe ipſa ad agendum eſt efficax: ſed non reſpectu ſui, ſed quoad efficiens eſt alterius, non ſeparatim, ſed tangendo patibile quoddam corpus, cauſę effectricis rationem obtinens. In animatis, etiam patibile corpus informans. Efficere autem dicuntur, non modò ipſæ Formæ, ſed inſtrumenta etiam, & ἔργα nonnūquam. Vt anima nutrit corpus, ſed inſtrumentis certis. Et ἔργα etiā ſunt quædam, ſine quibus aſſimilare nutrimentum, id eſt nutrire corpus nequit: ut ſine appoſitione, & ſine agglutinatione, aſſimilari nutrimentum corpori nutrito nequit. In omnibus porrò cauſis generatim hoc uerum eſt, quòd ut effectus, rationes habent compoſitas ex genere & differentijs, ita rationes quoq; cauſarum eſſe compoſitas: & genera per ſe generum eſſe cauſas, differentias autē differentiarum. Quòd ſi cauſis ita diſcretis, effectus diſtincti non eregionè reſpondeant, per accidens eas eſſe cauſas liquet: ut ſi quis artificem, dicat ædificij cauſam eſſe, et non Fabrum, aut ſi Hominem, aut ſi Muſicum: per accidens enim illæ ſunt cauſæ ędificij, non per ſe. Aut ſi quis adiuuantem, ponat ꝓ principali: ut ſi quis Omentum, dixerit cauſam concoctionis ciborum, & non ipſum uentriculū. Sunt autem adiuuantes, ſine quibus principales nō poſſunt perficere quidpiam: ut ſine ſanitate, anima non poteſt pręſtare ſuas energías,

ob id tamen ſanitas, princeps cauſa nõ eſt effectrix illarum ἐνεργειῶν. Qua cõfuſione cauſarum factum eſt, ut quibuſdam Anima nihil aliud eſſe, quàm craſis uideretur. Et quia formæ naturales non poſſunt eſſe ſine accidentibus, quibus ſubinde res ſunt mobiles & mutabiles: idcirco Heraclito uiſum, formam & οὐσίαν rerum nunquam unã & eandem eſſe. Quare principes cauſæ, ab obnoxijs ſunt ſeparandæ: quæ principalium ſunt uel inſtrumenta, uel materia quædam, uel accidentia: non autem Forma ſunt, aut Finis, aut Efficiens. Alioqui, ut Plato ſcribit in Phædone: πολλὴ ἂν, καὶ μακρὰ ῥαθυμία εἴη τοῦ λόγου, τὸ μὴ διελέσθαι οἷόν τ' εἶν, ὅτι ἄλλο μέν τι ἐστὶ τὸ αἴτιον τῷ ὄντι, ἄλλο δ' ἐκεῖνο, ἄνευ οὗ τὸ αἴτιον, οὐκ ἄν ποτ' εἴη αἴτιον, ὃ δὴ μοι φαίνονται ψηλαφῶντες οἱ πολλοί, ὥσπερ ἐν σκότει. ἀλλοτρίῳ ὄμματι προσχρώμενοι, ὡς αἴτιον αὐτὸ προσαγορεύειν. Plerique quia non ſine ſenſibus intelligatur quidpiam, animam hominis cenſuerunt mortalem.

1. Quo primùm ſentiat animal, quæritur, ipſis ne externis ſenſibus, an interno & communi, quod eſt cerebrum? Si ſenſio eſt ἐνέργεια quædam, & nõ πάθος: Cerebrum, princeps cauſa uidetur eſſe ſenſionis, ſed tamen nõ ſine externorum inſtrumentis ritè affectis, per ea obiecta quæ extrinſecus ſentiuntur. Quærat aliquis forſan, quî fit, ut cerebrum etiam non habeatur pro cauſa ſine qua non: quũ ſenſus externi, non minus ſine cerebro non ſentiant, quàm cerebrum ſine illis non ſentit? Principatus itaq; cauſæ cognoſcendus, ne cauſa ſine qua non, pro principali habeatur: cuius rei iudicium nõ ad ſenſum, ſed ad rationem & mentem eſt reuocandum. ὅπως μὴ ἀλλοτρίῳ ὄμματι προσχρώμενοι, ὥσπερ ἐν σκότει ψηλαφῶντες, ἐκεῖνο οὗ ἄνευ οὐ τὸ αἴτιον, νομίζοιμεν αὐτὸ αἴτιον εἶν. Idem certè nobis uſuuenit, intuentibus accidentia rerum, & totam mentis aciem in hæc ipſa intendentibus: quod ſolet euenire, defectionem Solis aut Lunæ intentis oculis contemplantibus. Obtutu enim ecclipſeωs tenebrarum, ita nõnunquam illorum excæcantur oculi, ut poſtea lumen uidere hoc ſiderum amplius non poſſint. Quòd ſi non ipſa opacata corpora, ſed imaginem umbræ in aqua oculi noſtri repręſentatam inſpiciant, tum ſine periculo tenebras illas diuinæ luci offuſas intuẽtur. Ergo noſtra mens etiam, in accidentia (quę ſunt umbrę rerũ, & οὐσιῶν tenebræ) ſi quoad cõſpectũ & intelligentiã ueræ eſſentiæ nobis eripiunt, aciem ſuam intendat, ita ut exiſtimet, accidentia ipſas eſſe res & οὐσίας, & non quoad notitijs in ſenſibus adumbratis, deliteſcentem intra accidentia οὐσίαν rerum, & lucem opacatam ueritatis, extra οὐσίαν (quæ duntaxat mente cernitur) in ſenſibus ſcilicet adumbratam agnoſcat, periclitatur de acie ſua: quando nimirum tenebrę in aciem mentis ſubeuntes, ſunt in cauſa, ne amplius lumen οὐσίας ſub umbris latitans uidere queat. Rationib. itaq; excutiendæ ſunt umbræ illæ, nec accidentibus res cognoſcenda, nec adiuuantibus ad ſcribendum, quod principibus cauſis congruit. Ergo principalis effectrix ſanguinis cauſa, Iecur non erit, id eſt caro Iocinoris, ſed adiuuans cauſa ipſius perfectionis: qua nimirum delatus ad hepar, magis in ipſo elaboratur. Galenus carnem Iocinoris, effectricem cauſam principẽ ſtatuit ſanguinis: nec facultatem hanc uenis inſitam eſſe, ſed influentem & ἔμφυτον, fretus his argumentis. Primùm, quia uenæ ſint carne hac iocinoris propagatæ, & enatæ tanquam origine quadam. Deinde, quia ſanguis rubeus fieri non poſſit à membraneis, albicantibus, ac ſpermaticis inſtrumentis: partim quia frigidiores ſint partes illæ, partim quia alterando ſibi ſimilem, id eſt ſpermaticum generent humorem, & non ſanguineum. Habent hæc argumenta πρόχειρον φαντασίαν ueritatis, quæ aut per accidens, uel adiuuantẽ cauſam, in locũ

& ſedem

& ſedē principalis cauſæ promouent, ſed fallacibus tamē ſuffragijs. Primùm igitur ſi conferantur inter ſe argumenta, quibus uenoſo generi princeps efficacia adſcribitur, & ea quibus carni iocinoris: haud paulo ueriora illa erunt his, quum per inſtantias multifariam poſſint refelli, quæ pro iocinoris carne dicuntur. Deinde liquet etiam, quo pacto Mens in tenebras accidentium, & non per ſe cauſarum lucem intuens, ſuam amittat aciem: ut lumen ὐσίας, cauſarum & effectuum poſtea nequeat aſpicere, propter offuſas illas errorum tenebras. Nimis longū ſit, neq; huius etiā eſt inſtituti, cōtra eos dicere, qui uenoſo generi derogant principem facultatem ſanguificam. Pauca quædam afferam, quibus intelligatur, principatū iſtius effectionis penes uenoſum genus, & non penes carnem iocinoris eſſe. Primum eſt, quo conſtat, uenas (autore Galeno & Ariſtotele) primum eſſe naturæ inſtrumentum, quo utatur natura ſeminis, ad generationem omnium aliarum partiū. Deinde quia uenæ, ſanguinis ſint locus & ὑποδοχὴ, nec extra eas profuſus conſeruari poſſit, ſed corrumpatur: omnino uim quandam & efficaciam inſitam eſſe uenis conſeruandi ſanguinis oportet. Nam ut quo naſcitur quidpiam, eodem etiam nutritur: ita conſeruans cauſa, contenti intra ſe ſanguinis, qua κράσει cōſeruate, eâdem gignere etiam poterit, & efficere ſanguinem. Tum etiam, quia facultas hæc uenarum, nō ſit ἐπίκτητον aut ἐπίῤῥυτον, ſed ἔμφυτον quiddam, propterea quòd natura & generatione prior, antiquiorq; ſit uenarum, quàm carnis iocinoris ſubſtantia: quum ſint prima naturæ architectantis fœtum organa, quæ ſine ui & facultate alteratrice non poſſunt intelligi, quum nō tanquam per tubos quoſdam, per eas ſanguis fluat. Quin etiam fieri nequit, quum ἰδιότητες οὐσιῶν autore Galeno, ſequantur energiæ in ſingulis partibus, ut participata aliunde facultate ſanguinem alterent uenæ: quum illud à quo influit uis alteratrix, ſit perfectius quiddam, eo cui influit. Nam quod imperfectius eſt, & propiore à materia, forma præditum, perfectiori ſubſtantiæ facultatem effectricem ſubſtantiæ alicuius nequit ſuppeditare: quando quidem perfectius quodq; ſit actuoſius, et perpeſſio magis cōgruat ei quod ratione alterius, materiæ potius quàm formę obtinet rationem. Sed cui dubium ſit, quin uenoſum genus, perfectiore ſubſtantia ſit præditum, ut quòd ex ſpermatico humore ſit generatum, & quòd eodem nutriatur etiam? Caro autem iocinoris tantum non ſit calore naturali concretus quidam ſanguis, autore Galeno: qui cenſet nihil à ſanguinis materia propius abeſſe, quàm ſubſtantiam illius carnis. Quamobrem maior erit alteratrix in uenis facultas, ut quæ nō ſolum ex chylo ſanguinem, ſed etiam ex ſanguine facere ſpermaticum humorem poſſit, quàm in carne iocinoris. Perfectior autem οὐσία, uim agendi non accipit ab imperfectiore: aut ſi conferat aliquid, rationem adiuuantis, & non principalis habebit. Quemadmodum perfectior etiam cōmunis calor, influens in omnia mēbra a corde, πολυτελῆ δύναμιν, ὡς αἴτιον ὃ ἔστιν τὸ αἴτιον ὅλε δὴν αἴτιον, obtinet: quare multo minus, iocinoris calor imperfectior, uim & efficaciam principem ſanguificam ſuppeditabit. Æſtimare porrò caloris craſin, tactu nequaquam debemus, ſed effectu: quum calidius, frigidius, autore Ariſtotele, multis modis ſoleant uſurpari: ſed de his, ne ſim longior, in præſentia dicere plura ſuperſedebo. Exempli gratia, de cauſa efficiente ſanguinem, commemoranda hæc breuiter putaui: quo animaduerteremus, quàm facilè cōtingat nos hallucinari, à principalibus non diſcernentes, adiuuantes cauſas. Veteres Phyſici, autore Ariſtotele, demonſtrandis rerum proprijs, ferè ſemper uſi ſunt ratione materiæ, & non formæ: & præterea inſtrumentis cauſarum efficientium, pro

Ariſtot. lib. 2. De partib. Animal.

ipſis principalibus efficientibus. Reprehendit Ariſtoteles eos, qui cōcoctionis ciborū efficientē dicunt cauſam calorē, & non animā. Neq; ſolum in Phyſicis, ſed etiam Politicis in rebus, complures huiuſmodi ſunt cauſæ, ſine quibus aliquid eſſe non poteſt: quæ tamen ab imperitis haberi ſolent pro principalibus. Vt (uerbi gratia) quòd pro ciue habeatur quiſpiam, per ſe cauſa eſt, quia eiſdem iudicijs, & eodē participat magiſtratu. Sed eiſdem commercijs uti, & in eadem habitare ciuitate, ac ſimilia, ſunt ſine quibus non poteſt eſſe ciuis. Deinde conſiderandum etiam, Ciuitas cùm multis & uarijs conſtet partibus, quæ nam earum pertineant ad ipſius eſſentiam finiendam, & quæ nam ſint, ſine quibus eſſentia non poſſit totius ſubſiſtere. ἐπεὶ δ' ὥσπερ τῶν κατὰ φύσιν συνεστώτων, οὐ ταῦτά ἐστιν μόρια τῆς ὅλης συστάσεως, καὶ ὧν ἄνευ, τὸ ὅλον οὐκ ἂν εἴη. Ratione οὐσίας, quid ſit, intelligitur Ciuitas, his partibus finitionis: ut quū dicitur, κοινωνία τις τῶν ὁμοίων, ἕνεκεν ζωῆς τῆς ἐνδεχομένης ἀρίστης. Alia ſunt, ſine quib. ciuitas nequit eſſe talis κοινωνία, cùm ſint inſtrumenta alicuius ἐνεργείας: qua intelligitur quiddam, gratia cuius fit aliquid, & præterea quod cuiuſdam finis ſit efficiens: ut ſunt omnia, quæ, & quibus fieri aliquid dicitur, & quæ ſic comparantur inter ſe, ut artifex ad inſtrumentum & opus: quibus inter ſe nulla poteſt eſſe ἁπλῶς κοινωνία. Quoniam (ut ait Ariſtoteles) οὐδέν γε τούτοις κοινόν, ἀλλ' ἢ τῷ μὲν ποιῆσαι, τῷ δὲ λαβεῖν: ſed non hæc politica κοινωνία, in talibus eſſe poteſt, cùm non ſit unum quid commune atq; idem, communicantibus diuerſa ratione. Ergo inſtrumenta hæc erunt, & non partes ciuitatis, ſine quib. cōmunicare non poſſunt ciues energeiæ uirtutis, qua definitur optima uita. Vt primum eſt, τροφή: ſecundum, τέχναι: tertiū, ὅπλα: quartum, χρημάτων εὐπορία: quintum & præcipuum, ἡ περὶ τὸ θεῖον ἐπιμέλεια, ἣν καλοῦσιν ἱερατείαν: ſextum κρίσις περὶ τῶν συμφερόντων, καὶ τῶν δικαίων πρὸς ἀλλήλους. Partes hæ non ſunt eſſentiæ ciuitatis, ſed tales, ſine quibus eſſentia eius nequit ſubſiſtere. In his itaq;, quæ fiunt plurib. cauſis, diſtinguendæ ſunt principales, ab his ſine quibus nō fit aliquid. Inter Inſtumentales, quibus ſpectabilis ſpecies imprimitur in oculo, principem numerat partem Galenus, Humorem Cryſtallinum, mēbranas & cæteros humores, pro partibus & inſtrumētis, ſine quibus repręſentari ſpecies nequit cryſtallino. Certis rationibus diſtinguuntur cauſæ tales, & quæri plerumque ſolet, quid nam præcipuè quidpiam efficiat. Vt in dictis & factis hominum, uoluntas eſt, reliquæ ſunt adiuuantes cauſæ. Ergo magis in cauſa

Ariſtot. lib. α. Rhetoricorū. eſt, qui cōſilium dat, quàm qui conſulta facit & exequitur: ὥσπερ ὁ Λεωδάμας κατηγορῶν ἔφη Καλλίστρατον τὸν βουλεύσαντα τοῦ πράξαντος μᾶλλον ἀδικεῖν. οὐ γὰρ ἂν πραχθῆναι μὴ βουλευσαμένου. Sed contrarium uiſum eſt Chauriæ, nempe executorem, eſſe potiorem cauſam: qui tamen ſit, cauſa ſine qua non fiant conſulta.

Ariſtot. lib. x. φυσικῶν ἀκροαμάτων. Quod primò mouet leuia & grauia, eſt gignēs illorum οὐσίαν cauſa, aut ſubmouens impedimenta eorundem motionis. Quo autem mouentur, ſunt leuitas & grauitas, non autem principes cauſæ. Quo principaliter uegetatur corpus animatum, cauſa eſt anima. Sed cauſa ſine qua non, eſt ſanitas. Quid opus eſt uerbis? Inſtrumentales à primarijs cauſis diſcrepare, & ſenſu & ratione notiſſimum eſt. Forma autem οὐσίας, in omnibus princeps eſt cauſa & efficientiæ, & perpeſſionis rerum. Quæ uerò ſunt extra οὐσίαν hanc, ſunt cauſæ, ſine quib. nō agit aut patitur quidpiam ſubſtātia naturalis: quæ & ipſæ ſunt ordine quodam inter ſe conſertæ & contextæ, & quædam primariæ cauſæ: nonnullæ autem effectui ſunt coniunctiores, ſed effectus tamen διότι, non connexis omnibus, haud demonſtratur: quanquam à principalibus organicæ, & ſine quibus non fit aliquid, denominantur, & quid ſint, etiam noſci perfectè principa

libus

libus ſolent. Satis dictum de cauſarum Per ſe differentijs, quoad nimirum principes quædam ſunt, quædam organicæ: quas ut ad formam & effectricem, ita ad reliquas etiam duas, nempe Finientem & Materiam, accommodare debemus. Conſideranda autem hæc ſunt in his, quæ à materia non poſſunt (ut formis Phyſicis) ſeparari. Nunc deinceps, quemadmodum πῶς quædam monſtrentur cauſa formæ ſubiecti: alia uerò, ratione cuiuſdam efficientis: alia, quia ſit talis Finis: alia, quia talis Materia, oſtendere aggrediemur. Ariſtoteles Mathematico exemplo oſtendit, quo pacto τὸ τί ἦν εἶναι proprietatis, demonſtretur finitione: qua intelligitur τὸ ἦν εἶναι ſubiecti, quòd tanquā medium & cauſa adhibeatur demonſtrationi. Sed breuitatis tamen cauſa, Loco definitionis οὐσιώδους (quæ multis conſtat uerbis) uſus eſt definitione ὀνόματος prædicati: quæ eſt, Eſſe partem dimidiam duorum rectorum. Pro ſubiecto poſuit, triangulum ſcriptum in ſemicirculo, quem ſignificauit litera γ. Prędicatum uerò poſitum eſt, rectus ad περιφέρειαν angulus, adumbratum litera α. Medium (ut dixi) finitio nominis rectianguli, quæ eſt, dimidium eſſe duorum rectorum, litera β: cuius ratio οὐσιώδης, definitionis trianguli, & circuli partib. cognoſcitˉ. Quādo aūt definitione & forma ſubiecti demōſtrari quidpiā hoc loco dico, iſtud nō ita accipiēdū eſt, atq; ſi definitio ſubiecti, ſit etiā definitio ꝓprietatis demōſtrabilis: ſed ꝙ partes finitionis prædicati οὐσιώδους, includāt in ſe partes οὐσίας formę ſubiecti. Quòd ipſum fit etiam demōſtrādo ꝓprietates, per alias cauſas: quarum finitiones nō ſunt etiam finitiones ſimpliciter ꝓpriorum accidētiū, ſed partes finitionis proprij, implicāt partes finitionis cauſa, qua dicitur quidpiam monſtrari. Propter quid, ſenſus & motus animali inſint, finitione docemus animę ſentientis, informantis cerebrum & neruos, unà cum alijs quibuſdam inſtrumentis: ſine quibus tales energειαι non poſſunt ineſſe animali, quoad eſt præditum anima ſentiente. Earundem energειῶν, efficiens quoque cauſa eſt, ſed inſtrumentis certis, extra ſe permutans quidpiam ex potentia in actum. Vt cerebrum mutat potentia ſenſilem formam, in eam quæ actu ſentiatur. Et δυνάμει mobile animatum inſtrumētum, in motum actu, per efficientem motionis cauſam ſolet permutari: ut per appetitum, cerebrum & neruos, anima mouens muſculos. Hoc exemplo intelligimus, una quidem cauſa principali, ſed pluribus tamen inſtrumentis, nonnunquam rationem unius effectus ſeu proprij explicari. Ariſtoteles politico & uulgari exemplo eſt uſus, quo oſtenderet formulam demōſtrandi, per cauſam effectricem. Quæ cauſa fuit, ut Medi bellum Athenienſibus inferrent? Efficiens hæc fuit cauſa: Quia prius Sardis ipſi, unà cum Eretrienſibus, bellū intulerunt. Cauſa hæc fuit, ut uindicarēt bello hanc ſibi illatam iniuriam: quo tanquam medio probatur, Athenienſibus laceſſentibus Medos, bellum fuiſſe illatum. Omnibus iniuriam facientibus, infertur bellum. Reliquæ propoſitiones facilè poſſunt attexi. Medium ponitur ſingulare ab Ariſtotele: nec eſt ἀπόδειξις, ſed ex triuio arreptū exemplū. Debet enim omnia eſſe καθόλου in demōſtrationibus, ſed nouimus in exēplis ἀμέλειαν Ariſtotelis. Multę ſunt, & uariæ controuerſiæ in Phyſicis, Ethicis, & Politicis rebus, de cauſis efficiētibus. Quid concutiat terram? Vnde contorqueantur fulmina? Quǽnam uis perpetuò rotet Cœlum? Contendit Galenus, in corporibus animatis cauſam tractus eſſe, facultatem inſitam; aliud uidetur Eraſiſtrato. Dubitatur etiam de purgantibus medicamentis, quam habeant efficaciam, tractricem'ne an ſecretricem tantum humorum purgandorum: deinde excretionis cauſa, excultrix facultas uenarum & inteſtinorum'ne ſit, an trahantur à pharmacis? Sed

de his aliàs diximus: nũc quomodo finiẽtibus cauſis mõſtretur aliquid, planũ faciamus. Ars & natura, nihil faciũt fruſtra: ergo neceſſe eſt, Motus fine quodam determinari: qui finis deſcribitur ratione boni: qua ratione intelligitur melius eſſe, ſi quidpiam hoc modo fiat, quàm ſi ſecus. Princeps hæc cauſa eſt, materiam & efficientiam omnem gubernans, gignendis & conſeruandis eſſentijs rerum, ad notitiam ſummi boni, atq; præpotentis diuinitatis contemplationem nos perducens. A finis cognitione, conſtituuntur omnes artes: nã quare quidq; fiat, aut fieri debeat, finis ἐννοίᾳ demonſtramus. Idem faciũt Phyſici, dum reddunt cuiuſq; operis naturæ rationem perfectam: quum materia efficiensq; cauſa, ſint propter finem, in his quæ non fiunt fortuitò, aut uiolenter. Referti ſunt libri Galeni de Vſu partium corporis, cauſis finientibus: quibus ἐνεργείας, & prẹterea partium corporis humani ſtructuram omnem, boni cuiuſdam gratia eſſe factam oſtendit. Huius cauſæ ignari fuerunt, qui materiæ neceſſitate omnia fieri arbitrantur: ut Democritus, Anaxagoras, Empedocles, & fermè omnes Phyſici ueteres, quos paſſim reprehendit Ariſtoteles noſter in Phyſicis. Deinde quis neſcit, in moribus prẹſertim cõſiderari fines? προαιρέσει enim diſtinguuntur boni ab improbis, ſed habitus προαιρέσεως diſtinguuntur finibus: nec alia cauſa, dicta & facta hominum iudicari conſueuerunt. Exemplis rem manifeſtam declarare nihil aliud eſt, quàm Soli (ut uulgò dicitur) lumen inferre. Nihilominus tractatione exempli Ariſtotelici, quaſi modum & formam declarabimus demonſtrationis, per cauſam finientem. Sine motu nullam in Phyſicis notitiam habere poſſumus Finis, quũ Boni ratio terminet motum, qui ſuapte natura indefinitus eſt. Quo reſpiciens

Metaphy. B. Ariſtippus, autore Ariſtotele, προεπηλάκιζεν μαθηματικὰς ἐπιστήμας. ἐν μὲν γὰρ ταῖς ἄλλαις τέχναις, καὶ ταῖς βαναύσοις αὐταῖς, οἷον ἐν τεκτονικῇ καὶ σκυτικῇ διότι βέλτιον ἢ χεῖρον λέγεσθαι πάντα. τὰς δὲ μαθηματικὰς οὐδένα λόγον ποιεῖσθαι περὶ ἀγαθῶν, καὶ κα-

Metaphy. μ. κῶν. Huius tamen Sophiſtæ errorem, Ariſtoteles alio quodam loco his refellit uerbis: ἐπεὶ δὲ τὸ ἀγαθὸν, καὶ τὸ καλὸν ἕτερον· τὸ μὲν γὰρ ἀεὶ ἐν πράξει, τὸ δὲ καλὸν, καὶ ἐν τοῖς ἀκινήτοις. οἱ φάσκοντες οὐδὲν λέγειν τὰς μαθηματικὰς ἐπιστήμας περὶ καλοῦ ἢ ἀγαθοῦ, ψεύδονται. λέγουσι γὰρ, καὶ δεικνύουσι μάλιστα· οὐ γὰρ εἰ μὴ ὀνομάζουσι, τὰ δ' ἔργα, καὶ τοὺς λόγους δεικνύουσιν, οὐ λέγουσι περὶ αὐτῶν. τοῦ δὲ καλοῦ μέγιστα εἴδη, τάξις, καὶ συμμετρία, καὶ τὸ ὡρισμένον, ἃ μάλιστα δεικνύουσι αἱ μαθηματ. καὶ ἐπιστῆμαι. Proinde cùm ordo & ſymmetria (quæ præſertim Mathematicis demõſtranĩ rationib.) cauſæ finiẽtis, in pluribus quæ mouentur rebus, obtineant rationem: non modò τὸ ἀγαθὸν, ſed etiam τὸ καλὸν, pro cauſa numerari quodam modo debet: quantumuis ſecretæ ſpecies illæ uideantur à materia, & cũ motu nihil habere coniunctũ, ſemetipſis perfectæ, non autem motu quedã perficiendæ. Cæterùm finis omnium motionum, forma eſt, ſeu ſpecies, qua conſtituitur οὐσία. Nam quoad nõ exiſtens naſcitur, Finis eſt Cuius. Sed quoad informans materiam, perficitur accidentibus quibuſdam, Finis eſt Cui. Quando autem unum accidens, reſpectu alterius, finis eſt: non pṛęcipui illi, ſed ſubordinati quidã erũt fines. Extremus, & accidentium omnium finis, eſt οὐσία (ut diximus) cui aut gignendæ aut conſeruandæ, omnia inſeruiunt accidentia. Quæritur, quam ob cauſam poſt cibum ſumptum inambulare, ſit ſalubre? Quæſtio autem, cauſæ eſt finientis, gratia nimirum cuius ambulare ſolemus poſt cibum: qua cauſa, definitur etiam ſanum illud, ſeu ſalubre: quod ipſum prædicatum eſt quæſtionis. Medium uerò, eſt cauſa Finiens, reſpectu ſubiecti: definitio autem, reſpectu prædicati. Quod hac figura, & deſcriptione ſyllogiſmi liquet. Poſt cibũ ambulare, ſit ſubiectum γ. Medium, ne in ore uentriculi fluctuet cibus, β. Prædicatum,

catum,ſalubre eſſe,α. Concoctio enim ciborũ,non fit in ore, ſed in fundo uentriculi: quæ concoctio opus eſt ſanitatis,& finitur ſubſidẽtia ciborũ: propter quam,tanquam finem, poſt cibum ſumptum inambulamus. Quamobrẽ homines ædificant domos? Vt ipſi,& res quas habent,ſint in tuto. Reſponſum, ſeu medium hoc,eſt finis ædificationis,& definitio domus. Finibus enim pleraꝗ definiuntur uulgò,tanquam notiſſimis cauſis: Phyſici,reliquas etiã cauſas adijciunt, ut efficientem & materiam. Pleraꝗ enim quatuor generibus cõſtant cauſarum: quas omnes noſſe, pertinet ad Phyſicũ, non ad communem & popularem diſputatorem. Iam ſi ratio ſalubritatis, quæ prædicatur de ambulatione poſt cibum,cauſa hac finiente finitur: perfecta utique erit, ſi quamobrem ſubſidat cibus ambulando,non alio quopiam medio intelligatur fine. Quæritur autem, Quamobrem ſalubre eſt ſubſidere cibum? Vt nimirum ſubſiſtẽs in fundo,ritè concoquatur. Sic totam cauſam finientem expoſueris. Vt planiſſimè omnia explicentur,utendũ eſt μεταλήψει, καὶ λόγον ἀντ' ὀνόματος, καὶ λόγον ἀντὶ λόγου, ſi neceſſitas poſtulat: ut apud Platonem in Sophiſta Socrates facit. In præſentia, exquiſitione hac exemplorum non eſt opus. δεῖ δὲ (inquit Ariſtoteles) μεταλαμβάνειν τοὺς λόγους, καὶ οὕτως ἕκαστα μᾶλλον φανεῖται. De finiente cauſa ſatis dictum: nunc de materia, ſine qua nihil (prius non exiſtẽs) fieri poteſt, diſſeramus: quum ratione illius etiam quædam πάθη demonſtrari ſoleant, quæ non inſint ſubiecto quia melius ſit: ſed quia tali exiſtente materia,neceſſe ſit ineſſe: ut propter materiam, neceſſe eſt corpora ſeneſcere, ac non poſſunt non permutari contrarijs. Ad hanc neceſſitatem,omnes effectus naturales reuocare ſunt conati ueteres Phyſici, ut multis in locis ſcribit Ariſtoteles: de quibus in præſentia nihil puto dicendum, quum non pertineant ad ἀνάλυσιν. Monere de his, ſatis eſt, quantum præſentem attingunt diſputationem. Propter materiam, motus eſt in rebus, & generatio: ſed eorundem non ſemper eadem eſt cauſa. Aliquando finis eſt in cauſa, ut fiat aliquid: quia ſcilicet melius eſt, hoc modo fieri quidpiam, quàm ſecus. Interdum non quia melius,ſed quia hoc modo cõparatum eſt agens & patiens, neceſſe eſt quidpiam fieri, & moueri: ὅτι τὸ ποιητικὸν, καὶ παθητικὸν ὅταν θίγωσιν, ὃν τρόπον δεῖ τὸ μὲν ποιητικὸν, τὸ δὲ παθητικὸν (τὸν δὲ τρόπον λέγω, τὸ ὡς καὶ ὅ) τότε εὐθὺς τὸ μὲν ποιεῖ, τὸ δὲ πάσχει. Et alicubi Galenus noſter: ἀδυνάτον εἰς ταυτὸν ἀλλήλοις ἰόντα δύο σώματα, μὴ δρᾶν, καὶ πάσχειν εἰς ἄλληλα. Qui finiente cauſa gubernantur motus, demonſtrantur medio, & ratione eiuſdem cauſæ: quæ generatione ſeu γενέσει, poſtrema eſt, ſed φύσει, prima. Ac primũ quidem γενέσει eſt, quod ponitur in ſyllogiſmo, tanquam ἔσχατον & ultimum γενέσει, nempe οὗ ἕνεκα, quod ponitur primum, ſeu prædicatum. Ariſtoteles ſubinde ſubiectum ſyllogiſmi appellat ἔσχατον: ſed prædicatum, πρῶτον ἄκρον. Interpoſitum utriſꝗ eſt medium. Quæ uerò demonſtrantur, neceſſitate materiæ & cauſæ efficientis, in his medium eſt, non finis, qui poſterior eſt γενέσει: ſed aliud quiddã, quod γενέσει prius eſt. Vt quando cauſa redditur, quamobrem animal ſeneſcat? Quia ſcilicet humidum natiuum decreſcit & minuitur: γενέσει, prior hæc eſt cauſa. Quamobrem dormit, aut uigilat? quia cerebrum fit humidius, aut frigidius. Quæ eſt cauſa, quòd dulciores proueniunt uuæ in calidioribus locis? Quia calor magis cõcoquit, quo magis etiam neceſſe eſt acorem permutare dulcedine. Innumera ſunt huiuſmodi: nec deeſſe cuiquam poſſunt exempla, demonſtraturo aut effectum per finientem cauſam, aut quadam neceſſitate cauſarum γενέσει præcedẽtium: quæ quales ſint, paulo antè docuimus. Ariſtotelis uerba, quia ſunt paulo difficiliora ad intelligendum, breuiter explanabo. Huic modo demõ-

Ariſtot. lib. 2. Phyſi. item libro 2. De ortu & interitu. & libro 1. De partib. animal.

Ariſtot. lib. 5. περὶ γενέσεως τῶν ζώων.

Galen li. 6. De placitis Hipp. & Platonis.

ſtrationis, quo probamus fieri aliquid ratiōe & definitione Finis, de quo paulo antè dixerat, oppoſitus eſt modus, quo mōſtratur quidpiam cauſis neceſſarijs motionum, & quas nullus determinet finis effectum. Poſtea ſubijcit diſcrimen, ita ſcribens: ἐκεῖ μὲν γὰρ τὸ μέσον, δεῖ γενέσθαι πρῶτον. id eſt: Modo poſteriore, medium oportet fieri primum. id eſt: Aliquid, quod γενέσει prius ſit, Medium exiſtit. Sed priore modo, ipſum γ (quod eſt ἔσχατον ἄκρον, ſyllogiſmi mōſtrantis cauſa finiente) γενέσει prius eſt: ut ambulare, ædificare: ſed poſtremū γενέσεώς eſt, ſeu τελευταῖον, ipſe finis, quem τὸ οὗ ἕνεκα hic appellat. Sic enim accipiendum eſt, quū inquit: ἐνταῦθα δὲ τὸ γ, τὸ ἔσχατον: ut referatur ad illud quod paulo antè dixerat, δεῖ γενέσθαι πρῶτον: id eſt, γενέσει eſſe primum. Et τελευταῖον γενέσει, τὸ οὗ ἕνεκα. Vt in poſteriore modo, medium eſt prius γενέσει, ita in priore, τὸ ἔσχατον ἄκρον, eſt πρῶτον γενέσει. id eſt: δεῖ γενέσθαι, πρῶτον & τελευταῖον γενέσει, eſt τὸ οὗ ἕνεκα. Sic expoſita oratio Ariſtotelis, facilis erit ad intelligendū. De cęterò autem, quædā eſſe, quorum cauſa ſit in motu, & non aliquid extra motum exiſtens (nempe αἱ γενέσεις ὧν τὸ περὶ κίνησιν αἴτιον) alia uerò nonnulla eſſe, quorū cauſa ſit quiddam extra motum exiſtens, gubernans ſcilicet motū Finis & bonum quoddam, ex ipſo licet Ariſtotele diſcere. Cuius hac de re ſentētiam (ut aliàs conſueui) ipſius commemorabo uerbis, ut elegantiſſimis, ita breuibus, ſed minimè tamen obſcuris, propoſitum & interpretationē noſtram declarātibus, quę ſic habēt: περὶ δὲ τούτων, καὶ τῶν τοιούτων πάντων, οὐκέτι τὸν αὐτὸν τρόπον δεῖ νομίζειν τῆς αἰτίας. ὅσα γὰρ μὴ τῆς φύσεως ἔργα κοινῇ, μηδ' ἴδια τοῦ γένους ἑκάστου, τούτων οὐθὲν ἐστὶν, οὔτε γίνεται ἕνεκα τοῦ. ὀφθαλμὸς μὲν γὰρ ἕνεκά του, γλαυκὸς δὲ, οὐχ ἕνεκά του, πλὴν ἂν ἴδιον ᾖ τοῦ γένους τοῦτο τὸ πάθος. οὕτω δ' ἐπ' ἐνίων οὐ πρὸς τὸν λόγον συντείνει τῆς οὐσίας, ἀλλ' ὡς ἐξ ἀνάγκης γιγνομένων, εἰς τὴν ὕλην, καὶ τὴν κινήσασαν ἀρχὴν ἀνακτέον τὰς αἰτίας. ὥσπερ γὰρ ἐλέχθη κατ' ἀρχὰς ἐν τοῖς πρώτοις λόγοις, οὐ διὰ τὸ γίγνεσθαι ἕκαστον ποιόν τι, διὰ τοῦτο, ποιόν τι ἐστὶν, ὅσα τεταγμένα καὶ ὡρισμένα ἔργα τῆς φύσεώς ἐστιν, ἀλλὰ μᾶλλον διὰ τὸ εἶναι τοιαδὶ, γίγνεται τοιαῦτα. τῇ γὰρ οὐσίᾳ, ἡ γένεσις ἀκολουθεῖ, καὶ τῆς οὐσίας ἕνεκά ἐστιν, ἀλλ' οὐχ αὕτη, τῆς γενέσεως. οἱ δ' ἀρχαῖοι φυσιολόγοι τοὐναντίον ᾠήθησαν. τούτου δ' αἴτιον, ὅτι οὐχ ἑώρων πλείους οὔσας τὰς αἰτίας, ἀλλὰ μόνον τὴν τῆς ὕλης, καὶ τὴν τῆς κινήσεως, καὶ ταύτας ἀδιορίστως. τῆς δὲ τοῦ λόγου, καὶ τῆς τοῦ τέλους, ἀνεπισκέπτως εἶχον. ἔστι μὲν οὖν ἕκαστον, ἕνεκα τουδί. γίνεται δὲ ἤδη διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν, καὶ διὰ τὰς λοιπὰς, ὅσαπερ ἐν τῷ λόγῳ ὑπάρχει τῷ ἑκάστου, ἢ ἐστὶν ἕνεκά του, ἢ οὗ ἕνεκα. τῶν δὲ μὴ τοιούτων, ὅσων ἐστὶ γένεσις ἤδη, τούτων τὸ αἴτιον ἐν τῇ κινήσει δεῖ καὶ τῇ γενέσει ζητεῖν, ὡς ἐν αὐτῇ τῇ συστάσει τὴν διαφορὰν λαμβανόντων. ὀφθαλμὸν γὰρ ἐξ ἀνάγκης ἕξει. τοιονδὶ γὰρ ζῷον ὑπόκειται ὄν. τοιόνδι ὀφθαλμὸν, ἐξ ἀνάγκης μὲν, οὐ τοιαύτης δ' ἀνάγκης, ἀλλ' ἄλλον τρόπον, ὅτι τοιονδὶ πέφυκε ποιεῖν, καὶ πάσχειν. Quia ſatis planè uerbis his Ariſtotelis, diſcrimen explicatū motionum: quarum cauſa eſt uel Finis, qui rationem habet Boni: uel Neceſſitas, quæ deſcribitur duntaxat materia, & efficiente cauſa: nolo multus eſſe in exemplis, cùm utriuſq; generis effectus, innumera ſint exempla, & quidē obuia. Finientis cauſæ quis in demonſtratione ſit uſus, paulo antè fuit dictum. Effectuū, quorum cauſa ſit in motu ipſo, qui neceſſariò excitatur agentibus & patientibus cauſis congreſſis, ac ſe mutuò tangētibus, exempla hæc poſſunt eſſe. Vt ſi, quam ob cauſam glaucos quiſpiam aut nigros habeat oculos, quæritur: aut quamobrē criſpos aut planos capillos: item quæ cauſa ſit, quòd grauis quorundam, nonnullorum acuta ſit uox. Nihil enim horum fit, quia melius, ſed quia neceſſe eſt, propter motum certum agentis & patientis corporis. Omnium etiam quæ contra naturam fiunt, neceſſitatem hanc, expertem finis, cauſam eſſe dicimus: ut morborū, tempeſtatum, & miſeriarum multarum καὶ ξυμφορῶν, quæ ſunt inuita: ἔστι (ut Plato ſcribit in Theæteto) τὴν θνητὴν φύσιν, καὶ

Ariſtot. lib. 5. περὶ γενέσεως ζώων ab initio.

φύσιν, καὶ τὸν δὲ τὸ πόπον, τὰ κατὰ πολὺ πολλὰ ἐξ ἀνάγκης. Ex quo perſpicuum eſt, Finem in obnoxijs motui & generationi rebus, eſſe cauſam φυσικωτέραν, ut propter quam reliquas etiam cauſas eſſe contingat. Veruntamen conſtat, quædam fieri & finis cuiuſdam gratia, & quia non poſſunt non fieri, propter cauſas generatione priores: ut Somnus, neceſſaria fit cauſa, qua neceſſe eſt cerebrum uaporibus affici. Prouenit etiam propter finem, ut recreentur uires animales & naturales. Item περίττωμα flauæ bilis, generatur ex neceſſitate, nihilominus uſum quendam habet: ut nimirum influens meatu quodam in duodenum, ſua acrimonia pituitoſas ſordes in inteſtinis detergat, & eadem ad excernendum irritet. Et Ariſtoteles, generationis membranei corporis, hãc duplicem reddit rationem: συνίσταται δὲ τὸ σωματῶδες, ἐκκρίνεται τὸ ὑγρόν, καὶ περιϊσταντες κύκλῳ ξηραινομένου τὸ γεηρὸν ἐν ὑμένος, καὶ ἐξ ἀνάγκης, καὶ ἕνεκά τινος. Exempli tantum cauſa hæc protuli, quibus haſce geminas cauſas nonnunquam cõcurrere oſtenderemus: idem conſiderandum in multis alijs. Ariſtoteles exemplo laternæ pertuſæ foraminibus, compoſitionem harum cauſarum, declarat. Nam lumen, quia tenuius, neceſſe eſt per hæc foramina diffundi. Et diffunditur etiam propter utilitatem quãdam, ne ſcilicet offendamus in tenebris. Deinde multa ſunt, quæ cauſis neceſſarijs effecta, contingit habere quendam uſum. Quód ſi contingit hæc eſſe propter utilitatem quandam, contingit eadẽ profectò etiam fieri gratia cuiuſdam uſus. Qua ratione, fortuiti effectus etiam plurimùm dicuntur artes ipſas iuuare: & quæ nullius cauſa fiunt, ſæpe ita cadunt, ut diuinitùs oblata uideantur cuidam fini optimo occurrẽtia. καὶ τρόπον τινὰ περὶ τὰ αὐτά ἐστιν, ἡ τύχη καὶ τέχνη. καθάπερ καὶ Ἀγάθων φησί, τέχνη τύχην ἔστερξε, καὶ τύχη τέχνην. Et Hippocrates noſter: ἐγὼ δὲ οὐκ ἀποστερέω μὲν οὐδ' αὐτὸς τὴν τύχην ἔργου οὐδενός· ἡγεῦμαι δὲ, τοῖσι μὲν κακῶς θεραπευομένοισι νοσήμασι, τὰ πολλὰ τὴν ἀτυχίην ἐπεσθαι· τοῖσι δὲ εὖ, τὴν εὐτυχίην. Ipſa autem per ſe Neceſſitas & Fortuna cauſarum, Finientis cauſæ expertes quanquam ſunt, nihilominus participare ea poſſunt, & ſi Fato omnia fieri ſentiamus, nihil fruſtra fieri exiſtimabimus, ſed omnia propter finem Deo notum. Quo ſenſu dicitur illud in ſacris: Diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum. Omnia autem quæ Fiunt, aut propoſito, aut nobis ignota cauſa, & fortuitò fiũt. Et Pythagoricis uiſum, Tonitrua non modò neceſſarijs effici cauſis: ut quando incluſus in nubibus ignis, ui erũpens extinguitur, neceſſe eſt ſonitus tales, & fragores in aere edi: ſed præterea contingit etiam, horrendis his fragoribus impios in Tartaro incluſos terreri, & cruciari, & iram atq; minas Iouis ipſos expaueſcere. Plurima uerò huiuſmodi ſunt, & neceſſaria, & finis rationem habentia, in agentibus & patientibus cauſis naturalibus: non autem ut in artibus, fortuita, quæ plerumque fines naturales impediunt: qui ut ſunt frequentes, ita contrà fortuiti effectus, crebritate carent, & ſunt rari, & ob id ipſum monſtroſi, ut liquet ex Phyſicis. Ergo in pleriſq; non modò fientibus, ſed etiam factis ſecũdum naturam (quæ complexus eſt Ariſtoteles uocabulis duobus, συνισταμένης & συνεστῶτος κατὰ φύσιν) neceſſitas effectus, cum ratione finientis cuiuſdam cauſæ iungitur. Vt quòd concreſcit frigore uapor in pluuiam, neceſſitate fit agentis & patientis cauſæ: cui iuncta eſt utilitas, quòd pluuia ſcilicet irrigatur terra. Qualitates patibiles plurimæ ſunt in corporibus, quarum cauſa eſt materia, ſed finibus & utilitate carent nequaquam: ut quòd mollis eſt caro, quòd dura ſunt oſſa, quòd nerui ad flexus habiles, cauſæ neceſſariæ petuntur ex naturis elementorum. Finientes porrò cauſas explanãt, qui ſcribunt de uſu partium in animalibus. Cæterùm ubi plurimum eſt materiæ, illic finientis cauſæ

περὶ ζώων γενέσεως β.

Νικομαχέων ζ.

Hippo. περὶ τέχνης.

minimum

minimũ apparet. In perfectis autẽ, & totis naturę operibus, bonitatis & utilitatis (cauſæ principis) maxima uis cernitur, neceſſitatis materiæ minimũ. τὸ γὰρ οὗ ἕνεκα (inquit Ariſtoteles) ἥκιστα ἐνταῦθα δῆλον, ὅπου πλεῖστον τῆς ὕλης. Sed de his dictum (ut opinor) ſatis. Ex his quæ ſunt hactenus diſputata, liquet, Naturæ duplicem eſſe efficientiam. Vnam, qua eſt cauſa & principium, tanquam Finis, motuum materiæ directrix. Quò reſpiciens dixit Hippocrates, naturam eſſe iuſtiſſimam, ut quæ propter finem quendam omnia moueat, ac nihil indefinitè & fruſtra. Qua ratione Galenus, θείαν δύναμιν τὴν ἐν τοῖς σπέρμασι πλαστικὴν appellauit. Organica ſunt autem efficientia, qualitates atq; elementa: ut non modò ſumma ſit ſapientia & bonitas in ſummo rerum opifice, ſed etiam in ipſa natura, ſit talis uis abdita, quæ affabrè facere omnia poſſit. Significare uoluit hoc Homerus inſtrumentis Vulcani, ipſa ſeſe mouentibus impetu quodã naturali, pro nutu & arbitrio opificis Dei. Et Stoici, φύσιν hãc efficacem, & finis gratia omnia mouentem, ignem appellarunt artificioſum, ad gignendum certa uia progredientem. Eodem ſenſu dictum illud ab Ariſtotele fuit, Deum & Naturam, gratia finis agere: & pro cauſæ Finientis aſſertione, multa ab eodem afferuntur in libro ſecundo Phyſicorum: & à Platone in Phædone, contra ueteres Phyſicos, qui neceſſarijs cauſis omnia naſci, ſunt arbitrati. Alia eſt neceſſaria efficientia, ſed naturalis tamẽ, qua fit aliquid, quia neceſſe eſt, non quia melius: cuiuſmodi ſunt inſtrumentales cauſæ, quibus utitur finiẽs cauſa ad effectus maximè naturales conſtituendos, propter quos ſunt etiam neceſſarij illi motus. Vt (uerbi gratia) calor non poteſt calefacere, atque id facit nullo reſpectu finis. Eadem uis eſt ſecundum reliquas qualitates, ſine quibus perfectiora naturæ opera neque naſci, neq; conſeruari poſſunt, finiente cauſa ritè hæc ipſa temperante & modificante. Ex neceſſitate color attingens uiſum, in ipſo reprę ſentatur, ut in polito & pellucido corpore: ſed reprę ſentatur, ut uideri poſſit. Inſtrumentum uiſus, finiente cauſa, non tamen ſine neceſſarijs eſt conſtructum cauſis, quibus nõ tam ſecũdum, quàm contra naturam res effici & affici poteſt. Quæ igitur propter ſecuturam γένεσιν formam quandam, definito quodam mouentur modo, cauſa finis quidem ita moueri dicuntur: ſed quæ ſic mouentur & fiunt, ut principalis cauſæ quaſi inſtrumento moueantur quodam, neceſſitate quadam, hac ratione dicũtur moueri. Vt (uerbi gratia) motionis deorſum, finis eſt, οὐσία corporis grauis: ſed tamen finis, Cui. Grauitas autem eſt inſtrumentum, quo mouetur neceſſitate inſita & naturali corpus deorſum. Nutricationis, cauſa eſt finiens Cui, corpus animatum. Sanitas, & nutrimentum, & alterationes quæ fiunt, ſunt neceſſariæ, & cauſæ inſtrumentales, ac ſine quibus non poteſt fieri nutritio. Illa enim neceſſe eſt eſſe, & propter illa (tanquam finem) nutricatio non ineſt corpori. Non enim ut nutritio ſit, corpus eſt animatum: ſed propter corpus animatum, nutricatio eſſe conſueuit: & propter nutricationem, ſanitas, nutrimentum, & alia inſtrumenta, ſine quibus non poteſt nutriri corpus. Ariſtoteles neceſſarias cauſas, diuidit in Naturales & Violentas. Naturales appellat, ſine quibus res nequit finem ſuum aſſequi: Violentas, ſi contrà quàm natura finis ferat, moueantur: ut ſi lapis ſurſum feratur, aut contra naturam, corpus nutritione priuetur aut deprauetur. In natura quidẽ, eſt διττὴ ἀνάγκη. ἡ μὲν γὰρ κατὰ φύσιν καὶ τὴν ὁρμήν· ἡ δὲ βιαία, ἡ παρὰ τὴν ὁρμήν. In Metaphyſicis Ariſtoteles has Neceſſitatis ſpecies his expreſſit uerbis: τὸ μὲν βίᾳ, ὅτι παρὰ τὴν ὁρμήν· τὸ δὲ, οὗ οὐκ ἄνευ, τὸ εὖ. Tertia ſpecies Neceſſarij, pertinet ad res diuinas, nempe τὸ μὴ ἐνδεχόμενον ἄλλως, ἀλλ' ἁπλῶς ἀναγκαῖον. Hactenus quibus cauſis res naturales

Ariſtot. lib. δ. μετεωρολογ. in fine.

Galenus lib. 2. De temperament. circa finem. & in lib. De formatione fœtus.

Cicero de natura Deorum.

Metaphy. λ. & 1. libro De partibus Animal.

turales naſcerentur & conſeruarentur, oſtendimus: iiſdem, ac ſimilibus, artificioſi quoq; conſtituuntur effectus. Sed inter Artem & Naturam illud intereſt, quòd uidelicet Ars, principium eſt extra rem mobilem exiſtens. Non enim, ut in natura unum determinatum eſt quoduis ad unum effectũ, ita quoque comparata res eſt in materia effectuum artificioſorum. Natura autẽ principium eſt internum mobilitatis, & pars οὐσίας rei mobilis. Nec ſecundum naturam tamen, aut artem, mouetur quicquam, quin finis cuiuſdam gratia moueatur: quo nihil differunt, naturæ & artificum effectiones & motus inter ſe. Neceſſariis ambo principia, ad effectus conſtituendos, utuntur inſtrumentis atq; ἔργοις quibuſdam, ſine quibus ad finem peruenire nequit. Sed inſtrumenta atque ἔργα, in quibuſdã quæ fiunt ab arte, nonnunquam fortuitis etiam mouentur cauſis, perinde atq; moueri ſolent ab artis ſolertia. Vt caſu quodã multi fiunt ſani, quo modo à Medico etiam ſanari potuiſſent. Alia ſunt artium opera, quorum effectrix cauſa, nullo modo poſſit eſſe caſus quiſpiam: ut nullam unq; domũ caſu ædificatã fuiſſe conſtat, nec caſus aliquis cultas uineas, ex incultis potuit efficere. Cauſam differẽtię reddit Ariſtoteles in Metaphyſicis: ἀπορήσειε δ' ἄν τις, διατί τὰ μὲν γίγνεται, καὶ τέχνῃ, καὶ ἀπὸ ταυτομάτου, οἷον ὑγίεια, τὰ δ' οὔ, οἷον οἰκία. αἴτιον δὲ ὅτι τῶν μὲν ἡ ὕλη ἡ ἄρχουσα τῆς γενέσεως, ἐν τῷ ποιεῖν, καὶ γινεσθαί τι τῶν ἀπὸ τῆς τέχνης, ἐν ᾗ ὑπάρχει τι μέρος τοῦ πράγματος ἡ μὲν τοιαύτη ἐστὶν, οἵα κινεῖσθαι ὑφ' αὑτῆς, ἡ δ' οὔ. καὶ ταύτης, ἡ μὲν ὡδὶ. οἵα τε ἀδύνατος. πολλὰ γὰρ δυνατὰ μὲν ὑφ' αὑτῶν κινεῖσθαι, ἀλλ' οὐχ ὡδὶ, οἷον ὀρχήσασθαι. ὅσων οὖν τοιαύτη ἡ ὕλη, οἷον οἱ λίθοι, ἀδύνατον ὡδὶ κινηθῆναι, εἰ μὴ ὑπ' ἄλλου ὡδὶ μέντοι, ναὶ καὶ τὸ πῦρ. διὰ τοῦτο τὰ μὲν οὐκ ἔσται ἄνευ τοῦ ἔχοντος τὴν τέχνην, τὰ δὲ ἔσται. ὑπὸ γὰρ τούτων κινηθήσεται τῶν οὐκ ἐχόντων μὲν τὴν τέχνην, κινεῖσθαι δὲ δυναμένων αὐτῶν ἢ ὑπ' ἄλλων οὐκ ἐχόντων τὴν τέχνην, ἢ ἐκ μέρους. Metaphy. 6. Vt ſi quis ἐκ περιπτώσεως quodam medicamento uſus, cõualuit, caſu ſemet ipſum curaſſe dicendus. Aut ſi fecit initium caſus quidam, & reliqua quibus fiebat ſanitas, ſua ſponte ſubſecuta primum motum quem excitauit caſus. Vt ſi calor, caſu excitatus, concoxit humores, cõcoctio deinde ſeparauit, ſeparationem ſecuta eſt excretio prauorum humorum quam poſtea ſanitas. Ariſtoteles ἐκ μέρους, fortuitum appellat effectum, quando eius initium duntaxat caſu fuerit conſtitutum, & non totus effectus: quod initium, per ſe pars ſit totius effectionis. ut calor concoquens humores, pars eſt ſanitatis humorum crudorum, alioqui fortuita cauſa non peruenitur ad finem. Et per accidens quidem, omnes ſine exceptione, fortuiti poſſunt dici effectus: quum per ſe cauſę reuocentur omnes ad cauſam quandam fortuitam, alioqui futuris omnibus neceſſariis, & fatalibus cauſis. Quapropter artem quoque fortuna iuuare dicitur, quum ars adminiculo naturalium motionum quidpiam facit (qua ratione dixit Hippocrates, Medicũ eſſe ὑπηρέτην naturæ) quoniã loco artificis, qui contemplatione finis primò dicitur mouere, & facere quidpiam, natura ſubſtituit quædam, eiuſq; accidẽs quoddam, quod ipſum pars ſit effectus. Non enim ſubitò fit quidpiam, & omnia quodammodo fiũt ἐκ τῶν ὁμωνύμων. Nonnunquam autem fortuitò mouens quiddam, idem efficit In natura nulla eſt per ſe cauſa procurans ea quæ ſolet ars procurare, ut fiat aliquid, aut ut omnino ſit effectrix cuiuſdam: quare artis reſpectu, quæ alioqui fortuitò fiũt, finis gratia fieri dicentur: quum ratione naturalis principii, nihil temerè & caſu fieri dicatur: quum fortuna alioqui frequẽtes ſcilicet naturalium principiorum effectus impediat, atque συνήθεις conſuetas, ſuis priuet plerumque finibus. Cæterùm primum quoduis ποιητικὸν αἴτιον, patienti largitur quidpiam: quod nimirum ſit pars conſtitutionis ipſius, propterea quòd ἐνέργεια motionis una eſt, agen-

eſt, agentis & patientis, ad numerum. Vt (uerbi gratia) ſpermatis motus, quo mouet materiam naſcituri animalis certis qualitatibus, ea motus ἐντελέχεια, quę tanquā κρᾶσις proficiſcitur ἐνεργητικῶς à ui & natura ſeminis, habētis πλαστικὴν δύναμιν, eandem κρᾶσιν παθητικῶς à materia quoq; receptari eſt neceſſe, & eā partē eſſe gignēdi fœtus. Quod dicimus, id Ariſtoteles his intelligi uer

Metaphy. ζ. bis uoluit in Metaphyſicis: τὸ γὰρ αἴτιον τοῦ ποιεῖν, πρῶτον καθ' αὑτὸ μέρος. θερμότης γὰρ ἡ ἐν τῇ κινήσει, θερμότητα ἐν τῷ σώματι ἐποίησεν. αὕτη δ' ἐστὶν ἢ τοι ὑγίεια, ἢ μέρος, ἢ ἀκολουθεῖ αὐτῇ μέρος τι τῆς ὑγιείας, ἢ αὐτὸ ὑγίεια. Diximus iam antea, in natura, quicquid fiat gratia finis, eius nō fortunā ſeu caſum, ſed naturā ipſam eſſe principium. Sed quæ fiunt à nobis, cauſa finis cuiuſdam, horum nōnullorū principium etiam eſſe fortuitū: ut nonnunquam ſanitatis & incolumitatis, quæ multis à fortuna fuerunt oblatæ. Alia ſunt, quæ nullum habent euentum fortuitū, ut domus, aut ſtatua: quæ neque neceſſariam habent cauſam, neq; fortuitam, ſed duntaxat finientem, & talem, gratia cuius ſunt & fiunt ea quæ præcedunt effectum. At in quibus conſequendis finibus, fortuna etiam & caſus dominātur, comparata ſic media habent, & cauſas quibus efficiuntur & fiunt, ut certo quodam modo ſeipſis moueri poſſint: quo res mota perueniat ad finem, ſiue caſu aliquo, ſiue propoſito artificis cœperint moueri. Quamobrem quib. caſu quodam motis, fit quidpiam, quæ contingat etiam aliter, ut conſilio & propoſito artificis moueri ad eundem finem, ſi fortuitò non generentur, pariter euenta fortuita poſſunt dici: & identidem non fortuita, ſed quę gubernante quadam finiente cauſa plerumque eueniant. At uerò quicquid uel natura, uel arte fit, id boni cuiuſdam & finis gratia: quę autem ſecus, forte & caſu fiūt. Fortuita enim, nullius cauſa finis fiunt: nec cauſis his demonſtrari quicquam poteſt aut ſciri, propter ἀοριστίαν, cui ſunt obnoxia propter materiam, caduca hæc & fragilia corpora. In his igitur quæ natura ſubſiſtunt rebus, aliàs eſſentiæ cauſas, aliàs motionis conſideramus. Cauſæ eſſentiæ, ſimul ſunt cum effectis: ut interpoſitus terræ in diametro, ſimul eſt cum Ecclipſi: & eruptio uiolenta ignis e nube, ſimul cum ſonitu & fragore: & obſtructio cerebri, ſimul cū priuatione ſenſus & motus. Cauſæ motionis cum effectu (propter motum interuenientem) non ſunt coniunctæ, ſed præcedunt illum, γένεσιν: & temporis ratione ſemper aliquid intercedit inter effectum, & eum quo fit & generatur quidpiam, motum, quoad eo adhuc fit, & nondum eſt perfectū quod

Continētes cauſæ effectuum, quæ non ſint. naſcitur: quorum deinceps, qualis ſit demonſtratio, planum faciemus. Quædam cauſæ, ſua eſſentia, non propter motum ſubiecti, continent effectum, & ſemetipſis ſunt cauſæ, non temporis aut motionis gratia: quorum intercapedinis cauſa non ſimul cum effectu iungi poſſunt ea, quæ conſtituunt ipſum ef

Quid antecedens cauſa. fectum. Appellantur autem cauſæ, quibus fit aliquid cum motu, Antecedentes: quæ diuidūtur à Medicis, in προκαταρκτικὰς & προηγουμένας: quæ neceſſarię nō ſunt, ut ijs conſtituatur præſentibus effectus aliquis, quū earū motus interrūpi & impediri poſſit, quo minus perueniatur ad exitum. Ab his differūt coniunctæ cum effectu cauſæ: quas Cicero, in Libello de Fato, appellat Efficienter antecedētes. Intereſt enim, utrum eiuſmodi quid ſit, ſine quo aliquid effici non poſſit: an eiuſmodi, cum quo aliquid effici neceſſe eſt. Principales quidem, abſque adiuuantibus & proximis, nihil poſſunt efficere. Proximas illas & cum effectu coniunctiſſimas, idem Cicero continentes appellat: Gręci συνεκτικὰς, & συνεχεῖς, ſeu προσεχεῖς. Ariſtoteles hoc loco ὁμογενεῖς, ſine quib. effectus definiri & intelligi haud poteſt: cùm huiuſmodi cauſæ, ſint pars eſſentię effectus. Pertractata hęc omnia ſunt in libello, ſcripto à nobis, de Cau

ſa Conti-

ſa Continente: quo confutaui inſulſam & ridiculam illorũ ſententiam medicorum, qui cauſam continentem nullam in morbis eſſe cenſent, cùm tamen antecedens, niſi permutetur in coniunctam, morbum conſtituere nequeat. Nos in præſentia cum hominibus demonſtrationum ignaris, litigare nolumus: & duntaxat ea quæ ad rem, & Ariſtotelem intelligendum faciunt, explicare ſtudebimus, ne fruſtra teramus tempus. Cauſæ, eſſentia & definitione effectus, priores ad demonſtrandum effectum, pro medijs uſurpantur, omnib. temporibus cum effectu coniunctæ: utpote præſens cauſa cum præſente effectu, præterita cum præterito, & futura cum futuro. Talis cauſa eſt, quæ non cum motu conſtituit & gignit effectum, nec reſpectu eius futurum quiddam eſt effectus, ſed ſimul & ὁμόχρονον tempore exiſtens, οὐσίᾳ nimirum, & non γενέσεως οὐσίας, cauſa exiſtens: cùm aliud ſit οὐσίας, & aliud γένεσι eiſudem. Etenim partes οὐσίας, priores ſunt tota: ſed γενέσεως partes, ſunt eãdem poſteriores: ὅτι τῇ οὐσίᾳ, ἡ γένεσις ἀνάπαλιν, καὶ τῆς οὐσίας ἕνεκα δῆτ', ἀλλ' οὐχ αὕτη τῆς γενέσεως. Simul itaq; tempore eſt οὐσίᾳ, rationem habens effectus cum ſua cauſa: ſimul etiam facta, & ſimul futura dicitur, ut nullo tẽpore, ab effectu cauſa abeſſe poſſit, per quã tanquam medium demonſtratur. Vt: Quare facta fuit Eccliſis? Quia terra fuit interpoſita. Quare eſt? Quia terra interponitur. Quamobrem erit? Quia interponetur terra. Aliàs oſtẽdimus, in his medium nihil aliud eſſe, quàm definitionem ὅλου maioris extremi. Vt ſi monſtratur, Omnis aqua ſummè refrigerata, concreſcere in glaciem: medio, quod eſt cauſa & definitio conglaciati, ut caloris perfecta extinctione demonſtrari ſolet. Inſeparabile etiã hoc medium eſt, & ſimul cum effectu eſt omnibus temporibus iunctum, nempe continens cauſa, & proxima atq; coniuncta: inter quam & effectum, nulla alia poſſit interponi. Apoplexiam eſſe obſtructionem cerebri, cauſa coniuncta demonſtramus: quæ eſt, craſſi humoris occupantis caua cerebri ſubſtantia, & intercludentis exitum ſpiritui animali, alioqui penetrãti in neruos. Melancholiæ morbi, cauſa coniuncta eſt melancholicus humor, ſua qualitate afficiens ſubſtantiam cerebri. Affectus eſt, intemperies frigida & ſicca cerebri. Cauſa ὁμόχρονος, humor ille eſt, de quo dixi. Phlegmone morbus eſt ſimilaris, qui definitur tenſione & intemperie calida partiũ affectarum. Eius cauſa cõiuncta eſt, ſanguis contra naturam profuſus extra uenulas in poros partium ſolidarum. Sed dicunt aduerſarij: Ille ipſe profuſus ſanguis ex uenulis, eſt morbus. Reſpondeo ego, ſanguinem illum morbi eſſe cauſam, & ſub genere αἰτίας cauſam contra naturam collocari: cuius effectus ſit morbus, nempe intemperies calida, cum quadam diſtenſione: cuius quæ ſymptomata ſint, notũ eſt. Si conſideratur autem ſanguis, ut contentum quid contra naturam, in alieno loco: utiq; ſymptoma erit expultricis uitioſæ uenarum. Aut ſi contentum aliquid hic ſit cõtra numerum naturalem, & ob id morbus, & eo ex loco quid dam tollendum, ſanguis quia ſanguis, morbus itidem non erit: ſed quia cauſa morbi coniuncta, gratia cuius pars affecta morbo, in numero, uel ſecundum numerum dicitur laborare cõtra naturam. Qui numerus contra naturam, accidens eſt: cuius cauſa ſit, alieno loco retentus ſanguis, ſed continens ſeu cum morbo coniuncta. Ex quo eſt euidens, ſanguinem talem, contra naturam in poris ſubſiſtentem, aut pro quodam ſymptomate, aut pro cauſa morbi, nequaquam autem pro morbo ipſo numerandum: quemadmodum his uidetur, qui morbũ in prædicamento ſubſtantiæ eſſe ſomniant, ut inficiari ineptè poſſint cauſam continentem, quæ in Phyſicis maximè ad demonſtrandum accõmodata eſt. Verùm homines iſti, cùm Dialecticæ, tum in primis demõſtratio

πρὸς ζώων γενέσεως α.

num ignari, inſcitia ſua & arrogantia freti, cœlum (ut dicitur) terræ miſcent: ac nec ipſi uera docere poſſunt, nec alios uera & conſentanea docentes admittere propter arrogantiã uolũt. Sed omiſſis his pertinaciſſimis ardelionibus, ad genus alterum me conferam cauſarum, quo non eſſe, ſed fieri & naſci dicuntur effectus: quod reſpectu γενέσεως rerum, pro cauſis haberi, paulo antè diximus. Quum uerò cauſa ſit in demonſtratione, qua exiſtente, neceſſe ſit effectum eſſe, ut quæ ſit ἄμεσος & ὁμόγενος, & ſimul tempore cum effectu: oportebit ſanè cauſas generationis, ratione eſſentiæ effectus ad demonſtrandum non accommodatas eſſe: cùm ſint tempore, priores effectu, ac non niſi deſinentibus ipſis, conſtituti effectus uideantur, non ſimul tempore exiſtentibus utriſꝗ. Generationis enim, motusq́ partes (ſeſe mutuò excludentes) reſpondent temporis partibus: quod continuum eſt, & diuidiť in partes priores & poſteriores: quarum poſterior, ſui ortus cauſam habet priorē partem, quatenus poſterior ſcilicet, ſine priore generari nequit. Hac ratione ἄμεσος cauſa nulla erit, quum in motu & tempore, ſemper aliud atque aliud ſit, quo fieri & naſci aliquid dicatur, utriſꝗ infinitè diuiduis exiſtētibus. Sed ut linea punctis, ita tempus inſtantibus & motus mutatis, infinitè poſſunt diuidi: ut quouis dato, Mutato eſſe, in motione poſſit inter datum, & ultimum effectũ, aliud aſſignari Mutatum, ita ut nullum ſit proximè coniunctũ cum effectu: qua ratione definiuntur non efficiēter antecedentes cauſæ, quibus exiſtentibus, non neceſſe ſit, ſed contingat effectum eſſe. Ex quo eſt euidens, in motu nihil eſſe primum, quo factum aliquid poſſit dici: neꝗ fiens, quo fieri neceſſe ſit effectum: neꝗ futurum, quo neceſſariò ſit futurus effectus. Præcedit enim ſemper, quouis dato, prius & propius effectui, Mutatum quoddam: ſiue gigni ipſum, ſiue genitum, ſiue naſciturum effectum dixerimus, ut his aliquid demonſtrari nequeat: non neceſſarijs ſcilicet cauſis, quibus contingit, non autem neceſſe eſt, gigni effectum. Qua ratione, ortus quoꝗ omnium rerum naſcentium ſunt contingentes, & non neceſſarij: & ob id ipſum, indemonſtrabiles cauſis γενέσει prioribus. Proinde materia & motus, quum ratione formę & οὐσίας intelligantur, quæ ut γενέσει poſterior eſt, ita prior eſt φύσει, & λόγῳ: eo nimirum quod natura quidem prius eſt, ſed ortu poſterius, demonſtrabitur natura poſterius, ſed γενέσει tamen prius, nempe per formam ſeu οὐσίαν, materia & motus, quibus generari contingit οὐσίαν. Ac neceſſitas quidem, qua materia, & motus demonſtrabilis eſt, ratione formæ ſeu finis, non ſimplex, ſed ex hypotheſi exiſtit: de qua Ariſtoteles cùm in Phyſicis, tum primo libro De partibus animalium ſcriptum reliquit. Principium eſſentiæ rerum demõſtrationis, eſt τὸ ὄν: ſed generationis, & motus, & materiæ, τὸ ἐχόμενον, nempe Forma & Finis. ἡ γὰρ γένεσις ἕνεκα τῆς οὐσίας ἐστίν, ἀλλ' οὐχ ἡ οὐσία ἕνεκα τῆς γενέσεως. Nec à fine demonſtratio arceſſens, infinitè pergit connectere cauſas γενέσεως ordine cohærentes: cùm ſint quædam per ſe, nonnullæ uerò ſecundum accidēs cauſæ. Violentæ enim & Fortuitæ, non pertinent ad φύσει ὡρισμένας cauſas: οὐδ' ἔστιν εἰς ἀΐδιον συναρτῆσαι τῆς τοιαύτης ἀποδείξεως τὴν ἀνάγκην, quum in natura non ſit Fatum Stoicum. Vt autem à Fine incipientibus, progrediendo ad γεγονότα καθ' ὡρισμένην φυσικήν, omnia ſunt neceſſaria: ita incipientibus ab his quæ priora ſunt γενέσει, reſpectu finis, omnia ſunt & occurrunt, non ut neceſſaria, ſed ut μέλλοντα, & plerumꝗ contingentia. Exemplorum ubiꝗ magna eſt copia: quæ cùm ſint in promptù, commemorandis his ſuperſedebo. Quæ igitur tanquam facta ex neceſſitate demonſtranda erunt, à perfecto eorum fine incipien-

incipiendum. Nam poſterius facto γενέσει, ſemper prioris cauſa intelligitur eſſe: & fiens γενέσει poſterius, fientis prius: & futurum poſterius, eius quod futurum eſt prius, cauſa neceſſitatis exiſtit. A prioribus γενέσει non licet incipere: non enim ſi quod prius factum ſit, neceſſe eſt ob id poſterius etiam fuiſſe factum. Idem de cæteris differentijs temporis ſentiendum. A prioris enim temporis facto, fiente, aut futuro, poſterioris neceſſitatẽ nullo modo demõſtrare poſſumus: ſiue ut definitum ipſum, ſiue ut indefinitum tempus conſiderauerimus. Non enim ſi uerum eſt, factum quid eſſe prius, ob id neceſſariò quoque uerum erit, factum eſſe quiddam poſterius. In medio enim duorum Factorũ, propter motum, interuenit ſemper factum aliud quiddam: cuius reſpectu, ſi quis ex neceſſitate factum poſterius quid pronunciet, falſum dicat, quum reſpectu illius medij adhuc ſit poſterius futurum: cùm ſcilicet nihil abſq; motu factum poſſit dici, & ratione motus fieri & futurum eſſe, nequaquam autẽ pro Facto ex neceſſitate quicquam haberi queat. Talia igitur Facta, conſtat non poſſe eſſe ijs cauſis quibus fiant ὁμόγονα. Ratio uerſatur eadem, in Futuris & Fientibus Factis. Non enim ſi illud factum erit, ob id alterum ex neceſſitate etiam uerum erit. Præteritum enim & futurum, non poſſunt eſſe ὁμόγονα: & ſimul tempore non ſunt, quæ diuiſa ſunt temporibus: ut præterito, & futuro, quibus diuiduntur partes motus. Eiuſdem enim temporis omnia ſunt ὁμόγονα, ſiue præſentia ſint ſiue præterita, ſiue futura: nec à cauſis poteſt ſeparari effectus, in his quæ ſimul ſunt, ſimul facta, ſimul futura ſunt. At quicquid in tempore eſt, in præteritum & futurum diuiduum eſt: aliudq; ipſius factum, & aliud futurum eſt. Medium autem tempus, quod inter utrumq; eſt, ſiue definitum, ſiue indefinitum ſit, in cauſa nequit eſſe, ut prius poſteriori ſit ὁμόγονον. Medio enim illo tẽpore, falſum dictu erit, poſterius eſſe (cùm fiat adhuc, medij cauſa temporis) propter prius: cùm ex neceſſitate poſterius non ſit, propter tempus, quo adhuc fit, interiectum. Sed ſimul ſunt (dixerit fortaſſe quiſpiam) Factum & Fiens. In motu enim neceſſe eſt, ut Factum quid, ſequatur Fiens quiddam, quàmdiu durauerit motus. Veruntamen nulla cauſa continẽte iuncta ſunt hæc, quorum ἄτομον eſt unum, alterum τμητόν. Factum enim, eſt ἄτομον: ſed Fiens, τμητόν. Quòd ſi unum quid (utrumq; συνέχον) interueniret, neceſſe eſſet, priore exiſtente, poſterius eſſe. Sed inter Factũ & Fiens, συνεκτική cauſa nulla interuenit: ut duarum linearum continuationis cauſa συνεκτική, eſt punctum, quo cohærent. Eodem modo, unum Inſtans, iungit præteritum cum futuro: & unum Factum ſeu Mutatum, partium in motu, cauſa eſt continuationis. Sed punctum ut cum linea iungatur, nullum eſt συνέχον αἴτιον, nec ut factum cum Fiẽte: quandoquidem nec fientis cum Facto poſterius συνεκτικόν quoddam exiſtat αἴτιον. Nam ſi eſſet Facti & Fiẽtis, συνεκτική quædam cauſa: ex neceſſitate Factum & Fiens eſſent ἐχόμενα. At ἐχόμενον eſt (autore Ariſtotele) ὃ ἂν ἐφεξῆς ὂν ἅπτηται. Quæ ſic ſeſe habent, communi termino poſſunt continuari. Sed factum eſſe, cùm ſit ἄτομον quiddam, & πέρας, ſi cũ Fiente connecteretur, medio quodam facto eſſe compoſitum, ratione ἐχομένων Factorum conſtitutum, oportebit concretum eſſe ex inſecabilibus: quum tamen nullum continuum poſſit componi ex atomis, ut nec ex pũctis linea, quoad puncta plura duabus ἐχόμενα dicuntur coaleſcere: quum nullum inter duo puncta poſſit aliud interuenire punctum, nec duo quædam puncta poſſint eſſe ἐχόμενα. Idem intelligendum de Facto eſſe. Nam ſi Factum ſit Fienti ἐχόμενον, alio nimirum quodam Facto ei cõtiguum ſit oportet. Nam quæ coaleſcere poſſunt, & conſtituere unum continuum, communi quodã ἀτόμῳ ter-

mino continuantur. Quocirca hac hypotheſi, duo Facta ſimul erunt, nullius motus interuentu: quod abſurdum tam eſt, quàm eſt abſurdum dictu, concretum ex atomis continuum ſtatuere. Ergo neq; Factum, ἐχόμενον reſpectu Fientis erit: neq; Fiens, reſpectu Facti: quare nec cauſa aliqua erit, propter quam ſint unum quiddã, qualis eſt, quum motus propter Factum quoddam medium dicitur continuus: quod nimirum ſit συνέχον αἴτιον cōtinuatorum motuum, terminus unus communis. Quare nec Facta Factis poſſunt eſſe ἐχόμενα, quemadmodum nec puncta ſunt punctis. Quod Ariſtoteles his uoluit exprimere uerbis: ὥσπερ οὖν οὐδὲ στιγμαὶ εἰσὶν ἀλλήλων ἐχόμεναι, οὐδὲ γινόμενα. Mēdum eſt in Græco, quum legitur: οὐδὲ γινόμενα. aliud enim γινόμενον, & aliud γενόμενον ſignificat. Et ut γενόμενα non poſſunt eſſe ἐχόμενα, & ob id συνέχον αἴτιον nō habēt ſuæ continuationis: ita nec γινόμενον & γινόμενον, nec γινόμενον & γενόμενον (quum γινόμενον, ſit διαιρετὸν: ſed γενόμενον, ſit ἀδιαίρετον) ullum συνεκτικὸν αἴτιον habere poſſunt. Et ut punctum ſeſe habet, ratione lineę, reſpectu cuius nequit dici ἐχόμενον: ita γενόμενον, ſeu γεγονὸς, reſpectu γινομένου ſeſe habebit: quũ ut in linea infinita puncta, ita in Fiēte ſeu γινομένῳ infinita inſint γεγονότα. Ex his concludendum, γεγονὸς prius, reſpectu poſterioris, motione media quadam interclusum, nec eſſe συνεκτικὸν quoddam αἴτιον: quo exiſtēte, neceſſe ſit, ſi prius fuerit, ſimul etiam poſterius eſſe factum: quandoquidem intermedius motus non modò intercludat, ſed etiam excludat à priore, poſterius Factum.

Hactenus demonſtrauit Ariſtoteles, γενέσει prius, non poſſe mediũ & cauſam, propter quam ex neceſſitate prædicatum concludatur de ſubiecto, eſſe reſpectu poſterioris. Quæ porrò de motu, quatenus ex numero eſt continuorum, dici poſſunt, ea omnia accuratius & exquiſitius explicantur in Phyſicis Acroamatibus: quorũ librorũ Ariſtoteles quatuor poſteriores, περὶ κινήσεως titulo inſcripſit, ut priores, περὶ ἀρχῶν. Pręſertim aũt Libro ſexto, de ꝓprietatibus motus diſſerit: quas in pręſentia attigiſſe ſatis eſt, quũ in uniuerſum de his diſſerere, pertineat ad Phyſicũ, nō ad Dialecticũ. Demōſtrationis media, quę reb. obnoxijs γενέσει cōgruũt, qualia ſint, et quib. modis, & ꝙ, priora & poſteriora ordine, & deinceps habētia deſcribi ſolēt, oſtēdimus. Sed quũ in demōſtrationib. ἄμεσα ſint media, à priorib. aũt γενέσει, ꝓcedēdo ad poſteriora, ἄμεσον nullũ ſit, nec ſit primũ aliq̃ factũ, q̃ exiſtēte, cōſecutũ ſit poſterius aliud ex neceſſitate: conſiderandum, an φύσει ſit primum quoddam factum, quo exiſtente, neceſſe ſit prius quiddam γενέσει præceſſiſſe: & illo quidem ipſo exiſtente, aliud tertium prius præfuerit: ac ſecundo, tanquam medio ἀμέσῳ, probetur primum de tertio. Neceſſitatem hanc, qua demonſtrētur priora, per poſteriora γενέσει, in Phyſicis appellari ex hypotheſi ἀνάγκην, iam antea monuimus. In his neceſſe eſt, primum & medium terminum, eſſe ἄμεσα. Primum autem appello, quod γενέσει prius eſt, ut α. Medium autem, quod γενέσει poſterius, licet φύσει ſit prius, ut γ. In his itaq;, medium & principium eſt, quod reſpectu prędicati & maioris extremi, γενέσει poſterius eſt: & reſpectu minoris extremi, itidem γενέσει prius exiſtit. Quando Ariſtoteles hoc loco uocabulis utiẽ ὕστερον & ἔμπροσθεν, intelligenda ſunt de ordine γενέσεως, quo prius dicitur α, & poſterius ε. At poſterius Factũ illud eſt, ꝙ præſenti Nunc, ꝓpinquius eſt: quod tēporis principiũ dicũt Phyſici, cùm reſpectu eius reliquæ temporũ differentiæ deſcribantur. Sit itaque δ, nouiſſimum Factum: quo exiſtente, neceſſe ſit præfuiſſe γ: & γ exiſtente, neceſſariò præfuerit α. Quo concluditur, exiſtente δ, ex neceſſitate præfuiſſe γενέσει ipſum α, per medium γ. Vt ſi domus eſt, prius fundamentum fuiſſe oportet: & fundamento exiſtente, lapides præfuiſſe

neceſſe

neceſſe eſt. Quo concluditur, ſi domus facta ſit, neceſſariò præfuiſſe lapides. Hoc pergentibus ordine, peruenitur ad priora, & poſteriora γινόμενα quædam ἄμεσα tandem: quæ nimirum Facta ſunt quædam, ſpecie differentia, quæ numero ſunt finita. Nam quæ ratione motus ſumuntur γεγονότα, ſunt innumera: in quæ diuiduus eſt motus, nequaquam autem ex illis compoſitus, propterea quòd γεγονὸς, non poſſit eſſe ἐχόμενον γεγονότος (ut ſuprà fuit demonſtratum) cùm inter quæuis Facta duo, motus interueniat. Sed in hoc ordine, ſemper incipitur ab illo Facto, quod præſenti inſtanti propinquius eſt. A fine enim demonſtramus omnia, quibus nimirum fit & generatur Finis: qui nimirum, eſt ultimum Factum γινόμενα, cùm primum γινομένου nullum poſſit aſſignari γεγονὸς (autore Ariſtotele in ſexto libro Phyſicorum) quandoquidem nullum ſit in motu primum mutatum, ſeu κίνημα. Ergo ἄρξασθαι ἀνάγκη ἀπὸ τοῦ μέσου, καὶ ἀπὸ τοῦ νῦν πρώτου: alioqui nullum erit ἄμεσον πρῶτον. Valet ratio eadẽ in Futuris etiam. Nam ſi δ, quod eſt ultimum γινόμενα, erit, prius ſcilicet fiet γ: & fieri non poterit γ, niſi prius futurum ſit α. Propter continuationem motus & temporis, etiam in hac ſpecie γενέσεως, inerunt infinita κινήματα propter ſectionẽ, quandoquidem nec ἐχόμενα γεγονότα ſint inter ſe contigua. Accipiendum in his quoque principium ἄμεσον, quod nimirum eſſe in ipſis rebus eſt euidẽs. Temporis præteriti ſuprà exemplum poſuimus: nunc ponamus futuri. Vt ſi lapides nobis fore uſui uelimus monſtrare, quia uidelicet poſito fundamento nobis ſit opus: opus autem fundamẽto fore, quia ſit ædificanda domus. Quare ſi futura ſit domus, demonſtrabitur fore opus nobis lapidibus coagmentatis: cùm ſine his, fundamentum non poſſit extrui. Hoc genere ſyllogiſmi utuntur omnes πρακτικαὶ καὶ ποιητικαὶ ἐπιστῆμαι: quum nõ habeant aliam, quàm à Fine σύστασιν. Quæritur etiam de pleriſq; rebus naturalibus, ex qua nam fiãt materia, & quibus generationis cauſis? Vt ſi pulmo receptaculum ſpiritus eſſe oportebit, laxam & raram naſci carnem ipſius oportebit. Si talis ipſius futura ſit caro, ſanguinem etiam, quo generabitur & nutrietur, tenuem & ſpiritalem eſſe conueniet. Si corpus generatur animalis, materiam affluere oportet, qua partes ſingulæ efformentur & nutriantur. Si affluat materia, nempe ſanguis, uenas prius & arterias eſſe oportebit. Quo Syllogiſmo cõſtat, prima inſtrumenta naturæ, generantis animal ſanguineum, eſſe uenas & arterias. Vt autem in quibuſdam rebus naſcentibus circulus eſt, in quibus ut generatione ultimum, eſt cauſa eius quod γινόμενα primum eſt: ita reciproca quoque cauſarum in ſyllogiſmo & demonſtratione cum concluſis comparata ſecundum prius & poſterius, ratio erit. Paucę ſunt huiuſmodi reciprocæ demõſtrationes, ut Secundo diximus libro: quum oſtenderemus finitas eſſe demõſtrationes, & ſi quæ propter ἀντιστροφὴν uiderentur infinitæ, paucas eas eſſe, & earum duntaxat rerum, quæ redirent eôdem, unde cœpiſſent moueri. Concluſis eo in genere, nõ minus ut cauſis uti licet pręmiſſarum, atq; pręmiſſis ipſis, quas tanquam cauſas adhibemus probandis concluſis: ut quemadmodũ uiciſſim hæc ſibi cauſa exiſtunt, ita uiciſſim etiam unum demonſtretur altero: et ut per præmiſſas concluſio, ita per concluſionem præmiſſæ. Rerum quarundam hæc natura eſt, ut reciprocas habeant cauſas. Vt in efficiẽte cauſa: Vt iniuria excitat inimicitias, inimicitiæ bellum, bellum rurſus cauſa eſt iniuriarũ. Bona concoctio efficit εὐχυμίαν, ſed εὐχυμία εὐεξίαν, εὐεξία autem rurſus εὐσθενίαν: Item bonus habitus corporis, cauſa eſt ualidarum uirium: uires ualentes, cauſa ſunt crebrarum exercitationum: quæ rurſus ſunt in cauſa, ut corroboretur εὐεξία. Eadem eſt reciprocatio etiã in materia. Vt irrigata aquis terra,

materia eſt uaporum: uapores, materia ſunt pluuiarũ: quæ rurſus irrigatæ ter-
ræ. Sunt nonnulla, quæ cauſa γενέσεως reciprocantur: quædam uerò nequaquã
ἀνακάμπτει. Vt quemadmodum ex ſano poteſt fieri ægrotus, ita uiciſſim ex æ-
groto ſanus fieri poteſt. Eadem materia diuerſis eſt & contrarijs cauſis obno
xia. Sunt enim in corpore quædam accidentia, quorum cauſa corpus eſt ob-
noxium contrarijs motibus, ratione habituum contrariorum. Alia accidẽtia,
talem corporis naturam ſubiectam non habent. Non enim ut ex adoleſcente
ſeu puero, poteſt fieri uir: ita uiciſſim ex uiro, poteſt fieri puer. Et nõ ut ex ma-
tutino, fit meridianus ſol: ita uiciſſim ex meridiano, fit etiã matutinus. In reci
procantibus, priori γενέσει, contrariè opponitur poſterior γένεσις. Aliæ ſunt γε
νέσεις, quibus non contrariũ ex contrario, ſed ex imperfecto fit perfectũ: neq;
id quo in ſubiecto fit prius, corrũpitur, ſed perficitur poſteriore: ut ſi ex pue-
ro, fiat uir. Certis enim gradibus uniuerſa ętas abſoluitur animalis: qua nimirũ
perfecta ipſius eſt uita, quę dicitur naturalis periodus uitæ, certo tempore cir
cumſcriptæ. Aliæ porrò ſunt γενέσεις, in quibus poſteriore forma, corrumpi-
tur prior: ut aceti ſpecie & forma (quæ priuatio οὐσίας potius eſt, quàm forma)
corrumpitur οὐσία uini: & cadaueris, οὐσία & forma aboletur animalis, quæ & i-
pſa non ἀνακάμπτει mutatio. Reciprocis γενέσεσι, materia una ſubijcitur, cõtra-
riarum γενέσεων particeps: quarum extrema, ſint cõtrariæ ἐξ ἧς, καὶ τὸ ἕτερον τῶν
Metaphy. α. ἐναντίων μὴ ἁπλῶς φθορὰ prioris εἶδος: ut acetum, eſt uini: & cadauer, animalis:
ἐλάττονι, & ſed ut aqua, reſpectu aeris. Talia enim οὐκ ἀνακάμπτει εἰς ἄλληλα: quoniam mate
lib. κ. ria eſt eadem illorum, gratia cuius permutatio fit ex forma duntaxat in priua
tionem καὶ φθοράν. Cæterùm non uinum, ſed materia uini, corruptionis huius
ſubiectũ eſt, qua fit acetum. Nec prius ex materia hac, in qua ineſt corruptio
& priuatio uini, fit denuò uinum, aut fieri poteſt, ni redeat materia ad eandem
ἕξιν, ratio cuius ex non uino, poſſit fieri uinum: quæ nimirum generatio-
nis eſt, non corruptionis uini materia. Quæ ſic fiunt & generantur, ut mate-
ria tamen generationis, materiæ corruptionis non ſit contraria, non dicuntur
naſci ἐκ τῆς γενέσεως, ſed μετὰ τὴν γένεσιν, eademq; non ἐπανακάμπτει εἰς ἄλληλα.
Vt materia aceti, eadem licet ſit prima, quæ fuit uini: proxima tamen eadem
non eſt, neq; contraria etiam. Alioqui enim, ut ex aqua aer fit, & ex aere aqua:
ita ex uino acetum, & ex aceto renaſceretur uinum. Eadem igitur eſt prima
materia generationis & corruptionis, quibus ex uino fit nõ uinum, quæ ſunt
κατ' ἀντίφασιν oppoſita: nihilominus reſpectu terminorum non ſunt contra-
ria, cùm Eſſe et Non Eſſe, non ſint contraria. Deinde materia etiam utriuſque
generationis & corruptionis eadem, non participat contrarijs, ut materia ſo-
let eorum, quæ (ut diximus) ἀνακάμπτει εἰς ἄλληλα: quorum unum dicitur, ἐκ τῆς
γενέσεως ἑτέρου naſci, nõ μετὰ τὴν γένεσιν: ut quæ reciprocationem γενέσεως nul-
lam habent, contrariam quoque γένεσιν non habere dicantur, & reciprocam.
Sed de reciproca ſatis dictum. Alia eſt conditio rerum naſcentium. Nam in
his quæ καθόλου rationem habent, & non accidentis (quod pertinet ad καθέκα-
στα) aut ſemper aliquid habere uel fieri quid dicuntur, aut plerumque habere
uel fieri quidpiam. Quæ enim à natura inſunt, quo minus fiant, propter ma-
teriam (quæ particeps eſt contrariorum) poſſunt impediri. Sed quia pleruñ-
que fiant, differunt à non naturalibus & fortuitis, atque inſuetis. Diuina om-
nia, quæ aut Mens ſunt, aut proficiſcũtur à mente, ut ſunt cœleſtia omnia, ſim-
pliciter neceſſaria ſunt, & æterna. Neceſſariorum, neceſſariæ ſunt cauſę etiam
& media. Sed plerumque contingentium, eiuſdem modi ſunt etiam media,
nempe cauſæ, quibus plerumque generetur quidpiam. Vt quia plerumque
naſcitur

naſcitur barba uiris, cauſa neceſſaria non erit γινόσιμος, ſed ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ uera. Eſt autem καθόλου omne, aut neceſſarium, aut ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ uerum. Quo in genere ſunt ἀφορισμοὶ Phyſici, et præcepta etiam agendarum & faciendarum rerum, quorum ueritatem, caſus nonnunquam impedit: ſunt tamen nihilominus ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ uera, & ἐπιστητά. Ariſtoteles hoc loco docet, καθόλου ſcientiam nõ modò neceſſariorum eſſe, uerumetiam eorum quæ aliter habere poſſunt, ſed rarò tamen ſecus ſunt comparata: quæ cùm ſecus fiunt, cauſis fiunt per accidens, nempe fortuitis & infrequentibus, quibus nihil poteſt demonſtrari ὥστε ἡ ὕλη ἔσται αἰτία ἡ ἐνδεχομένη παρὰ τὸ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, ἄλλως τοῦ συμβεβηκότος αἰτία. ὅτι δ' ἐπιστήμη οὐκ ἔστι τοῦ συμβεβηκότος, φανερόν. ἐπιστήμη μὲν γὰρ πᾶσα, ἢ τοῦ ἀεὶ, ἢ τοῦ ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. πῶς γὰρ ἢ μαθήσεται, ἢ διδάξει ἄλλον; δεῖ γὰρ ὡρίσθαι ἢ τῷ ἀεὶ, ἢ τῷ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, οἷον ὅτι ὠφέλιμον τῷ πυρέττοντι τὸ μελίκρατον, ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. τὸ δὲ παρὰ τοῦτο, οὐχ ἕξει λέγειν, πότε οὔ. In reliquis uerſatur artificioſa coniectura, ut in his quæ infinitè accidũt. Ex his quæ diximus, perſpicitur, in talibus media etiam & principia ſimilia adhibenda eſſe, quibus nimirum plerumque fit aut fiat aliquid. Quomodo autem principia concluſis quadrare, & ὁμογενῆ eſſe debeant, aliàs eſt dictum. Alia enim ſunt principia ἀΐδια, & alia φθαρτά: atque impediri hæc caſu quodam poſſunt. Effecta quæ plerumq; fiant, non monſtrari neceſſarijs cauſis, breui Epicheremate oſtendit hoc loco Ariſtoteles: quod cùm facile ſit ad intelligendum, nullam interpretationem deſiderat, ut opinor. Hactenus Quid res ſit, Quæſtio quomodò tractanda ſit, & explicanda definitione: & ea ipſa, quo pacto demonſtratio ſit aut non ſit appellanda, docuimus: & præterea, quibus & quot cauſis finiri ac demonſtrari propria πάθη queant, quæ abſolutam à ſubiecto notitiam nequaquàm habẽt. De altero genere definitionũ, quomodo conficiendum ſit, & quo pacto eius partes colligendę ſint, ſequẽte libro docere conabimur: ut nihil, quod ad ſcientiã definitionũ pertinet, diſcentib. deſit: præſertim quũ demonſtrationum principium etiã ſit, genus hoc alterum Definitionis, quo ipſum ſubiectum, & non aliquid exiſtens cum ſubiecto, definitur πάθος. Metaphy. 6.

DEMONSTRATIONVM Liber XIII.

DEfinitione, quid ipſa res ſit, intelligitur: quum ſit ratio ſcilicet οὐσίας, qua per ſe eſſe, noſcitur quidpiam. Sunt autẽ quædam, non abſolutæ à ſubiecto οὐσίαι: quæ nimirũ, quatenus ſunt, aliquid in aliquo intelligũtur eſſe: nec ſeipſis etiam, ſed adminiculo ſubiecti definiuntur, ut propria πάθη omnia. Alię ſunt οὐσίαι abſolutę, ſeipſis exiſtẽtes, nẽpe ſubiecta ipſa: quæ nõ alijs inſunt, ſed ſeipſis ſubſiſtũt, nullius ſubiecti quo finiantur, ope indigent: horum abſolutam autem οὐσίαν, genus & differentia declarant. His enim intelligitur res ſimpliciter Eſſe & non ineſſe, ſeu προσεῖναι ipſis rebus definitis quidpiam: reliqua omnia propter illa tanquam prima ὄντα, & ſunt, & definiuntur etiam ἀπροσθέτως ὄντα. De his abſolutis, & de definitionibus eorundem, ſic ſcribit Ariſtoteles: ὅταν ἄλλο κατ' ἄλλου λέγηται, οὐκ ἔστιν ὅπερ τὸ δέ τι, ἀλλ' ἐὰν πρώτου τινὸς ᾖ. Metaphy. 7.

τοιαῦτα δ' ἐστὶν ὅσα λέγεται μὴ τῷ ἄλλο κατ' ἄλλου λέγεσθαι. οὐκ ἔσται ἄρα οὐδενὶ τῶν μὴ γένους εἰδῶν ὑπάρχον τὸ τί ἦν εἶναι, ἀλλὰ τούτοις μόνον. Cæterùm ſpecies, generis & differētiæ rationibus, ὅπερ αὐτὸ εἶναι noſcitur: quum de ſpecie prædicentur in Quid, & οὐσίαν ipſius abſolutè ſignificenr. Demonſtrari porrò & definiri communioribus omnia oportet, quàm ſint illa quæ demonſtrantur, aut quę definiuntur. Nihil enim, niſi ſit καθόλου, percipi poteſt: & καθόλου ipſum, alijs communioribus intelligi oportet. Nam quod communicari nequit, principij rationem nō habebit: cùm ratione principiorum, omnia quodammodo communicēt omnibus, & ad unum tandem ſimpliciſſimum & communiſſimum omnia ſint Metaphy. λ. ordinata. τὰ γὰρ ὄντα (inquit Ariſtoteles) οὐχ οὕτως ἔχει ὥστε μὴ εἶναι θατέρῳ πρὸς θάτερον μηδέν, ἀλλ' ἔστι τι. πρὸς μὲν γὰρ ἓν ἅπαντα συντέτακται. Propria enim πάθη, ratione participant ſubiectorum. Subiecta, generum cauſa & differentiarū, communicant inter ſe, ut principij ratione nihil uideatur ſecretum à quibuſuis alijs, & prorſus ſolitarium. Deinde corporea hæc & caduca pendent ſuo principio (quod eſt φύσις) à cœleſtibus, cœleſtia ab incorporeis & ſecretis ἀρχὴ πᾶσι κοινωνικὸν, καὶ κοινωνητόν. mentibus, conſeruantibus perpetuitatem uniuerſę naturę. Illas uerò mentes, motrices cauſas cœlorum, non modò τάξις. qua nihil eſt magis uernaculum naturæ, ſed ſuprema omnium & communiſſima cauſa, quæ αὐτὸ ἀγαθόν eſt, & cardo æternitatis, officioſas ſui deſiderio efficit. Quibus rationibus uidemus, neq; in natura, neq; in rationibus rerum, quicquam eſſe ἀκοινώνητον. Ex quo euidens eſt, quamobrem principia etiam demonſtrationum & definitionum περὶ γενέσεως ζώων, ι. ſint multis communia: quoniam (ut inquit Ariſtoteles) τοῦτο δὴ τὸ ἀρχὴν εἶναι, τὸ αὐτὴν μὲν αἰτίαν εἶναι πολλῶν. Quo fretus argumento Ariſtoteles, etiam oſtēdit, Ideas ſeparatas quia ſint καθ' ἕκαστα quædam (quæ communicari non poſſunt) Metaphy. ζ. ad intelligendum nihil facere: ut uiſum Socrati fuit, qui non mente, ſed re ipſa ſpecies, quibus res corporeæ intelligerentur, ſecretas putauit. Contrà uiſum Heraclito, qui rerum cenſuit eatenus definitiones eſſe, quoad cum accidentibus concretæ eſſent, & qualitatibus ſenſilibus afficerent ſenſus noſtros: ita ut putaret ſcientiam aliud nihil eſſe, quàm ſenſum rerum, quo tamen res eadem omnino ne momento quidem percipitur: quod ipſum dixiſſe etiam Heraclitum ferunt, qui eundem equum qui deſcendiſſet in flumen, non etiam aſcendere exiſtimauit. Cùm aliud ſit οὐσία, & aliud συμβεβηκός: & finita quidem illa ſit, hoc autem infinitum: qui metiuntur eſſentiam rerū, accidentibus, mentemq; ſenſibus obnoxiam faciunt, ad cognitionem ueri (quæ nimirum ſcientia eſt rerum) nunquam perueniunt. Sed ἀπαιδευσία fuit in cauſa, ut fermè ante Socratem περὶ οὐσίας perperam loquerentur omnes Philoſophi, nec definitione quicquam comprehenderent: quæ cauſa fuit etiam, ut in omnibus hallucinarētur, nec demonſtrare quicquam ſcienter poſſent, confundentes om- Metaphy. γ. nia & miſcentes accidentibus. Accuratè & copioſè refellit errorem illum Ariſtoteles in Metaphyſicis: quę cauſa breuitatis, hoc loco commemorare nolo: qui uolet, ipſe legat. Vtile eſt enim cognoſcere, quantum referat, ritè conſtitutas habere definitiones, quibus οὐσία rerum intelligatur, quibusq; ut principijs omnes demonſtrationes nitantur. Subiectorum enim οὐσίαι, ſunt proprietatū & cauſarum, quibus monſtrantur fundamenta: quibus ruinoſis, extrui nulla ſcientia poterit. Et has quidem in principijs numeramus definitiones, quum non ſint, ut propriorum παθῶν, demōſtrabiles, ſed alia quadam methodo colligantur: quam paulo pòſt explicabimus, ſi prius methodi huius utilitatem & neceſſitatem oſtenderimus. Tot accidentibus concretam, & quodammodo ſepultam οὐσίαν, ſeparare & eruere difficillimum eſt. Quicquid enim accidit eſſentiæ,

ſentiæ, id ipſa eſſentia non eſt: atq; una quælibet cùm ſit, nihilominus tamen multa eſſe eam apparet: quæ reuera tamē multa non ſit, ſed uideatur eſſe. Hęc aliena ſi irrepunt in definitionem οὐσίας, magnis erroribus & tenebris omnia inuoluunt: quæ explicari luce ueritatis nequeunt, non ſublatis prius è medio falſis principijs, & fuco atque præſtigijs accidentium detractis: alioqui enim uera & ſincera conſpici nequit οὐσία. In eo primùm eſt elaborandum, ut hanc lucem primam uideamus, quæ cognoſcendis reliquis omnibus prælucet. Quomodo enim propria rerum cognoſcentur, quum quid ipſæ res ſint, quarū dicuntur proprietates eſſe, ignorauerimus? Magna igitur temeritas eſt, ſumere ſibi ullius res explicationem, aut eius arrogare ſibi ſcientiam, quam prius, Quid ſit, non habueris exploratam. Dictum itaque ſibi omnes cupidi ueritatis exiſtiment, id quod eſt apud Platonem in Phædro, ſic adhortante Phædrum Socrate: qui primus artem definiendi non modò adhibuit diſputationibus, ſed etiam eandem (ut par eſt) maximi fecit. περὶ παντὸς ὦ παῖ, μία ἀρχὴ, τοῖς μέλλουσι καλῶς βουλεύεσθαι, εἰδέναι δεῖ περὶ οὗ ἂν ᾖ ἡ βουλὴ, ἢ ἅπαντος ἁμαρτάνειν ἀνάγκη. τοὺς δὲ πολλοὺς λέληθεν, ὅτι οὐκ ἴσασι τὴν οὐσίαν ἑκάστου, ἀλλ' ὡς εἰδότες οὐ διομολογοῦνται ἐν ἀρχῇ τῆς σκέψεως, προελθόντες δὲ, τὸ εἰκὸς ἀποδιδόασιν· οὔτε γὰρ αὐτοῖς, οὔτε τοῖς ἄλλοις ὁμολογοῦσι. Abſq; definitione ullius rei poſſe haberi ſcientiam, omnium erroribus, qui unquam ſunt hallucinati, teſtatiſſimum eſt. Accedit eôdē autor quoq; Ariſtoteles ipſe, qui ueterum errores in Phyſicis coarguens, in cauſa ſcribit fuiſſe ignorantiam definitionis οὐσίας ſubiectarum rerum, ut in demōſtrandis proprietatibus hallucinarentur. αἴτιον τοῦ μὴ ἐλθεῖν τοὺς προγενεστέρους ἐπὶ τὸν τρόπον τοῦτον, ὅτι τὸ τί ἦν εἶναι, καὶ τὸ ὁρίσασθαι τὴν οὐσίαν οὐκ ἦν. ἀλλ' ἥψατο Δημόκριτος πρῶτος, ὡς οὐκ ἀναγκαίου δὲ τῇ φυσικῇ θεωρίᾳ, ἀλλ' ἐκφερόμενος ὑπ' αὐτοῦ τοῦ πράγματος. ἐπὶ Σωκράτους δὲ τοῦτο μὲν ηὐξήθη, τὸ δὲ ζητεῖν περὶ φύσεως ἔληξεν. πρὸς δὲ τὴν χρήσιμον ἀρετὴν, καὶ τὴν πολιτικὴν ἀπέκλιναν οἱ φιλοσοφοῦντες. Quamobrem autem in Phyſicis abſtinuerint à finitionibus Phyſici, reddit rationem hanc in Metaphyſicis: ὅτι περὶ τῶν ὄντων τὴν ἀλήθειαν ἐσκόπουν· τὰ δ' ὄντα ὑπέλαβον εἶναι, τὰ αἰσθητὰ μόνον. ἐν δὲ τούτοις, πολλὴ ἡ τοῦ ἀορίστου φύσις ἐνυπάρχει. Idem, quæ cauſa fuerit, ut ſecretas reuera à ſenſilib. rebus, & per ſe ſubſiſtentes putaret ideas Socrates, quarum ſcilicet definitio eſſet, his expoſuit uerbis in Metaphyſicis, quæ ſic habent. συνέβη δ' ἡ περὶ τῶν εἰδῶν δόξα τοῖς εἰποῦσι διὰ τὸ πεισθῆναι περὶ τῆς ἀληθείας τοῖς ἡρακλειτείοις λόγοις, ὡς πάντων τῶν αἰσθητῶν ἀεὶ ῥεόντων. ὥστ' εἴπερ ἐπιστήμη τινὸς ἔσται καὶ φρόνησις, ἑτέρας δεῖν τινὰς φύσεις εἶναι παρὰ τὰς αἰσθητὰς μενούσας. οὐ γὰρ εἶναι τῶν ῥεόντων ἐπιστήμην. Σωκράτους δὲ περὶ τὰς ἠθικὰς ἀρετὰς πραγματευομένου, καὶ περὶ τούτων ὁρίζεσθαι καθόλου ζητοῦντος πρώτου. τῶν μὲν γὰρ φυσικῶν ἐπὶ μικρὸν Δημόκριτος ἥψατο μόνον, καὶ ὡρίσατό πως τὸ θερμὸν, καὶ τὸ ψυχρόν· οἱ δὲ Πυθαγόρειοι πρότερον περὶ τινῶν ὀλίγων, ὧν τοὺς λόγους εἰς τοὺς ἀριθμοὺς ἀνῆπτον· οἷον τί καιρὸς, ἢ τὸ δίκαιον, ἢ γάμος· ἐκεῖνος δ' εὐλόγως ἐζήτει, τὸ τί ἐστιν. συλλογίζεσθαι γὰρ ἐζήτει, ἀρχὴ δὲ τῶν συλλογισμῶν, τὸ τί ἐστιν. διαλεκτικὴ γὰρ ἰσχὺς οὔπω τότ' ἦν, ὥστε δύνασθαι καὶ χωρὶς τοῦ, τί ἐστιν, τ' ἀναντία σκοπεῖν. καὶ τῶν ἐναντίων εἰ ἡ αὐτὴ ἐπιστήμη. δύο γάρ ἐστιν, ἅ τις ἂν ἀποδοίη Σωκράτει δικαίως, τοὺς ἐπακτικοὺς λόγους, καὶ τὸ ὁρίζεσθαι καθόλου. ταῦτα γάρ ἐστιν ἄμφω περὶ ἀρχὴν ἐπιστήμης. De uſu & neceſſitate definitionum in Demōſtrationibus, & qui nam prius Dialecticè & artificioſè ijs fuerit uſus, oſtendimus: nunc qua methodo colligenda & conſtituenda ſit, tractabimus. Nā quo pacto, aut quibus argumentis aſtruenda aut deſtruenda ſit, ex Topicis diſcitur. Genus & differentiæ ſunt, quibus οὐσία quælibet ſolet definiri, tanquam partibus quibuſdam & elementis eſſentiæ, quibus, ὅπερ ὄν, ſeu αὐτὸ ὄν intelligatur. Prædicati autē genus & differentiam, de ſpecie quæ definitur, hac ratione, qua quid ſit ſpecies

De partib. ani mal. α.

Metaphy. γ.

Metaphy. α. & μ.

ſit ſpecies intelligitur, conſtat inter omnes. Sed genus tamen prius & abſolutius quiditatem, quàm differentia ſignificat: quippe ſine differentia genus, ſed differentia (quoniam differentia eſt qualitas propria generis, & ut Ariſtoteles inquit in Topicis, ἡ διαφορὰ τὸ γένος συνεπιφέρει) intelligi ſine genere nequit, ut proprium ſine ſubiecto percipi non poteſt. In primis ergo genus definiti, quod nam ſit, conſtituendum, quod Topicis argumentis inquiritur & uentilatur: poſtea annectendæ differentiæ, uſquedum nihil deſit, nihilq́ ſuperſit, pertinẽs ad finiendam οὐσίαν. Diſtinguenda autem ſunt genera differentijs, non ultra genus ſe proferentibus, ſed ſubinferentibus uel genus proximum, uel propiorum generum ſuperius quoddam cõmune genus. In eodem enim genere, ſpecies, differentia, & genus, ſint oportet. Nam quæcunq; extra genus eſt definitæ rei, differentia non eſt, ſed accidens. Et quamuis ex diuerſis generibus corrogari partes differentiæ nonnunquam contingat: ex his tamen conſtituta differentia, in eodem, quo ſpecies eſt genere, neceſſariò erit. Vt (uerbi gratia) in definitione Naturæ, principij uocabulum, relatum uſurpatur: item motus, item ſubſtantiæ: quæ omnia ſunt diſcrepantium prędicamentorum uocabula. Sic enim definitur Natura, Subſtantia principium exiſtens rei naturalis, & cauſa motus quietisq; eius, in quo eſt per ſe primò, & non ſecundum accidens. Quamuis principium abſolutè ſi uſurpetur, relatio ſit: tamen ut pars definitionis huius relatio non eſt, ſed pars differentiæ, quæ in eodem eſt genere, in quo definita ſpecies, ut Materia aut Forma. Quoniam (ut Ariſtoteles ſcribit in Elenchis) ἐν δὲ τοῖς δι' ὧν δηλοῦται κατηγορουμένοις, τοῦτο λεκτέον, ὡς οὐ τὸ αὐτὸ χωρίς, καὶ ἐν τῷ λόγῳ τὸ δηλούμενον. Vt (uerbi gratia) Cauum, ſignificat commune quiddã, ſeparatim, quod ineſſe poteſt cruribus & naſo. Sed appoſitum & additum naſo, ſignificat determinatam quandam cauitatem, ut quæ non poſſit eſſe niſi in naſo, qualis iam appelletur σιμότης: quæ eſt determinata cauitas, ſubinferens certum ſubiectum. Idem dici poteſt de cauitate crurum, gratia cuius Varus, aut Valgus dicitur quiſpiam. Sic diuerſorum generum uoculæ, alijs additæ, differentiam conſtituunt: nec compoſitæ omnino idem, quod ſeparatim ſignificant. Proinde differentias, paulo antè diximus eſſe qualitates generũ proprias, ac ſine genere (ut propria ſine ſubiecto) nihil ſignificantes. Aut quoad abſque complexu tamẽ generis quiddam ſignificant, iam non pro differentijs, ſed pro accidentibus numerandas. Vt diuiduum in duas partes inæquales, quoad non συνεπιφέρει Numerum, ut genus, differentia non eſt, ſed accidens continui quanti. Quoad uerò ipſam numerus conſequitur, differentia eſt Numeri, & cum illo tanquam genere, cõſtituit ſpeciem, quæ nimirum eſt Impar numerus. Contraria eſt autem omnis differẽtia (quoad per ipſam diuiditur genus) uel στερήσει, uel ἀντιφάσει expreſſa: quoniam ut ſpecies quædam opponuntur contraria, quæ ſunt compoſitũ quiddam ex genere & differentia. Sunt autem differentiæ ex numero compoſitorum propriorum. Propriè enim differentiæ accidunt generibus, & includuntur ſecundo modo eorum quę per ſe dicuntur: de quibus ita ſcribit Ariſtoteles: οὐ γὰρ ἐνδέχεται μὴ ὑπάρχειν, ἢ ἁπλῶς, ἢ τὰ ἀντικείμενα. οἷον γραμμῇ, τὸ εὐθὺ, ἢ τὸ καμπύλον· καὶ τῷ ἀριθμῷ, τὸ περιττὸν, ἢ τὸ ἄρτιον. ἔστι γὰρ τὸ ἐναντίον, ἢ στέρησις, ἢ ἀντίφασις ἐν τῷ αὐτῷ γένει· οἷον ἄρτιον, τὸ μὴ περιττὸν, ἐν ἀριθμοῖς, ᾗ ἕπεται. Differentias ergo liquet eſſe πρῶτα, & non compoſita ἐναντία. At prima contraria cõſtat eſſe ἕξιν καὶ στέρησιν, & his prior eſt porrò ἀντίφασις. Verùm hæc iſtius loci nõ ſunt: pertinent enim ad Metaphyſicã. Latini imparẽ, priuante uocabulo, opponunt pari, tanquam ἕξει: cùm tamen par, magis ſit habendus pro priuante impa-

Topicor. li. 6. loco 35.

Libro priore Analytic. poſterio.

Metaphy. 1.

te imparis. Perfectior enim pari, eſt impar: quoniam (ut Poeta inquit) numero Deus impar gaudet. Et impar, magis unus & indiuiduus: & ipſa qua omnes menſurantur, nempe unitas, pro impari habetur. Græci περιττὸν appellāt, quo uocabulo magis quædam eminentia, quàm priuatio ſignificatur. παρέργως illud monendum, propter exemplum Ariſtotelis, putauit: nunc quo pacto differentiæ ſubinferant genus, planum faciemus. Differentia quædam eſt ἑτερότης generis, qua nimirum communitas ipſius contrahitur in ſpeciē quandam. Omnis autem ſubinfert, uel proximum genus, uel commune quoddam ſuperius: ut ſi duorum, contra ſe mutuò diſtinctorum generum, eædem fuerint differentiæ. Falſum enim eſt, quod quidam ſibi perſuaſum habent, & ut Topicum quoddam Axioma uſurpant, quum dicūt, oppoſitorum generum, & contrarijs differentijs diſtinctorum, non poſſe differentiam eſſe eandem. Etenim bipes, differentia eſt, non modò gradientis animalis, ſed etiam pennigeri: quæ diuerſa ſunt genera animalium. Ita quoq; Corpus, diuiditur in Animatum & Inanimatum: rurſus animatum, in Simplex & Mixtum. Simplex animatum corpus, eſt Cœlum. Mixtum animatum, eſt concretum ex elementis, uegetabile illud: quod poſtea diuiditur in ſentiens, & non ſentiens. Iterum diuiditur Inanimum quoque, in Simplex & Mixtum. Cui ergo dubium ſit, quin oppoſita genera nonnunquam eiſdem differentijs, ſint diuidua? Solutio unitatis, & negatio eiuſdem, diuidūt genus ſimilaris morbi, & præterea etiam organici. Phlegmone enim, duplicem doloris cauſam, tanquam ſymptomatis, affectis conciliat locis. Nam & qua intemperies eſt inæqualis, ſymmetriam alterans, & qua partes affectas tumore extendens, ſoluit earundem unitatem continuam. Non eſt enim (ut quibuſdam uiſum) eadem unitas συμμετρίας, qua conſtituitur οὐσία partis: & συνεχείας, quæ ad quantitatem, non ad qualitatem partium pertinet. Quo perſpicuū eſt, poſſe oppoſita genera participare differētijs ijſdem: nec prius commemoratum Axioma, cùm Topicum non ſit, pro uero habendum. Illud ſanè corrigit Ariſtoteles in Topicis, his uerbis: Niſi fortè non abſurdum eſt omnino, eandem differentiam eſſe duorum generum, quorum uno, non continuatur alterum. Sed adiungēdum eſt, quādo ambo non fuerint uni generi ſubiecta. Nam ſi ambo uni generi nō fuerint ſubiecta, tum ſequeretur illud abſurdum, ut ſpecies (quia illic eſt differentia etiam, quæ conſtituit ſpeciem) in duobus collocetur generibus: quorum tamen unum non contineat alterum. Reliquum eſt, ut quemadmodum indagari oporteat ea, quæ in quid de ſpecie definiēda prædicentur, cōſideremus: quibus omnibus in unā orationē collectis, cōficiatur ſcilicet definitio. Quibus quæq; res ſimpliciter & ſemper eſſe dicitur, ut genus & differentiæ (quoniam, autore Ariſtotele, οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν ἐν τῷ ὁρισμῷ. πλὴν τό, τε πρῶτον λεγόμενον γένος, καὶ αἱ διαφοραί. τὰ δ' ἄλλα γένη ἐστὶ τό, τε πρῶτον, καὶ μετὰ τούτου συλλαμβανόμεναι διαφοραί) quædam ex his differentiæ, latius ſe proferunt quàm definita ſpecies, ſed tamen extra generis amplitudinem non progrediuntur: nōnullæ ex æquo cum ſpecie definienda reciprocantur, ut differentiæ, quæ unius tantum definiti pars ſunt, ipſiusq; conſtituunt εἶδος: ſemper enim poſtremæ ſunt, ſi quæ reciprocantur. Vt habere in ſe facultatem ſentiendi, conſtituit Animal: quæ differentia ſolius uidetur eſſe Animalis, conſtituens ipſius εἶδος. Aut ſi Dæmones etiam ſentiant, certè communis erit differētia, quemadmodum λογικὸν etiam ſi Dæmones, ea quæ ſunt extra ſe, ratiocinando intelligant: cùm alioqui ſint Mentes illæ, non λογικαὶ, ſed quæ ſuapte οὐσίᾳ, ſint ἐνέργειαι. Item principium habere, ſeu formam, qua poſſit ad ſe trahere ferrū, differentia

Topicorū li. 6. loco 35. pro eo ut nos locos diſtribuimus libri Sexti: in quē ſcripta cōmentaria edidimus ante annos ſex.

Metaphy. ζ.

rentia eſt Magnetis,ſed communis tamen : quoniam & animal, principiũ in ſe habet, quo poſſit attrahere ad ſe ferrum. Diximus iam antè,de communitate partium:quibus tamen collectis omnibus, ἰδίως res definita intelligatur. Sed quid eſt,quòd Ariſtoteles in definitionibus, nonnulla,uerùm nõ omnia, dicit proferre ſe extra definitam ſpeciem? Non ut ſeparatim differentiæ conſideratę,ſingulę quidem communiores ſunt ſpecie definita,ſic complexione quadam ſi perſtringantur, & ex multis una fiat, primoq́ cuidam adiungatur generi, communes eſſe poſſunt. Paulo antè enim fuit dictum, definitionem
Metaphy. ζ. nihil aliud eſſe,quàm genus cũ differẽtijs omnibus iunctum:& Ariſtotele teſte,cùm genus inſtar habeat materiæ,φανερὸν ὅτι ὁρισμός ἐστιν, ὁ ἐκ τῶν διαφορῶν
Topicorum li. 6. loco 30. λόγος,quæ formę quoddam inſtar obtinent. Huiuſmodi igitur compoſita ex multis differentia, non ἐπεκτείνει ἐπὶ πλεῖον τοῦ εἴδους:& interim commune differentijs eſt omnibus, ut extra genus ſeſe non proferant: quandoquidem propriæ qualitates ſunt generis,nec alterius,quàm generis reſpectu dicanturdifferentiæ,quibus οὐσία ſcilicet & definitio conſlatur. Neceſſe quidem eſt,ut genus ad plura ſeſe extendat quàm ſpecies: ſed non omnes differentiæ ſic ſunt comparatæ, ut ad plura ſe proferant,ut modò diximus. Ad plura ſe proferre, nihil aliud eſt,quàm quãdo de ſingulis ſic prædicarur quidpiam καθόλου, ut nihilominus etiam de alio quodam prædicari poſſit. Sequente libro oſtendemus, Ariſtotelem appellare καθόλου prædicatum, quod non poſſit reciprocari:ſed πρῶτον καθόλου, quod ſit cum ſubiecto ἀντίστροφον. Enimuerò proprium reſpectu ſui ſubiecti,eſſe ἀντίστροφον:& definitio,reſpectu definiti,nũquam Genus, ſed interdum differentia, ut compoſita illa differentia ex omnibus, generis communitatem ad unam aſtringens οὐσίαν. Quare ſigillatim ſi prædicẽtur differentiæ, quia partes ſunt ἀντιστρέφουσαι, καθόλου nimirum quædam erunt ἐπὶ πλεῖον ἐπεκτείνοντα,& non ἀντιστρέφοντα: cùm non poſſit niſi unum (nempe tota differentia, qua exprimitur εἶδος definiti) cum definito reciprocari. At nihil prohibet,quo minus propria multa ſint cũ ſubiecto uno reciproca. Sed non plus uno quodam in definitione poteſt eſſe ἀντίστροφον. Quòd ſi differentia ultima ſit cum definito ἀντίστροφος, quod præterea erit, generis habebit rationem. Quòd ſi differentia ultima cum definito non ſit ἀντίστροφος,omnes ſimul coniunctæ erũt. Nam ſimul omnes, nullius alterius poſſunt eſſe differentia,quamuis ſeparatæ ſint communes. Vt (uerbi gratia) in definitione Ternarij,non modò genus,ſed præterea ſingulæ differentiæ, non ſoli Ternario omni inſunt, ſed præterea etiam alij cuidam: quod ipſum eſt ἐπὶ πλεῖον ὑπάρχειν differentias,ſed non extra genus alij. Vt Ens,eſt prædicatum Ternarij:& præterea alij cuidam, quod non ſit Ternarius, omni attribuitur, uerùm extra genus etiam exiſtentibus. Quare differẽtia non erit Ens. Sed impar alio modo:nam & de Ternario,& alio, qui tamẽ ſub eodem genere ſit, nẽpe Quinario, qui Ternarius nõ ſit,prædicatur. ambo autem ſunt in genere Numeri. Nihil enim extra Numerum,impar dicitur. Progrediendum tantiſper diuidẽdo,uſquedum primò quædam ratio conſtituatur: cuius tametſi partes ſingulæ,de pluribus in Quid,quàm Ternario prædicentur: ſimul tamen omnes,de ſolo Ternario uerè & reciprocè, id eſt, ut definitio ipſius efferantur. Huiuſmodi rationem,neceſſe eſt οὐσίαν explicare propoſitæ rei:quoniam nulli extra genus hoc, congruunr ſigillatim differentiæ, & ſimul omnes,cum una quadam ſpecie definita reciprocantur. Omnis quidem Ternarius,cauſa eſſentiæ ſuę,eſt Numerus,primùm,deinde,Impar,deinde:gemina ratione,Primus. Et, quia menſurabilis non eſt alio quodam numero: &,quia compoſitus ex nu-

meris

meris non eſt. Quibus omnibus diuiditur Numerus quia Numerus, & conſti-
tuitur etiam Ternarius quia Ternarius: ut nimirum ſit Numerus, impar, pri-
mus, non compoſitus ex numeris. Harum, quæ genus proximè ſequunt̃, dua-
rum differentiarum, nullus non Impar Numerus particeps eſt. Poſtremã dif-
ferentiam, etiam cum binario habet communem: qui quamuis par ſit, tamen
ex numeris, non eſt compoſitus. Omnia iuncta ſimul, nulli alij conueniunt.
Sed differentiæ communes, non proximum genus, ut ſuprà eſt dictum, ſed
ſubinferunt ſuperius quoddam, & commune genus. Diuiditur autem non
minus par, quàm impar, primo & compoſito. Nam binarius, primus eſt hac
ratione, qua non compoſitus ex numeris. Itidem ternarius etiam, hoc modo
compóſitus non eſt ex numeris. Præterea numerabilis tantum eſt unitate bi-
narius: & reliqui ſunt multi impares, qui non niſi unitate ſunt numerabiles: ut
quinarius, ſeptenarius, & ſimiles. Quòd autem complexio hæc differentia-
rum cum genere, ſit οὐσία & definitio Ternarij, ex eo perſpicitur. Nam ſi, Quid
ſit Ternarius, ea non explicetur complexione: neceſſe erit, hanc uel genus cõ-
ſtituere nominatum, uel innominatum. Genera enim, nonnunquam λόγοις, &
nõ ὀνόμασι ſolent explicari. Quamobrem ad plura pertinebit, quàm ad ſolum
ternarium, genus illud: cùm ex hypotheſi, genus ſit, quod de pluribus differẽ-
tibus ſpecie poſſit prædicari. At uerò complexio hæc, cùm nulli alij prædicã-
do attribuatur, quàm ſingulis, & ad numerum differẽtibus ternarijs: ut Qui-
ditas ſit Ternarij oportet, ſiquidem quiditas eſt, & οὐσία ſpeciei: quòd non niſi
de multis numero differentibus poteſt prædicari. Similis eſt modus demon-
ſtrandi definitiones omnes ἀτόμων εἰδῶν, quibus ſimpliciter quid ſint, conſue-
uerunt intelligi. Nam ſi non niſi de multis numero differentibus, ratio poſſit
prędicari, ſpeciei, & nõ generis ſit oportet definitio. In finiẽda igitur ſpecie,
cõquirenda omnia, quibus diuiduũ eſt genus definiti, & quæ in Quid, prædi-
cari de definito ſolent. Excepta porrò differentia ultima (quæ eſt εἰδοποιός)
reliquæ omnes, proximis additæ generibus, conſtituunt genera: quæ nimi-
rum, quot ſint, & quibus differẽtijs finiantur, non niſi ſpecierum finitionibus
poteſt cognoſci. Atqui generum etiam habenda ratio, quum multa propriè
inſint rebus propter genera: & καθόλου primum in demonſtrationibus conſi-
derandum eſſe, iam antea ſæpe diximus. Veruntamen reipſa, à ſpecie ſepara-
tum genus non ſubſiſtit, ſed ἐπινοίᾳ duntaxat ſeparatur. Quo reſpiciens dixit περὶ ψυχῆς,
Ariſtoteles: Genus aut nihil eſt, aut poſterius quiddam eſt ſpecie. Nihil ſanè α.
genus eſt, ſeipſo nimirum ſubſiſtens. Sed aliquid eſt, quoad intelligentia ſepa-
ratur à ſpecie: ſed tamen poſterior eſt eius cognitio quàm ſpeciei, quum ſpe-
cies menſura ſit generis: nec quomodo aliquid cõmune ſit intelligitur abſq;
his, quę participãt communibus. Quoniam ut ipſa per ſe materia eſt ἄγνωστος,
& per formam fit γνώριμος: ita genus (quum ſit inſtar ὕλης, in notionibus) quo-
rum ſit, & quale, non niſi per ſpecies cognoſcitur. Quæ ſimpliciter idem ſunt,
ſpecie ſunt idem: quæ aliquo modo, generis cuiuſdam cauſa, pro iiſdem habẽ-
tur. Idem porrò & Aliud, ratione οὐσίας uſurpamus. At Idem, in Qualitate: Si-
mile, in Quantitate, appellatur Æquale. Ergo quę generis cauſa Idem dicun-
tur, ſecundum ſpeciem ἄτομον ſunt Alia. Sed quæ ſecundum ſpeciem, Idẽ in-
telliguntur, perfectè ſunt aliquid Idem. Colligitur autem petfectum illud idẽ,
ſeu (ut Hippocrates appellat) ὅμοιον. per ea quorum cauſa ſpecies, à quacun-
que alia ſpecie dicitur eſſe Alia, & differre. His aggregatis omnibus, quib. ni-
mirum differt ab alijs, conſtituitur omnino Idem aliquid, & (ut Hippocrati-
cè loquar) ſimile εἶδος; quod ἄτομον (ut dixi) ſit oportet. Nihil porrò decipit,

& magis imponit nobis, quàm quæ uidentur eadem eſſe & ſimilia, reuera autem non ſunt. Sed alia, confundi non patitur opinione eiuſdẽ, methodus definiendi, ſpecies diſtinguens à ſpeciebus, & à ſpeciebus genera. Nonnulla enim, quia genere ſunt eadem, pro ſimpliciter eiſdem haberi perperam ab ineruditis ſolent. Nihil non autem à quouis alio eſt diuerſum, ſi non ſpecie ἀτόμῳ fuerit idem aut ſimile: excluditur enim hac, omnis eſſentiæ quæ intelligitur, diuerſitas. Fallaci uerò Identitate ſeu ὁμοιότητι, nobis illudunt genera. Nam quæ ſunt aliquo modo Idem, ſimpliciter & reuera uideri nonnunquam eadẽ ſolent. Idem autem & Aliud, in rebus cognitu difficilibus & obſcuris, artis definiendi ignarus, non internoſcet. Sed quomodo ſint internoſcẽda, docet Ariſtoteles in ſeptimo libro Topicorum, quem ſubiunxit Sexto, qui eſt de Definitionibus: quoniã definitionũ cauſa ſimpliciter aliquid, Idem uel Aliud eſſe intelligimus. Confuſionem hanc ſequitur proprietatum confuſio: qua ratione dicimus etiam, ſine definitione nihil poſſe demonſtrari. In demonſtratione enim, Ipſum & Aliud, non ſunt confundenda: quod tum demum aſſequimur, ſi differentia nulla nos latuerit, ſed quando omnium, quibus res propoſita diſcrepat à quibuſuis alijs, intelligentes fuerimus differentiarum. Occultat ergo fallax ſimilitudo, rerũ differẽtias. Quid enim ſancto uiro ſimilius, quàm Hypocrita: & Philoſopho, quãto ſtudio ſeſe aſſimilat Sophiſta? Alia eſt in uerbis & oratione, ſimilitudo ueri, qua res etiã ueriſſimas infuſcare conantur Sophiſtæ: de qua in præſentia nihil dicturi ſumus. Res autem uidentur eędem, cùm tamen non ſint: quia habent aliquid idem uel genere, uel analogia: quæ tamẽ Identitates, ſunt differentijs diſtinguendę. Quia Elemẽtum, eſt minimum quiddam: idcirco quia nõ ſatis rationem minimi diſtinxerunt quidam, & nihil minimum eſſe arbitrati ſunt, quàm quod quantitate eſſet minimum, pro principijs & elementis rerum naturalium introduxerunt Atomos, ſeu inſecabilia corpuſcula: ut Democritus, Epicurus, & ſimiles. Sed conſtat, aliud eſſe minimũ quãtitate, & aliud qualitate: & rurſus, qualitate, qua ſimplex οὐσία diſtinguitur à compoſita, & qua accidẽs ſimplex, à mixtione. [illegible] Eodem modo diſtinguenda eſt uera Temperantia, à fucata: & uera Fortitudo, à falſa. Temperant ſibi à uoluptatibus quidam, non quia ſit honeſtum: ſed ne aut in morbum incidant, aut ne maioribus priuentur uoluptatibus, immodicè his indulgentes. Atqui uirtus omnis uera (autore Platone) coniuncta eſt cum prudẽtia: qua remota, σκιαγραφία τις ᾖ τοιαύτη ἀρετή, καὶ τῷ ὄντι ἀνδραποδώδης, καὶ οὐδὲν ὑγιὲς, οὐδ' ἀληθὲς ἔχει. Satis exemplorum, quibus liquet, quo pacto nõnunquam aliqua ex parte Eadem pro eiſdem omnino haberi ſoleãt, fallente nimirum ſimilitudine, cuius præſtigijs liceat uti Sophiſtis & Rhetoribus, Dialectico & Philoſopho: non item, quibus ut ueritatis cultoribus, diſtinguendæ diligenter ſunt ſimilitudines differentijs, & aſtringenda rerum notitia ueris definitionibus. Procedendũ ergo ſemper ab ijſdem & ſimilibus, ad differentias & diſſimilitudinẽ diſcrepãtiam, uſquedum quæ perfectè ſimilia & diſſimilia, ſeu Eadem & Alia, definiendo nouerimus: quod tum fit, quando nimirum ad εἶδος ἄτομον diuidendo fuerit

In Phædone.

fuerit peruentum. Confuſiſſima, ſunt nobis primò notiſſima: ut genera, deinde ſpecies: quæ uindicantur à confuſione generis, per differentias. De quib. ſpecies prædicatur ἄτομ☉, rationem perfectè eandem habent, nec habent quicquam diuerſitatis. Sed de quibus genus, idem ſunt aliquo modo: & alio, non idem, ſed diſcrepantia. Ad cognitionem perfectè ſimilium, peruenitur per cognitionem omnium, quibus differt res & ſpecies definita à quouis alio, per differentias quæ ſunt qualitates generis, quibus non eædem conſtituuntur ſpecies. Iis autem diſſimilibus, peruenitur omnibus ad cognitionem eorum, quæ maximè ſunt idē aut ſimile: autore Hippocrate in Sexto libro Epidemiorum, ad hunc ſcribente modum: κεφάλαιον ἐκ τῆς γενέσιος καὶ ἀφορμῆς, καὶ πλείστων λόγων, καὶ κατὰ μικρὸν γινωσκομένων. συνάγοντα, καὶ καταμανθάνοντα, εἰ ὅμοιά ἐστιν ἀλλήλοισι, καὶ εἰ μὴ ὅμοια ἀλλήλοισι εἰσίν. ὡς ἐκ τῶν ἀνομοιοτήτων, ὁμοιότης γένηται μία. οὕτως ἂν εἴη ὁδός. οὕτω καὶ τῶν ὀρθῶς ἐχόντων, δοκιμασία, καὶ τῶν μὴ ἐχόντων ἔλεγχ☉. Non diſtinctæ porrò ſimilitudines, quàm ſint ad errandùm lubricæ, monet Plato in Sophiſta, quum inquit: τὸν δὲ ἀσφαλῆ, δεῖ πάντων μάλιστα περὶ τὰς ὁμοιότητας ἀεὶ ποιεῖσθαι τὴν φυλακήν· ὀλισθηρότατον γὰρ τὸ γέν☉. Sed in Phædro, eruditiſſimè diſputat idem, quàm procliuè ſit errare in ſimilibus, & maximè his, quæ differant quidem, ſed quorum non ſit conſpicua tamen differentia. ἢ ἀπάτη πότερον ἐν πολὺ διαφέρουσι γίγνεται μᾶλλον, ἢ ὀλίγον, ἐν τοῖς ὀλίγον. ἀλλὰ κατὰ σμικρὸν καταφαίνων μᾶλλον λήσεις, ἢ ἐλθὼν ἐπὶ τὸ ἐναντίον, ἢ κατὰ μέγα; πῶς δ᾽ οὔ. δεῖ ἄρα τὸν μέλλοντα ἀπατήσειν μὲν ἄλλον, αὐτὸν δὲ μὴ ἀπατηθήσεσθαι, τὴν ὁμοιότητα τῶν ὄντων, καὶ ἀνομοιότητα ἀκριβῶς διειδέναι; ἀνάγκη μὲν οὖν. ἢ οὖν οἷός τ᾽ ἔσται ἀλήθειαν ἀγνοῶν ἑκάστου, τὴν τοῦ ἀγνοουμένου ὁμοιότητα μικράν τε καὶ μεγάλην, ἐν τοῖς ἄλλοις διαγινώσκειν; ἀδύνατον. οὐκοῦν τοῖς παρὰ τὰ ὄντα δοξάζουσι, καὶ ἀπατωμένοις, δῆλον, ὡς τὸ πάθ☉ τοῦτο δι᾽ ὁμοιοτήτων τινῶν εἰσερρύη; γίγνεται μὲν οὕτως. ἔστιν οὖν ὅπως τεχνικὸς ἔσται, μεταβιβάζειν κατὰ σμικρὸν διὰ τῶν ὁμοιοτήτων, ἀπὸ τοῦ ὄντ☉ ἑκάστοτε, ἐπὶ τ᾽ οὐναντίον ἀπάγων, ἢ αὐτὸς τοῦτο διαφεύγειν, ὁ μὴ ἐγνωρικὸς, ὃ ἔστιν ἕκαστον τῶν ὄντων; οὐ μή ποτε. λόγων ἄρα τέχνην, ὦ ἑταῖρε, ὁ τὴν ἀλήθειαν μὴ εἰδὼς, δόξας δὲ τεθηρευκὼς, γελοίαν τινα, ὡς ἔοικε, καὶ ἄτεχνον παρέξεται. ὅτι δ᾽ ὡς Ἱπποκράτης ἔλεγε, τινὰ μὲν δεῖ ῥᾷστα γνωσθῆναι, τινὰ δ᾽ οὐκ δεῖ, τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τῶν ῥᾴστων ποιητέον, ἃ ἐπὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ὁμολογεῖται διὰ τὴν ἐνάργειαν. Pluribus hæc explicarem uerbis, ni exquiſitiſſimè tractata reperirētur à Galeno, libro Nono de placitis Hippocratis & Platonis: quæ quidem omnia breuitatis cauſa, in præſentia omitto, & ad Ariſtotelis præcepta explicanda me conferam, ſi prius Hippocratis etiam κατ᾽ ἰητρεῖον, Methodum cōficiendi finitiones, adſcripſero. ἢ ὅμοια, ἢ ἀνόμοια ἐξ ἀρχῆς ἀπὸ τῶν μεγίστων, καὶ ῥᾴστων, ἀπὸ τῶν πάντως πάντη γινωσκομένων, ἃ καὶ ἰδεῖν καὶ ἀκοῦσαι ἔστιν, ἃ καὶ τῇ ὄψει, καὶ τῇ ῥινὶ, καὶ τῇ γλώσσῃ, καὶ τῇ γνώμῃ ἔστιν αἰσθέσθαι, οἷς γινώσκομεν ἅπασιν, ἔστι γνῶναι. Finitiones colligēdas, ex differentijs ſenſu notis, & cōmunibus, quib. collectis tamē cōſtituatur unum quoddam, & ἄτομον εἶδ☉, hactenus oſtendimus. Propria porrò accidentia, quantum conferant ad partes definitionis inueſtigādas (quoniam ipſæ per ſe οὐσίαι rerum ſenſibus non percipiuntur) diximus aliàs. Quia uerò multum refert ſcire, quæ genere ſint, aut quæ ſpecie eadem, non modò ut ipſæ rerum οὐσίαι internoſcātur, uerumetiam ut quibus primò & per ſe proprietas conueniat, exploratum habeamus, generum definitiones quo pacto ſint colligendæ ex definitionibus ſpecierum, deinceps Ariſtotelis Methodū ſequentes, docere conabimur. Nam quæ propriè inſunt, aliàs generum ſunt, aliàs ἀτόμων εἰδῶν propria. Quamobrem ut cauſas intelligamus, propter quas quæque proprietas inſit cuique ſubiecto, exquiſitæ generum quoque definitiones ſunt conficiendæ: quæ ſanè ut ſpecies ex omnibus differentijs, ita genera

Sectio. 3. par. 20.

K 2 ex quibuſ-

ex quibuſdam ſpecierum differentijs colliguntur. At ſpecies partes ſunt, quibus cõſtituitur genus, tanquam totum quiddam: qua ratione dictum fuit ab Ariſtotele, genus aut ipſum per ſe nihil eſſe, aut poſterius eſſe ſpecie: de quo paulo antè eſt dictum, ut ſit accipiendum. Quocirca quum Genus non modò referatur ad ſpeciem, ſed ipſius Eſſe etiam pendeat ab eſſentia ſpeciei: omni ratione priore erit ſpecies genere, κυρίως ſcilicet, & φύσει, ſeu λόγῳ οὐσίας: tum quia colligitur ratio generis per ſpecies prius cognitas, tum quia totũ & commune, id eſt genus, ſine partibus omnibus nequit intelligi. Species autem, utpote expers huius cõmunitatis, intelligitur ſemetipſa. Idem uenit uſu in partibus totius concreti ex Materia & Forma, quæ ſunt omnibus modis poſteriores toto: ut caput, pedes, oculi, poſteriores ſunt animali, ut quodam toto, ſine quo ſeparatim neque eſſe, neque intelligi poſſunt. Quo reſpiciens dixit Ariſtoteles: τό, τι γὰρ μόριον, οὐ μόνον ἄλλου ἐστὶ μόριον, ἀλλὰ καὶ ὅλως ἄλλου. Genus ergo, quia genus, & totum quoddam, non niſi ratione ſpecierum omnium, tanquã partium, poteſt intelligi quòd ſit genus. Nam quod quibuſdam duntaxat ſpeciebus commune eſt, & non omnibus; ad rationem generis non pertinebit. Vt ſi quis ἔνκιμον, aut poſſe ſpirare, ad rationem animalis pertinere arbitretur: quæ cùm non ſint in omnibus, quæ ſortiuntur appellationem animalis, differentia conſtituens utique, aut pars definitionis animalis non erunt. Hoc modo Febris genus, quidã definierũt differentiã ſcilicet ſpeciei, addentes generi. Quoniam autore Galeno, ueteres quidam (ex quorum numero Athenæus quoque fuit) febrim omnẽ à putredine prouenire cenſuerunt. Ita fit, ut nonnunquam (incognitis ſpeciebus omnibus) generum finitionibus aut deſint, aut ſuperſint differentiæ (quæ Topicis argumentis reprehẽduntur uitia) omninoq; ſit difficilius definire genera, quàm ſpecies. Seipſis enim ſpecies, ſed ſimul omnibus cognitis, generum perfecta & certa haberi poteſt definitio. Totum equidem, unum quid eſt, ex omnib. aggregatum partibus: quoniam (autore Ariſtotele) ὅλον λέγεται, οὗ μηθὲν ἄπεστι μέρος, ἐξ ὧν λέγεται τὸ ὅλον φύσει. οὕτως δὴ καθόλου, ὡς πολλὰ περιέχον, τῷ κατηγορεῖσθαι καθ' ἑκάστου, καὶ ἓν ἅπαντα εἶναι, ὡς ἕκαστον. Quo pacto ſpecies à ſpeciebus, definitionibus ſeparandæ ſint, iam antea oſtendimus: nunc deinceps quomodo genera ſeparatim & ſine ſpeciebus poſſint definiri, planum facere conabimur, Ariſtotelis ſententiam hac in re interpretantes. Primùm, qui uolet Totum quid, reſpectu ſpecierum, finiendo complecti, genus differentijs diuidere pergat, uſquedum ad indiuiduas peruentum ſit ſpecies: ut (uerbi gratia) Numerum in Binarium, Ternarium, & ſpecies reliquas, quæ non ſunt infinitæ. Per accidens enim (nempe multiplicando) numeri ſunt infiniti. οὐσία γὰρ ἑκάστου, τὸ ἅπαξ. Species definiũtur ab Arithmeticis, à quibus etiam proprietates ſolent demonſtrari. Eodem modo finitæ linearum etiam ſunt ſpecies: ut Recta, Circulus. Nec non angulorum: ut Rectus, Obtuſus, Acutus. Infinita ſunt reliqua. Natura diſtribuitur tanquam in ſpecies, in Materiam & Formam. Iuſticia, in διανεμητικὴν, & διορθωτικὴν τῶν συναλλαγμάτων. Genera hæc & ſpecies, ferè ſenſu communi & experientia rerum noſcuntur. Deinde ut genus definire poſſis, ſupremi generis habenda ratio: cui attexendæ differentiæ, ut nulla omittatur, ſolis his excluſis, quibus diuiditur genus in ſpecies proximas. Vt (uerbi gratia) genus primum Naturæ eſt, οὐσία: & non (ut uiſum Empedocli fuit) διάκρισις, aut μίξις, quæ ſunt alterius prędicamẽti. Nec Iuſticię genus, eſt Numerus ſeu Quãtitas, ut uiſum Pythagoreis: ſed Qualitas, ſeu Habitus. Tametſi non rarò dubitatur de proximo ſpeciei genere, quodnam ſit: ut Temporis, quodnam ſit genus, aut Voluptatis,

Politicorum α.

Generis Definitio quomodo colligatur.

De Differentijs Febriũ α.

Metaphy. Δ.

luptatis,aut Febris. Temporis genus quidam, Motum ponunt,qui ſpecies eſt continuæ Quantitatis. Ariſtoteles,Numerum eius genus eſſe, oſtendit in Phyſicis. Et Plato, genus Voluptatis,dixit πάθος & alterationem eſſe. Sed Ariſtoteles probat eſſe quandam proprietatem, quæ conſequatur ἐνέργειαν, qua ſecundum naturam afficiatur Animal,quoad ſentit. Febris genus plerique ponunt, non intemperiem calidam, ſed calidum inſitum, ſupra modum naturalem auctum.Falſorum generum reprehenſio, & differētiarum, partim communibus Topicorum, partim Scientiarum quarumlibet uernaculis rationibus conſtat. Quæ ſub ſenſum ueniunt res, earum genera & differentias ſenſu colligere licet:ut Mathematicæ ſpecies ſunt, & nonnullæ Phyſicę. Alię percipiuntur ex his, quæ propriè ipſis accidunt, agendo aut patiendo quidpiam: cuiuſmodi ſunt pleræque Phyſicæ ſpecies,quas quid ſint,accidentibus proprijs (ſub ſenſum ſcilicet uenientibus) deprehendimus. Quoniã (ut autor eſt Ariſtoteles) ἔοικε οὐ μόνον τὸ, τί ἐστι γνῶναι χρήσιμον εἶναι, πρὸς τὸ θεωρῆσαι, τὰς αἰτίας τῶν συμβεβηκότων ταῖς οὐσίαις, ὥσπερ ἐν τοῖς μαθήμασι, οἷον, τί τὸ εὐθὺ, καὶ τί τὸ καμπύλον, ἢ τί γραμμὴ, καὶ ἐπίπεδον, πρὸς τὸ κατιδεῖν, πόσαις ὀρθαῖς αἱ τοῦ τριγώνου γωνίαι ἴσαι· ἀλλὰ καὶ ἀνάπαλιν, τὰ συμβεβηκότα, συμβάλλεται μέγα μέρος, πρὸς τὸ εἰδῆσαι, τὸ τί ἐστιν. Atqui utriuſq; modi & generis definitionis rerũ, quorũ genus unũ eſt, τῶν ἁπλῶς: alterum, τῶν ἐκ προσθέσεως ὄντων, propriorum ſcilicet demonſtrabilium,ratio definiendi quodammodo eſt oppoſita.Finitionum enim demõſtrabilium, inuentionis principia ſunt communia prima, nempe Axiomata: quibus compoſitis,demonſtratur εἶδος proprij cuiuſdam, quod ſubiectis alijs communicari nequit. Contrà fit,quando inquirimus definitiones ἁπλῶς communium,nempe generum. Tum enim incipimus à non communibus, nempe definitionibus ſpecierum, quibus res ſunt diſtinctiſſimę, & minimè communicabiles: & procedimus his cognitis, ad inuentionem definitionis omnium communium, nempe generum, quæ prædicantur de his ſpeciebus. Dictum eſt paulo antè, Genus tanquam Totum, non niſi compoſitis omnibus ſpeciebus, quod' nã ſit,poſſe intelligi aut inueſtigari. Quicquid enim eſt genus,id reſpectu ſuarũ partium noſcitur eſſe:quamobrem ſpecies ipſæ,menſura uidentur eſſe cognitionis generum:quum ſimplex & ἄτομον,ſit primum, & menſura reſpectu compoſiti. Quòd generum gradus ac differentiæ,inueniantur per propria accidẽtia,in Phyſicis rebus,iã dictũ eſt: & quòd per effectum cauſa noſcatur.ὅτι, ſed per cauſam effectus percipiatur διότι, notiſſimũ eſt.Cauſa in his omnibus,nihil aliud eſt,quàm λόγος οὐσίας ſubiecti. Nam (ut inquit Ariſtoteles) πάσης γὰρ ἀποδείξεως ἡ ἀρχὴ, τὸ τί ἐστιν. ὥστε καθ' ὅσους τῶν ὁρισμῶν μὴ συμβαίνει τὰ συμβεβηκότα γνωρίζειν, ἀλλὰ μηδ' εἰκάσαι περὶ αὐτῶν εὐμαρὲς, δῆλον ὅτι διαλεκτικῶς εἴρηνται, καὶ κενῶς ἅπαντες. Multa propriè accidũt ſpeciebus: ſed non quia ſpeciebus,ſed quia hoc uel illo genere participantibus. Vt homini, quia animal,quia corpus animatum,quia corpus mixtum ex elementis,quia ſubſtantia. Cuiuſmodi propria, Finitionibus generum demonſtrari oportet: quum horum omnium principium & cauſa, ſit λόγος τῆς οὐσίας: cuius cùm non ſit alia cauſa,ſimpliciſſimum quiddam,& minimè cum alio compoſitam finitionem eſſe oportet,qua monſtratur proprietas. His enim, quæ aut ſupra aut infra finitionem ſubiecti ſunt, non per ſe ineſt, ſed ſecundum accidens,& ꝓpter primum,finitione comprehenſum:cui quia neq; addi,neq; detrahi quicquam poteſt,meritò principium, & ſimplex atq; indiuiduum quiddã eſſe cẽſetur: cũ demonſtratũ πάθος quoduis compoſitũ, καὶ ἐκ προσθέσεως ὄν, intelligatur.Definitionis generũ in demõſtrationibus,hęc eſt utilitas,cùm per ſpecies

Margin notes: περὶ ψυχῆς α. — Ariſtot. lib. 1. de Anima.

cognoſcantur genera, per generum finitiones, cauſæ intelligantur proprietatum. Horum quoduis ſimplex appellatur, reſpectu eius, cui probando adhibetur, cōpoſiti. Ad colligendas id genus definitiones, diuiſiones ſunt utiles,
Metaph. ζ. ut ad eas, quib. definimus aliquid ἐκ τῶν διαιρέσεων, demonſtrationes. Et aliàs Ariſtoteles, præſens hoc genus, διὰ τὰς διαιρέσεις appellat ὁρισμὸς. Quòd autem ſint indemonſtrabiles, iam antea docuimus, cùm qualis eſſet διαιρετικὸς συλλογισμὸς, planum faceremus. Cōcludit is quidem ex neceſſitate prædicari ambas de definito, ſeu potius alterutram differentiam, quibus diuiduum per ſe genus eſt definiti: ſed quòd hæc uel illa, pertineat ad definitum differētia, nullam uim habet ad probandum: ſed perinde eſt, atq; ſi id ſumat initiò, nullius adminiculo ſyllogiſmi fretus omnia communia diuidentis per differentias. Primū eſt igitur, ut quales ſint differētię cōſideremus: deinde, quo cōtexantur omnia ordine. Multū enim refert, prius an poſterius aliquid ſit poſitū. Nō eſt enim idem, ſi quis dicat: Animal, manſuetū, bipes. & ſi quis: Bipes, animal, manſuetum.
ibidem. Tametſi uerò τάξις, in οὐσίᾳ ſit nulla (quicquid οὐσία enim eſt, & ubicunque eſt, ibi & illud tota eſt) nihilominus ἐν λόγῳ τῆς οὐσίας, τάξιν hanc ineſſe dicimus tamen: cùm ſit aliud quod diuidiť genus, & aliud ſint differentiæ, quibus diuiditur ultima, conſtituente οὐσίαν, reliquis pertinentibus ad rationem generis. Omne enim per ſe unum, conſtituitur ex duobus: quorum unū, rationem, uel inſtar quoddam habeat materiæ: & alterum, formæ ſeu οὐσίας. Proinde ut ex materia & forma, per eſſentiam conſtituitur Vnum Phyſicum: ita ex genere & differentia, efficitur ὁρισμὸς, quo intelligitur Vnum, per eſſentiam. Deinde ut ἑκάστῳ ἡ ἐντελέχεια, ἐν τῷ δυνάμει ὑπάρχοντι, καὶ τῇ οἰκείᾳ ὕλῃ πέφυκε γίνεσθαι: ita differentia quæq; ſui generis forma quædam eſt uernaculi, cum quo iuncta, ſpeciem conſtituat. Obſeruandū igitur, ut ſuis differentijs quoduis diſtinguatur genus, & non alienis: deinde ὁλοποιὸς altera, adiūgatur ad genus, qua conſtituatur ſpecies eſſentiæ. Sed tamen conceſſis quibuſdam demonſtrari nequit, hanc uel illam differentiam ad conſtituendam ſpeciem facere: ſed omnes definiti differentias poſtulando, non demonſtrando, & ſenſus quidē fide, non demonſtrationis, ad definitam rem pertinere oſtēdimus. Principij enim, quod nam aliud principium eſſet, ut differentiæ? Quamobrē poſtulato quodam, pro principio eſt habendū: quod Dialectici appellant, αἰτεῖσθαι. Nō enim demonſtratur cauſa, ſed eius propter certiſſimum ſenſum, fides petitur. Eius ueritati Mens propter ſenſum utcunque aſſentiens ſuffragatur: cuiuſmodi hypotheſis, appellatur αἴτημα: alio modo Definitio, dicitur ὑπόθεσις. Iam antea diximus, certis proprietatibus, omnia genera & differentias definitorum deprehendi: quæ nimirum ſunt effectus quidam, & ut accidentia, ſub ſenſum ueniūt. Syllogiſmo poſſunt de definito colligi differētię ambę, ſed nō alterutra: propterea quòd genus, ſuis & certis quibuſdā differentijs diuiduum cognoſcitur: deinde etiam notum inductione eſt, genus illud de definito, tanquam de ſpecie prædicari. His præcognitis, conficitur διαιρετικὸν ſyllogiſmus: qui ſane utilis eſt, ut generis eo peculiares & uernaculæ differētiæ, poſſint ſpeciei definiendæ applicari, & ne poſteriores & alienæ anticipentur, nulla diuiſionis ratione habita. Suis autem quodlibet genus differētijs diuiditur, quib. per ſe genus aliud diuiduum non ſit. At genera quo ordine digerenda ſint, noſcitur conſecutione ſuperioris neceſſaria, ſed non reciproca. Vt ſi animal ſit, ex neceſſitate corpus animatum erit, ſed non contrà. Non eſſe autē propius genus aliud ante animal, quàm corpus animatum, ex eo liquet: quia differentia, qua conſtituitur animal, ſubinfert genus illud per ſe, nempe corpus animatū,

& ambæ

& ambæ differentiæ, totum diuidũt: ut non ſit medium aliquid, negatione utriuſq; differentiæ expreſſum, de quo prædicari poſſit, quum ſint differentiæ ἄμεσοι, quibus conſtituũtur ſpecies: quippe quælibet duæ uniuerſum genus diuidunt, & qua perfectæ, eadem ratione etiam ſunt contrariæ. Sed de his omnibus diſputatur exquiſitius in Metaphyſicis. Satis eſt in præſentia, ſi præcipiamus nullum omittendum genus, quod de definito prędicari poſſit, quod non ſuis proprijs & uernaculis differentijs diuidatur. Atq; id ipſum eſt, quod Socrates apud Platonem à nobis fieri ſedulò uult, quum definire quidpiã conamur, ad hunc monens modum: κατ᾽ εἴδη δύνασθαι διατέμνειν, κατ᾽ ἄρθρα ᾗ πέφυκε, καὶ μὴ ἐπιχειρεῖν καταγνύναι μέρος μηδὲν, κακοῦ μαγείρου τρόπῳ χρώμενον. Deprehendimus porrò genera & differentias omnes, quibus idea definiti cõflatur, & præterea quorumlibet generum uernaculas differentias, per definitorum propria & ſenſilia πάθη, ut paulo antè diximus: quorum propriorũ cauſæ ſunt partes eſſentiæ definiri, de quo etiam in quid prædicari ſolent. Nam quæ ſecus prædicantur, accidentia ſunt. Quòd ſi ſuperius quoddam genus, inferioris cuiuſdam generis differentijs ſecuerimus, non modò turbabitur ordo, uerumetiam eas quæ in medio ſunt, differentias omittere cogemur: quòd inferiorum ſcilicet generum differentijs, ſuperiora diuidi nequaquam poſſunt. Quamobrem ſi uernaculis quodlibet genus differentijs diuiſerimus, nullam omitti cõtinget: qua ratione, nullum quoq; genus indiuiſum relinquetur. Vt ſi primum genus ſumatur, quod ſuis ſecetur differentijs, cum quibus compoſitum, ſi rurſus ſit diuiduum, nec non illud etiam uernaculis & proprijs diuidatur: id tantiſper facientes, donec peruentum ſit ad ἄτομα εἴδη, nulla omittetur differentia, pertinens ad rationem οὐσίας definiti. Articularè porrò nequaquam diuidet, qui inferiorum generum differentias, ſuperioribus accommodabit. Non enim omne genus illud cadet in hanc diuiſionem, quum extra illas etiam differentias ſeſe proferat ſuperius genus. Nam differentiæ, cùm ſuum ſubinferant genus, & ſuperius illo genus, quum latius pateat: cui dubium ſit, quin prædicetur de quodam, de quo genus hoc ipſum inferius tamen neceſſe ſit negari? Vt (uerbi gratia) Non omne Animal, ἢ ὁλόπτερον, ἢ σχιζόπτερον. Sed omne pennigerum animal, aut continuas, aut ſciſſas habet alas. Quando differẽtia opponitur alij differentię, nullo interueniẽte medio, ei opponetur: nempe alterius ἀποφάσει expreſſa, non abſoluta tamen, ſed determinata genere: quæ negatio plerumq; uocabulo exprimitur στερητικῶς. Non eſt igitur alia Animalis differentia prima, quàm ea, in quam cadit omne animal, ut ſunt λογικὸν & ἄλογον. Idem ſentiendum de generibus, quæ ſupra, & quę infra ipſum ſunt. Vt Auis differentiæ ſunt, in quas cadit omnis auis: & piſcis, in quas cadit omnis piſcis. Hac methodo pergentibus, nullam omitti differentiam exploratiſſimum eſt: nec alia ratione id certius cognoſci poteſt. Alioqui omitti aliquid eſt neceſſe: & interim etiam, quod omiſſum ſit, nos neſcire, ſi hac methodo non fuerimus uſi. Conſentaneum uerò nequaquam eſt, quod nonnulli dicunt, oportere definientem & diuidentem, omnium eorum quæ ſunt, peritũ eſſe, quandoquidem ſpeciem ſeeretam ab omnibus alijs intelligat: quamobrem illorum etiam, à quibus ſpecies definita ſeereta ſit, fore intelligentem. Etenim à quouis alio quomodo diſerepet definita res, haud ſciet, niſi intelligẽs etiam ſit omnium, à quibus differt. Sed quoduis quid ſit, abſque differentijs nequit cognoſci. A quocunq; enim quoad non differre quidpiam intelligitur, eatenus cum eo idem eſſe ipſum exiſtimari ſolet: & qua differt, hac ratione diuerſum quid eſſe ipſum cenſemus. Ergo qui unum, is omnia Scire uidebitur:

In Phædro.

Cuiuſmodi ſint Differẽtiæ quibus diuidatur genus.

Non eſt neceſſe, ut qui unius εἴδους omnes nouit differẽties, idem quoq; intelligens ſit omnium eorũ à quib. differt.

bitur: quia uidelicet unum, ab omnibus alijs differre intelligit. Falſum eſt argumentum hoc. Primum hac ratione, qua res definita quælibet, non eſt diuerſa à quacunq; alia, ſecundum οὐσίαν, propter quamlibet differentiam. Quoniam multæ per accidens differentiæ, eiſdem exiſtentibus ſpecie indiuidua rebus inſunt. Deinde ut maximè pergat quiſpiam per differentias οὐσιώδεις, quibus ut oppoſitis diuidatur quoduis genus & omne, uel hoc ſit uel illud, & alterutrum horum pertineat ad definiti rationem, & omnino pertinere ad ipſius οὐσίαν intelligatur; ob id tamen nō eſt neceſſe ut norit, oppoſitæ de quibusnam poſſint aut debeant prædicari alijs, differentiæ generibus. Siue enim ſciat, ſiue ignoret, propoſita res definita nihilominus ſciri poterit, & Quid ſit, intelligi. Sic enim diuidendo, peruenietur tandem ad quandam indiuiduam ſpeciem, cuius non alia poſſit eſſe differentia: quæ ſanè iam perfecta & abſoluta ratio eſſentiæ definiti haberi debeat, quòd ei nimirum nihil deſit. Reſpōdimus argumēto huic, quo nonnulli falſo huic propoſito patrocinantᷓ: quod ſi uerum eſſet, nihil ſane ſine ſciētia omnium poſſet à nobis definiri. Proinde methodus definiendi, in his tribus maximè cernitur. Primum eſt, ut omnia quę in quid prædicantur de definito, ſint nobis nota. Et quamuis poſtulatum ſit, quando ſumitur, hoc uel illud differentiam eſſe rei definitæ (quoniam nō ſemper euidens eſt, utrum ſit nec ne, differentia) quod perſpicitur ratione & definitione poſtulati: nihilominus poſtulatum hoc tamen non uidetur eſſe, ſed Axioma quoddam, quum dicitur, Quoduis ex toto diuidi, ſi diuidentia ſint oppoſita, quorum nullum ſit medium. Deinde ſi de definito prædicetᷓ diuiduum illud, in Quid alterutram harum differentiarum prædicari etiam neceſſariò de definito. Hoc autem uel illud prædicari, Poſtulatū iam eſt, non Axioma. Aduertere proinde animū ad tria oportet definituros aliquid, per diuiſionem. Primū eſt, ut accipiat omnia, quę in quid prędicātur de definito: Secundum, ut hæc omnia ritè & ordine componat, & prioribus poſteriora ſubiungat: Tertium, ut nihil deſit, quibus perfecta rei οὐσία intelligitur. Vt omnia habeantur, quę prædicātur in Quid, de definito, primum locis, & argumentis Topicis Accidentis & Generis aſſequemur. Accidentis quidem, probatur ſimpliciter duntaxat quidpiam eſſe, & prædicari uerè aliquid de aliquo. Sed Generis argumentis oſtenditur non modò prędicari uere, ſed etiam in Quid, & ut partem οὐσίας: aut reprehenditur, non ita prædicari quidpiam, ut partem ſcilicet οὐσίας. Ex Topicis hæc ſunt cognoſcenda Ariſtotelis, non uulgaribus illis Dialecticis libellis: in quibus eandem diuiſionem locorum, qualis eſt apud Ariſtotelem, haud reperias. Cæterùm omne problema Dialecticum, Ariſtoteles ait uel inſtitui de Accidente, uel Genere, uel Definitione, uel Proprio alicuius rei. Satis probari locis Accidētis, ſi quòd ſit, aut inſit quidpiam, probetur. Ad probationem Generis, requiri etiam ut oſtendatur prædicari quidpiam in Quid. Ad Definitionis, non modò prædicari in Quid, uerumetiā ἀντιστρεφομένως. Ad Proprij confirmationem ſatis eſſe, ſi perſpiciatur ipſum reciprocè dici, tametſi non in Quid prædicetur. Sed hæc (ut dixi) cognoſcēda ſunt ex Topicis Ariſtotelicis: qui libri, propter locos generis & definitionis, præſertim ſunt utiles ad aſtruendam uel deſtruendam definitionem. At uerò ut ritè ordinemus partes hoc modo inuētas, hac methodo utemur; qua licet communiora diſtinguere à minus communibus, id eſt à prioribus, poſteriores partes definitionis. Priorem quamlibet Definitionis partem, in uniuerſum conſectariam eſſe poſita poſteriore, & non contrà, poſita priore conſequi poſteriorem, hac ratione neceſſarium eſt, qua conſtat, ſolam finitionem

cum

cum definito eſſe reciprocam, partes autē non eſſe reciprocas. Quòd ſi prior cum poſteriore parte reciprocaretur, etiam prior pars cum tota definitione eſſet reciproca: qua ratione ſequeretur, ut pars à toto nihil differret. Quoniam quæ reciproca ſunt, cauſa definitionis, ſimpliciter idem ſunt, id eſt ad numerum idem: autore Ariſtotele libro ſeptimo Topicorum. Quocirca prior pars, ſemper ad plura pertinebit, & prædicatione communior erit quàm poſterior: quæ ſubinde aſtringitur, uſquedum definitio reciproca fiat cum definito. Ordinis ergo collocādarum partium definitionis, methodus hęc erit, ut prior illa ſit pars, quæ poſitis omnibus alijs, ſequatur ex neceſſitate: ſed hac poſita, non ſit neceſſe etiam poſteriores eſſe conſectarias. Vt ſi ſit corpus animatum, ſentiens, intelligens: neceſſe eſt, Subſtantiam quoque eſſe. At non ſi fuerit Subſtantia, corpus etiam erit animatum, ſentiens, intelligens. Quare priore loco poni debet ſubſtantia, comparatione aliarum partium. Poſt Subſtantiam ſequitur ſecundum genus, nempe Corpus: quod ipſum etiam communius eſſe reliquis partibus inferioribus, probatur ſimili argumento. Item tertium, quod eſt corpus animatum: & item quartum, quod eſt Animal. Nam primo per additam differentiam detracto, tum ſecundum genus primum eſt ordine: & ſecundo non amplius exiſtente, propter differentiam additam, tertium genus primum locum occupat: atq; id tantiſper procedit, donec ad ultimum deuentum ſit genus: cui addita poſtrema differentia, cum definito reciproca ratio efficitur tota, & perfecta. Tertium eſt, differētijs omnibus coagmentatis, ut ſpecies conſtituatur ἄτομος, & indiuidua, nec ſuperſit diuiduum quiddam. Cuius rei inde capi poteſt cōiectura. Si primum genus ſumatur definiti, ratione diuiſionis & definiti, aut huius, aut illius particeps erit differentię. Quòd ſi huius particeps erit, ſimul iunctis, ſecundum conſtituetur genus: quod rurſus eodem modo diuiduum, & cum altera coniunctum differentia, tertium conſtituet genus. Tantiſper diuiſio & conſtitutio hæc perger, donec ſit peruentum ad ultimum & indiuiduum, differentia quadam, εἶδος. Nō poteſt autem fieri, quin ſit poſtrema quædam differentia totius eſſentiæ. Nec ſi quæ præterea erit differentia, ea potius τοῦ ὅλου, quàm τοῦ συνόλου erit: quæ nimirum extra eſſentiam differentia eſt, nec rei (ratione οὐσίας & formæ) pars eſt, ſed ei tanquam πάθος quoddam, propter materiam inhæret. Vt quum ſpecies Animalis diſtinguitur Maſculino & Fœminino, ratio οὐσίας non mutatur: quum propter materiam concreto, καὶ τῷ συνόλῳ, non ὅλῳ, huiuſmodi inſint differentiæ. Ariſtoteles in Metaphyſicis, οὐσίαν diſtinguit in λόγον & σύνολον. At λόγος eſt, quo ὅλον quiddam intelligit, ſeu καθόλου. At σύνολον (inquit) quædam οὐσία eſt, συνειλημμένη σὺν τῇ ὕλῃ ὁ λόγος. Deinde Ariſtoteles, alio quodam loco differentias diſtinguit in eas, ex quibus coaleſcit & conficitur definitio: quas generi, tanquam ὅλῳ cuidam, & non tanquam ſubiecto & materię cuidam, conſtituenti σύνολον, & ad numerum, non autem ſimpliciter τῷ εἴδει rem unā ineſſe ſcribit: & in eas etiā quę inſunt, quatenus materiatę ſunt ſpecies, nō quia ipſę, ſed quia cū tali concretę materia. ἐπεὶ δ' ἐστὶ τὸ μὲν λόγος, τὸ δ' ὕλη, ὅσαι μὲν ἐν τῷ λόγῳ εἰσὶν ἐναντιότητες, εἴδει ποιοῦσι διαφοράν· ὅσαι δ' ἐν τῷ συνειλημμένῳ τῇ ὕλῃ, οὐ ποιοῦσι. Nam quæ cauſa materiæ, eſſentiæ τοῦ λόγου inſunt, ad conſtituendā ſpeciem aliquam nihil faciunt: quoniam perempta differentia, ſimul οὐσία quoque generis aboletur: ſed quę propter materiam accidit ſpeciei differentia, nō ſemper ſi non ſit, materiam aut οὐσίαν ob id ſimpliciter perimi eſt neceſſarium. Liquet ex his quę diximus, εἰδοποιὸς quæ nam ſit, & poſtrema differentia: quæ ſi poſtremo generi fuerit addita, perfecta erit definitio: & ſi quę alię erūt,

Metaphy. ζ.
Metaphy. ι.

omnes

omnes ſecundum accidens erũt differentiæ. Quamobrem amplius additum nihil redundat: quandoquidem accepta ſint omnia (per hypotheſin) quæ prædicari in Quid de definito poſſunt. Præterea nihil deeſt etiam omnium, quibus οὐσία conſtituitur. Nam neq; Genus, neq; conſequentes ordine differẽtiæ: quarum eſt poſtrema hæc, qua poſterior alia nequit eſſe. Addita enim poſteriore quadam, ſpecies conſtitueretur noua, nec prior ἄτομος & indiuidua fuiſſet: cuius tamen ratione & definitione, poſitum ſit, res nullas poſſe inter ſe diſcrepare, cùm cauſa generis & aliarum differentiarum, poſſint. Danda eſt autem opera, non modò ut ne redundẽt ſuperuacaneis & nõ neceſſarijs differentijs definitiones, ſed ne illis deſint etiam neceſſariæ: alioqui pro eiſdem habebuntur omnino, quę tamen non undiquaque ſunt eadem, nempe ἄλλα, quę tamen ſint uel genere duntaxat, uel analogia eadem. Vt ne igitur hallucinemur, exquiſitiſſimè & accuratiſſimè cognoſcendæ ſunt ſimilitudines omnium, & diſſimilitudines: quoniam (autore Platone) δεῖ τὸν μέλλοντα ἀπατήσειν μὲν ἄλλον, αὐτὸν δὲ μὴ ἀπατήσεσθαι, τὴν ὁμοιότητα τῶν ὄντων καὶ ἀνομοιότητα ἀκριβῶς διειδέναι. Minimas quidem diſſimilitudines qui non diſtinguunt, hi facilimè & ipſi decipiuntur, & alios in errorem inducunt. Maiores enim conſpicuæ ſunt quibuſuis, & minus momenti habent ad fallendum. Quis enim (ut prouerbio dici ſolet) non uidet, quid diſtent æra lupinis? ἄτομος ſpecies eſt paucisſimorum & ſimillimorum, quorum ratione eorum quæ pertinent ad οὐσίαν, omnia ſunt ſimilima omnium. Conſideranda autem φαινόμενα, & propria πάθη quæ ueniunt ſub ſenſum, ut nihil diſcrepent: neq; enim aliter occultæ res percipi poſſunt, utrum ſint eędem, an diſcrepantes. Quibus planè nihil diſcrepantibus, idem cauſę εἶδος eſſe oportebit: ut eiſdem omnino ſymptomatibus exiſtentibus, morbum eundem eſſe oportet: & eiſdem actionibus aut perpeſſionibus, eandem quoque οὐσίαν, & eundem habitum deprehendimus. Quòd ſi non omnia fuerint eadem, ſed quædam duntaxat: ne quorundã ſimilitudo nobis imponat, eſt cauendũ, ut ne quæ aliquo modo ſunt, ea pro ſimpliciter ijſdẽ habeãt. Similitudines accidentiũ autẽ ambiguas rerũ ſpecies cõfundũt, quas oportet diſtinguere: deinde homonymiæ etiam diſcernendæ uocabulorum, quandoquidem plures ſunt res, quam uocabula. In ſubſtantijs, multæ ſunt quæ uidentur eſſe, & tamen non ſunt reuera id quod uulgò dicuntur eſſe. Nam neque brachium amputatum, brachium eſt: neque caro mactata, eiuſdem ſpeciei caro eſt, cuius eſt animalium. Quæque enim οὐσία tum uerè eſſe dicitur, quando actiones aut perpeſſiones ſuas proprias & uernaculas præſtare poteſt. Nam (autore Ariſtotele) ἅπαντα δ' ἐστὶν ὡρισμένα τῷ ἔργῳ. τὰ μὲν γὰρ δυνάμενα ποιεῖν τὸ αὑτῶν ἔργον, ἀληθῶς ἐστὶν ἕκαστον· οἷον ὁ ὀφθαλμὸς, εἰ ὁρᾷ. τὸ δὲ μὴ δυνάμενον ὁμωνύμως· οἷον ὁ τεθνεὼς, ἢ ὁ λίθινος· οὐδὲ γὰρ πρίων ὁ ξύλινος, ἀλλ' ἢ ὡς ἡ εἰκὼν, οὕτω τοίνυν καὶ σάρξ. Quarundam ſpecies euidentius & certius noſcitur, aliarum obſcurius, ut de quarum actione & energía minus conſtat. Magis enim liquet, quæ ſit actio brachij quàm carnis, aut nerui: quamobrem illis internoſcendis minus, his uerò magis fallimur. In his uerò, quæ propriè accidũt ſubſtantijs, maior difficultas diſcretionis ſimilium aliquo modo uerſatur, propterea quòd cùm nos lateant cauſę, & prima talium accidentium δεκτικὰ ſeu ſubiecta, pro eiſdem habentur multa, ſpecie: quum tamen eiuſdem ſpeciei nequaquam ſint, ac ne genere quidem eodem proximo nonnunquam contineantur. Vt (uerbi gratia) Febris Diaria, nonnunquam cenſetur ab imperitis, putrida eſſe, & ambarum exiſtimatur una eſſe ſpecies: quum tamen cauſis & primis ſubiectis, & præterea pleriſq; ſymptomatibus inter ſe diſcrepent. Nota hæc

Phædro.

Meteorῶν lib. 4. in fine.

ta hæc omnia ſunt eruditis Medicis, ut qui norunt quibus ſubiectis primis & cauſis perfecto modo ſimiles inſint affectus. Omnino autem eadem ſunt καὶ εἴδει ἄτομα, quæ in eodem primo δεκτικῷ inſunt, non ſpecie, ſed numero tantum diſcrepantia. Idem ergo ſit in eodem primo ſubiecto oportet, quæ definitione eadem perſtringitur ſpecies. Poteſt enim fieri, ut contrariæ etiam ſint in eodem primo, ut album & nigrum: quorum primum amborum δεκτικόν, eſt ἐπιφάνεια. Morbus & ſanitas, propter craſin ſimiliarium, in corpore animato. In genere, morborum idem nullum eſt πρῶτον δεκτικόν. Nam quæ primò ſymmetria & aſymmetria participant, generibus differunt. Itaq; genere Phyſico nihil idem habet, morborũ genera. Quippe definiunt res & ſpecies ſuas Phyſici ἐκ προσθέσεως, nec formã aliquã ſine proprio ſubiecto cõſiderãt, quẽadmodum faciunt Dialectici: quo fit, ut quæ ſunt apud Dialecticos nonnunquam ſynonyma uocabula, ea ſint Phyſicis definitionibus homonyma. Vt Morbi definitio, quum finitur genere ἀσυμμετρίας, quod cauſa ſubiectorum, homonymon eſt. Et Febris item ut genus, quando finitur. Eius ſiquidem genus, nẽpe intẽperies calida, & præterea differẽtia quoque, quæ eſt accenſa in corde, homonyma ſunt Phyſicè uocabula: quòd nimirum in nullo eodem primo ſubiecto inſunt. Homonymorum (inquit Ariſtoteles) ſunt etiam Finitiones homonymæ. Nec non Motus quoque uocabulũ et definitio, ſunt Phyſicis homonyma: atq; in totidem inſunt generibus motiones, quot earum fuerint πρῶτα δεκτικά. οὐ γάρ ἐστιν ἡ κίνησις παρὰ τὰ πράγματα κινητά. Quæ dicimus, latiſſimè patent in omnibus diſciplinis, & accuratiſſimè conſiderãda: ne pro eiſdem genere, aut ſpecie habeantur, quæ tamen eadem non ſint, ſed diuerſa. Etenim non modò diuerſa, id eſt contraria, ſunt in eodem primo: ſed diuerſa ſunt etiam, in diuerſis primis. οὐ γὰρ ἑνός, τὸ πρῶτον δεκτικόν. Sanitas non eadem ſpecie eſt hominis & equi, aut canis: quoniam ταυτὸ εἶδος, οὐ ἄλλῳ nequit ineſſe, ſed ſemper ἄλλο, οὐ ἄλλῳ. Verùm Dialecticè rem conſiderantibus, nõ uidetur. Diuerſitas quidem hæc, aliquid habet idem, ſed Analogicum, non λόγον eundem. De his ſequente Libro diſſeremus. Ante omnia conſiderandum, quid nam ſignificetur uocabulis ἀτόμων εἰδῶν, ne nobis homonymia faciat negotium: quando nimirum duplici, aut multiplici definitione uox illa uſurpatur. Deinde niſi conſtiterit de definitionibus ἀτόμων εἰδῶν, generum finitiones (ut ſuprà fuit oſtenſum) non poterũt colligi. Quæcunque igitur omnia, quibus comprehenditur ἄτομον εἶδος, habent ὅμοια & ἀδιάφορα, ſimpliciter idem ſunt, nempe εἴδει ἄτομα. Quamobrem primum, quæ undiquaque ſunt ſimilia, ſunt conſideranda. Similitudine colligũtur genera etiam, quorum cauſa non ſimpliciter, ſed aliquid, & alieno modo idem ſunt ſpecies. Cùm ad alia, tum ad colligendas quoque definitiones, utilem ſimilium conſiderationem Ariſtoteles inquit eſſe: διότι δυνάμεθα συνιδεῖν τί ἐν ἑκάστῳ ταυτόν, οὐκ εὐπορήσομεν εἰς τί δεῖ γένος ὁριζομένους τὸ προκείμενον τιθέναι. Sed prius perfecta ταυτότης colligenda, nempe ſpeciei: cui oppoſita eſt ἑτερότης eorum, quorum ſpecies ſub eodem proximo genere collocatur: quæ & ipſa inter ſe ſunt aliquid idem εἴδει, ſed diuerſum quid ab altera ſpecie, ut nihilominus ſint idẽ aliquid genere. Ergo cauſa generis, aliquid idem ſpecies illæ erunt, gratia cuius generis, iterum diuerſitas diſcrepantium conſideranda: quæ rurſus ſub genus idẽ quoddam ueniant, neceſſe eſt. Differentia enim, eſt diuerſitas eorum, quæ habent aliquid idem, ut genus: nec poſſunt ſimpliciter differre, quorum genus non eſt idem quoddam. Diximus ſuprà, multitudinem, & differentiam omnẽ reuocari ad quandam unitatem, in primis autem differentiarũ: quas proprias

φυσικῶν κ. κεφ. γ.

τοπικῶν α. in fine.

Differentia enim, eſt diuerſitas ſub genere.

unius

unius generis qualitates eſſe cõſtat. Et antequam perueniatur ad ſupremum genus, ſemper unitati differentiæ unius, oppoſita eſt diuerſitas alterius: quo fit, ut quę in diuerſam nullam incidunt differentiam, una & ἀτόμῳ ſpecie perſtringãtur: quæ uerò in oppoſitam aliquam, differre ſpecie, & nihil habere niſi nomen commune uideantur.

Et cui dubium ſit, quin ubicunque uacillantes ſint, dubiæ, & (ut Iuriſperiti noſtro tempore loquuntur) periculoſæ definitiones: quin illic rationibus etiam, & argumentis ueris atque conſtantibus locus eſſe non poſſit, ſed hincinde, iactari uanis & fallacibus opinionibus diſputationes cõtingat: ut ex his errorum fluctibus, enatare ad ueritatis portum tranquillum nulla poſſis ratione? Multi quidem diſputant de rebus, quarum ignorãt definitionem, quam tamẽ ante omnia intelligere oportuit: quomodo enim proprietates eius rei inueſtigabũtur, cuius ignoratur ratio οὐσίας, id eſt Definitio? Si quę proinde non omnes eaſdem habebunt differentias, etiam ſi uocabulo communicent, pro eiſdem tamen haberi nequaquam debent. Nam quorum eædem ſunt omnes differentiæ, eorundem una ſpecies etiam & definitio eadem cenſetur optimo iure. Vna enim res, una comprehenditur definitione. Vna autem multorum eſt definitio, & non multæ multorum: quæ differentijs ijſdem, & non diuerſis colliguntur. Satis eſt autem ad diuerſitatem, ſi una tantum ſit diuerſa: differentia ad unitatem ſpeciei non eſt ſatis, niſi multa, omnibus ijſdem perſtringantur differẽtijs. Quare à uocabulis prouocandum ad definitiones, ne fallat nos homonymia, quæ definientibus etiam nõnunquã inſidioſè ſe inſinuat: quando nimirum aut genere, aut analogia, quodammodo eadem pro ſimpliciter ijſdem haberi conſueuerunt. Si quod igitur uocabulum, non eiſdem differentijs, plutibus quadrat & accommodatur, non unam quoque habeat definitionem neceſſe eſt: ſed aut homonymum erit, aut tale, quo ſignificantur multa quidem, ſed quodam ordine & reſpectu unius principalis, de quo primùm & κυρίως, ſed de reliquis nõ κυρίως effeᵣatur. Ariſtoteles in priore libro De ortu & interitu, ſignificari talibus uoculis plura inquit, τὸ πρότερον, καὶ ὕστερον. Vt uoce Tactus, propriè ſignificatur πάθος corporum naturalium: deinde accommodatur etiã Mathematicis: poſtremò ad omnia, quocunque modo mouentia, & efficientia quidpiam: ut ſi tãgi nos cura, aut amore alicuius rei dicimus, ut iam per Metaphoram uox hæc uſurpari uideatur. Aliàs huiuſmodi uocabula, πρὸς ἓν ſignificantia, multa ſignificare ait, nõ quidem ut homonyma. Vt Sanum, multa ſignificat, ſed pręcipuè corporis habitum: huius reſpectu, reliqua ſignificantur, ut efficiens ſanitatem, conſeruans, ſignificãs ut ſignum, & ſimilia his. Sic uſurpatur etiam ἰατρικὸν πρὸς ἰατρικήν. τὸ μὲν γὰρ τὸ ἔχειν ἰατρικήν, λέγεται ἰατρικόν, τὸ δὲ τῷ εὐφυὲς εἶναι πρὸς αὐτήν· τὸ δὲ τῷ ἔργον εἶναι τῆς ἰατρικῆς. Quæ omnia dicuntur neque ὁμωνύμως, neque καθ᾽ ἕν, ſed πρὸς ἕν, uel ἀφ᾽ ἑνός. Si quæ ſunt alia communia, ἀπὸ τύχης ſunt ὁμώνυμα, uel κατ᾽ ἀναλογίαν. Nonnulla, quia generis cauſa idem aliquid ſunt, pro ſimpliciter ijſdem haberi ſolent, quorum ὁμωνυμία eſt σύνεγγυς: quæ aliorum, quorum manifeſtæ ſunt differẽtiæ, minimè ſit obſcura homonymia. Eo in genere uocabulum Iuſticiæ & Iuſti, uſurpari ſcribit Ariſtoteles in Ethicis: καὶ

Metaphy. γ. ab initio. itẽ ζ. tractãs de definitione. itẽ Ethicorũ ad Nicom. α.

eis: καὶ σημαίνει οὗτος ὁ λόγος, ὅτι τὸ γένος. οὐχ' ἕν τι, ἀλλὰ παρὰ τοῦτο λανθάνει πολλά. εἰσί τε τῶν ὁμωνυμιῶν αἱ μὲν πολὺ ἀπέχουσαι, αἱ δὲ ἔχουσαί τινα ὁμοιότητα, αἱ δὲ ἐγγύς, ἢ γένει, ἢ ἀναλογίᾳ. διὸ οὐ δοκοῦσι ὁμωνυμίαι εἶναι, οὖσαι. Quæ ratione generis, ſed diſcrepantia ſpecie, unum aliquid ſimpliciter eſſe uidentur, errore homonymiæ fallunt. Aut ſi quæ ſunt idem analogia, ob id λόγον etiam utriuſque eundem eſſe quiſpiam duxerit, ut tenebrarum, & priuationis: non minus hallucinabitur, quoniam propter metaphorā (diſcrepantes οὐσίας) eandem eſſe opinabitur: ut Temperantiam, ſi quis harmoniam eſſe dicat, quia proportione idem aliquid ſint, Temperantia & Harmonia, quemadmodum etiam Tenebræ & Priuatio. At quædam ſunt, quæ non niſi ut ἀναλογίᾳ communia poſſunt definiri: qua ratione omnium eadem principia poſſe dici, Ariſtoteles autor eſt in Metaphyſicis, non genere, aut ſpecie eadem. At generis cauſa, multorum una ſpecies eſſe cenſetur, atq; una definitio, idemq; nomen: cùm reuera tamen differant inter ſe, & quid ſint, non ijſdem intelligantur finitionibus. Imponit ergo ſæpe nobis ταυτότης generis. Vt (uerbi gratia) Idē nomen & definitio cenſetur omniū Spaſmorū, quos ratione generis intelligimus, affectis neruis ſic, ut uerſus principia ſua conuellantur, inq; breuius ſpaciū cōtractis, procreari. Iā ſi hac finitione freti, unā atq; eandē ſpeciem ſpaſmi, in omnibus ineſſe arbitremur, homonymia ſcilicet generis decipiemur: ut ea εἴδη nimirū quorum definitiones diſcrepant, nihilominus omnino pro eiſdem habeantur. Internoſcuntur ſpecies autem ſpaſmorum, cauſis: quum alia ſit in emaciatis ardente febri, neruis: & alia, repletis & turgidis quodā excrementicio humore. Nō igitur quieſcendum, donec ſit peruentum ad ἄτομα per differentias. Quamobrem ſi quod quæritur, & cuius inueſtigatur definitio, progreſſu illo ſcindatur in duo aut plura, & non perrexerit diuiſio ad unam definitionem: quamuis uocabulum unum ſit quo perſtringuntur compluſcula quędam εἴδει differentia, pro ſynonymo genus tale habendum non erit. Quis enim non uidet, μεγαλοψυχίαν non eādem eſſe Socratis, Lyſandriq;, ſi comparetur ei, quę fuiſſe dicitur in Aiace & Alcibiade? Illi enim patientia animi, nullis ſuccumbentes aut fracti iniurijs, ſumma æquitate animi omnia tolerantes pro magnanimis ſunt habiti: hi uero contrà, impatientia impulſi, ut ne ferrent iniurias, ſumma iniquitate animi fuerunt præditi, ita ut alter ſibi manum afferret, alter bellum inferret patriæ. Ex quo eſt euidens, ſi prò magnanimis illi fuerunt habiti, Magnanimi, ſeu μεγαλοψυχίας, duplicem definitionem eſſe, & uocabulum eſſe homonymum. Definitiones certè, explicare non dubiè debent res definitas, & uocabula uindicare ab homonymia: quum nihil, autore Ariſtotele, niſi qua ratione unum eſt, intelligatur. In quibuſdam homonymia manifeſta eſt; in nōnullis occultatur, ratione generis uel analogiæ (ut paulo antè diximus) quæ perfectis definitionibus detegitur. Quamobrem ſi in his quæ cenſentur eodem nomine, diſſimilia quædam reperiantur, quoad eadem participant appellatione, uocabulum homonymon erit. Proximæ autem ſimilitudines, difficulter diſtinguuntur, & non niſi à doctiſſimis. Multa uulgò confunduntur nominibus, quæ definitione & eſſentia diuerſa ſunt. Catonis prędicatur μεγαλοψυχία, quinetiam Lyſandri, aut Socratis: ſed ſi μεγαλοψυχία eſt, ferre iniurias, quod ipſum ἐνέργεια eſt Virtutis, quæ facit ἀπαθῆ animum: neceſſe erit, ut ſi quis aut ſibi, aut alijs faciat iniuriam, id proficiſcatur ab animo uel affectibus obnoxio, uel uitijs mancipato: quorum utrumq;, diuerſo à magnitudine animi (quæ uirtus eſt) genere continetur, nempe uitij. Ex quo apparet, quàm ὁμωνύμως uſurpetur in his nominatis perſonis, uocabulum μεγαλοψυχίας. Idē

Νικομαχείων ι. à principio.

φυσικῶν ἀκροαμάτων ι.

Metaphy. λ.

Metaphy. γ. οὐδὲν γὰρ ἐνδέχεται νοεῖν μὴ νοοῦντα ἕν.

uſuuenit in reliquis, ſed in ſimilimis non eſt facilis diſtinctio. Febrim σύνοχον, & peſtilentem præterea, Galenus definit putredine ſanguinis. Eſt ergo utraq; cauſa definitionis, febris ſanguinea, proueniens ipſius putredine. Sed definitio hęc, ut definitum, ambigua eſt & homonymos: nec definit Galenus, qua ratiõe putreſcat in peſte ſanguis, nec qua ratiõe in Synocho: quare differẽtia utriuſq; ignota, quid ſit, utraq; Febris ignotã. In Methodo curãdi docet, in Putrido Synocho ſanguinem ipſum putreſcere, id eſt, οὐσίαν ſanguinis. Humores enim ex æquo, ſcribit omnes computreſcere. At humores (autore eodem in libro De plenitudine) nihil aliud ſunt, quàm ſanguis ipſe. Idem, in libro altero De differentijs Febrium, ſcribit non ipſum ſanguinem, ſed bilem ipſius putreſcere. Aliàs nõ bilem, ſed biliosum ſanguinem, quia ſcilicet omnis calor contra naturam bilioſum reddat ſanguinem: quam rationem meritò exagitat Auicenna, ut dubiam & falſam. Sic definiens Synochon putridũ Galenus, nec conſtanter, nec uerè hanc febrim, nec quo pacto differat à peſtilenti, expoſuiſſe certè mihi uidetur. Si quis autem differentias quinque humorum conſideret in ſanguine, non difficile ei erit, quinque cauſas febrium (quæ incẽduntur ex putredine) habere cognitas. Sanguineus autem humor, præcipuus ex illis, intelligitur ex quatuor humoribus concretum quiddam, ratione ſuæ ſubſtantiæ, cui admiſcetur tenuis & aquoſus humor, quo eſt fluidus: quem Hippocrates appellat ὄχημα ſanguinis, & Galenus, ὀῤῥόν, & ἰχῶρα: quem poſſe putreſcere, nemo eſt qui ignoret. Quando igitur ipſe per ſe ſanguis putret, peſtilens excitatur: ſed quãdo ἰχὼρ ipſius, exardeſcit σύνοχος. Humoribus alijs, tres reliquas putridarum ſpecies oboriri neceſſe eſt. His cõſtat, quo pacto peſtilens & ſynochos, putredine ſanguinis definiri debeãt, omni ambiguitate & falſitate ſublata, utriuſq; certis & ueris cognitis differẽtijs. ὁμώνυμος autem peſtis hæc erit definitio, ſi quis putreſcente ſanguine eam oboriri dicat, & quomodo putreſcente, non explanet: cùm aut per ſe, aut propter ἰχῶρα ſuum, putreſcere ſanguis dicatur: ſiquidem ſanguis humor eſt, ex omnibus concretus humoribus. Ariſtoteles ἰχῶρα ſanguinis diſtinguit ſic, ut quendam ei (nempe περιττωματικόν) neceſſitate materiæ ineſſe dicat: alium uerò

περὶ ζώων μορίων β. gratia finis, quo tanquam uehiculo per omne corpus uehatur ſanguis. ὥστε ὁ μὲν δι᾽ ἀνάγκην ἰχώρ, ὁ δ᾽ αἵματος χάριν ἐστίν. Vnius ἀτόμου εἴδους, quo pacto ſit una conſtituenda definitio, differentiæq; omnes quomodo ſint colligendæ, quib. non ſecundum accidens differant inter ſe ſpecies, hactenus oſtẽdimus. Conſiderandæ autem ſpecies rerum ſunt, in his (quæ cadunt ſub ſenſum) ſingulis rebus: quibus niſi νοήματα ſint conſentanea, falſa & ficta ſint oportet. Vera enim intelligentibus, hallucinari nõ licet. Nã exploditur (ut eſt apud Poetã)

Humano capiti ceruicem pictor equinam
Iungere ſi uelit, & uarias inducere plumas
Vndiq; collatis membris: ut turpiter atrum
Deſinat in piſcem, mulier formoſa supernè.

Sed uera ratio eſt, quæ nunquam & nuſquam aliter habere ſe poteſt: qua nimirum καθόλου ſpecies percipitur, ſecreta ab omnibus alijs, αὐτὸ ὂν exiſtens. Et quãquam Artifices, cum alijs etiam concretas conſiderant ſpecies: non tamẽ eas cum alijs definiunt, ſed ſeparatas & ſolas, quoniam temporis duntaxat cauſa, hanc cum illa iungi contingat: & quæ tamen, propter infinitatem compoſitio, nulla ratione aut definitione comprehendi queat. In rebus, loco & tempore definitis & circumſcriptis, conſiderans Artifex ſpecies, quarum nõ modò ſit, ut καθόλου exiſtentium contemplator, ſed etiam ut ſingularum & infinitarum

tarum effector, etiam ad ea quæ temporis cauſa ſunt uera, animum & coniecturam aduertit. Sed καθόλου cognitio, in artibus facilior eſt: difficilima, τῶν καθ' ἕκαστα ὄντων. Complexu enim multorum, infinita fit uarietas: nec facilè quiſpiam nouerit in his, niſi exercitatiſſimus etiam ſit uſu, quid factu ſit utile aut honeſtum, quando ratio non ſimplex occurrit, & requiritur quædam accidentium circumſpecta moderatio. Qua ratione, non parua res eſt iuſticia, ut prouerbio dicitur: & in arte Medica, cui, quãdo & quomodo ſint exhibẽda medicamẽta, tantũ eſt, quantũ eſt eſſe Medicũ. Methodus autẽ artiũ eſt, & diſciplinarum, ut ſinceras, & nõ accidentibus confuſas definiant ſpecies. Talibus enim definitionibus (quæ adſciſcunt accidens) ueritas & ſcientia rerum explicari nequaquam poterit: nec non infinitis omnia turbantur opinionib. & controuerſijs, quando quid ipſa per ſe res propoſita ſit, non intelligit. Certamina hæc, non ad Dialecticos, ſed ad Sophiſtas pertinent: qui rerum definitionibus incognitis, tanquam Andabatæ, clauſis oculis, inter ſe depugnãt, rationibus contendentes accidentium infinitis, quibus adulterãt ſpecies. Tũ demum uerò adulterata ratio ſpeciei noſcitur, quando non καθόλου ſpecies eſſe apparet, & inſtantia quadam poteſt refelli. Quin etiam artes ipſæ, quãuis ſpecies conſiderant (quoad ſunt efficientes ſui operis) cum accidentib. quibus concretas, non tamen eas cum illis, ſed ab ijſdem ſecretas definiunt. Vt Medicus, quid ipſa per ſe ſit, & καθόλου ὀφθαλμία, cognoſcit: nec indefinitè, quid huic uel illi oculo ſalubre ſit, ſe ſcire profitetur, ſed quid omni morbido, aut quid certa ſpecie morbi laboranti, definiẽs exponit. Adeoq; quicquid definitur, aut generis, aut ſpeciei rationem obtinet. Idem fit in omnibus diſciplinis, dum abſtinent ab accidentibus & ſingularibus, propter infinitatem. Atqui in artibus, καθόλου hæc cognita, adhibentur ad ſingularia etiam, ut ea ritè et ſolerter tractentur, & opere peragantur, non quidem ἐπιστημονικῶς, ſed στοχαστικῶς: de quo quum aliàs dixerim, plura hoc loco dicenda non erunt. Vnum porrò quoduis, ratione multitudinis, principium eſſe dicitur. Et primum Vnum, nempe Deus, cauſa eſt multitudinis ſcilicet rerum præditarum duabus naturis: quoad ſemper eſſe ſcilicet intelligitur quidpiam eâdem & immutabili eſſentia, & præterea mutabili quoque, qua ſit alia atque alia ſemper multitudinis eſſentia, & numero ſcilicet & accidentibus indefinita. Ergo propter ſpeciem ratione eandem omnia numero Multa, ſunt Vnum quiddam: ſed quod pertinet ad materiam, & ad accidentia, infinitas ſeu ἀπειρία multitudini accidit. Quia ſpecies οὐσίας, quæ comprehenditur λόγῳ ἑνοποιῷ, multorum ratio una eſt, idcirco multitudinem, participare uno quodam dicimus: ſed quia multa, quatenus multa participant materia, idcirco ἀπειρία ei eſſentiæ accidit. Quo fit, ut ſingula multorum ſint compoſita, & ſint ex numero (ut Plato ſcribit in Philebo) πέρας, καὶ ἀπειρίαν ἐν ἑαυτοῖς ξύμφυτον ἐχόντων. Ex hac multitudine porrò & uarietate infinitorum accidentium, quæ rebus ſingulis inhærent, colligere ſpeciem οὐσίας unã, qua finitè quidpiam cognoſcatur, & idea conſtituatur immutabilis quædam, ualde operoſum eſt, & non uulgarem ingenij requirit acrimoniam, perſpicientem ordinem & numerum earum, quibus definitio rerum conficitur, differentiarum. Incipit autem inueſtigatio, ab uno quodam genere multis ideis communi: quod cum differentia uel una, uel duabus, uel tribus (inferioribus ſemper commune quoddam genus diuidentibus) aut pluribus etiam, ſed numero definitis, conſtituit ideam definitione cõſpicuam. Ex quo perſpicitur, Aliquid Vnũ eſſe, & Multa, & Infinita. Vnũ quidem ſemetipſo, quoad

Qualis Methodus Artium.

Ariſtot. lib. 1. Ethic. Νικομ.

ei neq; addi, neq; detrahi poteſt quicquam, quin totũ nullum ſit: quod ipſum maximè Vnum eſt, non per accidens unum (ut continuum) ſed indiuiduum, & uerè unum, nempe αὐτὸ ὄν, & αὐτὸ ἕν. Cauſa uerò διανοίας ſeu rationis, Vnũ illud conflatur ex multis, quoad nimirum genere & differentijs εἶδος explicatur. Et cauſa quidem partium, eſſentiæ definitioni, τάξις quædam accidit: cùm alioqui τάξις non ſit in οὐσίᾳ: cùm neque loco, neque tempore, Vnũ quouis alio neque prius ſit neque poſterius. Nam quicquid οὐσία eſt, & Idea: id totum, omne & ſimul eſt. Ex quo eſt perſpicuum, ratione definitionis, multitudinem & ordinem partium, Ideæ accidere. Eidem ἀπειρία quoque & infinitas, propter materiam accidit: quam, ratione numeri & accidẽtium, paulo antè diximus, cõcretis cum materia formis ineſſe. Vt autem ad Vnitatem ideæ, multitudinem, quæ cauſa rationis & definitionis ei accidit, adhibere non debemus: ita nec ad multitudinem hanc, ratione ſeu λόγῳ comprehenſam, applicanda erit infinitas, ſeu ἀπειρία τῶν ὄντων: quæ ineſt, atque accidit formæ ſeu eſſentiæ, quoad informat materiam. Qua ratione, iam ἐσχατόν quiddam ſit, & non ἀτελὲς εἶδος. Cæterùm multitudinem in medio eſſe, τοῦ ἑνὸς & ἀπειρίας, euidens exiſtit: quam, per ordinem diuidẽdo genera, Mens noſtra λογικὴ colligit, & perſtringens his multis unam definitionem, Idearũ fit intelligẽs: quarum indiuidua per ſe quidem eſt unitas, imò unum ipſum, quemadmodum etiam Ens ipſum. Intelligentes porrò hoc modo Vnum ipſum, nullas noſtræ menti tenebras, ab infinitate offundi ſentiemus: & diſcere quidem & docere, hac ratione & methodo poterimus omnia: quam Methodum, ignem Promethei, Plato appellat in Philebo, eam his explicans & prædicans uerbis: quæ propter elegantiam, & quia propter interpretationem hactenus meam, nihil obſcuritatis habebunt, adſcribam. Θεῶν μὲν εἰς ἀνθρώπους δόσις ὥς γε καταφαίνεται ἐμοί, ποθὲν ἐκ θεῶν ἐρρίφη διά τινος προμηθέως ἅμα φανοτάτῳ τινὶ πυρί. καὶ οἱ μὲν παλαιοί κρείττονες ἡμῶν, καὶ ἐγγυτέρω θεῶν οἰκοῦντες, ταύτην φήμην παρέδοσαν, ὡς ἐξ ἑνὸς μὲν καὶ πολλῶν ὄντων τῶν ἀεὶ λεγομένων εἶναι, πέρας δὲ, καὶ ἀπειρίαν ἐν ἑαυτοῖς ξύμφυτον ἐχόντων. δεῖν οὖν ἡμᾶς τούτων οὕτω διακεκοσμημένων, ἀεὶ μίαν ἰδέαν περὶ παντὸς ἑκάστοτε θεμένους ζητεῖν· εὑρήσειν γὰρ ἐνοῦσαν ἐὰν οὖν μεταλάβωμεν μετὰ μίαν, δύο, εἴ πως εἰσί, σκοπεῖν· εἰ δὲ μή, τρεῖς, ἤ τινα ἄλλον ἀριθμόν. καὶ τῶν ἓν ἐκείνων, ἕκαστον πάλιν ὡσαύτως, μέχριπερ ἂν τὸ κατ' ἀρχὰς ἓν. μὴ ὅτι ἕν, καὶ πολλὰ, καὶ ἄπειρά ἐστι μόνον, ἴδῃ τις, ἀλλὰ καὶ ὁπόσα. τὴν δὲ τοῦ ἀπείρου ἰδέαν, πρὸς τὸ πλῆθος μὴ προσφέρειν, πρὶν ἄν τις τὸν ἀριθμὸν, αὐτοῦ πάντα κατίδῃ τὸν μεταξὺ τοῦ ἀπείρου τε, καὶ τοῦ ἑνός, τότε δ' ἤδη τό ἓν ἕκαστον τῶν πάντων, εἰς τὸ ἄπειρον μεθέντα χαίρειν ἐᾶν. οἱ μὲν οὖν θεοί, ὅπερ εἶπον, οὕτως ἡμῖν παρέδοσαν σκοπεῖν, καὶ μανθάνειν, καὶ διδάσκειν ἀλλήλους. οἱ δὲ νῦν τῶν ἀνθρώπων σοφοί, ἓν μὲν ὅπως ἂν τύχωσι, καὶ πολλὰ, θᾶττον καὶ βραδύτερον ποιοῦσι τοῦ δέοντος. μετὰ δὲ τὸ ἓν ἄπειρα εὐθύς, τὰ δὲ μέσα αὐτοὺς ἐκφεύγει. οἷς διακεχώρισται, τό, τε διαλεκτικῶς πάλιν, καὶ τὸ ἐριστικῶς ἡμᾶς ποιεῖσθαι πρὸς ἀλλήλους τοὺς λόγους. Quomodo λόγον ἕνα, ἑνὸς conſtituere debeamus ex multitudine certa generis & differẽtiarum, Plato his uerbis docuit: admonens ut ne indefinitũ Vnum ſtatim in rebus infinitis cõſideremus, aut conantes ipſum definire, aut paucioribus, aut pluribus quàm par ſit partibus complectamur: cùm ei nec deeſſe, nec ſupereſſe quicquã poſſit, ab uno autem ad infinita, non niſi certo numero deſcendatur. Quo conſtat, definitionem eſſe inſtar cuiuſdam numeri: cuius ſpecies licet partes habeat, nihilominus ſic una eſt, ut diuidi nullo modo queat: tamen quò reſpicientes quidã, Ideas dixerunt eſſe Numeros. Menſuram definitionis generũ, diximus eſſe definitiones ſpecierũ: quare prior cognitio eſt menſuræ, quàm menſuratæ: & præcedit hoc modo definitio ſpecierũ, definitiões generũ Ariſtoteles hoc loco,

Definitione intelligitur αὐτὸ ὄν.

loco, ſpecies καθ' ἕκαστα, & genera, καθόλου nominat: de quo uocabulorũ uſu, aliàs quoq; monuimus. Et quãuis notiora ſunt nobis genera, utpote συγκεχυμένα magis, quàm ſpecies: nihilominus facilius definire ſpecies, quàm genera poſſumus: quia uidelicet ſine ſpeciebus, uera cõmunitas, et ratio generũ cognoſci à nobis nullo modo poſſit: cuius cõmunitatis mẽſura, ſunt ſpecies, in quas, per differẽtias diuiditur genus: ſed prius tamen in ſpeciebus conſiderantur genera, quàm ſeparatim. Nã ſine ſpeciebus, genera ſunt nihil, ac non niſi ꝓpter ſpecies, eſſe dicuntur: quandoquidem ſint communis quædam ratio, qua ſpecies, inter ſe cõmunicant. Definitio ꝓinde cùm ſit oratio, qua diſcrimen οὐσίας rerũ inter ipſas intelligatur: & perfectè differant inter ſe ſpecies, & cauſa generum imperfectè inter ſe diſcrepent: ſpecierum finitionibus ita cognoſcentur finitiones generum, quemadmodum per formas percipitur materia Phyſica: quæ quidem καθ' αὑτὴν ἐστὶν ἄγνωστος, nec ſine Forma intelligitur. Quæ pertineant ad οὐσίαν, quæ non, locis (ut iam antea fuit dictum) exploratum fit Topicis: & proprijs quidem accidentibus, partes formæ & eſſentiæ abſtruſas, ac ſenſum latentes deprehendimus. Nam ſi quod accidens inſit uni alicui ſpeciei propriè, haud dubiè eo differentia deprehendetur: quæ addita reliquis, indiuiduam conſtituat ſpeciem. Nam gratia cuius ἄτομον quid conſtituitur, eodem ſpeciem etiam conſtitui neceſſe eſt, utpote quę rationem habeat indiuiduam alia quadã differentia. Cognitis his, gradus communitatis & generum, facilè diſtinguimus, proximum quodq; genus, differentiæ ſpeciei ἐκφάσει declarantes. ἡ γὰρ ὕλη ἐκφάσει δηλοῦται, τὸ δὲ γένος ὕλη, οὗ λέγεται γένος, μὴ ὡς τὸ τῶν ἡρακλειδῶν, ἀλλ' ἢ ὡς τὸ ἐν τῇ φύσει. Niſi hoc modo & ſpecies inter ſe, & genera à ſpeciebus, & ipſa inter ſe genera diſtinguantur & internoſcantur, quid inter genera & ſpecies interſit, non cognoſcetur. Et præterea neceſſe erit etiam, nos homonymia uocabulorum generis hallucinari, ut quę generis proximi ratione ſint aliquid idẽ, hæc ꝓ ſimpliciter etiã eiſdẽ numeremus. Vt ſi ratio cõtactus Phyſicorum corporum (quæ nimirum dum agunt, uiciſſim patiuntur) uera & indiuidua, ac omnibus differentijs completa, non fuerit cognita nobis: neceſſe erit, ut ratione generis contactus, eundem cœleſtium & caducorum corporum tactum (qua nimirum dicimus, tangentia hæc eſſe, quorum extremę ſuperficies ſunt ſimul) exiſtimemus eſſe: cùm tamen rationes ſint diuerſę tactus mutui, caducorum & cœleſtium. Quando igitur ratione generis, quæ quodammodo eadem, ea habeamus pro ſimpliciter ijſdem, non tãtum uocabuli, uerumetiam rationis & definitionis homonymia hallucinabimur. Vt qui Adoleſcentiam finiens hoc modo, quo dicitur, incrementum eſſe prioris quantitatis corporis, pro ſpecie uſurpet generis rationem: ſpecies incremẽtorum, generis homonymia confundet, unam ſcilicet rationem, ad res ſpecie diſcrepantes accommodans. Quid portò prohibet, quo minus ſpeciei uocabulum nonnunquam uſurpetur ὁμωνύμως pro uocabulo generis, quod propter inopiam uocularum ſæpe accidit? Vt συνεχὴς febris, genus eſt reſpectu συνόχου, & eius quæ ratione ſpeciei dicitur συνεχὴς ὁμωνύμως τῷ γένει λεγομένων συνεχῶν, τῶν πολλάκις ταῖς κατὰ μέρος περιόδοις παρεχομένων. Fit itaq;, ut imperfectè cognitis ſpeciebus, propter mutilatas definitiones, ut generis cauſa, pro ſimpliciter ijſdẽ habeantur, quæ tamen ſpeciebus diſcrepant. Vt ſi quis Fidem ſaluificam, ratione generis definiat, homonymon faciet uocabulum, ut hac ratione quadrare etiam poſſit dæmonum, & impiorum fidei. Ex quo eſt euidens, frequẽtiores & plures eſſe homonymias, quibus ratione generis, quàm quibus ratione ſpeciei decipiamur. καθόλου uocula, uult intelligi hoc loco Ariſtoteles,

Metaphy. 1.

Galen. lib. 2. De differen. febrium.

L 3 genus,

genus, et ἀδιαφόρων ſpecies ἀτόμους: quæ reſpuunt differentias, cùm diuidi amplius non poſſint. Quæ ſi ſignificandis etiam alijs accommodantur, homonymia tamen non lateat, ſed omninò id figuratè dici quod dicitur, omnes intelligant, & non uerè ac ſimpliciter uſurpari. Vnum enim aliquid, à quouis ſignificatur uocabulo: quo tranſlato ad aliud quid ſignificandū, nō id ipſum uerè ſignificabit, à quo tranſlatum eſt, ſed ſimilitudinem eius quādam adumbrabit in re aliena: nec ipſum id erit, quod eo ſignificatur per metaphorā. Sed ut in Demonſtrationibus, minimè obſcuris ſyllogiſmis uti debemus: ita non utendum in definitionibus ijs, quibus non propriè quid declaratur. Manifeſta enim, & perſpicua ſit oportet omnis Definitio. Cùm enim ad rem declarandam adhibeatur, ita comparatam eſſe decet, ut ei nulla declaratione ſit opus. At ſimilibus & tranſlatis, interpretatione eſt opus: quādoquidem ijs res
Topicorum 8. ſignificata, non κυρίως intelligatur. Quocirca (autore Ariſtotele) πᾶν ἀσαφὲς, τὸ κατὰ μεταφορὰν λεγόμενον. Nam quod ex alieno genere adhibetur, non abſolutè eius eſt cui adhibetur, ſed quadā ratione ei quadrat, quæ nō poſſit eſſe cognita, incognita ſcilicet utriuſque comparabilis rei eſſentia. Quamobrem unius generis propriæ differentiæ, alterius propriæ eſſe non poſſunt (ut acutum & graue, quatenus diuidunt ſonum, nullius alterius differentiæ eſſe poſſunt
Loco 35. generis) niſi contineantur ab uno quodam cōmuni (ut liquet ex Sexto Topicorum) ambo genera. Sed nonnullæ ſpecies, differentijs conſtituunt: quarum commune diuiduum, non tam generis, quàm materiæ rationem habeat. Generis autem, à materiæ ratione differt: quoad uidelicet genus, pars eſt, gratia cuius ſpecies, ipſum eſſe aliquid, & ὅπερ ὄν dicitur. Materia uerò, pars, qua non ipſum, ſed in ipſo eſſe aliquid ſpecies dicatur. Vt Vox, cùm ipſe Sonus eſt, ut genus: tum uerò ut materia, differentiæ cuidam (quoad nimirum Sonus, inſtrumento animali editus) ſignificationi ſcilicet cuiuſdam affectus animalis ſubijcitur, tanquam formæ. Habetur autem pro materia ſeu ſubiecto, quia in alijs, ut rebus inanimis, ſonus ſit expers huius differentiæ: & in alijs, eiuſdem tanquam perfectionis cuiuſdam ſit particeps differentiæ. Inter ma-
Metaphy. ζ. teriam autem & genus, diſcrepantia hæc eſt (autore Ariſtotele) ὅτι τὸ γένος ἁπλῶς μὴ δεῖ παρὰ τὰ ὡς γένους εἴδη, ἢ εἰ ἐστί, ὡς ὕλη δ' ἐστίν. Perempta quidem differētia, neceſſe eſt genus eſſe nullum: nihil enim ipſum per ſe genus eſt, ſine ſpecie. Materia autem, ſeu ſubiectum, δεκτικὸν quiddam perfectionis intelligitur eſſe, ut cauſa priuationis, etiam ſine hac poſſit ſubſiſtere, nullo exiſtente genere reuera, ſine perfectione ſuæ ſpeciei: quamuis ratione ſeparatim eſſe queāt, genus & differentia. Sed commune, ut materia, in quodam poteſt eſſe ſine perfectione: qua ratione, pro genere nequit uſurpari. Quoad autem pars etiam eſſentiæ eſt ſpeciei perficientis, eiuſdem genus quoque erit, & ὅπερ ὄν, & quod ſimul & cum differētia ſit, ſimul perimat̄. Vt ſonus, quoad in aere πάθος quoddam eſt, certa cauſa excitatum, materia ſeu ſubiectū eſt uocis. Sed quatenus pars eſſentiæ eſt uocis, ſimul cum differentia erit aliquid, & ſine differētia, nihil: cùm ex differentia & genere conſtitutum, non ſit per accidens unū, ſed unam eſſentiæ ſpeciem conſtituat: quam nō poſſe diuidi, dictum eſt paulo antè. Ergo uox eſt in ſono, & in uoce ſermo ſeu διάλεκτος, hac ratione, qua ſonus eſt in aere, ut ſubiecto, tanquam πάθος quoddam: in quo uox etiam eſt, ratione ſoni, & ſermo, ratione uocis. Contrà autem, uox in ſermone, & in uoce ſonus inſunt, nō ut πάθος in ſubiecto quodā, ſed ut genus in ſpecie, ut pars eſſentię, in tota eſſentia. Liquet hoc exemplo, alio modo uocem eſſe in ſono, ut ſubiecto & materia: & alio, eſſe ipſum ſonum, ut genus. Nam quoad ſonus

πάθος

πάθος aeris, recipit formationem quandam ab inſtrumento animali, materia quædam eſt, & ſubiectum uocis. Et hac ratione, uox etiã ipſa, πάθος eſt quoddam, certa cauſa proueniens in aere. At prius & communius, reſpectu poſterioris, rationem quoque generis obtinet. Non poteſt enim fieri, quin genus etiam ſit πάθος τοῦ πάθους, latius ſe proferens, alterius reſpectu anguſtioris: cùm alioqui definiantur ἐκ τῶν ἰδίων ſubiecti, propria accidentia, qua nimirum aliquid in aliquo eſſe intelligantur definitiones: ut Sonus, Qualitas in aere excitata, uiolenta colliſione ſolidi corporis. Eadem ratio, idemq́ modus eſt definiendi Colorem: quoad nimirum, & in ſuperficie corporis πάθος quoddam eſt, terminans pellucidũ, & præterea, ipſa quoq; ſuperficies eſt, terminãs perſpicuitatem pellucidi. Quoad ſuperficies quidem eſt, terminat corpus: hacq́ ratione ſuperficies non eſt, ſed aliquid in ſuperficie, Color. Sed quatenus dicitur ſuperficies, reſpectu quo pellucidũ corpus terminat, hac ratione non ſubiectum, ſed genus erit Coloris. Haud longè ſecus, Craſis ſeu Temperamentũ, & in Mixtione elementorum, πάθος quoddam eſt: & Mixtio, non modò πάθος, reſpectu elemẽtorum, ſed etiam genus quoddam, reſpectu naturalis temperamẽti erit. Protulimus hæc exempli gratia, quibus poſſet intelligi, quo pacto idem, reſpectu diuerſorum, & materia, & genus nonnunquam poſſit dici. Etenim mixtio, conſtituens οὐσίαν mixtorum, ſubiectum eſt temperamenti ſanitatis: quod temperamentum, ut habitus, Mixtionis in eodem genere, particeps eſt. At mixtæ qualitates, quoad unum (cauſa mixtionis) conſtituunt patibilem qualitatem (non habitum) ſubiectum ſunt duntaxat, & non genus temperamenti Sanitatis, aut etiam morbi. Qua poteſt autem ratione patibilis hæc qualitas mixturæ, intendi & remitti, hæc tertiæ ſpeciei eſt qualitas, & non primæ: in qua prima, ponuntur ſanitas & morbus. Ex quo perſpicitur, qua ratione mixta qualitas, ſit patibilis, hac non poſſe eſſe genus: & qua genus, hac nõ poſſe eſſe ſubiectum. Nihil enim idem ſecũdũ idem, genus poteſt eſſe, & ſubiectum: & genus quidem, cùm de ſpecie prædicetur in Quid, ſubiectum quidem, quoad eſt, de eadem prędicabitur nequaquam. Vt (uerbi gratia) quoad ſonus conſideratur, ut motus & plaga, accidens aeri, tanquã ſubiecto, in prędicamento eatenus non eſt patibilis qualitatis: in quo collocatur quoad eſt uocis, aut quatenus patibilis qualitatis afficiẽs aures: ſed in prędicamento motus, ſeu paſſionis. Nam quoad πάθος, cum ſubiecto noſcitur tantum, ſed quatenus genus, definitur cum ſuperiore quodã genere: quod ipſum nimirum eſt, patibilis Qualitas, ut quæ ſenſionis gratia, patibilis appellari ſoleat. His quæ diximus, par eſt intelligi, qua ratione Sonus, & ſubiectũ uocis, & item genus poſſit appellari: nec qua ratione ſubiectum, & qua genus, poſſe collocari in eodẽ prædicamẽto. Haud longè ſecus põt dici de Colore, q̃ nimirũ, quoad dicit̃ Terminus ſeu extremũ, ratiõe Coloris, & genus eſt, & ſubctũ. Nam quatenus pellucidi reſpectu dicit̃, πέρας, ſeu ἐπιφάνεια, ſeu ἔσχατον, genus eſt Coloris, ſub genere patibilis qualitatis. Sed quoad reſpectu corporis in quo ineſt, ut ſuperficies, non genus erit, ſed ſubiectum coloris, in prædicamẽto erit quãtitatis: qua ratione διὰ τὸ ἐν τῷ τοῦ σώματος πέρατι, ἀλλ' οὐ τὶ τὸ τοῦ σώματος πέρας. At reſpectu pellucidi, non aliquid ἐν πέρατι, ſed ipſum πέρας appellatur: ſic definiente Colorem Ariſtoteles, ut ſit πέρας τοῦ διαφανοῦς ἐν σώματι ὡρισμένῳ. His exemplis facilè poteſt intelligi, quoad ſit quidpiam tanquam ſubiectum & materia, eatenus ipſum alterius eſſe prædicamenti: & alterius, quoad pro genere uſurpetur, & non pro ſubiecto ſpeciei. Quamobrem nonnulli, qui finitionem hanc Febris à Galeno propoſitam, qua dicitur eſſe calor

Hoc loco ſignificat ἐπιφάνειαν, id eſt ſuperficies, & quantitatẽ, nempe ἐπίπεδον, & qualitatem terminãtem pellucidũ corpus. Simili homonymia, poteſt triangulum pro quantitate & qualitate uſurpari.

1. Apho. com. 14.

 natiuus,

natiuus, mutatus in igneum, ſic accipiunt, ut calorem naturalem, ſeu ἔμφυτον, nō tātum ut ſubiectum, ſed etiam ut genus Febris, poſſe uſurpari exiſtiment, non paruo errore hallucinantur: quandoquidem calor natiuus, neq; quoad ſubſtantiam ſignificat, neq; quoad ſignificat patibilem qualitatem, genus febris eſſe poſſit: quam febrim morbum eſſe, & habitum, nemo ſane ignorat. Genus autem eſt, Habitus intemperiei calidæ, contra naturam flagrantis in corde. At calor ἔμφυτος quoad patibilis eſt qualitas, aut quoad οὐσία quædam, genus nequaquam, ſed ſubiectum quoddam caloris ignei eſt: quod Galeno etiam uiſum, ut qui θερμότητα παρὰ φύσιν, & nō ἔμφυτον θερμόν, in priore libro De differentijs febrium, pro genere Febris poſuerit. Qui Flammā ſic definit, ut dicat eam eſſe exhalationē incenſam, συνδιαλυσμένον explicuit ex materia & affectione. Qui autem, Ignem in aliena materia feruidum, definit Flammam eſſe, genus cum differentia poſuit: quorum cauſa, definitum ὅπερ, & nō τὸ δι᾽, ᾧ τὸ δι᾽ ὄν, dici conſueuit. Hactenus generis & ſubiecti ratio, quomodo coincidant, & qualis eorundem diſtinctio, item quo pacto in quibuſdam non coincidant, planum fecimus. Reliquum eſt, ut quid in definitionibus ἐκ προθέσεως obſeruandum ſit, planum faciamus: quandoquidem omnia πάθη propria, abſque ſuis ſubiectis, quibus primò inſunt, definiri nequeant: & propria quædam ſint, quæ non primò uni cuidam, ſed multis primò inſint ſubiectis & ut cōmunia, non niſi ὁμωνύμως poſſint uſurpari, quandoquidē nulli generi (quod Synonymum commune eſt) primò accidant. In his etiam Definitionibus, primùm conſideranda καθέκαστα ſeu ſpecies, deinde generum cognoſcenda ratio. Si eius quod definitur proprij, multa ſint, quibus primò ineſt, ſubiecta: nullum genus unum erit, in quo primo inſit, & propter ipſum, participantibus eo genere ſpeciebus: hac ratione nimirum omnino proprij, homonymo exiſtente uocabulo. Loquimur de huius generis exquiſitis Definitionibus, & Phyſicis: cùm uulgares illæ & Dialecticæ, definiendo propria, non adiungant πρῶτα δεκτικά, ut Phyſici faciunt: qui cōſiderant omnia ἐκ προθέσεως, quemadmodum Mathematici ἐξ ἀφαιρέσεως ſua contemplantur. Quò pertinet illud, quod aliàs dixi, in genere multas latitare homonymias. Non enim quòd à Dialecticis, id ipſum à Phyſicis habetur etiam pro genere, ſi commune quoddam non fuerit πρῶτον δεκτικόν, ſed multa unius ſint πρῶτα δεκτικά. At deprehendi homonymia hæc poterit, ſi proprium conſideretur in ſpeciebus ſubiectorum diuerſorum generum. Eius namque proprij ſcilicet, nulla una & communis definitio erit: ſed ſeparatim in quouis genere, definiendum erit, ſuo quouis πρώτῳ δεκτικῷ, οὗ ἴδιον illud proprietatis: quæ propria cō plura, ut ſpecie non differunt, ita pro eiſdem genere haberi non poſſunt, ſed duntaxat pro eiſdem analogia quadam numerantur. Vt (uerbi gratia) Definitio alia eſt Similitudinis, in Coloribus: alia Similitudinis, in Figuris: manifeſta exiſtente differentia ſubiectorum in diuerſis generibus. Iam ſi καθόλου rationem ſimilitudinis explicare quiſpiam conetur, nihil habebit quo id facere poſſit: & Dialecticum adhibens genus, non carebit id uitio latentis & occultæ homonymiæ, ſiquidem Phyſicæ definitionis ſtatera definitum examinetur. Dialectica autem eſt hæc finitio, ſi dicatur eſſe Similitudo, identitas quædam in qualitatibus. Sed nullum eſt idem atque commune πρῶτον δεκτικόν, quum in quibus primis ineſt Similitudo, ſint diuerſorum generum. Par eſt ratio Acuti etiam, quod & ipſum homonymum eſt uocabulum: cùm primò diuerſis inſit ſubiectis, ut Sono, Angulo, Sapori, Ingenio. Si definietur ſingulis ſubiectis, quid Acutum ſit in omnibus intelligetur. Huiuſmodi uocabulum,

Febris

Febris etiam eſt: cùm nullum ſit idem ſubiectum Diariæ, Putridę, & Hecticę, ſed in diſcrepātibus his primò inſit. Dialecticè quidem ſynonymum eſt, ſed Phyſicè homonymon uocabulū Febris exiſtit: quia prima ipſius diuerſa ſunt ſubiecta. Eiuſdem conditionis etiam eſt, ἔμφυτον θερμόν: quum aliud ſit ſolidę ſubſtantiæ, aliud ſanguinis, aliud poſtremò ſpiritus uitalis. Nec ſi quod commune his nomen adhibetur, id genus eſt, aut καθόλου: cùm nihil aliud eo quàm ſimilitudo, & analogica communitas ſignificetur. Vt (uerbi gratia) uocabulum πέψεως, ſi ut commune uſurpetur, reſpectu πεπάνσεως, ἑψήσεως, ὀπτήσεως, nequaquam erit καθόλου, ſed commune analogicum: quo non ſimpliciter idē, ſed ſimile idem, conſueuit intelligi. Nam ut ſua cuique eſt οἰκεία ὕλη, nēpe remperatura ſicci & humidi, ita ſua quoque caloris perfectio: quum ſit πέψις, logica finitione & communi, τελείωσις ὑπὸ τοῦ φυσικοῦ καὶ οἰκείου θερμοῦ, ἐκ τῶν ἀντικειμένων παθητικῶν. ταῦτα δ' ἐστὶν, ἡ οἰκεία ἑκάστῳ ὕλη. In uniuerſum de his ita ſe habentibus rebus & uocabulis, ſic ſcriptum reliquit Ariſtoteles: δεῖ δ' ὑπολαμ- μετεωρῶν δ.
βάνειν, μὴ κυρίως ταυτὶ λέγεσθαι τὰ ὀνόματα. τοῖς πράγμασι γὰρ οὐκ ἔστιν καθόλου, τοῖς ὁμοίοις· ὥστε οὐ ταυτὰ, ἀλλὰ τοιαῦτα, δεῖ νομίζειν τὰ εἴδη. Quamobrem quando καθ' ἕκαστα εἴδη habent οἰκείαν ὕλην, ſigillatim qualibet ſpecie ſuam materiam informante: nec commune quoddam ſubiectum ſit, quo ratio πάθους informata, quadret omnibus ſpeciebus: hæ ſpecies non pro genere, ſed propter ſimilitudinem pro iiſdem ſunt habendæ. Quales ſunt nimirum, quas paulo antè recēſuimus, ſpecies: quæ ſunt, cibi concoctio uel humorum, in corporibus animatis: item maturatio, item elixatio, nec non aſſatio. Materia his nulla uno deter minata genere ſubiicitur. Mixtæ enim patibiles qualitates non ſunt unum & illud, & commune ſubiectum, quia ipſæ, ſed quia talium & certorum corporū, ut maturabilium, elixabilium, uel aſſabilium, nō quia humiditate & ſiccitate præditorum. Alioqui omnia ſicca & humida, talibus πάθεσι obnoxia eſſent: quemadmodum omnia organica corpora Phyſica, quia talia, participant proprietatibus, quarum cauſa eſt Anima generatim definita. Ex his quæ diximus perſpicuū eſt, quid & quantū interſit inter ὅμοια & ἀδιάφορα, neque his commune idem intelligi: quoniam (autore Ariſtotele) ſunt ὅμοια, ἐὰν μὴ Metaphy. ι.
ταυτὰ ἁπλῶς ὄντα, μηδὲ κατὰ τὴν οὐσίαν ἀδιάφορον τὴν ὑποκειμένην, κατὰ τὸ εἶ- Topicorum α.
δος ταυτὰ ᾖ. Atque idem in Topicis, ſic ſcriptum reliquit: διαφορὰς ἐν αὐτοῖς τοῖς γένεσι πρὸς ἄλληλα θεωρητέον. τὴν δὲ ὁμοιότητα σκεπτέον ἐπί τε τῶν ἐν ἑτέροις γένεσιν, ὡς ἕτερον πρὸς ἕτερόν τι, οὕτως ἄλλο πρὸς ἄλλο. οἷον ὡς ἐπιστήμη πρὸς ἐπιστητόν, οὕτως αἴσθησις πρὸς αἰσθητόν. καὶ ὡς ἕτερον ἐν ἑτέρῳ τινὶ, οὕτως ἄλλο ἐν ἄλλῳ. οἷον ὡς ὄψις, ἐν ὀφθαλμῷ, νοῦς ἐν τῇ ψυχῇ. καὶ ὡς γαλήνη ἐν θαλάττῃ, νηνεμία ἐν ἀέρι. ἑκάτερον γὰρ ἡσυχία. Per ſpecies cognitas, & explicitas finitionibus, colligendas generum rationes & definitiones liquet. Deinde quæ participent eadem ſpecie, ſimpliciter hæc idem eſſe quiddam: qua ratione uidelicet ſint ἀδιάφορα, non qua ſint ὅμοια: utpote quæ gęneribus diſcrepantibus contineantur, aut ſpeciebus, cauſa definitionis non iiſdem, ut quæ duntaxat unum quid ſint, propter ſimilitudinem. Procedendum itaque ad unitatem generis, ratione qua multa, ſunt ἀδιάφορον quid, & non qua ὅμοια: cauendumq́, ne ſimilia pro indifferentibus arripiamus: quæ iam antè oſtendimus eſſe homonyma, quandoquidem idem ſimpliciter, non poſſint eſſe ſimilia. Fallacem diximus iam antea ſimilitudinem, & homonymias ex his natas, non facilè diſtingui, à quibus præcipuè ſit cauendum. In cōmunibus autē, nihil æquè uitandum, atque homonymia. Quòd ſi non uernaculis, ſed per ſimilitudinem tranſlatis definiri quidpiam concedamus, differendi artē, quæ

confundi

confundi rationes non patitur, & aliena ſemper à uernaculis ſeparat, neceſſe erit uti metaphoris, ad probādū aliquid, aut refellendū: quo nihil dici poteſt abſurdius. Vt ergo per metaphoram nihil uerè & abſolutè eſſe dicitur, nihil propriè & appoſitè definitur: ita remouendam eam eſſe à diſputationibus, & ab arte Dialectica, ad quam ueri inquiſitio pertinet, cēſemus. Aut quo pacto definietur quid obſecro metaphora, quum quælibet res, ſua propria, non alienæ rei notitia conſtet? Nec ſemper intelligitur, quomodo ei quadret ſimilitudo alienę rei. Quod certè hoc loco, id ipſum Ariſtoteles etiam in Topicis ſcribit de Metaphora. πᾶν γὰρ ἀσαφὲς, τὸ κατὰ μεταφορὰν λεγόμενον, ἐνδέχεται δὲ καὶ τὸν μεταφορὰν εἰπόντα, συκοφαντεῖν, ὡς οὐ κυρίως εἰρηκότα. οὐ γὰρ ἐφαρμόσει ὁ λεχθεὶς ὅρος, οἷον ἐπὶ τῆς σωφροσύνης· πᾶσα γὰρ συμφωνία ἐν φθόγγοις. ἔτι εἰ γένος, ἡ συμφωνία τῆς σωφροσύνης, ἐν δυὸ γένεσιν ἔσται ταυτὸν, οὐ περιέχουσι ἄλληλα. οὔτε γὰρ ἡ συμφωνία τὴν ἀρετὴν, οὔθ' ἡ ἀρετὴ τὴν συμφωνίαν περιέχει. Ex quo perſpicitur, Metaphorica οὐ κατὰ τὴν αὐτὴν ἰδέαν uſurpari: ut ſi quis aurum uel lignum dicat elixari. Et aliquando propter inopiam tranſlatis utimur, κατὰ μὲν τὴν ἰδέαν οὐ τὴν αὐτὴν, μεταφορᾷ δέ. οὐ γὰρ ἄρηται κεῖται τὰ ὀνόματα ταῖς διαφοραῖς, ut alibi inquit Ariſtoteles. Quid uerbis opus eſt? Occurrit nobis paſſim, & ſingulis fere momentis, talis homonymia: ut rectè dixerit Galenus noſter, uitam refertam eſſe ambiguè ſignificantibus uocabulis: quæ niſi diſtinguantur in certa ſignificata ſuis definitionibus, neceſſe ſit nos oberrare, & hallucinari in cognitione rerum. Quàm ſollicitè idem, Calidi & Frigidi homonymiam diſtinguit in libris de Temperamentis? Deinde Ariſtoteles, cùm aliud alio calidius aut frigidius dicit, quàm accuratè diſtinguit modos, ne homonymia ſcilicet ſignificata confundātur? quibus rectè ſubiecit etiam hoc diuinus uir, ut idem diſtinguendo faceremus in grauiorum rerū tractationibus, admonens idipſum his uerbis: εἰ δ' ἔχει τοσαύτην τὸ θερμὸν, καὶ τὸ ψυχρὸν, ἀμφισβήτησιν, τί χρὴ περὶ τῶν ἄλλων ὑπολαβεῖν; ταῦτα γὰρ ἡμῖν ἐναργέστατα τῶν περὶ τὴν αἴσθησιν. Id ipſum conſiderandum etiā præcipit in Ethicis, quando Boni uocabulum, ambiguum eſſe oſtendit: & in diuerſis ſubiectis, non idem, ſed diuerſum ineſſe admonet. Non enim ut eadem Albi ratio eſt, ſiue Niui, ſiue Ceruſſæ, aut Ceræ ineſſe dicatur: ita Boni quoque ratio eadem ac ſpecies erit, quibuſcunque id tandem ineſſe dicatur, ut (uerbi gratia) corpori, poſſeſſionibus, uirtutibus, uoluptatibus. Etenim Albi, in omnibus idem eſt πρῶτον δεκτικόν: ſed Boni, non idem: cùm ſpecie differant ſubiecta, in quib. πολλαχῶς λεγόμενον τὸ ἀγαθὸν ineſt. Cæterùm huiuſmodi πολλαχῶς λεγόμενα, multifariam ſignificant multa. Aut enim ἀπὸ τύχης, homonymia laborāt: aut quoad ἀφ' ἑνὸς, ſeu πρὸς ἓν cōpluſcula ſignificāt: aut quia ſimilitudinē habent Analogicam, qua nimirū ſunt aliud in alio, & non idem in eodem primo δεκτικῷ. Comparabilia, ſeu συμβλητὰ porrò cùm omnino eiuſdē ſpeciei indiuidua ſubiecta eſſe oporteat, utpote quæ nō ſpecie, ſed gradibus tantum differant, ĳq́ gradus diſtinguantur præſertim cauſa motionis: talium cognitio homonymorum & ſynonymorum, pertinebit præcipuè ad Phyſicum. De his nonnihil dixit Ariſtoteles in Septimo libro φυσικῶν ἀκροαμάτων. Exquiſitior autem horum doctrina ad hanc pertinet Methodum, ad quam in Ethicis etiam uidetur eam reĳcere, his uerbis: ἀλλ' ἴσως ἀφετέον μὲν ταῦτα τὸ νῦν. ἐξακριβοῦν γὰρ ὑπὲρ αὐτῶν ἄλλης ἂν εἴη φιλοσοφίας οἰκειότερον. Sed quæ nā (inquies) hæc Methodus erit, qua ſingulorum propriorum ratio certa & indubitata haberi poſſit, uernaculi ſubiecti appoſitione? Siquidem ut genus, differentia, ita proprium determinatur ſuo ſubiecto, alienis autem ſubiectis confunditur. Vt autem in quo primo quoduis proprium inſit, cognoſcatur, adhibendæ

Topicorum s.

Meteorol. Δ.

De partib. Animal. B.

bēdæ ſunt Phyſicæ hiſtoriæ, quas appellat Ariſtoteles hoc loco ἀνατομὰς: deinde, ſunt etiam adhibēdæ διαιρέσεις logicæ, in occultis rebus, quas ſenſus deprehendere nequit. Vt quòd nerui & cerebrum ſint inſtrumentum ſenſus & motus, ſenſu & Anatomica hiſtoria percipitur. Item quòd arteriæ diſtendendo ſemetipſas impleantur, & non quia impleantur, diſtendi eas contingat, ſenſu & experientia eſt exploratū. Sed quòd in Diaria febri, ſpiritus cordis, in Hectica ſolida ſubſtantia inflammetur: in Putrida, humores cordis putredinis uapore ſint affecti: & quòd in Synocho, putreſcat ἰχῶρ ſanguinis: in peſtilenti autem, ipſa ſanguinis ſubſtantia: non ἀνατομίᾳ quadam, ſed διαιρέσει λογικῇ cauſarum & ſymptomatum deprehendimus. Cæterùm omnis καθόλου ratio, colligitur per καθ᾽ ἕκαστα, & rurſus adhibetur etiam ad probāda καθ᾽ ἕκαστα. Quorum autem tractatio eſt problematica, ea nonnunquam uel hanc, uel aliam cauſam habere poſſunt uideri: nō proximam quidem, & ἄμεσον, uel quorum cauſa, non ratione καθόλου ſubiecti, ſed in ſpecie quadam conſideratur, in quibus nonnunquam alia uidetur alijs eſſe cauſa: ut ex problematibus liquet Ariſtotelis, et aliorum. Nihil in pręſentia dicimus de Dialecticis, quorum inuentio argumentorum, traditur in Topicis. Alia eſt inuentio Argumentorū, quibus καθ᾽ ἕκαστα ſubiectis accidere quidpiam oſtendimus: & alia, quibus καθόλου ipſum monſtratur ἐπιστημονικῶς. Quando problema inſtituitur de ſpecie quadam, quæ ſubeſt τῷ καθόλου cuidam ſubiecto, ſoluitur id ratione hac, qua conſtat proprietatem quęſitam per ſe ac primò ineſſe communi ſubiecto, ſeu generi eius, de quo quæritur. Vt quando quæritur, quamobrem calore dulciores fiant uuæ? Quamobrem feruore muſti, excrementa ſeparentur à mero uino? Communis eſt utriuſque cauſa, pertinēs ad καθόλου quoddam ſubiectū, quod quæſitorum reſpectu, ſit genus: cuius cauſa, ad ſpecies etiam eſt transferenda. In uniuerſum quomodo ex auſteris uel acidis (quæ temperamēti cauſa, ſunt frigida) calore & maturatione, fiant calida & dulcia, in libris De ſimplicibus Medicamentis demonſtrat Galenus. Præterea quòd feruore muſti ſeparantur ἀλλόφυλα, & congregantur ὁμογενῆ, nulla cauſa eſt alia, quàm ἔμφυτον θερμόν, quod definitur συγκρίσει τῶν ὁμογενῶν. De his plura diſputantur in Phyſicis: exempli tamen duntaxat cauſa nunc à me commemorantur, nō demonſtrandi. Cæterùm problemata omnia, quoad ſunt ἀπλοῦν quiddam, καθόλου quædam ſunt propoſita: quorum rationes colliguntur à ſingulis, & tranſferuntur etiam ad ſingula: ſed per ſe demonſtrantur tamen reciprocis cū proprietate cauſis, & cum ſubiecto item cui inſunt. Demonſtrabilia hæc, appellantur problemata: quòd de notis ſenſu, & experientia effectis, cauſæ inquirantur, quæ nimirum ſint occultiores, & alię nonnunquam alijs eſſe uideātur. De Phyſicis enim, non ſemper conuenit. In Mathematicis, non prius liquet eſſe proprietatem in ſubiecto, quàm demonſtratum id principijs ſit, & cauſis quibuſdam: cauſis ſcilicet notioribus, quàm ſint concluſa demonſtrationum: quæ concluſa ſenſu, quòd ſint uera, non poſſunt apprehendi. In Phyſicis, & cauſæ ſunt obſcuriores, & propter accidentia magis intricata & confuſa eſt notitia cauſarum: quas non diſtinguentes quidam, infinitis dubitationibus implicuerunt problemata, longè petitis & alienis cauſis adhibitis: à quibus, tanquam præcipitio quodam, abſtinendū pręcipit Galenus, propterea quòd ſine methodo, temerè de his diſputari ſoleat. Horum itaque nunc Methodon & ἀνάλυσιν tractabimus argumentorum, quibus demonſtrantur problemata: in quibus primum eſt præceptum, ut per Inductionem, quæ ſine dubitatione & inſtantia uera ſint & certa, colligamus. Abſtinendum autem illo in

Galen. de ſimplic. Medic. li. x.

genere

genere exemplis, quæ plurimum fallunt:ut ſi quis oleum frigidum eſſe conetur oſtendere, quia tenax ſit, exemplo pituitæ, quæ & ipſa lenta cùm ſit, frigida deprehenditur. Suo experimento quiduis, & per omnia noſcendum, fucusq; accidẽtis detrahẽdus, quo ſolet ueritas adulterari. Deinde cauſæ inueſtigãdæ: quas partim per ἀνατομὰς, partim per διαιρέσεις λογικὰς cognoſci, diximus antea. Et quanquam problematum innumera ſunt exempla, ut ridendus ſit qui ea requirat à me: tractandorũ tamẽ nõ æquè expedita eſt ratio: & ob id quorundam meminiſſe, exempli gratia, ad methodum intelligendam, utile fore arbitror. De Oleo, problemata hæc ſunt apud Galenum. Primum eſt, quamobrem frixa in illo, fiant duriora coria, ſed inuncta molliora? Alterum, quî fiat, ut à Scylla uel urtica dolores & morſiones deliniat? Tertiũ, leniens ab acribus excitatos dolores, quo pacto ipſum exaſperet & commordeat oculos? Quartum, a frigoris moleſtia inunctos, quamobrem tutos oleum præſtet? Oleum cùm ſit aereum & terreum, quando frigitur in ipſo corium, ſiccari, denſari, & in anguſtum contrahi ſolet, humido nimirum aqueo corij conſumpto. Ratione enim qua eſt aereum, penetrat: qua terreum, & calore ignis feruens, conſumit humidum corij inſitum: non autem, ut aqua, humiditate ipſum imbuit. Quòd autem mollius inunctum eo, fiat corium, in cauſa eſt, quòd penetrans per poros, humiditatem propriam corij non ſiccat, ſed eam ſua quoquè aerea augeat humiditate, porosq;, quo minus exhalet aqueus corij humor, obſtruat. Acrimoniam uerò lenit, qua eſt particeps mediocris temperamenti cuiuſdam ſecundum calorem & frigus, & qua eſt, propter lentorẽ, ἐπικεραστικὸν & ἐμπλαστικὸν, exaſperationes æquabiliter oblinens, & mediocri temperamento ſuo inæquabiliter affecta concoquẽs. At quod rodit oculos, non oleum ipſum, ſed eius excrementum aere ſeroſum, in cauſa eſt. Vt minus delibutum eo corpus affligatur a frigore, cauſa eſt, quòd oblinendo & obſtruendo poros, arcet ingreſſum frigidi aeris: & ſimul etiam internum calorem augens, ipſius aliqua ex parte fomentum, & ὑπέκκαυμα caloris exiſtit. Illorum quæſitorum igitur omnium ratio, partim ex natura olei, partim natura patientium corporum colligitur: quas etiam partim hiſtoricas, partim Logicas eſſe, nemini ſit dubium. Nunc de Methodo problematum explicãdorum diſſeremus. Quibus primò, & non ſecundum accidens inſint φαινόμενα πάθη, conſiderandum. Deinde cauſarum principia itidem ab accidentibus uindicanda proprietati aſſerenda, & (ut Ariſtoteles ait) δεῖ ἐκλέγειν, τάς τε ἀνατομὰς, καὶ τὰς διαιρέσεις. In magna confuſione cauſarum & effectuum, agẽdus delectus, promiſcuisq; rationibus nihil tractandum, ſed diſtinguẽda ſunt omnia, ne quid contrà poſſit dici, propter confuſionem per inſtantiam: qua nimirum inſtantia deſtruuntur καθόλου propoſitiones, & ſimpliciter ueræ nequaquam eſſe comprobantur. Ne qua igitur inſtãtia labefiant aut problemata, aut προτάσεις, hac conſequemur Methodo. Quæ propriè inſunt ſubiectis, ea nimirum primò & καθόλου cuidam inſunt: cuicunque deinde alij ineſſe dicãtur, ei propter καθόλου inerunt, cuius ſunt ſpecies. Si cui alij præterea ineſſe dicantur, ei iam non per ſe, ſed ſecundum accidens ineſſe cenſendum. Quæ propria, quibus primò & καθόλου inſint, per ἀνατομὰς & hiſtorias interdum cognoſcimus (cuiuſmodi ferè ſunt omnia, quæ ſcribũtur de uſu partium in animalibus) nonnunquam (ut dictum eſt) ratiocinando indagãtur: in quibus ſatis eſt inueniſſe nos aliquid, quod nulla inſtantia poſſit labefactari, aut quo nihil poſſit dici probabilius: ut ſunt, quorum cauſas natura abdidit, quæ ſentiendo à nobis non queant percipi, ad quæ tamen penetrare poſſit mens: quã

τῷ διανοί-

τῷ διακρίνειν, omnium effectricem eſſe rerum, autor eſt Anaxagoras. Adhibēdæ igitur διαιρέσεις, in his occultis, quum uidelicet deſtituimur hiſtoria. Deinde cognoſcendum etiam, comunia hæc & καθόλου, de quibus nam per ſe, primo modo prædicentur: atque id nimirum definitionibus rerum perſpicuum erit: de quibus, ut ſint conficiendæ, ſuprà diximus. Inſtructi copia talium ἐκλογῶν erunt, tanquam theſauro quodam, homines eruditi: ut interrogantibus rationem problematum exponere poſſint, & qua cauſa quidque fiat, appoſitè reſpondere ualeant. Via hæc eſt una, ut conſequentia, & antecedentia, & aduerſaria conſideremus rerum propoſitarum: quam exquiſitius in prioribus Analyticis (cùm de Medij inuentione Ariſtoteles diſputaret) explicuit. Eius, quaſi breuis comprehēſio hæc eſt, epilogo quodam Ariſtotelis collecta: ταῦτα δ' οὐκ ἐγχωρεῖ δι' ἄλλων συναθροῖσαι, πλὴν διὰ τῶν ἑπομένων, καὶ οἷς ἕπεται ἕκαστον. ἐκ τούτων γὰρ αἱ προτάσεις, καὶ ἡ τοῦ μέσου λῆψις. δεῖ γὰρ τὰ ὑπάρχοντα, καὶ οἷς ὑπάρχει, περὶ ἕκαστον ἀθρεῖν, καὶ τούτων, ὡς πλείστων εὐπορεῖν. καθ' ἕκαστον δὲ ἐκλέγειν τῶν ὄντων, οἷον περὶ ἀγαθοῦ, ἢ ἐπιστήμης. ἴδιαι δὲ καθ' ἑκάστην εἰσίν, αἱ πλεῖσται. ὥστ' ἐὰν ληφθῇ τὰ ὑπάρχοντα περὶ ἕκαστον, ἡμέτερον ἤδη τὰς ἀποδείξεις ἑτοίμως ἐμφανίζειν. εἰ γὰρ μηδὲν ὑπὸ τὴν ἱστορίαν παραλειφθείη τῶν ἀκριβῶς καὶ ἀληθῶς ὑπαρχόντων τοῖς πράγμασι, ἕξομεν περὶ παντὸς, οὗ μὲν ἔστιν ἀπόδειξις, ταύτην εὑρεῖν καὶ ἀποδεικνύναι· οὗ δὲ μὴ πέφυκεν ἀπόδειξις, τοῦτο ποιεῖν φανερόν. Primùm ergo, quid propriè Subſtātijs inſit, conſiderandum: deinde quid, quoad quibuſdam circumſcribuntur & limitantur accidentibus, cognoſcendum. Vt ſi naturam Animalium, & quid propriè ijs inſit, indagare uelimus, primùm communiſſimi generis propria omnia ſunt conſideranda. Vt quæ nam peculiaria ſint accidēria omnium animalium: quibus cognitis, deinde uidere, quę proximi generis ſint: ut quid nā propriè cuiuis Aui accidat, aut quæ piſcium, ſeu gradientium generi: deinde deſcendendum ad reliqua, nullo omiſſo genere, donec ſit peruentum ad infimas ſpecies. Exempli huius apud Ariſtotelē explicatio eſt in libris de generatione, de partibus, de hiſtoria Animalium. Plurima igitur inſunt Animalibus, quia animalibus: & Auibus, quia auibus. Idem de reliquis ſentiendum. Si quid autem generi propriè inſit, id ipſum ex neceſſitatate etiam inerit inferioribus ſpeciebus: ut quod Animali, inerit etiam Homini, Equo, Piſcibus, nec non Auibus omnibus. Vt omni animali propriè ineſt ſenſus tactus: ut uoluptate & dolore poſſit affici: ut appetat quæ naturæ ſuæ ſunt accōmodata, & hæc ipſa ſenſu quodam & phantaſia diſtinguat. Huiuſmodi ἑπόμενα, ratione Animalis oſtendimus etiam Homini, Equo, Leoni ineſſe. Nam quæ generi, eadē ſpeciei quoque inſunt. Nec ſimpliciter animali, ſed accidenti etiam circumſcripto, quid propriè accidat, contemplandum. Vt Animali maſculini ſexus, aut fœminini, aut habenti pulmones, aut habenti cornua. Quoniam ita determinatorum ſunt etiam propria quædam: ut propagatio ſpeciei, propria eſt ſexuum: eſſe uocale, habentib. pulmones: carere dentib. in ſuperna parte oris, & pręterea habere omaſum, cornigeri generis peculiare eſſe cōſtat. Idētidē propria hęc omnibus iſtis inerunt, quorum genus & cōſectarium fuerit ſubiectum illud, cui primo proprietas hęc ineſt: ut quòd propagare homo ſpeciem humanam dicitur, & quòd equus equinam, in cauſa eſt, quòd utrumque ſit ſexus differentia preditū animal. Item quòd homo & equus, ſint uocales, ratio eſt, quia nimirum pulmonibus prædita. Et quòd uaccæ, & capræ ruminant, id eſt omaſum habent, & dentes non habent in ſuperna parte, quia cornigera ſunt, in cauſa eſſe dicimus. Vulgus, ſubiectis quibuſdam proprietatum, communia uocabula impoſuit: ut (uerbi gratia) cùm multis inſit uoluptas & dolor, cau

ἀναλυτικῶν προτέρων α.

M ſa tactus,

ſa iactus, unius complexu nominis, ſubiectum commune perſtrinxit, nempe Animalis. At quibus propriè accidit ut ſint cornigera, ſubiectorum commune quoddam nomen expreſſum eſt nullum: cùm tamen ſit certum, non ſine cauſa cornuta hæc eſſe, & alia cornuum expertia. Proprij illius, cuius ſubiecti nomen commune non extat, alia deinde ſunt propria, quorum ipſum cauſa eſſe dicitur: ut priuationis ſuperiorum dentium, & ruminationis, cauſa eſt, cornigerum eſſe. Nonnunquam cauſæ, cauſa eſt alia: ut quòd cornigera, ſint nõ etiam ex altera parte dentata, cauſa uidetur Ariſtoteli, quia ad cornuum generationem tranſlata materia generandis dentibus nulla ſuppeditetur. Et uocalium animaliũ, ut cauſa eſt pulmo, ita præterea eſt cauſa alia διότι, propter quam à pulmonibus formari uocem contingat. Quorundam igitur τὸ ἐγγυτάτω οὐκ ὠνόμασται γένος, ut ait Ariſtoteles in Metaphyſicis. Nonnulla, ταῦτα nequeunt dici, ratione communis generis: ſed propter analogiam, τοιαῦτα quædam appellantur, & ſimilia: de quibus ſuprà diximus. Proprium eſt animalium grandiorum, ut ſolidiore quadam ſubſtantia, tanquam fulcris quibuſdam, molliores partes ſuſtentent, & quarum partium uſus etiam ad motum in loco, aliquis eſſe poſſit. Diuerſis prædita ut naturis hæc ſunt fulcra, ita diuerſa etiam ſunt uocabula. In piſcibus, ſolidior hæc ſubſtantia, appellatur ſpinæ. In his quæ μαλάκια nominantur Græcè, ſepium idem præſtat. In gradientibus, oſſa. In his enim omnibus carnes ſolidas ambiunt, & quaſi ueſtiũt partes, propter has quas diximus, cauſas finientes. Trium horum, cõmune ut genus nihil eſt, ſed quiddam commune analogicum idem. Nam in quibus primò inſunt hæc animalibus, ea nihil idem habent genere οὐσίας, quo pro eiſdem poſſint haberi inſtrumenta hæc motus in loco. Nam ſpinas habere, proprium eſt animalis: non quia animal, ſed quia piſcis, id eſt quia animal aquatile ἔναιμον. Sed ſepion, quia μαλάκιον, nempe quia ἔνυγρον ἄναιμον ζῷον. Os autem habẽt, quia ſpirantia ſunt ἔναιμα. Quamobrem quum his tribus diſcrepantibus primò inſint, Idẽ aliquid duntaxat Analogicũ habẽt: ut diximus aliàs de calore febrili, qui primò diuerſis tribus ſubiectis accidit in corde. Quin etiam ſymptomata & accidentia conſectaria genere eadem non ſunt, ſed eadem analogia: quoniam non ſunt ξυμβλητά, quorum non ſunt omnia, eadem ſpecie. καὶ γὰρ ἡ φορὰ εἴδη ἔχει, ἂν ἐκεῖνο ἔχῃ εἴδη, ἐφ' οὗ κινεῖται, ἔτι δ' ἂν δι' οὗ, οἷον, εἰ πόδες, βάδισις, εἰ πτέρυγες, πτῆσις. ἀλλ' ἆρα οὐ μόνον διὰ τὰ ξυμβλητὰ μὴ ὁμώνυμα εἶναι, ἀλλὰ καὶ μὴ ἔχειν διαφοράν, μήτε ὃ μήτε ἐν ᾧ. Sed de his dictum aliàs. Talium rerum problemata ſunt non ſimpliciter, ſed analogia eadem, & eædem analogia cauſæ ac demonſtrationes, quarum eclogas in promptu etiam habere Phyſicum oporteat. Tres in corpore ſunt alimenti concoctiones, quæ diuerſis fiunt inſtrumentis: prima in uentriculo, ſecunda in uenis, tertia in partibus ſolidis aſſimilantibus. In his idem aliquid eſt analogicum. Multa ſunt huiuſmodi in Phyſicis, & paſſim ſunt obuia, ut conquiſitis non opus magnopere uideatur. Cauſa generis porrò problemata dicuntur eadem, quando πάθος non primò diuerſis, ſed communi cuidam, commune ipſum ſubiecto ineſt: ut ſonus & color, tametſi medij quo ſentiuntur, non ſit una natura, ratione cuius inſunt: ſed πρῶτον διαπτικὸν unius, ſit διηχές, & alterius διαφανές: nihilominus qua directè, & eregionè diffuſæ ſpecies ſenſiles inferunt ſeſe in ſenſum, & qua obiectu cuiuſdam corporis infractæ ſentiuntur (quippe ſenſus etiam quidam, genere unus & communis eſt) idem genere quiddam habent: ut ſunt directiones illæ, & ἀνακλάσεις ſenſilium ſpecierum. Quæ igitur alia, in eodem primo quodam ſubiecto inſunt, eorum, ratione generis, idem proprietatis problema dicimus.

Galenus lib. 5. Anato. ἐγχειρήσεων.

Metaphy. ζ.

Ariſtoteles in hiſtoria animal. lib. δ. ab initio.

Problemata quomodo demõſtrãda, quæ habent aliquid idem Analogicum.

Phyſicorũ lib. η. circa finem.

Problemata cauſa generis eadem.

dicimus. Vt quamobrem album & nigrum, pro cõtrarijs, item calidum & frigidum, numerantur? Rationem habent unam, genere quæſitorum, ut ſubiecto uno determinatam. Nam quæ ſenſus percipit (qui eſt unus genere, & cõmunis omnium) diſcrepantibus ſenſuum inſtrumentis, maximè inter ſe diſtantia, pro contrarijs ea habentur. Quæ in ratione hac contrarij ſunt, omnia generis quandam habent communitatem. Nam contrariorum ſenſilium, priorum generis, & communis ratio, primùm ad genus pertinet patibilium qualitatum: quorum cauſa generis, definitio hæc eſt, ut ſit qualitas, qua per ſe & propriè, corpora ſint ſenſilia. Deinde quòd ſentiuntur, cauſa eſt unus & cõmunis ſenſus: cuius nimirum ſpecies inſtrumẽtorum ſunt, externi ſenſus. Cõtrariorum illorum etiam ratio una & communis eſt, quorum ſubiectum primum eſt, corpus naturale, quoad propriè mouet & excitat ſenſionem. Idem illud genere problema, quo quęritur, quamobrem contraria ſint, album, nigrum, calidum, frigidum? transfertur ad ſpecies, per differentias: quibus iam aliæ res intelligantur, aut aliter ſe habentes. Opponuntur, τὸ αὐτὸ & ἄλλο: item ὡσαύτως, & ἄλλως ὄντα, ſeu εἶναι. καὶ τὸ μὴ ἄλλο ἀντικειμένως, ἐστὶ τὸ ταυτὸ. διὸ πᾶν, πρὸς ἅπαν, ἢ ταυτὸ, ἢ ἄλλο. Ariſtoteles perobſcuris uerbis deſcripſit problemata eiuſdem generis, quando ſic ait: ἔνια τῷ γένει ταυτὰ, ὅσα ἔχει διαφορὰς τῶν ἄλλων, ἢ ἄλλως εἶναι: qua deſcriprione nihil aliud uoluit intelligi, quàm genere idẽ problema iudicandum: quod nimirum differentias poſſit habere, quibus ſimpliciter aliæ conſtituantur ſpecies, uel reſpectu cuiuſdam ſubiecti, cui inſunt differentiæ, aliter ſe habentes. Vt enim cauſa generis, λόγῳ οὐσίας, ſunt ταυτὸ quiddam: ſic propter differentias, ſpecies ſunt aliud quiddam oppoſitè, id eſt, ratione οὐσίας. Quæ uerò non habent διαφορὰς τῶν ἄλλων, ſed ſimpliciter ſunt ἄλλο ἐν ἄλλῳ, ταυτὰ nequeunt, ſed τοιαῦτα, & ſecundum accidens, aliquid idem poſſunt dici, nempe per analogiam ſimilia quædam. Sunt hæ, quæ primis ſubiectis & formis diſcrepant inter ſe, diuerſę quidem rerum ſpecies, ſed non differentes: ut Diaria, & Putrida. Item πέψις, & ἕψησις, ſunt ἕτερα εἴδη, ſed non διαφέροντα. Quoniam διαφέροντα, ſunt ἄλλα quędam, τῷ γένει ταυτὰ ὄντα. Sunt enim (ut Ariſtoteles, ait) τῷ εἴδει διαφέροντα, ὧν τὸ αὐτὸ γένος. λέγεται δὲ γένος, ὃ ἄμφω, τὸ αὐτὸ λέγονται, κατὰ τὴν οὐσίαν τὰ διάφορα. Differunt autem omnia aut genere, aut ſpecie: quoniam ratiõe eiuſdem, Idem eſſe, & Differre aliquid dicimus. Nam quæ differunt, non ſimpliciter diuerſa ſunt ὄντα, ſed aliquo ſunt diuerſa, ut genere uel ſpecie. Cæterùm differre γένει dicuntur, ὧν μὴ ἔστι κοινὴ ἡ ὕλη, μηδὲ γένεσις εἰς ἄλληλα. Quinetiam idem genere uel ſpecie, ea dicimus, quæ uel ἁπλῶς, uel ἐκ προσθέσεως finiuntur. Eodem modo quicquid differt, uel quatenus ἄλλο, uel quoad ἄλλως ὄν, differre dicimus. Non eſt autem neceſſe, ſi quid tanquã ſpecies, reſpectu cuiuſdam generis fuerit, ut id ipſum genus quoque ſit, reſpectu aliorum, tanquam ſpecierum. Vt (uerbi gratia) Morbidus calor cordis, ſpecies eſt caloris, ut generis. Iam ſi diſtribuatur idem in ſpecies febris, genus earum non erit, ſed commune quoddam analogon homonymon. Quoniam (ut ſuprà diximus) Febris in nullo eodem communi ſubiecto quodam ineſt, quo ἀμέσως participent omnes ſpecies, tanquam genere. Haud longè ſecus, Indefinitus & Finitus calor, pro quodã καθόλου & genere, habent Calorẽ, qui eſt in reb. mixtis. Sed finitus calor, reſpectu πεπάνσεως, ἑψήσεως, ὀπτήσεως, genus nequit eſſe: quũ reſpectu harũ, in nullo eodẽ & cõmuni primo ſubiecto inſit ἀμέσως, ſed alius ſit in alio. Ariſtoteles in Metaphyſicis, etiam uocabula ἀρχῆς & στοιχείου, ac ſimilia, non niſi per analogian ijſdem accommodari ſcribit: quum reuera his ſignificentur ἄλλα ἐν ἄλλοις ὄντα. In quo numero & cenſu, ſint

Metaphy.1. Metaphy.1. Metaphy.1.

etiam ἐνέργεια καὶ δύναμις, ἄλλα καὶ ταῦτα, ἄλλα τε ἄλλοις, καὶ ἄλλως. Quæ nã ſint alia in alijs, item quæ ſint alia in eiſdem, diximus. Sonus & color, ſunt πάθη alia, in alijs primis ſubiectis. Album & nigrum, ſunt alia, in eodem. Sed idem, uerùm ἄλλως ſeſe habens eſt, ut uinum, aut caro, uel homo: quum uidelicet ratione materiæ, dicuntur eſſe δυνάμει, ſed propter formam, dicũtur eſſe ἐνεργείᾳ. Non enim aliud eſt uinum, ſed alio modo ſe habens, quando diuiditur δυνάμει, & ἐνεργείᾳ eſſe. Et ſpecies, eſt eadem, ſed aliter comparata: quoad nimirum per intelligentiam ſecreta, & quoad in ſingulis, concreta cum materia eſt. Et materia eadem: ſed aliter ſe habens, ratione priuationis: & aliter, ratione formæ. Quinetiam ἀνάκλασις eadem, ſed aliter ſe habens, ratione ſoni, aut ſpeculi, aut luminis. Non enim propter has differentias, ſpecies hæ ſunt ſimpliciter aliæ: ut coloris ſunt, albũ & nigrum: ſed modo quodam determinatæ eorum, quæ alia ſunt in alijs. Infractio enim directarum ſpecierum ſenſilium, differẽtias ſortitur ab his, quæ ſunt alia in alijs: ut ſono, colore, lumine. Perinde ut caro etiam aut uinum differunt δυνάμει & ἐνεργείᾳ: quæ alioqui diuerſæ ſunt ſpecies, ſed non differentes, quandoquidem ſint aliæ in alijs ſubiectis. Species igitur ἀνακλάσεως, ut generis, ſunt ἠχὼ, ἡ ἐν τῷ κατόπτρῳ ἔμφασις, ἶρις. Omniũ genere eadem eſt cauſa. ἅπαντα γὰρ ταῦτα τὸ αὐτὸ πρόβλημά ἐστι τῷ γένει· πάντα γὰρ ἀνάκλασις, ἀλλ' εἴδει ἕτερα. Quamobrem pro contrarijs, album & nigrum, item acutum & graue numerantur? Quia uidelicet ſpecies hæ in eodẽ primo ſubiecto, quatenus contrariæ, inſunt, & in unum eundemq́ externum ſenſum incurrunt, afficiendo ipſum. Genere quidem ratio eſt eadem, quando quæritur, quamobrem ſenſiles ſpecies, ſeu patibiles qualitates, contrariæ dicantur? Modificatio diſtinguit ſpecies. Et huius quidem modi Quæſtiones ſeu problemata, dicuntur eadem eſſe genere. ὅσα ἔχει διαφορὰς, τῷ ἄλλως εἶναι. Aliæ ſunt Quæſtiones, genere eædem, quæ differentias habent, quibus abſolutè ἄλλα εἴδει conſtituuntur: ut cùm quæritur, Quamobrem ſtirpes & animalia adoleſcant? Quia uidelicet ſunt corpus animatum, cauſa generis adoleſcentiæ nota ratio: differentijs conſtituuntur ſpecies, quibus ſimpliciter ſint alię, nõ quibus propter res aliquo modo alias, ſint aliæ. Aliquo modo alia, ſunt etiã quodam modo eadem, ut analogia, de quibus ſuprà dictum: à quibus differentiæ generi additæ, non ἄλλων, ſed ἄλλως εἶναι dicuntur hoc loco ab Ariſtotele. Exemplis (ut opinor) omnia ſunt perſpicua. Alia ſunt ſimpliciter & omnino ſpecie, problemata eadem, quæ penitùs uno ſecundum ſpeciem medio demonſtrantur, idemq́ ſubiectum primum, & πάθος idem ſpecie: autore Ariſtotele, libro ſeptimo Phyſicorum. Horum notiſſima ſunt exempla, ut: Quam ob cauſam in Apoplexia, facultate ſenſus & motus priuatur cerebri corpus? Quamobrem tanto impetu fragor erumpit è nubibus in tonitru? Quî fit, ut calidiores ſint uentres aut putei in hyeme, quàm in æſtate? Horum problematũ nullæ ſunt ſpecies. Idem enim eſt & unum ſpecie ſubiectum, & præterea prædicatum: quocirca eadem ſpecie, cauſa quoq; erit. Obſtructionis cerebri, id eſt Apoplexiæ, una ſpecie cauſa eſt, craſſus humor, meatum infarciens ipſius. Præterea exhalatio ſubitò propter frigus inflammata, ex anguſto erumpens, una ſpecie cauſa eſt tonitru fragoris, ubicunq; ſit. Et ἀντιπερίστασις frigoris, ubicunque ſit, in cauſa eſt, ut interiora incaleſcant, interius cõpulſo calore: nec refert in quo ſubiecto id accidat, quum nulla, ſecundum ſpeciem aliam differentia ſit ſymptomatis. Nam quæ diximus ſubiecta problematis, numero tantum diſcrepãt. Idem certè ſpecie problema eſt, τὸ πᾶν, ὃ περὶ τὸν καθόλου λόγον οὐδεμίαν ἔχει διαφοράν. Commune & Vnum, tripliciter inueſtigari in diſciplinis, autor eſt Ariſto-

Metaphy. λ.

De partib. Animal. li. α. circa finem.

eſt Ariſtoteles, ita ſcribens: τὰ μὲν γὰρ ἔχουσι τὸ κοινὸν κατ' ἀναλογίαν, τὰ δὲ κατὰ γένος, τὰ δὲ κατ' εἶδος. Et alio quodam loco: ἔτι τὰ μὲν κατ' ἀριθμόν ἐστιν ἕν, τὰ δὲ κατ' εἶδος, τὰ δὲ κατὰ γένος, τὰ δὲ κατ' ἀναλογίαν. ἀριθμῷ μὲν ὧν ἡ ὕλη μία· εἴδει δὲ, ὧν ὁ λόγος εἷς· γένει δ' ὧν τὸ αὐτὸ σχῆμα τῆς κατηγορίας· κατ' ἀναλογίαν δὲ, ὅσα ἔχει ὡς ἄλλο πρὸς ἄλλο. ἀεὶ δὲ τὰ ὕστερα, τοῖς ἔμπροσθεν ἀκολουθεῖ. οἷον ὅσα ἀριθμῷ καὶ εἴδει ἕν· ὅσα δ' εἴδει, οὐ πάντα ἀριθμῷ, ἀλλὰ γένει πάντα ἕν, ὅσαπερ καὶ εἴδει· ὅσα δὲ γένει, οὐ πάντα εἴδει, ἀλλὰ ἀναλογίᾳ· ὅσα δὲ ἓν ἀναλογίᾳ, οὐ πάντα γένει. Poſtremò differunt etiam problemata inter ſe, quoad nimirum quædam una & ſimplici cauſa demonſtrabilia ſunt: alia ſunt, quorum cauſa, cauſæ etiam eſt demonſtrabilis. Vt cùm quæriẗ: Quãobrem Nilus, decreſcente Luna, fluuit abundantior? Quia ſcilicet Luna decreſcens, frigidior eſt, & uapores ob id magis concreſcunt. Quam ob cauſam decreſcens Luna frigidior eſt? Quia lumen eius minuitur, & cum lumine calor etiam ipſius minor fit. ὁ μὲν γὰρ ἥλιος ἐν ὅλῳ τῷ ἐνιαυτῷ ποιεῖ χειμῶνα, καὶ θέρος, ἡ δὲ σελήνη, ἐν τῷ μηνί. Ob hanc cauſam etiam, autore Ariſtotele, tenuiſſimo lumine Lunæ, iam propemodũ menſtruo confecto curſu, magis profluuio ſanguinis laborant mulieres, quàm alio tempore. Quæ cauſa eſt, quòd propter melancholicum humorem tam uariè afficiũtur homines? Quia humor is uariè temperari poteſt. Quamobrem tam multipliciter poteſt miſceri & temperari? Quia craſſus & terreus. Nam propter ſpiſſitudinem, magnas calidi & frigidi differentias, uariosq; gradus in ſe recipit atra bilis. Sed de his conſulendus Ariſtoteles in Problematibus. Cauſæ ſemper cauſa inueſtiganda, uſquedum perueniatur ad primam. Hactenus de problematum differentijs: deinceps, quomodo cauſis ſint problemata explicanda, ſequente libro tradere conabimur.

Ibidem. *Metaphy.* δ. *in cap. de Vno.*

περὶ γενέσεως τῶν ζῴων δ.

DEMONSTRATIONVM Liber XIIII.

OMnis equidem de cauſis, in Demõſtrationibus, quæſtiô eſt. Cauſa uerò ſine effectu, intelligi nulla poteſt: quum uidelicet ſit menſura, ſine qua effectus, tanquam menſuratum, nequit Sciri. Et quæ ſi ſit, effectum eſſe oporteat: & rurſus, effectu exiſtente, neceſſe ſit cauſam quoq; eſſe, quum ſimul tempore ſint Relata: quãquam non omnia relata ſimul ſunt etiã natura. Prius natura in Relatis eſt, quorũ unum, reſpectu alterius, ſeſe habet ut cauſa ad effectũ. Cauſa enim, ut ſimplicius quiddam, natura prior eſt compoſito ex cauſis: quod nimirum eſt effectus. Vt Oratio uera, et res uera, ſimul tẽpore ſunt. Nam ſi uerum eſt quod dicitur, res etiam uera erit: & res uera ſi ſit, & appelletur, rationem quoq; uerã eſſe oportebit. Simul enim ſunt, res uera & ratio uera: & rationis cauſa, res dicitur uera: & alio modo, propter rẽ, dicimus rationem eſſe ueram. Non ob id tamen, quia temporis ratione ſimul ſunt, ſimul etiam natura erunt. Etenim ueritas rebus accidit, non per eſſentiam, ſed temporis cauſa. Propter intelligentiam enim ueram, res quoque ueras dicimus: cùm ueritas per ſe, πάθος ſit rerum, quoad percipiuntur mente, & rebus accidat ueritas propter notitiam: quemadmodum ſenſiles etiam dicuntur, propter ſen-

Metaphy.1. ſum. οὐ γὰρ δὴ (inquit Ariſtoteles) τὸ ψεῦδος, καὶ τὸ ἀληθὲς, ἐν τοῖς πράγμασι. Tametſi uerò ſenſus & ratio, diſcernendis rebus, tanquam menſura quædã adhibeantur: non ob id primò menſurę ſunt, et ſimpliciter tamen: quandoquidem cauſa cognitionis (quæ rebus accidit) pro menſuratis habeãtur res, quę ſunt extra ſenſum aut notitiam. Non autem per accidens, ſed ſimpliciter res ipſæ ſint menſura apprehenſionum noſtrarum. Ex eo enim quòd res ſit, conſentaneam aut non conſentaneam notitiam dicimus. Seipſa enim res, & nõ per accidẽs, cauſa eſt, ut perceptio uera dicatur aut falſa: & (ut Ariſtoteles ſcribit) ὅτι δὲ ὁ μὲν λόγος οὐδαμῶς αἴτιος τοῦ εἶναι τὸ πρᾶγμα. τὸ μέντοι γε πρᾶγμα φαίνεταί πως αἴτιον τοῦ ἀληθῆ τὸν λόγον εἶναι· τῷ γὰρ εἶναι τὸ πρᾶγμα ἢ μή, ἀληθὴς ὁ λόγος, ἢ ψευδὴς λέγεται. Propter accidens itaque, menſuratum quiddam ſunt res, quæ ueniunt ſub notitiam. Per ſe uerò menſura ſunt, ut ſimpliciter cauſa notionum, ut παθημάτων quorundam: quæ non ſunt ſeipſis quiddam, ſed depẽdeant à cauſis, ut natura prioribus. Nam licet res ipſæ per ſe ueræ non dicantur, ſed propter notitias, per ſe tamen cauſa ſunt ueritatis: & qua cauſæ, eatenus priores natura rebus cognitis, id eſt ea cognitione, quæ ipſis accidit ratione ſenſus & intelligentiæ. Senſiones autem & notitiæ (ut dixi) παθήματα ſunt ψυχῆς, καὶ ὧν ταῦτα ὁμοιώματα, ἤδη πράγματα ὑπάρχει. Res igitur natura priores, & tempore etiam priores ſunt his facultatibus, quibus percipiuntur. Per accidens ergo, cognitio eſt menſura rerum. Res autem per ſe menſurant ueritatem cognitionis. Hanc menſuræ geminam rationem, Ariſtoteles his expoſuit uerbis in Metaphyſicis: καὶ τὴν ἐπιστήμην μέτρον τῶν πραγμάτων λέγομεν, καὶ τὴν αἴσθησιν, διὰ τὸ αὐτό, ὅτι γνωρίζομέν τι αὐταῖς, ἐπεὶ μετροῦνται μᾶλλον, ἢ μετροῦσιν. ἀλλὰ συμβαίνει ἡμῖν, ὥσπερ ἂν εἰ ἄλλου ἡμᾶς μετροῦντος ἐγνωρίσαμεν πηλίκοι ἐσμέν, τῷ τὸν πῆχυν ἐπὶ τοσοῦτον ἡμῖν ἐπιβάλλειν. Etenim unius γνώρισμα in cauſa eſt, ut alia infinita ei ſimilia, percipere & noſſe ualeamus. Perſpicitur his quæ diximus, quo pacto ſimul cauſa & cauſatum, & qua ratione, prior nihilominus natura ſit cauſa, quantumuis tempore ſimul ſit cum effectu. Loquimur in præſentia de cauſis, non quibus res fit, ſed quibus eſt ὁμόγονα αἴτια: & συνεκτικὰς αἰτίας has appellari, aliàs oſtendimus. Nam quæ generatione præcedunt, non modò natura, ſed etiam tempore priores ſunt effectis: aut contrà potius natura poſteriores illę ſunt cauſæ, & tempore priores. His (ut alio loco docuimus) nihil ſcitur aut demonſtratur: quoniam his poſitis contingit, nõ autem neceſſe eſt effectum eſſe: & effectu exiſtente, cauſa huiuſmodi deſinunt, quum ſint γενέσεως οὐσίας, nõ ſimpliciter οὐσίας cauſæ. Differentiã harũ breuiſſimè ſic expreſſit Ariſtoteles in Metaphyſicis: τὰ μὲν ὡς κινοῦντα αἴτια, ὡς προγεγενημένα ὄντα, τὰ δ' ὡς ὁ λόγος, ἅμα. Quæ pertinent enim ad rationem οὐσίας, ab ea ſeparari, quoad eius ſunt cauſæ, nequeunt. Quippe ratione hac, cauſa nihil aliud eſt, quàm quo exiſtente aliud eſt, non autem aliud fit: cum ſint temporis cauſa, iſtius generis αἴτιον & αἰτιατὸν, ὁμόγονα. In arte Medica, quibus fiũt morbi, προκαταρκτικὰ uel προηγούμενα ſunt αἴτια. Mirari ſtuporem quorundam Medicorum ſatis non poſſum, quando propter ignorantiam Analyticę doctrinæ, nullius morbi cauſam cenſent eſſe continentem. Cauſam ὁμόγονον & continentem ſymptomatis, morbum dicunt, ſed morbi nullam eſſe opinantur: quaſi uerò cauſę non poſſit alia eſſe cauſa, tempore ὁμόγονος, φύσει autem προηγουμένη. Pudet me ſubinde illorum, haud ſcio, dicam'ne errorem, an ſtultitiam refellere, quũ ipſi ſubinde certis cauſis definiri morbos fateantur. Sed propter inſcitiam Analyticorum, neq; ipſi quid uerum ſit, neq; alios de ueritate rerum diſſerentes intelligere poſſunt, ὅτι δεῖ, ὅτι ἐπιδείξασθαι λόγους δυνάμενοι. Et tamẽ obſtrepũt nihilominus

Marginal notes: Aristot. ἐν κατηγορίαις, περὶ προτέρου. — περὶ ἑρμηνείας, ab initio. — Metaphy.1.

nihilominus omnibus, ſuis indoctis, & moleſtis futilibusq́; argumentis: quę à uiris doctis irridentur, ab ineruditis magno in precio habentur. Voco autẽ moleſta & putida argumenta, quia proficiſcuntur à falſis hypotheſibus: & quod probandum erat, id ipſum hi ſcioli pro ueriſſimo ponunt: quod eſt admodum alienũ à Dialecticis diſputationibus. Verùm omiſſis Sophiſtis, quibus monendis & erudiendis fruſtra ſumitur opera, ad inſtitutum me conferã meum. Liquet igitur, cauſas quibus monſtretur quidpiam, ſimul eſſe iunctas cum effectis: adeoq́; ſi cauſa ſit, effectum eſſe: & ſi effectus ſit, mox etiam cauſam eſſe. Vt ſi arbor deciduis ſit folijs, aut ſi deficiat lumen ſideris, utriuſque ſimul cauſæ quoq́; erunt. Vt (uerbi gratia) ſi illius cauſa ſit, lata habere folia: huius autem, in diametro terram eſſe interpoſitam. Nam ſi effectu exiſtente, cauſa nihilominus hæc non ſit: hauddubiè hæc non erit, ſed alia quædã cauſa: cùm nullius, ſine cauſa origo reperiri poſſit. Diximus paulo ante, non modò rerum quoad fiant, ſed nõnullarum etiam quoad ſunt, cauſas exiſtere, quibus earundem demonſtrationes conficiantur: cùm plurimi ſint effectus demonſtrabiles, non qua fiunt, ſed qua eſſe dicuntur aliquid. Sic comparatis inter ſe cauſa & effectu, ac ſimul utriuſque exiſtentibus ac reciprocantibus, nihil inter cauſam & effectum intereſſe uidebitur: cùm iuxtà, ut per cauſam effectis, ita uiciſſim per effectum cauſa demonſtrari queat. Ad quod ſequitur illud abſurdum, ut ipſum ſeſe demonſtret quidpiam, ſeq́; ipſo notius & ignotius ſit aliquid. Eſto maius extremum α, nempe deciduis eſſe folijs. Medium ſit β, quod eſt, eſſe latifolium. Minus extremum ſit γ, ut uitis. De γ igitur monſtrabitur α, per medium β. Rurſus per effectum oſtendetur cauſa, hoc modo: Sumatur pro maiore extremo δ, quod ſit, latis eſſe folijs. Pro medio accipiatur ε, nẽpe decidua habere folia. Pro minore extremo adhibeatur ζ. Vitis ſcilicet. Ita collocatis terminis, per effectum, cauſa eſſe oſtenditur. Cæterùm non ut unum per aliud reciprocè demonſtrari contingit, & unum alterius, cauſa cognitionis eſſe poteſt, cùm prius fuiſſet incognitũ: ita ſimpliciter etiam, unũ poteſt eſſe reciprocè cauſa alterius, quũ diuerſa natura ſint, cauſa & effectus: quoad illa prior & ſimplicior, hic uerò poſterius quiddam, & magis compoſitum uideatur. Monendus eſt hoc loco lector, latifolium, ſeu πλατύφυλλον, magis pro ſigno quàm cauſa habendum: ratione qua, frutici uel arbori congruit, decidua habere folia, quoniam cauſa eſt alia: de qua ſuo loco monebimus. Nam quæ habent anguſta & craſſa folia, quales ſunt pinus, abies, & ſimiles, non deciduis ſemper uirent comis. Sed exquiſitio exemplorum non curatur ab Ariſtotele, cùm obuijs utatur. Differunt ergo defectio luminis, quæ eſt effectus, & interpoſitus terræ in medio, tanquam cauſa: quoad ſimul non ſunt, unum natura prius, & alterum natura poſterius. Non enim ſimpliciter ſic una ſunt ἴσα, quemadmodum Relata ἁπλῶς: quorum totum hoc quod eſſe dicitur, eſt nihil aliud, quàm per aliud, quò nimirum referuntur, intelligi. Verùm debet eſſentiam ſuam effectus alio modo ſuę cauſę, quàm quod refertur, ei ad quod refertur. Nam abſolutum quiddam ſubijcitur Relationi, eiusq́; fundamentum eſt: qua abſolutione nimirum, cauſa ſuam eſſentiam non debet effectui. Hac ratione dicuntur nonnulla non modò eſſe aliorum per accidens, & cauſa Relationis, ſed etiam per eſſentiam, & omnino aliorum: ut oculus, non modò oculati eſt, quia refertur ad ipſum, ſed omnino eius eſſentia pendet ab animalis oculati eſſentia. Quo reſpiciens dixit Ariſtoteles: τί τι γὰρ μόριον, ὃ μόνον ἄλλου ἐστὶ μόριον, ἀλλὰ καὶ ὅλως ἄλλου. Sic effectus, cauſę dicitur eſſe: & non uiciſſim, cauſa per effectũ: cùm prior eius ſit, & ſimplicior eſſentia. Quo diſtin-

ἄκρεια.

λύσις.

πολιτικόν.

guimus etiam reciprocas Demonſtrationes illas, appellantes eam perfectam & διότι: in qua, Medium eſt cauſa, Imperfectam alteram, & ὅτι δὴ declarantē: in qua pro medio uſurpatur effectus, priore ipſius, quo ad nos, exiſtente notitia. Deinde obſcurum nemini eſſe poteſt, quin prior & cauſa etiam ſit, In medio interponi, reſpectu Ecclipſeos: & non Ecclipſin, reſpectu poſitus in medio. Quoniam in definitione Ecclipſeos, qua eſſentia huius πάθους explicatur, ponitur cauſa hæc, nempe poſitus in medio: ſed ut quid ſit poſitus in medio, intelligatur, ecclipſin adhibere non oportet. Sic difficile non eſt, diſcrimen inter cauſam & effectum nouiſſe. Non enim ut tanquam relata, reciprocas quaſdam habent demonſtrationes, ita reciprocas quoq; definitiones habebunt: quod alioqui proprium eſt Relatorum, quorum unum altero non eſt notius, ſed ſimul & æquè ſunt nota. Proinde ut cauſa ὁμόγονος prior natura eſt, non tempore, ſuo effectu: ſic prius & ſimul etiam eſt ſubiectum, reſpectu ſui proprij: cùm ſine proprio ſubiectum, ſed abſque ſubiecto proprium nequeat definiri & intelligi. Quærit deinceps Ariſtoteles, Vtrum effectus & πάθος idem, pluribus medijs & cauſis mōſtrari poſſit: uel utrum unius, plures poſſint eſſe cauſæ? Certum eſt, poſſe genus idem prædicari primò & ἀμέσως, de ſpeciebus diuerſis. Et cùm proprium etiam per ſe prædicetur, cōſentaneum eſt poſſe ipſum primò & per ſe, de pluribus ſubiectis prædicari, ac ijſdem, diſcrepantibus cauſis ineſſe. Vt ſi α πάθος, primò ipſi β cauſæ, deinde alij cuidam, ut γ, cauſæ inſit. Et propter β, ſubiecto inſit δ: propter γ autem, ſubiecto inſit ε. Per β nimirum demonſtrabitur, α ineſſe ipſi δ, ſed per γ, monſtrabitur idem ineſſe ε ſubiecto. Quæ cùm ita ſeſe habebunt, ſi πάθος ſeu effectus erit, non omnis, ſed quædam ex cauſis neceſſariò medium erit. At ex cauſis quæcunque fuerit, neceſſe erit omnino πάθος & effectum exiſtere. Enimuerò non ut ſimpliciter genus καθόλου, primò & per ſe, in differentibus ſpecie ſubiectis, de quibus prædicatur, ineſt: ita proprium quoq; καθόλου, ſubiectis primò & per ſe diſcrepantibus ſpecie inerit: propterea quod unum dūtaxat unius, πρῶτον δεικτικὸν exiſtat: de quo præcedente libro diximus. Deinde oſtendimus etiam, plurib. ſpeciebus, idem genere problema, quomodo ſoleat accommodari. Deniq; poteſt etiam fieri, ut καθόλου proprium diuidatur in ſpecies quaſdam: quæ ſpecies deinde ſingulæ, in ſuis quoque primis ſubiectis quibuſdam inſint, quemadmodum genus in ſuo, cùm nullum ſit abſq; peculiari tamen ſubiecto proprium: latius nimirum generis quàm ſpeciei, ſe proferente proprio. Sed poſtea diuidua quædam in ſpecies propria docebimus eſſe: quarū reſpectu, proprium generis ſit καθόλου quidem, ſed tamen non πρῶτον. Nunc in quo primo ineſt proprium generis & commune, unum quid eſſe, & non multa, nec primò multis ipſum ineſſe probabimus, ſed uni duntaxat: quo generis nimirum inter ſe, & proprij differunt τὸ καθόλου. Perobſcurè tractat illa (quæ nos iā perſpicuè diximus) Ariſtoteles. Ac primùm quum dicit, εἰ ἀεὶ καθόλου τὸ πρόβλημα δεῖ: ſic accipiendum eſt, prædicari nimirum proprium πάθος de ſubiecto, ut primum καθόλου, reciprocè, non autem ut genus de ſpecie: quod aliò modo dicitur, tanquam καθόλου quoddam prædicari; de quo nonnunquam problema inſtituitur Dialecticum. De Analytico καθόλου, quod nā eſſet, dictū fuit aliàs. Ergo ut in Analytico, ſubiectum cum proprio, ita cum utroq; cauſa ſeu medium reciprocatur. Idipſum his expreſſit uerbis: τὸ ἄκρον ὅλον τι, καὶ οὐ ἄκρον καθόλου. Nam ſpecies de qua prędicatur, pars eſt generis quod prędicatur. Sed problematis ſubiectum, reſpectu prædicati, ſemper eſt ὅλον quiddam, prędicato non anguſtius. Ergo prædicatū problematis, primò diſcrepantibus plurib.

non

non inerit,ſed uni tantum:genus ſcilicet generi,per cauſam eiuſdem modi,& ſpecies ſpeciei,determinata etiam ſpecie quadam cauſa,cuique ſubiecto uni, quadrante prædicato & cauſa unis, omnibus ſcilicet inter ſe reciprocis. Deciduis folijs eſſe, cuidam uni primò ineſt,& determinato ſubiecto ὅλῳ. Iam ſi ſpecies erunt quędam deciduorum foliorum,ſpeciebus etiam ἀφωρισμένοις ſubiectorum inerunt καθόλου, ut certis quibuſdam ſtirpibus (poteſt autem fieri,ut ἀνώνυμον ſit horum καθόλου uocabulum) uel talibus, certa nimirum quadam appellatione & communi ratione determinatis. Eâdem conditione habebunt etiam ſeſe cauſæ, qualibet cum ſuo effectu exiſtente reciproca. Vt quum quæritur, Quamobrem ſtirpes quædam deciduis ſunt folijs? Quia humor,quo aluntur & uigent, fit craſſior. Concretio hæc humoris,non generatim debet intelligi, ſed quoad determinata eſt natura ſtirpium: quæ eſt oppoſita liquido humori huic affluẽti, quo primùm naſcũtur, deinde cõſeruantur etiam folia. Species ſunt deciduorum foliorum in ſtirpibus ſeu arboribus, certa quadam natura foliorum præditis: ut quibuſdam contra,alijs ſecũdum naturam,orbari folijs accidat. Nota eſt cauſa quando nõ ſecundum naturam affectis,decidunt folia. Secundum naturam habentibus decidunt, quia adnato ad folia ſemine,contingit ſuccum denſari & concreſcere. Licet hoc exemplo uidere prædicatum πάθος,nempe τὸ φυλλοῤῥοεῖν, tãquam genus in ſpecies deduci,& cùm generis,tum ſpecierũ ſubiecta & cauſas,eſſe reciprocas. Quo reſpiciens dixit Ariſtoteles: ὅτι καὶ τὸ μέσον, ἴσον δεῖ τῶν τούτων, καὶ οὐ ἄκρον, καὶ ἀντιστρέφειν. Nec ſi cõmuni uocabulo quis fuerit uſus ,generatim id accipi debet,ſed ratione hac,qua certo quodam ſubiecto aſtringitur, ut hoc loco uocabulum πάθους. Ita comparatis cauſa & effectu,per cauſam effectum,& per effectum cauſam demonſtrare licebit,eo quo antè dictum eſt modo. Alioqui cauſam & effectum,non oportet ἀντιστρέφειν:neque licet etiam,ſi genus πάθος diuidatur in ſpecies, niſi genera generibus,& ſpecies ſpeciebus applicentur. Vnum & alterum Medicũ exemplum proponã: plurima enim ſunt paſſim cùm in diſciplinis omnibus,tum pręſertim in hiſtorijs ſtirpiũ & animalium, quæ breuitatis cauſa omitto. Spaſmus ut ſymptoma, ſpaſmo ut morbo,propriè tanquam genus generi, & ut ſpecies ſpeciebus morborum inerit itidem καθόλου,& propriè. Symptoma in genere eſt,quando dicitur eſſe tractus, uerſus principium ſuum,neruorum,animali inuito. Subiectum generis eſt, neruus longitudine naturali,propter cõtorſionem in breuius ſpacium,cum dolore priuatus. Cauſa eſt effectus diſtrahens unitatem naturalem, & partes diſtractas in anguſtius ſpacium, ſentiente adhuc neruo colligens. Sic generatim omnia quæ pertinent ad ſpaſmum,demonſtramus. Species ſymptomatis eſt una,quæ cõficitur,quando ad genus prius dictum fuerit additum, neruorum extenuatorum. Altera,ſi dicatur,neruorum in latitudinem diſtentorũ. Prioris ſpeciei ſubiectum eſt, Neruus extenuatus: cuius propria cauſa eſt,humidi ipſius natiui conſumptio. Alterius ſubiectum,neruus dilatatus: cuius cauſa eſt,alieni humoris repletio. Hac ratione,quadrabunt omnia omnibus,& erunt omnia ἀντίστροφα καθόλου,generis ſcilicet, & ſpecierum Spaſmi. Inſania, ſymptoma eſt affecti cerebri,ut genus. Subiectum,cerebrũ eſt,acribus refertũ humoribus. Cauſa,acres humores,facultatem & ſenſum internũ deprauantes. Symptomatum ſpecies,una denominatur febrilis ſeu phrenitis: altera ſine febri, eodẽ cũ genere ſuo nomine exprimitur, ac ſimpliciter Inſania ſeu Mania ſolet dici. Illius ſubiectũ, & πρῶτον λυπηρὸν, eſt cerebrum atrabilariũ: huius uerò, cerebrum phlegmone affectũ. Cauſa illius ſpeciei,eſt acrimonia

atræ

atræ bilis, tanquam œſtro quodam internos ſenſus exagitans, abſque febri. Huius eſt cauſa, calidi humoris feruor & acrimonia, inflammando cerebrum ac ſenſus internos, turbulentos & inſedatos efficiens. Sic omnia redduntur omnibus ἀντιστρεφομένως: quod fieri debet in demonſtrationibus, cùm nõ poſ-
ἀπορία. ſit niſi unum de uno, per unum demõſtrari. At uidetur quòd idem quidpiam,
λύσις. unumq́; poſſit pluribus demonſtrari medijs & diuerſis. Si Demonſtratio cõficitur ex his quæ per ſe prædicantur de aliquo, non poteſt unius niſi unũ eſſe medium, cum extremis ſcilicet reciprocum. Si quæ ſunt alia, proferunt nonnunquam ſe latius ſubiectis: & quamuis de omni, non tamen per ſe prædicari conſueuerunt: cuiuſmodi ſunt ſigna, & præterea accidentia, quibus demõſtrari nihil poteſt, duntaxat probabili uero accommodata. Nam problematis prædicatum, cùm per ſe & primò, id eſt καθόλου inſit ſubiecto: medium uerò nihil aliud ſit, quàm definitio maioris extremi, quæ ut eſſentia, ita ipſa quoque, non poſſit eſſe niſi una: cui dubium ſit, quin unius Quæſiti, non ſit niſi unum Medium? Ergo ſi quod aliud erit, aut ſignum erit, aut accidens quoddã Quęſiti. Signorũ duplex conditio & natura eſt. Eſt enim quoddã, quod in Primæ figuræ ſyllogiſmo medium eſſe poſſit: quod genus, propter principatum, & quia nulla inſtantia ueritas eius labefactari poteſt, Græci nominant τεκμήριον. Quæ in alijs uſurpantur figuris, λύσιμα ſunt, & uim neceſſariam ad concludendum non habent. Differunt porrò ſigna ab accidentibus: quoniam ſigna ſunt, quæ proximè accedunt ad naturã per ſe & neceſſariarum propoſitionũ, quibus monſtratur aliquid. Quamuis enim ſignum, ſignati cauſa non ſit, nec per ſe ei inſit, aut pars definitionis ſit ſignati: nihilominus neceſſariã cum eo connexionem quandam habet, & ἀχώριστον nonnunquam eſt à ſignato ſignũ, interdum etiam proprium: quod τεκμήριον appellari, modò diximus, præcipuum in ſignis. Quum ſint igitur extra eſſentiam ſignatorũ, & nihilominus neceſſaria, quoad uel neceſſariò præcedunt, uel ſequuntur, uel ſimul ſunt cum re ſignata: erunt aliquid inſtar propoſitionũ per ſe, & neceſſariarum, quib. conficiuntur demonſtrationes. Et nonnunquam ijs etiam loco demonſtrationũ utimur, & multa in diſciplinis per ſigna etiam ſolent probari. Ex quo perſpicitur, finitima propinquitate cum ſignis, iunctas eſſe demonſtrationes: & Ariſtoteli ſi credimus, σημεῖον βούλεται εἶναι πρότασις ἀποδεικτικὴ, ἢ ἀναγκαία, ἢ ἔνδοξος. ὃ γὰρ ὄντος ἔστιν ἢ οὗ γενομένου πρότερον, ἢ ὕστερον γέγονε τὸ πρᾶγμα, τοῦτο σημεῖόν ἐστι τοῦ γεγονέναι, ἢ εἶναι. Quando igitur una tantum propoſitio ad probandum adhibetur, pro ſigno, habetur ἐνθύμημα, ſeu argumentum. At ſi altera etiam adiungatur, ex ſigno, ſyllogiſmus. Qui ſi uerus in Prima figura conficitur, ἄλυτος erit, & τεκμήριον. Si nõ præter quàm in Secũda aut Tertia figura cõformari poſſit, ἀσυλλόγιστος erit collectio, & per inſtãtiam λύσιμος. Nam in Tertia figura, nulla eſt καθόλου præmiſſa. In Secunda, ſumuntur ambæ affirmantes. Quare his ſignis non concludetur aliquid ex neceſſitate, & ſigna hæc erunt (cauſa ſyllogiſmi) non neceſſaria. Verbigratia, pauca quædam proponemus in mediũ. Criticorum in morbis acutis motuum, duplicia Galenus haberi ſigna ſcribit: nempe τεκμήρια, & alia, quæ non ſint certa ſigna. Quibus autem ſignificetur ſolutio morbi, aut interitus ex morbo, τεκμήρια ait eſſe: ut ſint, quibus concoctio, aut cruditas morbi, item robur & imbecillitas facultatum principalium deſignetur. De his locutus eſt Hippocrates in Epidemijs, cùm inquit: πεπασμοὶ ταχύτητα κρίσιος, ἀσφάλειαν ὑγιεινὴν σημαίνουσι. Alia ſunt ambigua, & ſimpliciter ſignificant tantum motus futuros criticos, nulla diſtinctione ſalutis ægri aut mortis, quæ aliàs à Galeno appellãtur κρίσιμα σημεῖα: ut eſt, dolor ca-

Priorib. Analyticis, circa finem ſecũdi libri.

Gal. li. 3. Prog. Hippo. Cõm. 44.

pitis

pitis ſubitò inuadens, profluuium narium aut uentris, item nox præcedens ἀλύσφορος, & ſimilia, quæ certum euentum motus talium morborum non ſignificant. Quamobrem quę aut ἀχώριστα non ſunt, licet ſint ἴδια: aut quæ ſunt quidem ἀχώριστα, ſed non ἴδια: eorum propter figuram collectionis, ſunt probationes ἀσυλλόγιστοι. τεκμήρια (ut dictum eſt) concluduntur Prima figura. Quicunq; rarum & magnum ſpirat, phreneticus eſt. Omnis laborans phlegmone cerebri, phreneticus eſt. Propoſitiones, ratione ſignorum & ſignatorum, item in minore, prædicati definitio cùm ſit ſubiectum, pro neceſſarijs ſunt habendæ: ſed concluſio nihilominus eſt falſa, qua dicitur, Omnis laborãs phlegmone cerebri, rarum & magnum ſpirare: quũ ſit χωριστὸν propriũ. Quód ſi ſignum fuerit ἀχώριστον, ſed non ἴδιον, idem uitiũ erit, ambabus exiſtentib. neceſſarijs: ut ſi ita argumentêre· Omnis quæ peperit, lac habet. Quædam, propter ſuppreſſionem menſium, lac habet. Ergo, Quędam propter ſuppreſſionem menſium, peperit. Huiuſmodi ſyllogiſmi omnes, aut potius ἀσυλλόγιστοι, per inſtãtiam ſunt λύσιμοι: nec ijs quicquam, ueris & neceſſarijs præmiſſis neceſſarium colligitur. Alioqui καθόλου præmiſſis exiſtentibus & reciprocis, γίγνεται ἐκ τῶν εἰλημμένων συλλογισμός. Et quamuis ſigna τεκμήρια non fallant, ob id non demonſtrant tamen propoſitũ: non enim per ſe propoſitio conſtituitur ex ſigno & ſignato, quum unum, reſpectu alterius, nõ ſit per ſe cauſa. Accidentia uerò ſunt, quę neque cauſę, neque ſigni rationem habent: quum ſint neq; ἴδια, neq; ἀχώριστα, multo minus per ſe quædam ijs conſtituentur προτάσεις, cùm ſint à demonſtrationibus ſcilicet alieniſſima. Plurimæ paſſim ſecundum accidens cauſæ ſunt effectuum: ut conſtitutionis rerum, nõ qua fieri, ſed qua eſſe dicuntur, per accidens cauſa eſt priuatio. Non enim ipſa, ſed materia, cui accidit cauſa generationis, priuatio, cauſa per ſe eſt conſtitutæ rei naturalis. Vnius autem, plurimæ ſecundum accidens cauſæ eſſe poſſunt: quibus fit, ut una etiam de re, plures opiniones haberi ſoleãt: quum ſit incertum & multiplex accidens, unum autem & ſimplex, quo per ſe cognoſcitur quidpiam exiſtat. Sed quid opus eſt exemplis cauſarum per accidens, quibus non primò & per ſe, aut eſt, aut fit quidpiam: cùm propter frequentiam errorum notiſſimę ſint, quibus putant ſcire ſe aliquid homines ſæpe, cùm tamen ignorent: ut ſi quis opinetur pharmacum purgans, ipſum per ſe trahendo mouere humores purgandos, & non adſcribat motũ illũ facultati uenarum excretricis quum motus purgationis potius ſit ὦσις quædam, quàm ἕλξις, ut alias oſtendimus. Cui porrò dubium ſit, quin conſtantia & perſeuerantia per ſe ad Continentem uideatur pertinere, tenacem ſcilicet propoſiti uirum? At perſiſtere in ſuo propoſito, & permanere, non per ſe, ſed ſecundum accidens & propter aliud, pertinere ad Continentem, autor eſt Ariſtoteles in Ethicis. Nam in bono propoſito perſeuerantia, Continentis eſt: ſed non ſimpliciter, ut in quouis propoſito perſiſtat. εἰ γάρ τις τοδὶ, διὰ τοδὶ αἱρεῖται, ἢ διώκει, καθ' αὑτὸ μὲν τοῦτο διώκει, καὶ αἱρεῖται, κατὰ συμβεβηκὸς δὲ τὸ πρότερον. Ne igitur imponant nobis per accidẽs cauſæ, proximæ & uernaculæ in omnibus erũt conſiderãdæ, quibus nõ contingat, ſed neceſſe ſit effectum eſſe. δεῖ γὰρ τὰ ἐγγύτατα αἴτια λέγειν, ut ait in Metaphyſicis Ariſtoteles, μὴ πῦρ, ἢ γῆν, ἀλλὰ τὴν ἰδίαν. Idem in Phyſicis etiam hortatur nos facere, inquiens: δεῖ δ' ἀεὶ τὸ αἴτιον τὸ ἀκρότατον ζητεῖν: ſed de his abundè ſatis alijs locis dictum à nobis fuit. Ex his quæ dicta ſunt hactenus, liquet, & ſigna & accidentia in cauſa eſſe, ut idem propoſitum uideatur plura habere media quibus probetur, ſed unum duntaxat eſſe medium, quo demonſtretur: quod ipſum uidelicet ſit definitio, ſeu ὁ λόγος τοῦ πρώτου ἄκρου. Proinde

De cauſis per Accidens.

Νικομαχέων κ.

Metaphy. κ.

Phyſικῶν β.

inde non ſolùm problematibus nonnunquam uitioſè, per accidens adhibentur cauſæ, uerumetiam problemata ipſa, uitio illo interdum laborãt: ut ſi quę ratur, non quid per ſe, ſed quid ſecundum accidens alicui inſit: quę tamẽ, cùm non ſint καθόλου, haberi non debent pro problematibus, quum talium per ſe nulla cauſa eſſe poſſit, aut demõſtratio. Quamobrem anima ſit mobilis, perperã quæritur, quippe per accidens, & cauſa corporis, anima mobilis ſit: quapropter per ſe cauſa mobilitatis eius nulla poterit aſſignari, niſi fictam & falſam quandam libeat comminiſci. Infinita quidem, uni poſſunt accidere: quorum Methodus aut Scientia nulla habetur tamen, quandoquidem accidens non ſit demonſtrabile: quare fruſtra quæritur de eo, cuius ſcientiam nullam habere poſſumus, ut maximè poſſit haberi coniectura & opinio. Quod dicimus, id ipſum Ariſtoteles etiam his uoluit intelligi uerbis in contextu: διὰ τί καὶ τὸ αἴτιον, καὶ ὅ, σκοπεῖν κατὰ συμβεβηκός. οὐ μὴν δοκεῖ προβλήματα εἶναι. Vt unius *Quo pacto unius plures poſſint eſſe cauſæ.* porrò plures poſſe cauſas exiſtere dicamus, neceſſe erit, ut unum illud uel genere ſit unum, uel analogia unum: in quibus homonymiam occultari certum eſt, cùm generis, aut analogici unius uocabulum, non una ratione & definitione multis accommodetur ſpeciebus. Aut ſi una ſit definitio quoque, & non unis, ſed ſpecie diſcrepãtibus ſubiectis applicetur: cui dubium ſit, quin non modò prædicatum, ſed etiam medium problematis ſit homonymum? Vt ſi particeps motionis, prædicetur de rebus diſcrepãtibus genere, quorum generum cauſa, res naturales dicuntur mobiles: non tantum motionis, uerũ etiam definitio ipſius (quæ eſt Actus entis in potentia, quoad eſt potentia ſeu δυνάμει præditum) ὁμώνυμος erit. Quoad igitur unum multis hoc modo ineſſe oſtenditur, ex neceſſitate ipſum homonymon erit: & ſi demonſtratio & cauſa adhibetᷓ quædam una, ὁμώνυμον & ipſam eſſe oportebit reſpectu ſpecierum. Quoniam non niſi unum de uno, poterit συνωνύμως demonſtrari. Nihil uetat tamen, quo minus una generis demonſtratio, ad ſpecies etiam generis multas adhibeatur ſine homonymia: quando prędicati nimirum ὅλως proprij, ſpecies nullæ fuerint: ut habere tres duobus rectis æquos, triangulo ineſt quia triangulus, non alia ratione ineſt etiam æquicruro, æquilatero, ſcaleno. Ex quo par eſt intelligi, duobus modis unum & idem, de pluribus monſtrari: uno, quo ſit quod monſtratur, homonymũ: altero, quo ſit genus & ſynonymum: quæ ſuprà diximus, genere eadem problemata appellari. Si igitur unum monſtretur de multis, ipſum aut ut homonymum monſtrabitur, aut ut genus. Si homonymum erit, medium quoque erit homonymon: ſin uerò genus, pro medio etiam aſſumendum erit genus. Vtriuſque modi exempla proponuntur ab Ariſtotele, quæ iam nũc interpretabimur. Congruit multis propriè, τὸ ἐναλλὰξ ἀνάλογον, ut numeris, ut lineis: ſed ambo idẽ genere, diuerſum ſpecie habent medium: quamobrem quod demonſtratur etiam, genus quoddam erit, habens ſpecies. Quoad genus eſt, una quoque genere demonſtrationis erit cauſa: ſed quoad tranſit per differentias in ſpecies, cauſæ itidem ſpecie differentes erunt: & alia demonſtratio huius analogiæ erit in numeris, & alia in lineis. Nam quoad participant lineæ πολλαπλασιασμῷ eodem, quo numeri, eadem cauſa eſt demonſtrationis. Quoad autem ſimplices, ac non multiplicatæ comparantur inter ſe lineæ, diuerſa eſt ratio & cauſa, & propriè pertinens ad analogiam linearum, quæ locum non habeat in numeris. Quocirca τὸ ἐναλλὰξ ἀνάλογον in numeris, demonſtrauit Euclides in Septimo libro Elemẽtorum: ſed in lineis quodnam ſit ἐναλλὰξ ἀνάλογον, demõſtrauit in Quinto. Cæterùm λόγον ἔχειν πρὸς ἄλληλα μεγέθη λέγεται, ἃ δύναται πολλαπλασιαζόμενα

μὲν ἀλλήλων ὑπερέχειν. ἐν δὲ τῷ αὐτῷ λόγῳ μεγέθη λέγεται εἶναι, πρῶτον πρὸς δεύτερον, καὶ τρίτον πρὸς τέταρτον, ὅταν τὰ τοῦ πρώτου καὶ τρίτου, ἰσάκις πολλαπλάσια, τῶν τοῦ δευτέρου καὶ τετάρτου ἰσάκις πολλαπλασίων, καθ᾽ ὁποιονοῦν πολλαπλασιασμὸν ἑκάτερον ἑκατέρου, ἢ ἅμα ἐλλείπῃ, ἢ ἅμα ἴσα, ἢ ἅμα ὑπερέχῃ ληφθέντα κατάλληλα. Petenda hæc ſunt ex Elementis Euclidis: quæ tamen breuiter expoſui, quo minus obſcuritatis locus ille haberet. Exemplum Ariſtoteles propoſuit generis (ut dixi) diuiſi in ſuas ſpecies, eadem medij ſeu cauſæ etiam diuiſione. οἷον δὲ τὸ καὶ ἐναλλὰξ ἀνάλογον. ἄλλο γὰρ αἴτιον ἐν γραμμαῖς, καὶ ἀριθμοῖς, καὶ αὐτόγε. ἢ μὲν γραμμαὶ ἄλλο, ἢ δ᾽ ἔχον αὔξησιν (uult intelligi πολλαπλασιασμὸν) τοιονδί, τὸ αὐτό. Ita ſe res habet in omnibus, quorum πάθος, ut genus diuiditur in ſpecies quaſdã. Deinde proponit exemplum πάθους cuiuſdam, quod analogia idem, in diuerſis multis inſit ſubiectis primis, cuius demonſtrationis etiam, cauſæ ſunt analogia eædem. Idem in his eſt uocabulum homonymon, quod nimirum eo nõ ſignificetur idem in eodem, ſed aliud in alio: ut Similis, uocula quando adhibetur Coloribus, & præterea accommodatur Figuris. Alia eſt enim ſimilitudo & ratio ipſius, qua color colori: & alia, qua figura dicitur figuræ ſimilis: quocirca ὁμωνύμως hæc dicuntur ſimilia, ὅτι ἄλλο ἐν ἄλλῳ. Definitur ſimile in figuris, quia proportione cõparabilia habeãt latera, & æquales angulos. Similes aũt dicũtur colores, quia ſenſum habeãt unũ, ſpecie energię nõ differentẽ, aut tale aliquid, quo commodè poteſt exprimi ratio hæc ſimilitudinis. Si homonyma hæc, quiddam habent analogicum idem: medio etiam, & cauſa analogica eadem demonſtrabuntur. Quoniam (autore Ariſtotele) οὐ δεῖ παντὸς ὅρον ζητεῖν, ἀλλὰ τὸ ἀνάλογον συνορᾶν. Oſtendit idem in Metaphyſicis, omnium eadem principia non poſſe dici, niſi analogia: de quibus copioſè dictũ ſuprà ſatis. Nec Materia alio modo, quàm ratione analogica poteſt demonſtrari: & principiorum uocabula, atq; ijſdem uocabulis res ſignificatæ, præſertim analogia intelliguntur. Quia uerò problemata, ſunt καθόλου quædam demonſtrabilia, reciprocam conſecutionem habeant neceſſe eſt, & cauſa, & id cuius eſt, & id præterea, in quo primo hæc inſunt ſubiecto. Et reſpectu quidem ſingulorum ſubiectorum, latius ſe profert πάθος quod demonſtratur ineſſe: quoad uerò unius comprehenſione generis omnia perſtringuntur, reciproca ſunt inter ſe omnia, καὶ ὅ, καὶ ὅ, καὶ ᾧ αἴτιον: nec unum, alio quouis latius ſeſe profert. Vt (uerbi gratia) angulos externos habere quatuor rectis æquales, & triangulo ineſt, & quadrangulo, & pentagono, reliquiſq;, ita ut ſingulis latius pateat, & pluribus inſit πάθος illud: ſimul autem omnibus, ratione qua ſunt πολύγωνα, externos angulos habentia, exæquetur, eodem modo habente etiam ſeſe medio & cauſa. Medium enim nihil aliud eſt, quàm ratio & definitio primi extremi, quæ eſt, quòd externo quouis angulo et interno, duobus rectis exæquatis, & ab omnibus ſimul aggregatis, detractiſq; interioribus angulis, reſidui externi omnium polygoniorum, non niſi quatuor rectis erunt æquales. Id uerò notum inductione eſt, conſiderantibus omnia polygonia, ſi huiuſmodi ſupputatio fiat angulorũ, qualem modò pro ratione & medio expoſui Etenim redditio cauſæ, primi extremi eſſentiam explanans, meritò pro definitione habetur: quo fit, ut quemadmodum nullius ſcientia aut demonſtratio eſt ſine cauſa, ita quoq; nulla ſine definitione ullius rei Scientia haberi poſſit: quæ eſt perfecta ratio & oratio, qua per ſe quidpiam eſſe dicitur. In alijs ſyllogiſmis, δεῖ τὸ μέσον, δι᾽ οὗ γίνεται ὁ συλλογισμός, ἢ ὅλον ἀεὶ εἶναι, καὶ μὴ καθόλου τῶν ἄκρων τοῦ πρώτου. Propriorum effectuum & παθῶν cauſæ, in ſingulis rebus, plurimiſq; conſiderandæ: ut ſi ad ſingula hęc fuerint conſectaria,







De his Euclides in ſeptimo.

Metaphy. 8.

In prio. Analyt. α. de ſyllogiſ. diuiſorio.

& ſigillatim quibuſuis latius ſeſe proferāt, ſimul tamen omnibus, καθόλου quadam ratione limitatis & comprehenſis exæquentur. Nam ſi extra crepidinē (ut ſi loquar) ſic comprehenſorum, ſeſe proferant effectus, cauſa nimirum non ritè erit reddita: quum non omnibus cauſa quadret, quibus πάθος adſcribitur, aut quia πρῶτον δεκτικόν, non cōuenienter eſt aſſignatum, aut eo rectè deſcripto, cauſa uel communior, uel anguſtior proponitur: quæ cum non ſit καθόλου, iſtius πάθους non poſſit etiam eſſe definitio. At ſi cauſa exæquetur cum ſubiecto primo, & cum effectu, definitio hauddubiè erit, ſi per ſe cum extremis ſit connexum, tanquam medium, in demonſtratione. Circumſpiciēdum itaque, ne ſignum ſit, aut accidens reciprocum: tam mehercle difficile eſt & arduum, definire aut demonſtrare quidpiam: id eſt, ex magno aceruo colligere quæ ad quamq; rem per ſe pertineant, unumq; confuſum in multa diſtinguere, & rurſus ex multis conſtituere unam per ἰδέαν, remotis accidētibus, quod propoſitum eſt demonſtrantibus & definientibus, ut nihil poſſit eſſe difficilius. Prima igitur hæc cura eſt, ut πάθος, quibus propriè ſubiectis inſit, ſenſu & inductione habeamus exploratum. Phyſica enim omnia ſunt per inductionē nota: ut quòd tonitru ſit tantum in nubibus: & quòd ecclipſis pleni luminis, tantum accidat Lunæ: & quòd tantum accreſcat ſeu adoleſcat animatum in prima ætate. Horum ſubiectum comprehenditur uno nomine ἄλλως. Sunt καθέκαστα quædam ſubiecta proprietatum, quorum uocabulum καθόλου tamen eſt ἀνώνυμον: ut quædam ſtirpes perpetua coma uirent, quædam per hyemem deciduis ſunt folijs. Vt quòd caducis ſint folijs, ficus, uitis, prunus, pirus, pomus, quercus: quo uno omnes hi frutices & arbores appellātur nomine, quo ad illa participant affectione, non conſtat. Nutriri proprium eſt herbarū, fruticum, arborum, animalium: ſed quatenus his πάθος illud ineſt, uno perſtringūtur uocabulo, Corporis animati, καθόλου: quod nimirum eſt propoſitionis ſubiectum, quod in nōnullis (ut dixi) ἀνώνυμον ὂν ἐν διαφόροις ἄλλα πράγμασι: quod ipſum tamen, tanquam ſi extaret (à demonſtrantibus πάθη talia) ὑποτίθεται ὑπάρχειν. Sed de his, quæ oportuit, diximus omnia, quum tractaremus, quot modis nos hallucinari in aſſignatione τοῦ καθόλου contingat: de quib. monere in pręſentia ſatis eſt. Secundum, quod conſiderari oportet, eſt, ut ſi πάθος demonſtrandum, ratione cuiuſdam accidentis ineſt ſubiecto, ut id nimirum eo limitetur: quod ipſum accidens, limitans ſubiectum, cauſa eſt ὅτι δὲ, qua intelligitur πάθος demōſtrandum ei ineſſe, & pars διότι cauſæ ſeu medij, quū demonſtratur perfectè. Vt Luna, quoad limitatur plenilunio, cauſa eſt ὅτι, ecclipſεως. Omnis plena Luna, ex diametro Soli oppoſita, defectionem affulgentis luminis patitur. Omnis Ecclipſi obſcurata, eſt plena Luna ex diametro Soli oppoſita. Omnis Ecclipſi obſcurata, defectionem luminis affulgentis patitur. Demonſtratio eſt ὅτι δὲ: quoniam πάθος, ſubiecti limitatione oſtēditur. Nec alia ratione Phyſici, τὸ ὅτι παθῶν, quàm definitione ſubiecti ſeu materiæ, demonſtrant. Vt quòd corpus animatum nutriatur, monſtramus, quia præditum ſit corpore organico, nutricationis ſcilicet inſtrumēto. Et prius cōmemoratæ ſtirpes, quatenus aquoſior his & tenuior affluit humor quo frondeſcunt, cognoſcuntur ſubijci huic πάθει prius dicto, ratione cauſæ ὅτι. Nam quæ pingui & craſſo ſucco uegetantur, non eodem modo caduca habent folia: de quibus apud Theophraſtum. Itaq; problemata huiuſmodi, duplex habent medium: unum, quo ad nos, primum, quo cognoſcitur ὅτι ratio τοῦ πάθους: alterum ſimpliciter primum, quo διότι monſtratur, quod tamen cognitione noſtra ſit poſterius. Cauſam ὅτι, & limitationem primam ſubiecti, non oſcitanter

tanter conſiderandam, aliàs oſtendimus. Quia ſi per accidens, ὅτι δὴ apprehendamus, cognitionis & ſcientiæ τοῦ διότι, non ſumus futuri compotes unquam: quum fundamentum ſit, ὅτι δὴ, cognitio, διότι cognitionis, & adminiculo cauſę ſine qua non, ſpecies ipſa τοῦ πάθους, principaliſq; cauſa percipiatur. Tertium eſt, ut compleamus demonſtrationem ὅτι, per διότι cauſam, qua perfectè definitur τὸ αἴτιον τοῦ πάθους, quod in ſubiecto limitato ineſt: nec propter quam cauſam exiſtat, noſſe poſſumus, niſi prius in quo primo ſubiecto inſit, exploratum habuerimus. Nec ſatis eſt, quouis modo noſſe, quónam in ſubiecto πάθος inſit, cuiuſmodi ſubiectum pleriſque finitionibus nominis ſeu ὀνόματος exprimitur: ut quum Tonitru, ſonum in nubibus eſſe dicimus: & Somnum, ſtuporem ſenſus & motus naturalem in animali. Hac enim cognitione, non poteſt monſtrari ὅτι δὴ, licet ſit neceſſaria, & omnino tanquam principium, præcedat omnem demonſtrationē. Sed præterea cauſam etiam ſubiecto primo determinatam, præcognitam habere oportet: ut non modò in quo uno ſed etiam in quo primo πάθος inſit, nobis conſtet: ut quòd Somnus non tātum animali, ſed quòd etiam cerebro ſtupefacto: & ſonitus in nubibus, ſeu tonitru, non tantum quia nubibus inſit, ſed etiam quia ſubitò inflāmatis. Subiecta eī̄ huiuſmodi, ſimul ſunt, & partē habēt cauſæ demonſtrabiliū affectionū. Poſtea huius alia, nempe perfecta & διότι cauſa inquiritur, pręcognita ὅτι δὴ cauſa, qua limitari ſubiectū primū dicimus. Eſt aūt ὅτι δὴ demōſtratio hęc: Quocunq; ſecundum naturam ſtupeſcente cerebro, neceſſe eſt torpere ſenſus. In omni ſomno, ſecundum naturam ſtupeſcit cerebrū. Ergo, In omni ſomno neceſſe eſt torpere ſenſus. Reddita cauſa ſtuporis cerebri, tota perfecta eſt demōſtratio: & διότι ſcitur, quod antea ὅτι δὴ, dūtaxat noſcebatur. Duo ſunt ſyllogiſmi extrema ſeu ἄκρα, prædicatum ſcilicet πάθος, quod πρῶτον appellat Ariſtoteles, & ſubiectum, quod ἔσχατον. Secundum extrema hæc, diuiduntur etiam Media: ut nimirum ὅτι cauſa, ad ſubiectum magis, διότι ad prædicatum potius pertinere uideatur: quandoquidem ſit nihil aliud quàm λόγος τοῦ πρώτου ἄκρου, medium perfectæ demonſtrationis: quod πρῶτον μέσον ſimpliciter, alterum quo ad nos πρῶτον, perobſcuris ſanè uerbis hoc loco ab Ariſtotele appellatur. Medium διότι, ſic depinxit: εἰ δὴ λάβοις τὸ πρῶτον μέσον, λόγος τοῦ φυλλοῤῥοεῖν ἐστιν. Sed mediū ὅτι, adūbrauit hoc modo: ἔσται γὰρ πρῶτον μὲν ἐπὶ θατέρου μέσον, ὅτι τοιαδὶ ἅπαντα, εἶτα τούτου μέσον, ὅτι ὁ ὀπὸς πήγνυται, ἤ τι ἄλλο τοιοῦτον. Vocula, θατέρου, uoluit Ariſtoteles intelligi ἔσχατον ἄκρον ſeu ſubiectū, ratione cuius primū deſcribatur medium: limitans ſcilicet ſubiectum, reſpectu prædicati, & ſine quo principale illud nequeat intelligi. Quando ſubiectum illud unum eſt ἀνώνυμον, loco eius ſubijciuntur καθέκαστα: ut Ficus, Vitis, & reliqua, quibus διότι cauſa, & πάθος decidentium foliorum quadrat, ὅτι τοιαδὶ ἅπαντα. ὅτι enim cauſa, limitat ſubiecta hæc. Deinde alia eſt cauſa, propter quam φυλλοῤῥοεῖν, ita limitatis inſit. Vt φυλλοῤῥοεῖν ineſt his, quia tenui & aqueo ſucco frōdeſcūt. Deinde, quòd id ipſum πάθος, ineſt tenui & aqueo ſucco frōdeſcentibus, cauſa eſt alia, ſed διότι, & quæ iam ſit λόγος τοῦ φυλλοῤῥοεῖν. Vt ſi tenuis ille ſuccus inſpiſſetur, adnato ad folia ſemine, quo (ſubſequente æſtate) alia naſcantur folia. Nec poſſumus alia ratione definire τὸ φυλλοῤῥοεῖν, quàm qua διότι ipſius monſtratur. Cauſa igitur cùm eſt reciproca cum effectu, ob id ſubiectū quoq; ipſum in quo inſunt, cum his reciprocabitur nequaquam ex neceſſitate: quū latius ſe proferant τὰ πάθη, quàm ſingula ſubiecta, quanquam cum omnibus ſimul ſubiectis ſunt reciproca. Quòd ſi non modò differant ſubiecta, uerumetiam cauſæ (ratione ſubiectorum) differentes ſint ſpecies, nulla tum reci-

procatio erit generis effectus ſeu πάθος, neq; cum cauſis, neq; cum ſubiectis rebus ſpecie diſcrepantibus. Quòd ſi uerò uel generis, uel analogiæ gratia, ſit unum & commune medium, eodem modo extrema quoque ſpecierum erũt reciproca. Idipſum quoque uſuuenit in his, quæ ſpecie ſunt idem & unum, de quibus aliquid quæritur. Quando autem ſpecies ſubiectorum unum non habent nomen, ſed idem proprium, & eandem cauſam: aut quando cauſas etiam ſpecie diſcrepãtes habẽt, & generis πάθος in ſpecies quaſdã diuiditur, propter τὰ πρῶτα δεκτικὰ ſpecie diſcrepantia: tum certè τὸ αἴτιον, καὶ ὅ, καὶ ᾧ, non ſic ἁπλῶς ſolent eſſe reciproca, ſed hæc latius ſe proferunt, alia aſtringuntur anguſtius. Vt propria πάθη, communiora quidem ſunt, ſpecies autem cauſarum & ſubiectorum pertinent ad pauciora. In his quæ ſunt ἀνώνυμα, ſubiecta tantum. In alijs, quæ nomen habent καθόλου, non tantum ſubiecta, ſed etiã cauſæ ipſæ anguſtioribus coarctãtur finibus, quàm πάθος generis: quod non tantũ ſubiectis, ſed etiam cauſis diſtribuit̃ in ſpecies. Cæterum perſpicit̃ id ipſum, & liquet ratione quadam communibus notis adumbrata, & non aſtricta certis rerum naturis (quæ Ariſtoteles hoc loco χήματα appellat) nõ poſſe ſcilicet medio eodem monſtrari proprietatem quorundam ſubiectorum, ſpecie differentium, quorum πρῶτον δεκτικὸν non ſit idem τῷ εἴδει, quamobrẽ cauſas etiam diſcrepantes εἴδει eſſe oportebit: qua ratione non continget ἀντιστρέφειν, καὶ τὸ αἴτιον ἀντιστρέφειν, ſed erit quædam παρακολούθησις τοῦ αἰτίου, καὶ ὃ δεικτόν: quam argumento, non eodem medio πάθος idem demonſtrantis ſyllogiſmi communibus quibuſdã notis adumbrato, explicabo. Eſto, ut α πάθος, ſit conſectarium ad β medium, & non reciprocum. Quare α, omni inerit β, & β cõpluſculis inerit, δ comprehẽſis: quod conſequens eſt ad ſingula, reciprocum tamen ſimul ad omnia. Priore modo, ſimpliciter appellatur καθόλου, quo nimirum non eſt ἀντίστροφον: poſteriore, quo eſt ἀντίστροφον, nomínetur ſanè πρῶτον καθόλου. Sed non ut β, reſpectu omnium δ ἀντίστροφον eſt: ita α, cum β quoque medio, reciprocum erit. Nam ſi ſit, haud conſectarium erit, α πάθος, reſpectu β medij: quod cõtra hypotheſin eſt. In præſentia enim nõ loquimur de reciprocis, cum cauſa ſua effectis: ut ſpiratione, quę cũ cauſa ſua reciprocatur, quę eſt pulmones habere: & poſſe uidere, quod cum ſenſu oculorũ, tanquã cauſa, ἀντίστροφον eſt, & alijs ſimilibus his: ſed uerba facimus de his proprijs affectionibus ſeu effectis, quæ conſequãtur ad cauſam quandam, ut genera conſequi ſolent ad ſpecies: cuiuſmodi conſectaria non eſſe ἀντίστροφα, conſtat inter omnes, quum ex neceſſitate latius ſeſe proferat genus, quàm ſpecies. Genus ergo quoddã erit, πάθος illud, pluribus cauſis demonſtrabile, ita ut ſubiecta ſpecierum, participent primo ſubiecto generis, & cauſarum ſpecies, participent cauſa generis τοῦ πάθους. Monendum tamen hoc loco iterum & ſæpius, ſubiectis cauſarum & proprietatum, non ſemper unum & commune nomen inditum, ſed loco communis uſurpati εἴδη καθ᾽ ἕκαστα, propter commune ἀνώνυμους quod ipſum ſi eſſet nominabile, reciprocum nimirum ipſum cum cauſa & effectu, in ipſo utriſque exiſtentibus primò, cognoſceretur eſſe. Sed tamen omnia καθ᾽ ἕκαστα ſimul, loco ſunt huius innominati, ratione qua intelligitur omnia καθ᾽ ἕκαστα tale quiddam eſſe, propter limitationem cuiuſdam accidentis, gratia cuius, cauſa & effectus propriè oſtenditur his ſubiectis ineſſe. Sed de his paulo antè dictum eſt, quum ὅτι ἐστὶ τοῦ πάθους, hac determinatione probari oſtenderemus de ſingulis. Nunc rurſus ad propoſitum reuertar. Eſſe conſectaria quædam (reſpectu cauſarum) πάθη, & non reciproca, ex eo perſpicitur, quòd demonſtrandis nonnullis, generis πάθους cauſa, nõ perfectè Sci

ri quæ

ri quædã arbitrabimur, ſed in ſpecie cauſam requirimus, in cuius cognitione, tanquam abſoluta & perfecta, acquieſcimus. At πάθους, ut generis, cauſa quoque generalis eſt, & præterea eiuſdem conditionis etiam πρῶτον δεικτικόν, cũ quibus eſt etiam reciprocum. Sed quatenus genus, & παρακόλουθον quiddam, reſpectu ſpeciei cauſæ, hac ratione nõ eſt reciprocum. Nam ſi qua ratione habet παρακολούθησιν, eãdem ſit etiam ἀντίστροφον: tam bene & perfectè generali, quàm ſpecie cauſæ quidpiam ſcietur: quod eſt abſurdum dictu. Quippe propioribus cauſis, magis & maximè ſciri dicitur quidpiam, remotiorib. & cõmunioribus, minus: quod ſyllogiſmis ἀπαγωγικοῖς liquet, & præterea cognitionum gradibus, quibus conſtat alios alijs cenſeri ſcientiores, quemadmodũ gradus etiam ſunt errorum. οὐ γὰρ ὁμοίως δεῖ ψεύσασθαι ὁ τὰ τέτταρα, πέντε οἰόμενος, καὶ ὁ χίλια. Perfectè autẽ nouit, qui per cauſam πάθος ſubiecto ineſſe cognoſcit, cuius alia non ſit cauſa: quoniam (autore Ariſtotele) ἐκ τῶν προτέρων εἰδέναι, ὅταν μὴ ἐξ αἰτιατῶν εἰδῇ αἰτίων· ὡς εἰ μᾶλλον οἶδεν, καὶ μάλιστα: de quo alio loco diximus. Quamobrem non ſolùm à primis & communibus ordiendũ cauſis, ſed procedendum ad ſpecies etiam. Has cum genere non reciprocari, conſtat inter omnes: quo intelligitur etiam diſcrimen inter cauſas reciprocas, & habentes παρακολούθησιν, cum effectu. Ex quo concludendum, πάθος α, ꝓpter παρακολούθησιν, ad plura pertinere, quàm β cauſam: ut (uerbi gratia) α non tãtum his inerit, quæ complectitur δ, ſed etiam alijs quibuſdam, quæ limitatione ε comprehendũtur: cuius neceſſe etiam eſt, ut alia quædam ſit cauſa, diſcrepans à β cauſa. Alioqui ſi cauſa ſit eadem, α reſpectu ipſius ε, nõ erit ἀκόλουθον, ſed ἀντίστροφον. Sed ἀκόλουθον ponitur hac ratione, qua dicitur: Cuicunque ineſt ε, eidem omni ineſt etiam α: at non cui omni α ineſt, eidem omni ineſt quoq; ε. Quæro igitur, quamobrem cauſa non ſit, aut poſſit eſſe, propter quam, ut α ineſt rebus comprehenſis δ, ita quoque idipſum inſit, comprehenſis limitatione ε? Circumſpiciendum igitur, quæ nam ea ſit. Cùm differant enim εἴδει, δ & ε, quandam aliam eſſe oportebit, quæ uerbi gratia ſit γ cauſa. Quare ut α ineſt limitatis per δ, propter β cauſam: ita ipſum quoque inerit limitatis per ε, ratione cauſæ alterius, quæ eſt γ: & cum neutra harum α, πάθος reciprocum ex neceſſitate erit, ſed utriuſque quiddam ἀκόλουθον. Sed inquies: Quomodo problemata καθόλου erunt, aut quo pacto cauſa & effectus ſimul ſunt, cùm duę ſimul, unius non poſſint eſſe cauſæ? Reſpondendum, non modò ſpecierum, καθόλου quæſtiones eſſe, ſed etiam generum: quorum ſunt ſubiecta prima, & cauſæ communiores, quàm ſpecierum, ut ſuprà diximus. Nam ſine his, communia certè, hæc homonyma eſſent. Sed cùm ſint genera, nõ poſſunt eſſe homonyma, cùm nullum genus ſit homonymum: quare ſuum ſubiectum, & cauſam etiam ſuam habebunt, & reſpectu ſpecierum communicabilem. Ergo eo quo dictum eſt modo, contingit unius plures eſſe cauſas: ſed non reſpectu unius, uerùm complurium differentium ſpecie. Vnius πάθους enim, reſpectu unius ſubiecti non poteſt eſſe niſi unum medium, ſeu una cauſa per ſe, ut eſt ſuprà demonſtratũ. Et unius quidẽ genere, cauſa quoq; & ſubiectũ ſunt genere unũ. Sed pluriũ ſpecie differentiũ, quãuis cauſę etiã ſpecie differãt, unus genere effectus illorum nihilominus eſſe dici poterit, ſeu unũ πάθος genere: quoad inferiora ſcilicet participant ſuperioribus, ſpecies ſcilicet πάθη, ſuis participantes generibus. Minus obſcuritatis habebunt hæc, adiectis quibuſdam exemplis. Longæuum eſſe, ſeu μακρόβιον, proprium eſt quorundã animalium, ut eorum quæ neque externis, neque internis contra naturam cauſis facilè afficiuntur. Vt autem non facilè afficiantur, in cauſa eſt craſis, ſeu temperies par

Metaphy. γ.

ἀναλυτ. ὑστέρ. α.

tium ægrè diſſolubilis. Generis hoc eſt primum ſubiectum, & reciproca hæc cum utriſque cauſa. In ſpecies diuiditur cauſa, cum ſubiecto. Nam quædam ſunt μακρόβια, quia felle carent: alia, quia ſicciore ſunt corporis habitu, nec facilè tabeſcunt aut putreſcũt, propter humoris aquei copiam. Limitationum harum ſubiecta, ſunt ἀνώνυμα, autore Ariſtotele libro quarto De partib. Animalium: tametſi hoc loco quadrupedia quædam limitet ἀχόλῳ, & humidi natiui ſicciore temperie, determinet quoddam auium genus. Sed hæc utcunque ab ipſo, exempli tantũ cauſa adumbrantur, non quòd reuera ita ſeſe habeant. Reuera autem ἀνώνυμον eſt genus ἀχόλων, & ſpeciebus tãtum quibuſdam exprimitur, quæ ſingulæ ita ſe habeant, ut Vniuerſum. Huic ergo innominato generi, propriè accidit, carere bile: quæ eſt ὅτι cauſa uiuacitatis, ſeu μακροβιότητος. Quæritur rurſus cauſa διότι, quamobrem ſcilicet bile carentia, tam ſint uiuacia? Ratio eſt, quia bilis περίττωμα ſit: ſed autore Ariſtotele, in libro De longa & breui uita, δεῖ τὸ μέλλον εἶναι μὴ εὔφθαρτον, μὴ περιττωματικὸν εἶναι. ἀναιρεῖ γὰρ τὸ τοιοῦτον, ἢ νόσῳ, ἢ φύσει. ἐναντία γὰρ ἡ τοῦ περιττώματος δύναμις, καὶ φθαρτικὴ, ἡ μὲν τῆς φύσεως, ἡ δὲ μορίου. Conſtat autem, bilem eſſe ἀποκάθαρμα ſanguinis: διὸ καὶ χαριέστατα λέγουσι τῶν ἀρχαίων οἱ φάσκοντες, ὅτι αἴτιον ἐστὶ τοῦ πλείω ζῆν χρόνον, τὸ μὴ ἔχειν χολὴν, βλέψαντες ἐπὶ τὰ μώνυχα, καὶ τὰς ἐλάφους. ταῦτα γὰρ ἄχολά τε, καὶ ζῇ πολὺν χρόνον. Quæ præterea ſunt, requirenda ex Ariſtotelis contextu: attigiſſe enim in præſentia hæc, ſatis eſſe opinor ad intelligendam αἰτιολογίαν, quam paulo uberius explanat Galenus noſter, libro primo De tuẽda ualetudine. His cauſis non generatim tantũ, uerumetiã in ſpecie, cognoſcitur cauſa μακροβιότητος. Eadẽ eſt ratio alterius quoque ſpeciei, cuius ἀνώνυμον ſubiectum, determinatur, ſiccitate, nõ oppoſita humido natiuo, ſed dyſcraſię cuidã humidę: propter quã corpus, uel cito exareſcit, & tabeſcit, uel refrigeratũ facilè, reſtincto calido inſito, uel alieno calore facilè putreſcit. μακροβιότερα γὰρ (inquit Ariſtoteles) τὰ λειπόμενα τῷ πλήθει τοῦ ὑγροῦ, ἐὰν πλείονι λόγῳ ὑπερέχῃ ἐπὶ τὸ ποιὸν, ἢ λείπεται ἐπὶ τὸ ποσόν. Exuperãtia calidi maior quàm in mediocriter uiuacibus, ſed minor humiditas paulo, aquea hæc: quæ nimirum durabile ὑπέκκαυμα non eſt calidi natiui, propter cauſas antea commemoratas. Quòd pennigera quædã ſint (uerbi gratia) μακρόβια, ὅτι cauſa eſt, ſiccitas illa, de qua dixi. Quòd ſicciora ſint uiuaciora, cauſa eſt, quia calor natiuus tali ſubiecto & materia, diutius fouetur: ſpeciei hęc eſt cauſa, & nõ generis, participans tamẽ genere, eiusque demõſtratione. Eiuſdem modi & conditionis, demonſtratio eſt proceritatis ſtaturæ: cuius Galenus duas ſpecie cauſas differentes aſſignat. Vnam cenſet eſſe, qualitatem ſeminis humidiorem: alteram uerò, eius maiorem quantitatẽ. Nã qualitate humidiore, ſpermaticas partes magis amplificari, quàm ſi fuerit ſperma ſiccius. Dein multa exiſtente materia, quæ inde generentur, fieri quoque grãdiora. Has conſtat eſſe cauſas ſpecierum proceritatis. Generis ſubiectum eſt, tempore adoleſcentiæ & primæ ætatis, oſſium in primis, & reliquarũ partium ſpermaticarum, maius incrementum. Eſt enim cauſa ὅτι. Nam quàm diu creuerint oſſa, tam diu pro rata portione creſcũt etiam reliquę partes omnes, & totius quantitas corporis. Illorum incremento ſubſiſtente, deſinit etiã corpus reliquum creſcere: autor eſt Hippoc. libro ſecundo Epidemiorum, item Galenus, libro ſecundo de Valetudine tuenda, & Ariſtoteles, libro ſecundo de generatione Animalium: τὰ μὲν ὀστᾶ μέχρι τινὸς λαμβάνει τὴν αὔξησιν· ἔστι γὰρ πᾶσι τοῖς ζώοις πέρας τοῦ μεγέθους· διὸ καὶ τῆς τῶν ὀστῶν αὐξήσεως. εἰ γὰρ ταῦτ᾽ εἶχεν αὔξησιν ἀεὶ, καὶ τῶν ζώων, ὅσα ἔχει ὀστᾶ, ἢ τὸ ἀνάλογον, ηὐξάνετ᾽ ἂν ἕως ἔζη. At iſtius oſſium incrementi, cauſa διότι genetalis, eſt habilitas ſeminis: propter quam partes ſperma-

De partib. animal. lib. δ. à principio.

Ariſt. De longa & breui uita.

Galenus περὶ ἀρίστης κατασκευῆς τοῦ σώματος ἡμῶν.

ſpermaticæ in alijs magis adoleſcunt & amplificantur, quàm in alijs. Præterea mobilitas, ut genus, propriè eſt in re naturali, ut πρώτῳ δεκτικῷ. Cauſa eſt (propter quam) Natura. Deinde quibuſdam ineſt, ut ſecundum: alijs, ut contra naturam moueantur: quibus limitantur ſpecies ſubiectorum. Cauſę in ſpecie ſunt, mobilitatis, contra naturam, Materia: eius quæ eſt ſecundum naturam, Forma. Tremor, πάθος eſt in tremulis membris: cauſa generalis, tonicæ facultatis imbecillitas. Species tremoris ſunt in iratis, in expaueſcentibus uehementi timore, in oppreſſis magno pondere: cuiusq; ſecũdum ſpeciem, cauſam explicari oportet. Eius multa paſſim generis exẽpla in Medicis & Phyſicis libris reperies, quæ inutiliter exaggerare nolo. Quando igitur cauſa, & id cuius eſt cauſa, diuidua ſunt ſpeciebus: nec unum ſolum medium fuerit, ſed ſubiectum diuidatur in plures ſpecies: & ratione ſubiectorum, ſpecie differentium, plures quoque ſint cauſæ: quæritur ſanè reſpectu ſpecierum, quæ καθέκαστα appellantur, quodnam potius ſit & magis ἐπιστημονικόν medium: num illud, quo καθόλου & generatim proprietas oſtenditur, an uerò quo ſigillatim ſpeciebus ineſſe πάθος demonſtratur: & quod à ſpecie proximum ſit, eiusq; uernaculum medium ſ Proprietas, ratione ſubiecti & cauſæ generalis, καθόλου πρῶτον conſtituit. Eadem ad ſpecies ſuas relata, ſimpliciter καθόλου appellatur, quum non ſit quiddam ἀντίστροφον. Si conſideramus, ὡς αἴτιον, magis medium id eſt, quod uernaculum & proximũ fuerit ſpeciei, magisq; ſcientiæ cauſa eſt, quàm generale illud καθόλου reciprocum. Siquidem eo non tantum definitio cognoſcetur proprietatis in ſpecie, ſed etiam generale illud mediũ, per ipſum tanquam cauſam, adiungitur ſpeciei. Sic ἄτομος ſpecies δ, cui oſtenditur α πάθος ineſſe, per γ medium, cum δ reciprocum. Sed γ participare α oſtẽditur, quia uidelicet γ participat β medio, quod ut cauſa ἄμεσος, reciprocatur cum α. Quo perſpicuum eſt, non ſciri, quòd α ſit in δ, per id quòd ſciatur, α eſſe in γ per β: ſed quia cognoſcitur, γ eſſe in δ, ut primo ſubiecto, quo deprehẽdimus deinde, δ tanquam καθέκαστον, ſubeſſe ipſi α, tanquam καθόλου prædicato cuidam, quod ſine γ medio, non perciperetur: quod ipſum, quia participar etiam β medio, reciproco cum α, neceſſe erit δ participare etiam α, ut proprietate generali, quæ cum ſpecie tamen non reciprocatur. Sed ſpecies cauſæ tamẽ, cum ſpecie ſubiecti, primum etiam καθόλου, & reciprocum cõſtituit quoddam: quemadmodum genus cauſę, cum ſubiecto & proprietate generali reciprocatur. At ſi ſpecies comparatur generi, ſimpliciter priores ſunt ſpecies. Nã per ſpecies (ut aliàs oſtendimus) genera cognoſcuntur: nec colligi aliter cõmunitas poteſt generum, quàm per ſpecies, quæ ſunt menſura communicatorum: ut totum, partibus quid ſit, noſcitur: & ſingularia ſeipſis, uniuerſa autem; reſpectu ſingularium aliquid eſſe intelligantur. Quo reſpiciẽs Ariſtoteles etiam, ſpecies quodam loco comparans generi, priores eas appellauit, πρῶτα τὰ εἴδη: & quo pacto colligi ex his genera debeant, tanquam poſteriora quędã docuit. Quinetiã hoc loco, utrum cõmune καθόλου, genus ſit, deprehendi nequit, niſi καθέκαστα ſint cognita, & ſpecies eſſe cognoſcantur, ratiõe quà cauſæ ſpecierum participant Quiditate cauſæ communis cuiuſdam καθόλου πάθους. Quo fit, ut per medium ſpeciei τὸ πρῶτον, nempe ſpecies ſubeſſe intelligatur alij, tanquam καθόλου cuidam generi. Sic enim eſt intelligendum quod dixit: τοῦ γὰρ τὸ πρῶτον, ᾧ τὸ καθόλου ὑπάρχειν, τοῦτο αἴτιον. Tractum, genus eſſe, non potuit Eraſiſtratus cognoſcere, quia ſpecies ignorabat: ideo in multis hallucinatus eſt, quum ſpeciem unam putaret eſſe, quod diuiduum eſt in ſpecies, & cognoſcitur etiam per ſpecies. Spirare definitur una ſpecię, nec diuiditur cau

Ariſtot. Metaphy. lib. Δ. Διὸ τὸ γένος τοῦ εἴδους καὶ μέρος λέγεται. ἄλλως δὲ τὸ εἶδος, τοῦ γένους μέρος:

ſis uel ſubiectis. Inſtrumentum eſſe motionis animatorum unū ſpecie quid, exiſtimans Ariſtoteles, nempe πνεῦμα ἔμφυτον ſeu σύμφυτον, pro ſpecie principij ſpeciem hanc uſurpauit: quaſi πνεῦμα illud omnium ἐνεργειῶν ſit animati corporis inſtrumentum, cùm tamen multa ſint eius inſtrumenta corporis, non ſpecie differentia, ſed multæ ſpecies, quæ nihil idem, niſi analogicum obtinent. Sed de his plura dixi ſuprà, & commonefeci, quot modis idem problema & diuerſum poſſit appellari. Quocirca ſi primum, nempe limitata quodam accidente ſpecies ſubiecti, alteri ſubiecto, tanquam generi ſuberit, ratione πάθους cuiuſdam: ſpecies etiam cauſæ, alij, tanquam generi, ex neceſſitate ſubijcietur. Nec ipſum per ſe communitatem habere generis quicquam intelligitur, niſi prius participari ipſum à pluribus ſpecieb. noſcatur: cùm genus non ſit ſimpliciter, ſed à multis participatum unum, cauſa & ratione eſſentiæ cuiuſdam, cùm nulla ſine genere definiri poſſit ſpecies. Vegetatio, proprium corporis animati πάθος eſt: quoad nimirum calido communi, & influente participat. Cauſa eſt uegetationis, principalis calor cordis, omnium partium craſes ui ſua fouens & conſeruās. Quo Sol etiam principium eſt modo, gignendis & conſeruandis his caducis naturis communiſſimum. Deinde quot ſpecies ſunt τῶν πρώτων δεκτικῶν uegetationis, totidem differentiæ ſunt etiam & ſpecies uegetationis, ſimulq́ue cauſarum. Vt (uerbi gratia) uegetationis carnis πρῶτον δεκτικόν, eſt caro, ratione ſui proprij temperamēti ſana, hoc accidente nimirum limitata caro. Sed cauſa uegetationis carneæ, eſt calidum influens, cùm propria ſubſtantia & temperie carnis, alterans & aſſimilās affluens nutrimentum. Animalis proprium eſt, ut poſſit ſentire, quia ſanum habet cerebrum & neruos. Cauſa generis πάθους, & ſubiecti, eſt energ[illegible]a cerebri, excitata per ſenſus externos à formis ſenſilibus. Deinde ſpecies ſunt ſenſionis, Videre, Audire, Guſtare: quarum ἐνεργειῶν ſubiecta & cauſæ, ſunt etiam ſpecies, cauſæ & ſubiecti communis & generalis. Propter cerebrum enim omnium habere ſenſionem dicitur animal. Satis exemplorum eſt, quibus intelligitur, quo pacto problemata generum deducenda ſint in ſpecies, & quo, ex ſpeciebus colligenda ſint genera. Supereſt iam nunc, ut nonnihil diſſeramus etiam de principio principiorum (quandoquidem multitudo omnis, ab uno quodam, tanquam principio dependet) meritò dubitari poteſt, quæ nā hæc uis & facultas ſit animæ, quæ poſſit ex uno confuſo, facere multa, ſeparando & diſtinguēdo, ac rurſus ex multis, & hoc modo ſecretis principijs, facere unum uel definitione, uel demonſtratione: quibus omnem uim & perfectionē Sciētiæ acceptam ferimus. Quid enim aliud eſt, ueritatē indagare, & eam habere cognitā, quàm diuidere, definire & demōſtrare? Quomodo ſimpliciter notis principijs, conficiantur definitiones & demonſtrationes, hactenus docuimus, earum uniuerſam ἀνάλυσιν explicātes, nempe μέθοδον ἁπλῆς καὶ ἀποδεικτικῆς: & præterea in prioribus etiam Analyticis, cuiuſmodi principijs quiuis ſyllogiſmus ad concludendum ſit efficax, oſtendimus. Sed principia ipſa, quomodo fiant nota, quum prius ignota eſſent, & quod'nam illorum ſit principium, deinceps conſiderandum erit: prius dubitando de quibuſdam, quibus poſtea ratio dicendorum futura eſt euidentior & planior, dubitationum ſolutione. Non poſſe fieri, ut ſciatur quidpiam per demonſtrationem, principijs incognitis, & nullum habentibus medium, ꝑpoſitionibus, non prius perceptis, equidem ab initio diximus. Indemonſtrabilium porrò cognitio, dubitari poteſt, utrum eadem ſit omnium, an uerò non eadem. Deinde cùm indemonſtrabilium duo ſint genera, utrum ſcientia poſſit eſſe utriuſque, nec ne?

Aut

Aut iſtius quidem poſſit eſſe, huius autem cògnitio, alterius cuiuſdam ſit generis. Præterea dubitatio eſt alia, qua ambigitur, an cognitio principiorum illorum indemonſtrabilium, cùm nobis natura non inſit, poſtea uerò quodam habitu & diſcendo acquiratur: aut an ea inſita quidem nobis ſit à primo ortu, cuius nihilominus tamen nobis ipſi nõ ſimus conſcij, & ea nos præditos eſſe ignoremus? Quòd ſi nobiſcum principiorum notitiæ naſcuntur, nec acquirimus eas, ſed à natura habemus: iſtud perabſurdum dictu, nobis poterit obijci, quòd nimirum hac ratione cõtingat noſmetipſos latére, præditos eſſe nos exquiſitiore, quàm demonſtratio ipſa ſit, ſcientia: quum tamen conſtet, Sciẽtiam diſcendo nos acquirere, nec à natura inſitam eſſe nobis eam. Aut ſi prius nõ habẽtes hanc ſublimẽ principiorum perfectorum ſcientiam, poſterius ipſam diſcendo acquirimus, cùm eius non ſint alia priora principia: quę nam obſecro ratio diſcendi erit perfectam hanc ſcientiam, cùm quicquid diſcitur, id principijs quibuſdam præcognitis diſcatur? Fieri enim nequit (ut dictum eſt, cum uerba faceremus de primordijs demonſtrationum) ut nullis prænotionibus diſcatur aut doceatur aliquid. Cõtextus hic ἀποριῶν ab Ariſtotele propoſitus, quandam explicationem (propter obſcuritatem, qua ſunt ἄπορα inuolutæ) deſiderat. Ac primùm, per indemonſtrabilia uolo intelligi, omnia ἄμεσα & principia: cuiuſmodi ſunt elementa Demonſtrationum omnia, quibus conflatur Demonſtratio. Et Demonſtratio quoq; ipſa ἄμεσα & perfecta, qua res etiam demonſtrata ἀμέσως ſcitur, quum nullo alio uidelicet medio ſit demonſtrabilis, meritò cenſetur indemonſtrabilis: ſimpliciter ſcilicet, & φύσει principium, atque εἶδος. Prioris generis principia non demonſtrari, nemini dubium eſt. Deinde in principijs erunt etiam, demonſtrando cognitæ res, quæ nihil aliud ſunt, quam cognitum εἶδος, & ipſa rerum ſcientia: qua conſiſtente ἐν διανοίᾳ, ſuperior tamen eſt hæc ſcientia: quam ab Ariſtotele aliàs κυρίαν, alias ἀρχιτεκτονικὴν, aliàs ἀκριβεστάτην, nonnunquam σοφίαν, interdum πρώτην φιλοσοφίαν, à Platone ἀνυπόθετον ἐπιστήμην appellari, alio quodam loco copioſè & planè docuimus. Quòd ſi imperfectioris Scientiæ, Scientia eſt alia: eius principia quoq; ſint oportet priora, non modò principijs demonſtrationis, ſed ipſa quoque ſcientia potiora & exquiſitiora: cùm ijs principijs planè ἀνυπόθετος conſtet ſcientia, excludens omnia opinabilia, reuocando ea ad puritatem & ſinceritatem perfectiſſimam mentis, ſemetipſa res & ideas ueras contemplantis. Alio loco de his dictum fuit: quibus cognitis, ad eorum interpretationem, quæ tractantur in præſentia, non plura requiremus. Itaq; ſi principia ſunt, quibus non conficitur, ſed perficitur Scientia: unde quæſo hauriemus illa? Nam ſi adminiculo ſenſus, & inductione nitantur, ὑπόθετα quædã erunt, & ſimilima primorum, quibus conſtituuntur, non quibus perficiuntur Scientiæ. Quòd ſi ſenſu & inductione non colliguntur, ſed nobiſcum naſcuntur: mirum eſt, rãtum eſſe in nobis lumen intellgentiæ, quo ſcientiæ omnes illuſtrari poſſint, ac interim nos eo præditos, non animaduertere, cùm minimarum etiam notitiarum nobis ſimus conſcij: ut non immeritò dubitet, quænam ſint, aut qualia principiorum principia, quibus perfectè ueritas eorum quæ ſciuntur, percipi ſolet à principe Philoſopho. Diſtinguendus igitur ante omnia modus perfectionis ſcientiarum, ab imperfectione: quarum illã ad νοῦν ſimplicẽ, hãc uerò ad διάνοιαν (quæ medio ſit loco inter δόξαν & νοῦν) pertinere, aliàs (ut dixi) oſtendimus. Mens primùm adminiculo ſenſuum, architectatur Scientias: quas deinde διανοίᾳ comprehenſas, ſemetipſa perficit, dũ οὐσίας τῶν ὄντων non conſiderat, quoad participant phantaſia ſenſuũ, ſed qua-

tenus

tenus ſecretas ab omni fuco, ſpecies ſinceriſſimas, nimirum ὄντα ᾗ ὄντα contẽplatur. His principijs nihil prius, nihil ſimplicius, nihil uerius, nihil immutabilius: & quum, quo ad nos, principia ſcientiarum ſcientiæ non ſint, ſed rudimẽta quædam alterius generis & modi ſint oportet hæc, quàm horum ſimpliciter principiorum notitia: quæ ſcientia eſt, & perfectiſſima quidem ſcientiarũ omnium: quam erudita, & informata ſcientijs anima, naturali mentis perſpicacia ſemetipſam intuens & illuminans, acquirit, eodem ferè modo, quo cum ſenſibus iuncta, apprehendit ὑπόθετα hæc ſciẽtiarum rudimenta. Diſcrimen illud gemini principij, adumbrauit his uerbis Ariſtoteles, dum ἀμέσων γνῶσιν (quamuis dubitans) ait non eãdem omnium eſſe, & unius quidem generis, ἐπιστήμην quandam eſſe fatetur, ut eam ſcientiam, quam modò dixi, principem & architectonicam. Alterius generis negat eſſe ſcientiam, quum ſint rudimenta duntaxat per ſenſum cognita, primordia ſcilicet Scientiarum, non Scientiæ. Vtriuſque habitus principij, eſt facultate mentis acquiſitus, non inſitum quid, aut nobiſcum natum: quanquam uis & facultas hæc acquirendi, nobis innaſcitur, & nobiſcum Mens quidem naſcitur etiam, qua poſſumus habitus eos efficere. Sed id tamen quo tanquam adminiculo efficimus habitus eos, duplex eſt. Vnum eſt, quo per ſenſum, prima nota colligimus: alterũ, quo iam ſcientijs erudita διάνοια, mente ſemetipſam contemplans, particeps fit perfectæ ſcientiæ ſcientiarum, erudita ſemetipſam erudiẽs, & ſuam cognitionem expoliens, tenuiſſimè limitatis idearum rationibus. Alia ſunt igitur principia, quibus colliguntur & conſtituuntur ſciẽtiæ: & alterius modi ſunt, quibus iam conſtitutæ perficiuntur: quæ una eſt omnium ſcientiarum, ſcientia ſcilicet princeps, & architectonica. Hac nihil aliud quàm principia quia principia, non ratione qua iunguntur cum alijs ὑποθέτοις quibuſdam, conſiderari ſolent. Propria ſunt horum quædam, quæ ipſis per ſe, non reſpectu aliorum congruunt: ea quidem mens agnoſcit, quoad in animę διανοίᾳ impreſſas notitias contẽplatur. Nec aliud eſt principium, horũ principiorũ cognitorũ, quàm Mens ipſa, & præterea ideæ rerum, in mentis διανοίᾳ expreſſæ. Quemadmodum priorum his notitia principiorum, non aliud eſt principiũ, quàm res phantaſia ſenſuum repręſentatæ: quas ex potentia intelligibilibus, mens lumine ſuo, facit actu intelligibiles, facultate nimirum διανοίας utens, cum ſenſu rerum iuncta. Quoad uerò abſolutè principia noſcit mens, nempe quia ipſa, & non quia alterius, ſeipſa id facit, intuens in διανοητά: qua nõ poteſt alia ipſius ſimplicior eſſe energeia, utpote qua non ſit aliud res ipſa intellecta, & aliud Eſſe ipſius. In ſcientijs inferioribus porrò conſiderantur res & principia, quoad nimirum ſunt aliud ipſa, & aliud Eſſe ipſorum. Vt Phyſicus conſiderat Formam aut Materiam, non quia ſint ipſæ, & eſſe earum penitùs idem, ſed quia pars ſunt compoſiti naturalis, & cauſa proprietatum earum, quę compoſito, ſeu corpori naturali his principijs inſunt. Idem ſentiendum de Mathematicis: quippe finitiones talium rerum, noſcit Mathematicus, non ſimpliciter, ſed quoad uel alia ipſis, uel ipſa alijs inſunt: quę ſanè hoc modo habentia, aliud ſunt ipſa, & aliud Eſſe ipſorũ, nec penitùs ὄντα ᾗ ὄντα cõſiderantur. Quoad igitur cognoſcit Mens noſtra, res ſeu τὰ ὄντα, hoc modo, ut omnino ſint idem ipſa & Eſſe eorũ, tum ſanè ſemetipſa, non adhibitis ſenſibus dicitur τὰ ὄντα cõtemplari. Sed quatenus idem non ſunt, ipſæ res & eſſe earũ, non ſeipſa, ſed cũ phantaſia, per διάνοιαν eas conſiderat. Noſcit mens noſtra utroque modo res, quæ ueniunt ſub intelligentiã: uerùm (ut autor eſt Ariſtoteles) ἢ ἄλλῳ, ἢ ἄλλως ἔχοντα, ut cum ſenſu, uel abſque ſenſus umbris, omnem remouẽs materiæ concretionem,

cretionem, id eſt conſiderans res, quoad ipſæ & eſſe earum, ſunt prorſus idem: καὶ ὅλως ἄρα ὡς χωριστὰ τὰ πράγματα τῆς ὕλης, οὕτω καὶ τὰ περὶ τὸν νοῦν. De his exquiſitè diſputat Ariſtoteles, in tertio de Anima libro. Quæ cùm ita ſe habeant, neceſſe non eſt, huius perfectæ ſcientiæ & architectonicæ, principia eſſe, quæ extrinſecus adminiculo ſenſus etiã apprehendantur: alioqui enim à rudimentis ſcientiarum nihil differrent. Non tamen ob id, quia extrinſecus, & ſub ſenſum uenientibus rebus non inſunt, aut non quadrant ipſis, ob id talium principiorum notitia & habitus nobiſcum naſcitur, aut pro habitu quodam acquiſito numerari non debet. Quoniam habitu doctrinarum imbuta mens, nõ modò res ipſas, ſed ſemetipſam quoque uidere & noſſe poteſt. Et ſeipſam intuendo illuſtratam ſcientijs, διανοητὰ ad ſummã ſcilicet ſimplicitatem & unitatem reuocat: qua eorum quæ ueniunt ſub intelligentiam, non poſſit ſincerior aut purior eſſe energeia: qua nimirum res ipſas perfectiſſimè etiã ſciri dicimus, & (ut aliàs oſtendimus) ἀνυποθέτῳ ἐπιστήμῃ cõprehendi cenſemus. Nũc denuò ad ἀπορίας illas nos conferamus, quas aliqua ex parte in fine etiam primi libri Metaphyſicæ Ariſtoteles attigit: quibus perſpicit, alia principia eſſe Scientiarum, quibus conficiantur: & alia, quibus perficiantur: utriuſq; habitu quodam, & effectrice etiam cauſa utriuſque exiſtente, Mente ipſa humana. Quando ait, ἡ τῶν ἐπιστήμη, principia uult intelligi, quibus perficiãtur, nõ quibus inchoantur Scientiæ. Sed dubium eſt, quibus nam præcognitis, perfectè ſciatur quidpiam: quum nihil, niſi præcognitis, ſciatur. Si ex præcognitis ſenſu, perficiuntur Scientiæ: nihilo præſtantiora erunt hæc rudimentorum principijs. Sin uerò per ſenſum non acquiruntur, ſed à natura ingenerantur: quo pacto non conſcij nobis erimus tantæ perfectionis, cuius gratia ſolemus eſſe & dici ſcientiſſimi rerum? Aut ſi acquirimus eas notitias, prius non habentes: quę nam illa erunt prima nota, ut non coincidant cum primis notis demõſtrationum? Videtur enim nihil poſſe ſciri, niſi ex præcognitis quibuſdam alijs. Liquet his argumentis, neq; habere nos, aut à natura adipiſci poſſe principia exquiſitæ ſcientiæ & architectonicæ: neq; porrò acquiri etiam ab ignaris & neſcientibus nobis, nullo prius habitu ſcientiæ præparatis. Vt ergo habitus hic acquiratur, & ut idem perficiatur, neceſſe eſt talem nobis facultatẽ animæ à natura eſſe inſitam: qua poſſimus primùm ſcientiarum & demõſtrationum principia noſſe & conſtituere, deinde complexionem horum principiorum, conſtruere demõſtrationum & ſcientiarum habitus. Quibus perceptis & comprehẽſis, facultas hæc animæ, ſemetipſa poſſit deinde (in ſeſe ſciẽtia præditam intuens) abſoluta noſſe principia, quorũ cauſa dicantur & habeantur omnia quæ noſcuntur, pro ueriſſimis: quandoquidem omnino ſint ἀνυπόθετα, oppoſita nimirum his principijs, quæ quòd primordia ſint demonſtrationum, ὑπόθετα à Platone appellantur, à mente uidelicet ipſa, perficienda poſterius ratione ἀληθείας. Cuius hoc loco mentionem facit Ariſtoteles, inquiens: μὴ τοιαύτην δ᾽ ἔχειν, ἃ ἔσται τούτων τιμιωτέρα κατ᾽ ἀκρίβειαν. Diſtinguit his uerbis δύναμιν Mentis noſtrę Ariſtoteles, qua nimirum poſſit inchoare rudimenta ſcientiarum, & qua poſſit inchoatas ſcientias perficere principijs architectonicis, καὶ δι᾽ ἀκρίβειαν ἀνυποθέτοις. Sed de his alio quodam libro, ſatis ſuperq; dictum. Nunc deinceps demonſtrandum, Mentem principium eſſe principiorũ, non modò φύσει primorũ, καὶ ἀνυποθέτων, ſed etiã quo ad nos primorum: quorum uidelicet rudimenta accipiantur à ſenſu, quibus reliqua quę ſenſum latent, cognoſci & demonſtrari queant. Communiſſima & euidentiſſima uera ſunt principia hæc, quę per ſenſum apprehendit mens noſtra. Senſus

ſus autem is,unus eſt,& princeps reliquorum: communis ſcilicet,percipiens & diſcernens omnia quæ ſentiuntur externis ſenſibus, quem natura ſibi inſitum quoduis habet animal. Cū illo ſenſu, in nonnullis facultas memoriæ eſt coniuncta,in qua reſident impreſſæ ſpecies ſenſilium formarum: & abſentibus etiam his quæ ſenſus externos affecerunt, permanent earum rerum quas ſenſerunt,ſimilitudines & εἰκόνες. Quibuſdam animalibus,facultas memoriæ aut omnino non ineſt,aut ratione ſenſilium quorundam quæ ab ipſis ſentiuntur,nulla eorum ſunt prædita memoria: quorum reſpectu nullam etiam uim cognoſcendi habent,prẹter eā,quā ſentiendo actu quidpiā,obtinent. At prę-ditis memoria, facultas hæc ineſt, ut ſentiendo, multorum unam ſpeciem in anima adumbratam retineant, qua cognoſcant & diſcernant res extrinſecus oblatas: quale ὑρετήριον, cùm in multis alijs animalibus,tum præſertim in Canibus eſſe uidemus. Eorum porrò animalium, quæ memoria ſpecies ſenſiles complecti poſſunt,differentia hæc eſt: quòd nimirū in nonnullis uis etiā hæc ineſt, ut ex memoria cōprehenſis, rationē quandā colligant unā,alia uerò ſine ratione meminerint. Ratio autē, ſeu λόγος,facultas eſt mentis,res memoria cōprehenſas inter ſe cōparans: qua comparatione,confirmatur ueritas cognitionis,per experientiam: qua nimirum eſt τήρησις ſeu παρατήρησις quædā, crebra eorundem ſimiliter habentium & euenientiū memoria: de qua multa dicuntur apud Galenum,in libro de Optima Secta: quibus commemorandis hoc loco ſuperſedebo.Quòd ſi multorum, experientiæ cauſa nihil differētium,notitia quædam cōmunis una, extra aut præter ſingularia conſtituitur: efflorescit nimirum καθόλου demū quædā ſpecies, in qua mens noſtra acquieſcit, tanquam perfectione quadam ἐμπειρίας. Quoniam (autore Ariſtotele) ἐκ τῆς κατὰ μέρους ἐμπειρίας, τὴν καθόλου λαμβάνομεν ἐπιστήμην. Et alio quodam loco: γίγνεται δ' ἐκ τῆς μνήμης ἐμπειρία τοῖς ἀνθρώποις. αἱ γὰρ πολλαὶ μνῆμαι τοῦ αὐτοῦ πράγματος, μιᾶς ἐμπειρίας δύναμιν ἀποτελοῦσι. καὶ δοκεῖ σχεδὸν ἐπιστήμῃ καὶ τέχνῃ ὅμοιον εἶναι ἡ ἐμπειρία. ἀποβαίνει δ' ἐπιστήμη καὶ τέχνη διὰ τῆς ἐμπειρίας τοῖς ἀνθρώποις. γίνεται δὲ τέχνη, ὅταν ἐκ πολλῶν τῆς ἐμπειρίας ἐννοημάτων, καθόλου μία γένηται περὶ τῶν ὁμοίων ὑπόληψις. τὸ μὲν γὰρ ἔχειν ὑπόληψιν, ὅτι Καλλίᾳ κάμνοντι τηνδὶ τὴν νόσον, τοδὶ συνήνεγκε, καὶ Σωκράτει, καὶ καθέκαστον οὕτω, πολλῆς ἐμπειρίας ἐστί. τὸ δ' ὅτι πᾶσι τοῖς τοιοῖσδε κατ' εἶδος ἕν, ἀφορισθεῖσι κάμνουσι τὴνδε τὴν νόσον συνήνεγκε, οἷον τοῖς φλεγματώδεσιν, ἢ χολώδεσιν, ἢ πυρέττουσι καύσῳ, τέχνης. πρὸς μὲν οὖν τὸ πράττειν, ἐμπειρία τῆς τέχνης οὐδὲν δοκεῖ διαφέρειν, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ἐπιτυγχάνοντας ὁρῶμεν τοὺς ἐμπείρους, τῶν ἄνευ ἐμπειρίας λόγον ἐχόντων. αἴτιον δ' ὅτι ἡ μὲν ἐμπειρία, τῶν καθ' ἕκαστα ἐστὶ γνῶσις· ἡ δὲ τέχνη, τῶν καθόλου. αἱ δὲ πράξεις, καὶ αἱ γενέσεις πᾶσαι, περὶ τὸ καθέκαστον εἰσίν. Nō opus eſt ut pluribus oſtēdā, quo pacto multorū memorabiliū experientiā, καθόλου notitia cōprehendamus: qua iam non in multis, ſed ipſa per ſe ſeparatim ſpecies rerum conſideratur. Etenim autore Platone in Theæteto, αὐτὴ δι' αὑτῆς ἡ ψυχὴ τὰ κοινά μοι φαίνεται περὶ πάντων ἐπισκοπεῖν. Cæterùm ſpecies καθόλου definitur hîc ab Ariſtotele, ut non ſit quatenus una eſt multorum, ſed quatenus una abſq; multis ſeparatim cognoſcitur.Nam ut multę memorię,unam conſtituunt ἐμπειρίαν, ita compluribus ἐμπειρίαις, una conſtituitur ſpecies καθόλου: in qua tanquam faſtigio quodam,mens noſtra acquieſcit, ſeipſa contēplans eam,& uindicās eam à ſingularium rerum accidentibus, & à multitudine ſub ſenſum uenientium rerum.Illud ipſum καθόλου εἶδος, quoad unū exiſtens,deinde applicatur idem alijs & multis,principium eſt tum Artis,tum Scientiæ rerum.Artis quidem,quoad καθόλου, rebus adiungitur γενέσει obnoxijs,& quoad materiæ gratia patiuntur aliquid, atq; fit quidpiam quod prius non erat.Scientia autē rerum

Phyſicorum α.
Metaphy. α.
à principio.

rum eſt, quoad ſunt,& non quoad fiunt quidpiam: cuius principia etiam καθόλου nota, eiuſdem conditionis ſunt & modi, quibus tanquam partibus & elementis contexuntur demonſtrationes. Horum καθόλου principiorum (non enim loquimur de ſingularibus principijs, quibus conſtituuntur res ſenſiles & ſingulares) in anima noſtra nõ inſunt definiti habitus. Indefinitum habitum, quo nimirum capax poſſit eſſe harum notitiarum animus noſter (qui ſanitas ipſius dicitur) equidem non inficiamur ei tanquam indolem à natura ineſſe. Cuius reſpectu habitus inſiti aut deprauati, capaceſq; principiorum Ethicorum Acolaſtos eſſe negamus: & nonnulli propter ἀῤῥωστίαν διανοίας, Brutis ſimilimi ſunt: alij propter anticipatas opiniones prauas,& pertinaciam in erroribus, imbui uerioribus principijs non poſſunt. Vt qui omnia ſemper quieſcere aut moueri ſibi perſuaſum habent, eiusq; quod non eſt, rationes Sophiſticas quærunt. Sed, ut quodam loco ſcribit Ariſtoteles: τὸ μὲν οὖν πάντα ἠρεμεῖν ἡγεῖσθαι, καὶ τούτου ζητεῖν λόγον, ἀφέντας τὴν αἴσθησιν, ἀῤῥωστία τίς ἐστι διανοίας, καὶ περὶ ὅλου τινός, ἀλλ' οὐ περὶ μέρους ἀμφισβήτησις. Ergo habitus hi definiti, καθόλου notionum, nobis à natura non ſunt ingenerati, neque alijs habitibus rerum notiorum præcedentibus acquiruntur: ſed principia hæc καθόλου, concipit anima noſtra per mentem, adminiculo plurium ſenſionum, adeoq; ſubſidio ingenij atque indolis, ad ſe, tanquam ad principium & unitatẽ reuocante hanc multitudinem, in quã ſpecies rerum, cauſa naturæ & materiæ ſunt diuiſæ & diſcretæ. Equidem cauſa Mentis, tanquam principij, omnia ſunt Vnum: id eſt, omnia principia ſunt unum principiũ, quod eſt Νοῦς ipſe, ſeu λόγος. Quæ ſunt extra, multa ſunt, & compoſita, & cauſa ordinis duntaxat ſunt aliquid unum: cuius multitudinis, cauſa equidẽ eſt natura. πρεσβύτατον δὲ πάντων ὁ Νοῦς, principiumq; eſt omnium: poſterius autem principium, Natura eſt, qua (ut ſcribit Ariſtoteles) εἰς τὸ διακριθῆναι ἀνάγκη ἅπασιν ἐλθεῖν, καὶ ἄλλα οὕτως ἐστίν. Mens igitur eſt ante omnia: ac ſi quod Naturæ, id eſt principij principiũ eſt, nullum id aliud certè, quàm λόγος ὁ θεῖος eſſe poterit, autore Platone in Epinomide. Sed labor longius: alterius enim hæc ſunt diſputationis. Quoniam autem quærimus in præſentia, quo pacto mens noſtra ſit principium principiorum demõſtrationis, quorum capax eſt anima noſtra propter mentem: attingenda hæc etiam breuiter cenſuimus, quo melius & commodius, quæ ſcribuntur hoc loco ab Ariſtotele, intelligantur. Enimuerò Mens noſtra per ſenſum eruditur, notitiamq; acquirit καθόλου cuiuſdam ſpeciei: quam colligit uel definiẽdo, uel demonſtrando, prænotionibus utens ſimpliciſſimarum partium, pertinentiũ ad totius, id eſt perfectæ ſpeciei cognitionem: quæ natura quidem prior eſt, & principium. Sed cognitionis tamen eius rudimẽta καθόλου, quo ad nos, priora & principia exiſtunt: quæ quod his, tanquam communibus, plures cõmunicent ſpecies, καθόλου ſolent appellari, & quòd à ſenſu proxima, nõ niſi ipſius adminiculo poſſunt colligi, quo duntaxat καθ' ἕκαστα percipiantur. At quæ ſimpliciter prima ſunt, & ob id maximè principia, & uerè καθόλου, à ſenſus perceptione remotiſſima, ſola percipiũtur intelligentia, efficiente mente ex multis communibus, unum εἶδος ἄτομον. Quomodo à ſingularibus & ſenſu rerum, primùm perueniatur ad nobis καθόλου nota, deinde per hæc ad cognitionem principij quod eſt ἄτομον εἶδος, & ſimpliciter undiquaque nota res uera & ſincera, Ariſtoteles eleganti quodam exemplo, ſed tamen obſcuro, adumbrare id conatus eſt. Perinde (inquit) ut in bello ſeu prælio, fuga turbatis & dilapſis militibus, uno ſubſiſtente, etiam alter ſubſiſtit, deinde tertius, itẽq; quartus à fuga reſtitat, donec peruentum ſit ad principium, quo conſiſtente, fuga

Phyſicorũ 8.

Cauſa Mentis, omnia ſunt Vnum.

Metaphy λ. circa finem.

omnis deſinit:ita res comparata eſt in acquiſitione ſcientię, qua uel definitionis, uel demõſtrationis ratione apprehenditur quidpiã. Colliguntur notitiæ tales ſtabiliſſimæ, minimè fugacib. partibus, quales ſunt res ſingulares & opinabile: quarum per ſe nulla poteſt eſſe neq; Deſinitio, neq; Demonſtratio, ut aliàs oſtendimus. Multitudo igitur τῶν καθέκαστα, & ſub ſenſum cadentium rerum, intelligentiam noſtram effugit: non tamen ſic diffugit, ut à fuga retrahi nequeant, quemadmodum uiſum Heraclito fuit. Quia uerò multis quibuſdam, minimè fugacibus tamẽ notitijs, quælibet ſpecies una colligitur: multas illas non fugaces, non ſingulorum, ſed καθόλου comprehenſorum eſſe oportebit. In his καθόλου nobis notioribus partibus, propter ordinem, uno conſiſtente, alterum ſi conſiſtat, & poſtea tertium, ac deinceps, uſquedum ſit peruentum ad principium, quod ipſum ſit perfectum εἶδος, nequaquam opinabile quoddam, & fallens notitiam noſtram Vnum, ex partibus multis conſtitueſ: quod ipſum ἄτμητον eſt Vnum, aut ὁριστόν, quod hoc modo præcognitis conflatur, ut diximus. Mens porrò cauſa eſt effectrix illorum habituum, & Anima noſtra propter mentem habilis eſt, ut tali participet habitu. Sed de his in tertio de Anima libro diſputatur exquiſitius: quæ in præſentia ad uiuum (ut dicitur) non ſunt reſecanda, cùm non ſint omnia in omnibus inculcanda atque ingerenda. Non motis & fugientibus, ſed conſiſtentibus omnibus, colligi νοητὸν εἶδος, quamobrem dixerit Ariſtoteles, ſatis hac interpretatione perſpicitur. Quo autem magis perſpicua ſint omnia, eadem repetendo manifeſtius Ariſtoteles explanat, hoc modo. Multorum mobilium & fugacium, unitate quadam comprehenſorũ & conſiſtentiũ ratione, qua ſunt ἀδιάφορον quiddam primò, in anima primum καθόλου formatur. Vt Hominis καθόλου ſpecies, qua Calliam, Socratem, & complures alios ſentiendo quiſpiam percipiens, aliquid idem, quo duntaxat ſingularia hæc inter ſe non differant, & ab omnibus alijs diſcrepent, mens colligit: primum id erit, quo multitudo effugientium ſingularium rerum mentis complexum notitia quadam καθόλου fiat ſtabilis. Quamuis enim ſingulorum ſint etiam ſingulares & multæ numero ſenſiones, nihilominus idem numero ſenſus eſt: nec ſingulis ſenſibus, ſenſiones etiam percipiuntur ſingulæ, ſed uno ſenſu omnes. Haud longè ſecus, ἀδιάφορον illud καθόλου adumbrari communitate hac ſenſus poteſt: qui ut unus multa, ita mens etiam, una ſpecie καθόλου ſimul omnia noſcit ſingularia, per ſe non percipiens ſingularia. Nam neq; ſenſus ſeipſo ſingularia apprehendit, ſed propter obiectorum energeias: ipſe autem per ſe omnium unus & idẽ dicitur ſenſus. Ita quidem experiundo, deprehendimus omnem multitudinem reuocari ad quandam unitatem, ut iam à ſenſu ipſo, καθόλου ratio dependere uideatur. Nã ſenſus non uidetur Calliæ eſſe, quia Callias: aut Socratis, quia Socrates (propter ſenſiones enim, quæ ſunt ſingulares, dicitur eſſe ſingularium) ſed ſenſu uno unũ quid in his multis percipitur: quãdoquidẽ idem multorũ non poſſit dici, niſi quatenus multa una quadam ſpecie communi participant. Vt ſingulares complures homines, ſpecie una & communi hominis: ſingulares multi colores, quia uidelicet aut ſpecie, aut genere aliquid ſunt Vnũ. Quare ut ſenſus eſt communis unus multorum, qua nimirum ratione, multa hæc ſint aliquid Vnum: quid mirum, unam καθόλου notitiam mentis, à ſenſu quatenus communis eſt, & unus multorum, efflorеſcere? Quocirca ſenſus, καθόλου quiddam eſt, reſpectu ſingularum ſenſionum, quo hominem, & non hunc hominem, ut Calliam, percipere nos dicimus: Similitudines enim in ſenſionibus, inſtar quoddam καθόλου, quod mente percipitur, obtinent: nec ſunt omnino

unum

unum ad numerum, quæ hàc ratione percipiuntur, quamuis ſecreta non ſint à ſingularibus: ſed medio quodam ſunt loco inter καθόλου mentis, quæ ſunt cō mune quid παρὰ τὰ καθ' ἕκαστα, & inter καθ' ἕκαστα ſenſionum, quæ ſenſiones prorſus incommunicabiles exiſtunt & ſingulares. Primum illud igitur in paucioribus ἀδιάφορον hoc modo conſtituitur. Deinde in proximis pluribus uenamur idem aliud quoddam καθόλου. Vt Homo, cum brutis proximam habet cōmunitatem: cuius ideam colligimus ſentiendò ſingularia illòrum omnia, ſenſu & motu prædita: quo nimirum idem aliquid ſint hæc omnia inter ſe, & ab alijs tamen omnibus differant. Senſiones ſunt multæ ad numerum, ſed ſenſus unus, unum quid ratione ſimilitudinis, in his multis percipiens: quod unū, καθόλου ratione quadam mens informat, quod ipſum etiam iam ſit aliquid unum παρὰ τὰ πολλά. Procedimus eodē modo ad alia, donec omnia καθόλου ſint ſumpta, & penitùs conſiſtatur in principio partibus omnibus abſoluto: quarum tamen cauſa partium, nihilominus ſit ἀμερὲς αὐτὸ ὄν, & αὐτὸ ἓν principium. Quin etiam quoad principia illa καθόλου, ſenſu & inductione multitudinis conſtituta, à ſingularibus nata, ad ſingularia rurſus prædicando applicantur, indiuidu um eatenus & ἀμερὲς quiddam exiſtùnt: quoniam totum non ſic in omnibus ineſt, ut qua ratione totum in toto; hac partes etiam diuiduè inſint partibus: ſed qua ut totum in omnibus ſimul, ita quoque in partibus ſingulis totum inſit, totum ſcilicet in toto, & qualibet parte totum: qua ratione nimirum deſcribimus ὅλως ὅλον, & ἀμερὲς κατ' οὐσίαν, & non κατὰ στέρησιν, ut στερήσει punctum unū & ἀμερὲς appellamus. Quot modis ἀδιαίρετον quidpiam dicatur, alio loco oſtendimus. Cæterùm καθόλου eſſe quoddam ἀμερὲς ὅλον, ſeu ὅλως ὅλον, & non συνεχὲς ὅλον, docet Ariſtoteles in Metaphyſicis, ſic ſcribens: τὸ μὲν γὰρ καθόλου, καὶ τὸ ὅλως λεγόμενον ὡς ὅλον τι ὄν, οὕτως ἐστὶ καθόλου, ὡς πολλὰ περιέχον τῷ κατηγορεῖσθαι καθ' ἑκάστου, καὶ ἓν ἅπαντα εἶν, ὡς ἕκαστον, οἷον ἄνθρωπον, ἵππον, θεόν, ὅτι ἅπαντα ζῷα. Sic igitur uerba hæc Ariſtotelis. πάλιν ἐν τούτοις ἵσταται, ἕως ἂν τὰ ἀμερῆ στῇ, καὶ τὰ καθόλου, οἷον τοιονδὶ ζῷον, ἕως ζῷον, καὶ ἐν τούτῳ ὡσαύτως, interpretari debemus. Procedendum gradatim à multis, ad unum quoddam καθόλου, quod partium ſuarū cauſa, non ſit diuiduum totum. Quòd ſi reſpectu alterius, illud quoq; καθόλου pars fuerit: ut Animal, reſpectu corporis animati, pars eſt: tātiſper partes eius nos fugiunt, donec uno quodam καθόλου perſtringantur omnes. Non enim quoad ſingula ſunt, ſed quoad ſingula πράγματα unum aliquid ſunt, intelligētia poſſunt & ſolent comprehendi: quod ipſum eſt nimirum αὐτοέκαστον ὂν & ἕν, nullo accidente (in quibus accidentibus habetur etiam Numerus & Multitudo) adulteratum, & penitùs (ut Anaxagoræ uerbo utar) ἀμιγὲς exiſtens. Non tamen, quamuis tale ſit Vnum & Totum, à nobis ſine ſenſu, & numero, & partibus cognoſcitur, propter ruditatem mentis noſtræ: quæ primas, ſine ſenſu ſingularum rerum, nequit comprehēdere notitias: nec unitatem hanc καθόλου, ſine numero, quo τὸ ὄν, τῷ μὴ ὄντι κατακεκερματισμένον eſſe Plato in Sophiſta dixit, ὅτι συμμίγνυται ἀλλήλοις τὰ γένη, καὶ τό, τε ὂν καὶ θάτερον, διὰ πάντων, καὶ δι' ἀλλήλων διεληλυθότα, τὸ μὲν ἕτερον μετασχὸν τοῦ ὄντος. ἔστι μὲν διὰ ταύτην τὴν μέθεξιν, οὐ μὴν ἐκεῖνό γε οὗ μετέσχεν, ἀλλ' ἕτερον. ἕτερον δὲ τοῦ ὄντος ὄν, ἔστι σαφέστατα ἐξ ἀνάγκης εἶν μὴ ὄν· τὸ δὲ ὂν αὖ, θατέρου μετειληφός, ἕτερον τῶν ἄλλων ἂν εἴη γενῶν. ἕτερον δ' ἐκείνων ἁπάντων ὄν, οὐκ ἔστιν ἕκαστον αὐτῶν, οὐδὲ ξύμπαντα τὰ ἄλλα, πλὴν αὐτό. ὥστε τὸ ὂν ἀναμφισβητήτως αὖ μυρία ἐπὶ μυρίοις οὐκ ἔστι. καὶ τ' ἄλλα δὴ καθ' ἕκαστον οὕτω, καὶ ξύμπαντα, πολλαχῇ μὲν ἔστι, πολλαχῇ δ' οὐκ ἔστι. Quoniā ἐκ τῶν ἑτέρων ὄντων, mēte efficiēte, & ſenſu ſubminiſtrāte, cōſtituit αὐτὸ ὂν & νοητόν, ſatis (ut opinor) ex his quę dicta ſunt, poteſt intelligi, qua primùm cognitiōe Mēs noſtra erudiatur, & ſciētiæ principijs in

Metaphy. Δ.

O 2 formetur,

formetur, quum prius his caruiſſet: efficacia licet tamen ipſa non caruerit inſtra, qua faceret, & præterea Anima, habilitate ea qua reciperet in ſe huiuſmodi καθόλου ἰδέας, nō fuerit deſtituta. Atq; hæc ſunt (ut antè diximus) principia principiorum demōſtrationis, non acquiſita, ſed à natura inſita & ingenerata: quanq; (Ariſtotele autore) principiū illud, ἔξωθεν ἀεὶ ἔρχεται, & cōpoſito prius eſt, atque ab eiuſdem compoſiti materia χωριστὸν εἶδος, οὐσίᾳ ὂν ἐνεργείᾳ, ſemetipſo, ſed aliter ſe habens ſubſiſtit. De principiorum demonſtrationis habitu diximus, quibus acquiratur cauſis: de reliquis etiam διανοίας habitibus diſſeramus, quorum ratio diſtinguitur uero & falſo. Alij ſunt enim uoluntatis habitus. Ex his nonnulli ſemper ſunt ueri: alij ſunt, quorum cauſa hallucinari etiam poſſumus. Vt falli poſſumus, nonnunquam opinando, aut interdum ratiocinando. De opinione, quid ſit, alio diximus loco. Ratiocinatio eſt, ſeu λογισμός, quo deliberatur de medijs agendorum aut faciendorum (in quibus plurimum ualet coniectura) uera hæc identidem, & falſa eſſe poteſt. In utroque habitu, irrepit falſitas in notitiam & διάνοιαν, propter ſingularum rerum accidentia quædam: quorum reſpectu, uenire ſub opinionem aut cōſultationem rationes dicuntur. Reliqui duo ſunt habitus, quibus à uero nūquā aberramus: Sciētia nimirum, & Mens ſeu Intellectus. Inchoari & perfici Sciētiam mente, ſæpiſſimè iam diximus: cùm ſit duplex uia Methodi, una uidelicet ad principia, & altera a principijs pergens. Deinde nihil Scientia uerius, eo ipſo unde arceſſit, & eo quo perficitur Sciētia principio. Idipſum Mētē, principium ſcilicet principiorum, eſſe oſtēdimus. Mēte igitur nihil uerius, cùm propter mētem, Sciētia quoq; ſit uera, quę nimirùm διανοίας eſt habitus: ſed prior mētis, id eſt principiorum, ſiue φύσει, ſiue quo ad nos, prior & manifeſtior notitia dicatur. Sunt enim principia demōſtrationum, omnino priora & notiora, ut quibus nulla alia prior ſit ratio. Sciētia uerò quæuis, compoſitum quiddam eſt ex rationibus, & notitijs primis. Quamobrem principiorum quū ſit ratio nulla, ſequitur ut ne ſciētia quidem ſit: & cùm ſciētia uerius nihil ſit (quę nimirum eſt διάνοια quædam) quàm Mens ipſa ſeu νοῦς: ſequitur neceſſariò, ut Mens ſit principiorum. Rem propoſitam ita conſiderantibus, manifeſtum eſt, Demonſtrationis principium non eſſe Demonſtrationem, neque porrò Sciētiæ eſſe Scientiā. Et quū præter ueritatē Sciētię, nullum ſit aliud genus ueritatis, quàm quo mens uerè noſſe principia dicitur: cui dubium ſit, quin principium Scientiæ ſit Mens, ſed hac ratione, qua nimirum eſt principium principiorum? Nam Mens adminiculo ſenſuum, prima hæc νοητὰ architectatur, & principium eſt unum omnium: cùm alioqui aliarum demonſtrationum, alia ſint principia, nec unum & idem ſit omnium. Si ergo Mens, eſt omne principium, ſimiliter ſeſe habebit ratione cuiuſque νοητοῦ πράγματος: ex quouis nimirum, quod ſit δυνάμει νοητὸν, efficiens actu νοητόν. Quandoquidem νοῦς, ſit εἶδος εἰδῶν νοητῶν, atque adeò ſit omnia νοητὰ, quemadmodum ſenſus eſt omnia ſenſilia. Et anima porrò etiam nihil aliud eſt, quàm omnes ſuæ δυνάμεις: quum nihil ſit quod contineat partes animæ, pro eo ut corporis partes dicuntur contineri: quum Anima ſit totum quoddam, undiquaque indiuiduum, Corpus autem diuiduum undiquaque ſit totum. Quare non eodē modo corpus eſt omnes ſuæ partes, quo animam omnes ſuas partes eſſe dicimus. Et quo Animam ſuas δυνάμεις, eodem dicimus etiam Mētem eſſe omnia νοητὰ: & ſeparatam quidem à corpore omnia eſſe νοητὰ, οὐσίᾳ ἐνεργείᾳ, ſed cum corpore iunctam, οὐσίᾳ δυνάμει: qua nimirum poſſit efficere, & qua ſit etiā cauſa animæ, capax omniū νοητῶν εἰδῶν. Ex his quæ dicta ſunt, perſpicuū eſt, quo

pacto

pacto Mens ſit omne, aut etiam omnia νοητά: deinde, qua ratione principium ſit etiam omne, reſpectu δυνάμει νοητῶν: quæ ſuo more πράγματα hoc loco(oppoſita ſcilicet πλάσμασι) appellat Ariſtoteles. Liquet etiam, Mentem principium eſſe minimè (ut Phyſica ſunt principia) cõpoſitum cum alio, ſed ſimpliciſſimum, & capax omnium aliorũ principiorũ: quocirca εὐλογώτατον, ὅτι τοῦτο πρωτογενέστατον, καὶ κύριον κατὰ φύσιν. Sed hæc alterius ſunt Philoſophiæ.

DEMONSTRATIONVM

Liber XV.

SAtis inſtituto operi me iam feciſſe exiſtimarem, & omnino extremam (ut dici ſolet) manum ei imponerem, ſi mihi non facerent negocium quidam parum eruditi, qui exquiſitionem hanc Analyticę doctrinę partim inutilẽ, partim non neceſſariam, ad ueri inquiſitionem, aut iudicium excolendum, arbitrantur eſſe. Quibus ſanè facilè ignoſcerem errantibus, ſi aut ueritatẽ inuentu iudicatuq; putarent omnium rerum facillimam, aut diſſentientium certè inter ſe, & pugnantium rationum, opinionumq; omnes diſciplinas refertas non faterentur. Vtrumque confitentibus, nulla uenia ad ignoſcendum dari poteſt, temerè & arroganter ſubtilitatem huius artis, & ad tenue limatas rationes & diſputationes criminantibus. Nam ſi uerum omnibus in rebus maxima obſcuritate deliteſcit, & perplexis rationibus & cõtrouerſijs magis inuoluitur quàm eruitur: quis non uideat opus eſſe quodam inſtrumento, quo abditum & occultum inueniri poſſit, & quo dubiarum & pugnantium opinionum diuortia, ad certam dirigantur metam ueritatis, ut quæ iam non populari trutina, ſed aurificis quaſi exquiſitiſſima (ut ſic loquar) ſtatera, ſit examinanda. Statera autem hæc eſt, non ipſa quidẽ ullius certæ rei Scientia, ſed uia & ratio quædam ſciendi: quam Ariſtoteles μέθοδον, παιδείαν, τρόπον ἐπιστήμης, appellare ſit ſolitus, eiusq; à ſe tractatã artem, ἀνάλυσιν inſcripſerit: cuius etiã præceptis, ignotas ſcientiæ rationes indagare, perplexas & ambiguas diſſoluere, ueras & conſentaneas colligere, & complexu demonſtrationis, neceſſitate & ſoliditate ſcientiæ, aſtringere ualeremus. Nemo eſt, qui opinans abſurda, nõ uerſimilibus quibuſdam ſuam tueatur opinionem: & quia multa apparent uera eſſe, quæ tamen non ſunt, tot controuerſijs diſtrahi ueritatem, tam uarijs opinionibus eam diuelli, minimè mirũ uideri debet. Ab opinionibus eam uindicat Scientia, cuius conſtituendæ inſtrumentum eſt illud (quod his libris complexi ſumus) Analyticum, ad eruendam & limandam ueritatem aptiſſimum, & omnino neceſſarium. Nam prorſus quidpiam eſſe oportet, quo ſit exploratum, nos ſcire aliquid, & quo aliorum opiniones, tãquam errores quidam, uerè à nobis ſentientibus refellantur. Alioqui (ut Ariſtoteles alicubi inquit) πῶς οὐκ ἄξιον ἀθυμῆσαι τοὺς φιλοσοφεῖν ἐγχειροῦντας; τὸ γὰρ τὰ πετόμενα διώκειν, τὸ ζητεῖν ἂν εἴη τὴν ἀλήθειαν. Quo ſimilius autẽ aliquid uero eſt, quum non ſit uerum, eo fallacius eſt: quoniam diſſimilia facile internoſcũtur. Quid porrò eſt, quo tu mihi oſtendas te rectè ſentire, me autem nõ rectè ſentientem reprehendas, & coarguas erroris? Niſi regulam ueri quandam nôris certiſſimam, & niſi uia quadam & ratione, quæ fallere non poſſit, utare, nullo iure tibi iudicium illud ſumes: cùm aliud ſit dictatoris, aliud diſputa- Metaphy γ.

toris uſurpare officium. Non enim pro ratione, ſi diſputatur, uolũtas eſſe debet. Nam ſi propter ueritatem, non propter autoritatem, ſcriptoribus historiarum credendum eſt: & ob id, ſcribendi ſtudium illud Thucydides ἀγώνισμα debere eſſe ait, & non κτῆμα: quid faciendum in his, quæ non teſtimonij, ſed ſcientiæ fidem requirunt: qua ſublata, omnes præclariſſimas uirtutes cum ueritate coniunctas è uita ſuſtuleris? Nihil ignorantia turpius, nihil erroribus pernicioſius: & Socrati quidem ſi credimus, uitium nihil aliud eſt, quàm inſcientia, quandoquidē ei Virtus ſcientia eſſe uideatur. Non reprehendo, inquis, ſtudium ueritatis & Scientiæ: ſed accuratum & ſubtile illud uitupero, quod propter odium nonnulli noſtri homines, Sophiſticen appellant. Quoniam ut ſordidum eſt (inquiunt) in ſupputationibus, omnia exiliter reuocare ad calculum: ita uidetur illiberale etiam, ſi exquiſitiſſimis rationibus & argumētis omnia perſequare diſputando. Scio ſane Stoicorũ acumen damnari à quibuſdam, ut qui ipſi ſuis interdum ſe pũgant aculeis. Mihi uerò acutus & ſubtilis nequaquam uidetur, qui cõſentaneas rationes non intelligat, aut implicet idipſum, quod argumentis explicare debeat. Imperiti, acumen uocant, nequaquam iſtius artis ſolertiam, qua perſpicuè uerum diſtinguitur à falſo: ſed quo maniſeſtam interdum ueritatem quis, aut falſis inuoluit & implicat, non demonſtrat rationibus, aut fallacibus detorquet & peruertit argumentis ad falſitatem: ut nimirum uera, uideantur falſa eſſe, & quæ falſa, habeãtur pro ueris. Hinc illa ſubtilitatis calumnia, à quibuſdam Sophiſticæ nomine odioſiſſimo damnata: quippe methodi huius ignari homines, acutos eos etiam appellant, qui fuco quodam rationum ineruditis illudunt, & uenditant ſubdolè falſa pro ueris. Alia eſt odij cauſa, quòd reprehendi ſe nolunt, aut indignè ferunt certè, qui ambitioſè ſe profitentur ſcire aliquid, quod tamen ignorent. Obſequium (inquit Comicus) amicos, Veritas odium parit. Et quiſquam' ne tam expers eſt ſenſus communis, quàm ſit moleſtum & odioſum qui neſciat, Auriculas teneras mordaci radere uero? propter odium ueritatis, & demonſtrationis inſcitiam, quæ eſſent ambo in Sophiſtis, magnas iniurias ſe perpeſſum ab indoctis ſæpe conqueritur Galenus. Quippe neceſſariorum & uerorum argumentorum acrimoniam, ferre non poſſunt Sophiſtæ: qui dum uolunt haberi pro ſcientiſſimis, nulla tamen interim præditi ſolida Scientia rerum, ſcientibus inimici & infeſti ſint oportet, ut qui ſoli ipſorum ignorãtiam poſſint coarguere. Notiſſima hæc ſunt quæ diximus, ex Platonicis Dialogis, ferè in omnibus Socrate refellente Sophiſtarum tum inſcitiam, tum arrogantiam, ut neceſſe nõ ſit, de his in præſentia nos plura aut prolixius dicere. Poſſeſſio equidem propria philoſophorum, eſt Scientia, & diligens accurataque
πολιτικῶν γ. ueri inquiſitio: ſiquidē (autore Ariſtotele) τῷ περὶ ἑκάστην μέθοδον φιλοσοφοῦντι, καὶ μὴ μόνον ἀποβλέποντι πρὸς τὸ πράττειν, οἰκεῖόν ἐστι, τὸ μὴ παρορᾶν, μηδέ τι καταλείπειν, ἀλλὰ δηλοῦν τὴν περὶ ἕκαστον ἀλήθειαν. Vera hęc eſt, & genuina Philoſophię ſubtilitas, neque inutilis, neque nõ neceſſaria ad bene & beatè uiuendũ, ut qua ſciēter, & ſine errore, rerum omnium ueritas percipiatur: qua nihil potius uideri debet, cognitione ſcilicet & contemplatione hominibus contentis. Alia eſt Politica rerum notitia: ut quæ prudenter circumſpectans rerum extra nos poſitarum & fortuitarum euentus, in actum quendam ſeſe profert: cuius gubernatrix ſit, uirtus, & in moribus modeſtia. Non eandem tamen rationem in utriſque ἀκριβείας eſſe, in Ethicis autor eſt Ariſtoteles. Philoſophus eorum, quæ aliter ſe habere nunquam poſſunt, contemplator eſt. Politicus, rerum contingentium aliter, & opinabilium, moderator eſt, tanquam gubernator quidem

omnia

omnia referens ad uitam fœliciter, id eſt cum uirtute degendam: ad quam, tan
quam portum quendam, ut poſſit peruenire, ex his rerum humanarum, & af
fectuum quaſi fluctibus, ſummè prudentia nititur. Vterq; conatur ſimilis po-
tius uideri, quàm eſſe, Sophiſta: cùm tamen autore Platone, utroque ſit inferi
or & deterior. Quia de utilitate et neceſſitate ἀκριβείας in pręſentia loquimur,
ex ſtudijs hominum poſſe habitus præſtātiſſimos optimè cognoſci arbitror:
quorum alter uerè cognoſcendis, alter honeſtè agendis rebus definiri ſolet:
illo philoſophum, hoc politicum deſcribimus, perficiente habitu utroq; ho-
minis naturam: qua nimirum mentis, & qua appetitus homo eſt particeps.
Veritas porrò cognitionis rerum, nulla alia ratione oppoſita eſt ruditati, quàm
ἀκριβείᾳ hac, qua docti differunt ab indoctis, quam Sophiſtę oderunt: & quia
ſubtilitate captioſa & fallaci utuntur, odioſam eam idcirco apud uulgus im-
peritum faciunt, quod putat ſe ſubtilitate Philoſophica decipi: cùm potius
propter ruditatem erret ſuam, qua ueram ἀκρίβειαν, à falſa & ficta ſubtilitate
nequit diſcernere. Et ut uulgus, ea quæ dicuntur à Philoſophis, propter ine-
ruditionem nequit aſſequi: ita quæ Sophiſticis tendiculis implicantur, cùm
non poſſit ex ijs ſeſe extricare, haud iniurià dubitat, quí nam ſint ſapientio-
res, aut tanquam æquè fallacem, utrumq; habet ſuſpectum. Sed miſſa faciam
hæc (non enim quid uulgus ſentiat, ſed quomodo uerè ſint internoſcēdi Phi
loſophus, Sophiſta, & Politicus, docere conabimur) ad alia me conferens,
ſcientiæ laudes afferam: quoniam præcedentibus libris, omnem modum &
facultatē, ſeu inſtrumentū acquirēdæ ſciētiæ ſumus cōplexi. Sciētię nomine
celebrantur, & pro ſapientiſſimis habentur, tria hæc genera hominum, pau-
lo antè commemorata. Nos Philoſophum & Politicum uerè ſapere, & intel-
ligentem ſuarum rerum eſſe dicimus: Sophiſtam autem imitatorem utriuſ-
que, neutrius aſſequi perfectionem tamē, utroq; inſcientiorem & deteriorē:
quamuis Sophiſtæ omnium uelint haberi ſapientiſſimi (ut autor eſt Plato *Circa finē libri ſeu dialogi.*
in Euthydemo) qui generoſam illam Sophiſticam profitentur, quando nimi
rum pro Philoſophis & Politicis ſe gerunt & uenditant. Etenim Philoſo-
phi, res ipſas quales ſunt, uerè cognoſcunt & contemplantur: & quoad carū
ueritas eſt immutabilis, nec ſeſe aliter habere poſſunt unquam, ijs nihil eorū,
quæ non ſunt, affingentes. Atque hi ſunt, ut Plato ſcribit, οἱ μὴ πλαστῶς, ἀλλ᾽ ὄν- *Sophiſta.*
τως φιλόσοφοι καθορῶντες ὑψόθεν τὸν τῶν κάτω βίον. Dies me deficiat, ſi perſequi
ſcribendo coner omnia, quæ de moribus & ingenio Philoſophi, apud Plato
nem ſcripta extāt: ſatis in præſentia fuerit, hoc nimirum à nobis intelligi, Phi-
loſophum hoc præſertim profiteri, & in id unicè incumbere, ut uerum cōtem
pletur: quod ipſum non opinione, ſed ſcientia cōſtet, qua nihil diuinius, & me
lius homini contingere poſſit. Alterius generis ſunt res & negocia, quorum
cognitionem Politicus ſibi ſumit, quæ temporibus & uſu quodam diſpēſan-
tur: nec illorum cognitio, ſed actus prudenter cognitorum, ac non mētis, ſed
operis cuiuſdam energeia, qua nimirum finitur etiam Politica fœlicitas, finis
exiſtit. Proinde ut in Philoſophi cōtemplatione, laudatiſſima eſt ἀκρίβεια, ex-
cludens quemuis minimum errorē: ita in politicis actionibus, uſu & experiē
tia rerum ſagaciſſima coniectura, prudentiæ laudem & appellationem obti-
net in nulla re peccantis, aut certè in pauciſſimis: quòd nimirum circa res, for
tunæ & caſibus obnoxias uerſetur. In Sophiſta, utriuſq; uirtus adūbrata quo-
dammodo eſt, nō ſolida cernitur & expreſſa: quare neutrius etiam aſſequitur *Nicomachēων li. et Plato*
præſtantiam, & utroque (ut diximus) eſt inferior, in uulgus tamen uendibi- *in Euthyd.*
liora profitens. Etenim politicus eſſe nequit, autore Ariſtotele, quia rerum

 ciuilium

ciuilium uſu & experientia Sophiſta deſtituitur. Deinde cùm ratione μὴ ὄντων, id eſt συμβεβηκότων, res conſideret Sophiſta, fieri non poteſt ut ad philoſophicam ἀκρίβειαν perueniat, qua cognoſcuntur καθ' αὑτὸ ὄντα, & ὄντα ᾗ ὄντα: quæ nimirum ſunt oppoſita, autore Platone, ὄντως μὴ οὖσι. *In Sophiſta.* Non ergo de reb. loquitur, quoad per ſe, ſed quoad ſecundum accidens aliquid eſſe dicuntur, Sophiſtica: quoniam (autore Ariſtotele) περὶ τὸ συμβεβηκὸς αὕτη μόνη πραγματεύεται. *Metaphy. ε.* διὸ Πλάτων οὐ κακῶς ἔταξε, φήσας τὴν σοφιστικὴν περὶ τὸ μὴ ὂν διατρίβειν. Volui paucis Sophiſticam declarare, & quo differret à Philoſophia & Politica, oſtēdere, propter Sophiſtas noſtri temporis, qui omnem ueri exquiſitiorē, & magis accuratam tractationem, tanquam Sophiſticen odioſè criminātur: cùm tamen ipſi ſint maximè Sophiſtæ appellandi, quum nullis demonſtrationibus freti, ſumptis (ut dicitur) è triuio rationibus, de rebus, quarum difficilima eſt cognitio, diſputare conentur. Atque utinam eximi illa opinio multorum animis poſſet, qua inſimulant Philoſophiam uerām, Sophiſticæ inutilis: quam ſi colerent potius quàm contemnerent, tot rixis, & tam uanis opinionibus diſciplinæ ferè omnes non laborarent. Ignorantia enim τῶν ἀναλυτικῶν, καὶ τρόπου τῆς ἐπιστήμης, pleri que neque reddere, neque accipere ueras rationes poſſumus. Sed nos quod ignoramus ne ignorare uideamur, contemnimus, malumusq; uideri quàm eſſe uerè eruditi: quæ prauitas ne reprehenditur hodie quidem, propter conſenſum multorum, ueram & ueterem philoſophiam ignorantium & aſpernantium. Quotus enim quiſque eſt, qui regulas has Demonſtrationum teneat, aut qui poſſit ijs uti, difficilibus & obſcuriorib. quæſtionibus explicandis? & perinde præcepta hæc, ἀποδεικτικὰ non curantur, atque ſi pro cuiuſque arbitrio, & pro eo ut cuique uideatur, ueritas rerum habeat: *Metaphy. γ.* quod uiſum Anaxagoræ ferunt, οὗ καὶ ἀπόφθεγμα μνημονεύεται πρὸς τῶν ἑταίρων τινὸς, ὅτι τοιαῦτα αὐτοῖς ἔσται τὰ ὄντα, οἷα ἂν ὑπολάβωσι. Primùm in hoc ipſo, quanta diſſenſio eſt, quantum erroris, cùm alijs omnia uidentur eſſe uera, ut Protagoræ: alijs, omnia falſa, ut Heraclito? quo prouocabunt opiniones hæ, ſi non prouocant ad ſubtilitatem Analyticam? quibus opinionibus in dubium etiam uocatur, utrum omnino aliquid intelligamus, utrū ſciri poſſit aliquid. Quo argumento conſtat plurimis uiſum fuiſſe, aut nullam uim mētis in homine, aut fruſtra datam & inſitam eſſe: cui quidem ut diuinæ, quia cōfuſas atomos, in ſpecies rerum ſecreuerit, principatum omnium tribuit Anaxagoras. Tanta uis eſt, & multitudo eorum, quæ turbare & miſcere poſſunt res, quo minus earum cognoſcatur à nobis ueritas, ut etiam minima, & quarum certiſſima uidetur notitia, propter confuſionem eorū quæ accidunt, aut pro ignotis, aut pro falſis habeantur nonnunquam: quo magis uериſimile eſt, a uulgi ſenſu ſemotas res, erroribus opinionū quaſi ſepultas deliteſcere. Alij, propter ſenſum, ueritatis fidem, mentis conceptibus primis illis arrogāt. Alij, quia ſint fallaciſſimi ſenſus, eiſdem iudicium ueri omnino derogant: quod ueteri Academiæ placuiſſe ferunt, nihil uerum exiſtimanti, niſi quod mente & intelligentia perciperetur, etiam ſine ſenſibus. Equidem non ſenſibus, ſed tamen non ſine ſenſibus, eruitur ueritas, quæ ſecretione mentis inclareſcit: qua ſine fuco accidentium, quamque rem, & ſpeciem ipſam per ſe ac ſeparatim Mens ipſa conſiderat. Et hæc ſimpliciter quidem uera ſunt, quæ mente ſola: ſed quę ſenſibus percipiuntur, loci aut temporis cauſa pro ueris numerantur: de quibus aliàs abundè ſatis dictum. Tantis rerum cognoſcēdarum tenebris, ſuam inferens lucem mens noſtra, conſpicuas eas facit & illuſtres, nullum uacillantibus opinionibus, nullum erroribus relinquens locum. Nam cum

ſit eius

ſit eius ἀμιγὴς νόια, & accipere, & facere poteſt omnia uera & ſincera: nec eã latere poteſt quicquam, ſi rite aciem ſuam perſpicaciſſimam confuſis adhibeat. Vt id poſſit, inſtrumento quodam ei eſt opus inuentionis & iudicij: quod ipſum Dialectica eſt, cuius præcipua pars eſt ἀνάλυσις ἀποδείξεως, quam ab Ariſtotele παιδείαν appellari diximus: qua inſtructi & informati, cauſas omnes ueri & falſi perſpectas & cognitas habeamus. Si quid peccat̃ in opinionibus, ἀπαιδευσία in cauſa eſt, & methodi ignorantia: quam toties exprobramus neſcientibus aut inſcientibus, quoties errores illorum refellimus, ut eos qui ſine inſtrumento illo, ueritatẽ tractare & explicare ſint aggreſſi: exiſtimemus omnino, in lubrico errorum poſitos, huius artis ignorantia non potuiſſe peruenire ad ſcientiam rerum. Præpoſtere igitur faciunt, qui prius diſputare de rebus conantur, quàm diſputandi & ſciendi modum didicerint: in ueteribus id Philoſophis maxime reprehendẽre Ariſtotele, quum ita ſcribit: ὅσα δ' ἐγχειροῦσι τῶν λεγόντων τινὲς περὶ τῆς ἀληθείας, ὃν τρόπον δεῖ ἀποδέχεσθαι, δι' ἀπαιδευσίαν τῶν ἀναλυτικῶν τοῦτο δρῶσι. δεῖ γὰρ περὶ τούτων προεπισταμένους, ἀλλὰ μὴ ἀκούοντας ζητεῖν. Metaphy. γ. Cæterùm quanto cum periculo multa neſciantur, neminẽ fugit. Quòd ſi maximi refert, iſta ſciri: cui dubium ſit, quin diuiniſſima hæc ſit diſciplina & eruditio, qua inueſtigari uera hæc, & qua ſciri poſſunt? Ac de ſacris, & ad ſalutẽ animarum noſtrarum pertinentibus, ut primùm dicam, nónne ueritas religionis ſcientia nititur? Sed eius ſcientiæ, quàm ſint multi ignari, oſtendunt innumeræ propemodum hæreſes, ſuperſtitiones, idolomaniæ, quas omnes inſciẽtia uerbi diuini peperit, tanquam ὕδρα σοφιστρία πολυκέφαλος (ut uerbis utar Platonis) In Euthydemo. cuius amputato uno ſciẽtiæ capite, innumera alia, ſed inſcientiæ, ſuppullulãt. Ita quãdo ſemel diſceſſum eſt à uera uerbi Dei notitia, multicipiti ignorãtia aberrat̃ à uerò, quod ſuo capite & ſenſu quiſque tuet̃ & propugnat: quod ipſum πολυκέφαλος hæc hydra ſignificat apud Platonem, uarijs opinionum erroribus multiceps ſcilicet Sophiſtica, quarum nulla non præſtigijs ſimilitudinis ueri nobis imponat, & nos decipiat. In hac tanta imbecillitate ingeniorum noſtrorum, & tam uarijs opinionum erroribus irretiti, non à natura, ſed ab arte quadam petendum conſilium, quo minus nos falli contingat: & ad inueſtigandum uerum, quo plus habeamus ſubſidij, modus ſciendi prius perdiſcendus, quàm tractatio ſcientiæ à nobis ſuſcipiatur ullius. Ac ne lõgius exempla petantur, obuia quæque in ſingulis profeſſionibus attingemus. Primumque in omni Philoſophia, quãtum quæſo refert, methodo, an ἀμεθόδως aliquid tractetur? Methodus autem eſt, ut ordine, & congruentibus principijs omnia demonſtrentur: & ea ſcilicet eſt Ars, cuius qui ſcientia præditus eſt, autore Cicerone, ex ijs rebus quarum Ars nondum ſit, Artem efficere De Oratore poſſit. Hac fretus non modò conſtituit uniuerſas Philoſophiæ diſciplinas, lib. 1. uerumetiam ueterum erroribus deprauatas correxit, & in ordinem redegit Ariſtoteles. Eius Methodi nullus ex philoſophis eſt obſeruantior, quamobrem nullus eo fuit etiam ſcientior, & inueniendo, iudicandoque uero exquiſitior, cuius & ἀνάλυσις ab eodem perfectiſſime tradita, & artis uſus, exemplis philoſophiæ ipſius eſt manifeſtiſſima. Indagandis rerum naturalium cauſis, & totius naturæ explicatione perſpicaciſſimus: nec ſolùm tuendis ueris, ac propugnandis ſolers, ſed refellendis etiam, & confutandis falſis opinionibus acerrimus diſputator. Monſtrauit itaque nobis uiam diuinus Ariſtoteles, qua inceditur ad ſcientiam rerum, & qua cognoſcitur etiam, qui finis ſit hominis, & quod nam ſummum ipſius bonum: de quo etiam alij ſenſere aliter, propter ignorantiam Methodi, qua procedẽdum monet in Ethicis, ne

uidelicet

uidelicet falſis cõſtitutis principijs, hallucinemur. Sacris proinde libris cùm erudiamur, ut æternæ fœlicitatis queamus eſſe compotes, quarũ autor & interpres etiam eſt Spiritus ſanctus, ueritatis certiſſimus teſtis à condito mundo: idem non uult certè ut in his ſcriptis nullam ſciẽtiæ rationem ineſſe exiſtimemus. Neque enim nulla eius cœleſtis doctrinæ ſunt rudimẽta: & loquitur D. Paulus etiam ſcientiam inter perfectos, & hortatur, ut ἀκριβῶς omnia excutiamus, quæ ad myſterium ſalutis noſtræ pertineant: ut ſcilicet norimus, quæ ſit latitudo, & longitudo, & ſublimitas: cognoſcereq; præcipit prgeminẽ-
Epheſ. 3. tem cognitionis dilectionem Chriſti, ut impleamur in omnem plenitudinẽ Dei.

Sed omiſſis illis, ad legum & iuris interpretes nos conferamus: qui certè uel maximè debẽt artis Dialecticæ peritia pollere, ſiquidem pro Philoſophis politicis ſeſe uenditant: quod niſi fecerint, opinione ſua falluntur, & pro Sophiſtis Sophiſtarum (autore Platone) numerandi erunt. Ab eodem non fruſtra dictum illud uſurpatur, tum demum beatas fore res publicas, ſi aut Philoſophi imperent, aut qui imperant, philoſophentur. Veri porrò cùm ſit inueſtigatrix Dialectica, abeſſe à Philoſophia ipſa nunquã poteſt: quòd ſi Philoſophi ſunt etiã politici quidã, expertes huius artis eſſe nequaquam poſſunt, qua nimirum diſtinguitur accuratiſſimè ue

tum à

rum à falſo. Iuris autem peritum non modò intelligentem ueri eſſe oportet, ſed etiam à fraude alienum,& uirum bonum:in quo & facultas inſit,& uolũtas, iuſtè & prudenter agendi & uiuẽdi. Alioqui ſciẽtia erit iuris in animo peruerſo & improbo, tanquam gladius in manu furioſi. Inſcitia autem Dialecticæ, in primis litigioſum facit ius, & tot tamq; uarijs opinionibus intricatum, ut hodie non ſcientia, ſed quoddam pelagus opinionum eſſe uideatur, in quo plurimùm ratio boni & æqui, propter imperitiam noſtræ artis, periclitari ſoleat. Quis autem pro Sophiſtis Sophiſtarum non habeat illos, qui ſutelis legum id conſequi poſſe ſe gloriãtur, ut ius pro iniuria, & iniuriã pro iure queant defendere? A gubernaculis rerum politicarũ detrahit tales, Plato in ſuo Politico: ὡς οὐκ ὄντας πολιτικούς, ἀλλὰ στασιαστικούς, καὶ εἰδώλων μεγίστων προστάτας ὄντας, καὶ αὐτοὺς εἶναι τοιούτους, μεγίστους δὲ ὄντας μιμητὰς, καὶ γόητας μεγίστους, γίγνεσθαι τῶν Σοφιστῶν σοφιστάς. Σω. κινδυνεύει τοῦτο εἰς τοὺς πολιτικοὺς λεγομένους περιεστράφθαι τὸ ῥῆμα ὀρθότατα. Quanquam nonnullis tota profeſſio iuris, non Scientia, ſed opinio quædã eſſe uideatur: quòd nimirũ ſit mutabiliũ, & quæ tẽporis gratia aliter ſe poſſint habere. Equidẽ nõ inficias eo, quin opinabiles ſint res, quæ prudẽtia adminiſtrãtur, quemadmodũ & illæ, quarũ eſt effectio: cõſiderãtur enĩ, quatenus motionibus ſunt obnoxiæ. At nihilominus communes quædã earum ſunt rationes, ſemperq; ueræ: propter quas & prudẽtia Ciuilis, & Ars, genere Scientiæ participant: nec ſimpliciter ἐπιστῆμαι, ſed ποιητικαὶ aut πρακτικαὶ dicũtur ἐπιστῆμαι, quia uidelicet finẽ habeãt aliũ quàm ueri contemplationẽ. Qua methodo autem poſſint doceri, monet Ariſtoteles in principio Ethicorum: de qua dictum alias fuit. Nam neque de omnibus poteſt percipi (cùm ſint infinita) nec eſt ferè quicquam, quod cum alio iunctum, limitationẽ aut exceptionem nõ patiatur. Vt quamuis omne, quod clàm palam ue inuito ſurripitur domino, ſit furtum: tamen ſi id iuſſu fiat Dei aut Magiſtratus, furtum non erit: ut cùm ſub ſpecie mutui, Iſrael ſpoliauit Ægyptum, furtum certè nõ commiſit. Ex quo perſpicitur, quo pacto circũſtantia (ut uulgò dicunt) mutet facti ſpeciem: quas omnes præceptis & rationibus comprehendere, propter infinitatem, nullo modo ualeamus: & quatenus etiam ſunt quædam quę comprehendi poſſunt, accuratio tamen in ijs tanta non eſt, nec tam exquiſitè ſunt uera illa, quin pro tempore & loco, nonnunquam aliter comparata eſſe poſſint. De ciuili ſcientia, quomodo ſit accommodata ad res & negocia, quæ poſſunt aliter ſe habere, præclara multa ſcribit Plato in Politico: quæ non putaui altius repetenda, propterea quòd ex ipſo autore poſſunt hæc commodius cognoſci. Quod ad doctrinam talium rerum attinet, diſci hæc perfectè nequeunt ſine experientia, nec laudantur, qui tantum ex commentarijs ſapiunt: quoniam (autore Ariſtotele) οὐ γὰρ φαίνονται, οὐδ᾽ ἰατρικοὶ ἐκ τῶν συγγραμμάτων γίνεσθαι. & eruditè Galenus noſter dixit: ἐκ βιβλίου δὲ μήτε κυβερνήτην τινὰ γιγνόμενον οὐδὲν ἰδεῖν, μήτε ἄλλης τέχνης ἐργάτην. ὑπομνήματα γὰρ ἐστι ταῦτα τῶν προμεμαθηκότων, οὐ διδασκαλία τελεία τῶν ἀγνοούντων. Dicuntur eo iſta à me, ut quæ differentia inter Methodos ſit, intelligamus: quum non eãdem, omnia quæ docentur, tractari & explicari oporteat Methodo. Venio nũc ad fontes legũ atq; iuſticiæ ciuilis, qui nihil aliud ſunt, quàm ſempiterna & immutabilis quædam ratio, ad quam, tãquam ad principiũ, reuocari ſolent omniũ temporum, locorum, rerum & perſonarum iura: quę mutari conſueuerũt, ut nihilominus in hoc immutabilis iuſticiæ, quaſi cardine uerſentur. Prima igitur ratio hæc, ueritati & naturæ maximè conſentanea ſit oportet (quæ ſolet explicari duntaxat à Philoſophis) hoc loco tractãda & explicanda non eſt: ſatisq; eſt, eſſe aliquam

Ethic. Nico. μ. k.

περὶ τροφῶν δυνάμεως α.

aliquam, intelligi, ſiquidem iuris ſcĩetia quædam eſſe uideatur: quæ nulla põſ ſit eſſe ſine principijs, quorum ueritas ſit notiſſima, & immurabilis tamẽ mutabilibus applicet rebus & negocijs. Perſpicacitas tamẽ humani ingenij tanta non eſt, ut uidere in omnibus ſuprema rationem æquitatis ualeat, quæ ſoli Deo nota eſt: ut coniectura potius & opinio, qualiſcunque hæc legum & iuris cognitio, quàm Scientia poſſit appellari: eaq; ſi abſit calliditas, non malè gubernari Reſpublicas ſit confidendum. Quippe (autore Cicerone) nos ueri iuris, germanæq; iuſtitiæ ſolidam & expreſſam effigiem nullam tenemus, umbra & imaginibus utimur: eas ipſas (inquit) utinam ſequeremur. ferũtur enim ex optimis naturæ & ueritatis exẽplis. Legibus porrò ſcriptis, Iuris profeſſores, tanquam principijs utuntur: in quibus primùm conſideranda ucra et ſincera interpretatio. Deinde ad caſus rerum & negociorum conſenranea requiritur applicatio, ἐπιείκειαν in omnibus ſpectando, ſi quid deſit legibus, & prudẽtiam adhibendo, qua ſemper ex deterioribus, fiant ciues meliores. Nomine Artis, cognitionẽ hanc, & nõ Scientiæ, celebrat Plato in Politico: quoniam inutiles ſint leges, ſi quando his legitimè non utamur: quemadmodum nec præcepta Medicorum, ſi non ritè applicentur corporibus ſanandis: ὅτι ἀδύνατον εὖ ἔχειν πρὸς τὰ μηδέποτε ἁπλᾶ, τὸ διαπαντὸς γιγνόμενον ἁπλοῦν. Nota eſt comparatio apud eundem, qua Politicam artem comparat Gubernatorię, ad hunc ſcribens modũ: τοῦτον δὴ καὶ περὶ ταῦτα τὸν ὅρον εἶναι τὸν ἀληθινώτατον ὀρθῆς πόλεως διοικήσεως, ὃν ὁ σοφὸς καὶ ἀγαθὸς ἀνὴρ διοικήσει, τὸ τῶν ἀρχομένων, ὥσπερ ὁ κυβερνήτης τὸ τῆς νεὼς, καὶ ναυτῶν ἀεὶ ξυμφέρον παραφυλάττων, οὐ γράμματα τιθεὶς, ἀλλὰ τὴν τέχνην, νόμον παρεχόμενος, σώζει τοὺς συνναύτας, οὕτω καὶ κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον τοῦτον, παρὰ τῶν οὕτως ἄρχειν δυναμένων, ὀρθὴ γίγνοιτ' ἂν πολιτεία, τὴν τῆς τέχνης ῥώμην τῶν νόμων παρεχομένων κρείττω, καὶ πάντα ποιοῦσι τοῖς ἔμφροσιν ἄρχουσιν; οὐκ ἔστιν ἁμάρτημα, μέχριπερ ἂν ἓν μέγα φυλάττωσι, τὸ μετὰ νοῦ καὶ τέχνης δικαιότατον ἀεὶ διανέμοντες τοῖς ἐν τῇ πόλει σώζειν τε αὐτοὺς, οἷοί τε ὦσι καὶ ἀμείνους ἐκ τῶν χειρόνων ἀποτελεῖν κατὰ τὸ δυνατόν. Hactenus de prudenti coniectura, qua gubernari oportet Rempublicam, & quæ magis conſtet ἐμπειρίᾳ, quàm ἀποδείξει, & cui non minor fides ſit adhibenda quàm ἀποδείξει, ſatis ſuperq; diximus. Ex his liquet, nec difficile etiam eſt iudicare, utrum diſciplina hæc iuris, Sophiſtica ſit appellanda: quę ſolet captioſis legum ſutelis pro iure iniuriam, & iniuriam defendere tanquam ius: & an Sophiſtæ Sophiſtarum hi ſint exiſtimandi, qui perpetuò inhiantes honoribus & pecunijs, malitioſè peruertunt iura, ex luce facientes tenebras, & ex tenebris lucem: an uerò debeat uideri legitima iuris & æquitatis ſcĩetia, qua cuique quod ſuum eſt tribuitur, & qua ex deterioribus fiant meliores ciues: quibus nimirum finibus, Politicam ſcientiam Plato definiuit, qua nulla eſt (excepta Theologia uera) præclarior, nulla tamen rarior & infrequentior uirtus. Accedo nũc ad Medicam profeſſionem, quam ſine Dialectica arte nõ poſſe ritè addiſci, multis in locis teſtatur Galenus, reprehendens in plurimis Medicæ artis ſcriptoribus, Demonſtrationis & Analyticæ doctrinæ ignorãtiam, cuius tamen ſtudioſiſſimum ſe ſemper fuiſſe fateatur. Reprehendit multorum errores Galenus, quorum cauſas errorum huius artis inſtrumento deprehendit: cuius ſi fuiſſet expers, nullo modo tam præclarè fundatam & cõſtitutam artem, poſteritati ſcriptis mandatã reliquiſſet. Nonnulla tamen eius eruditiſſimè ſcripta, quidam ex recentioribus nimio contradicendi ſtudio in cenſus, refellere conatur, argumentis quidem in ſpeciem uerіſimilibus, ſed reuera falſis, & quę ἀκρίβειαν ἀναλυτικὴν nequaquã redoleant. Nomini parco, & uir eſt alioqui eruditus, & acri ingenio præditus, ſed non perinde demon-

ſtrationum intelligens. Quædam ipſius iniuſtè reprehenſa commemorabo, quib. admoneãtur lectores, ne ſine iudicio quęlibet ſcripta legãt, aut temerè pronuncient, & prius ſe pręceptis Analyticæ inſtruant, quàm ad diſputandũ aut iudicandum accedant. Morbi definitionem à Galeno propoſitam, multis reprehendit nominibus. primùm, quòd genere διαθέσεως ipſum definiat: deinde, non neceſſariam addi differentiam, qua dicatur impediens actionum. Tum non ritè etiam additam, primò, particulam. Primæ reprehenſionis argumentum illud eſt, quia uidelicet homonymo diatheſeos uocabulo utarᷣ. Quoad enim eo ſit uſus Galenus, in libro de Differentijs ſymptomatum, ſignificari ἕξιν & permanens quiddam, abſque cauſa efficiente: qua ſignificatione etiam diſtinguat Morbum, contra πάθος ſeu πάθημα: ex quo genere ſit etiam Fiens morbus, ab effectrice cauſa dependẽs, nec abſolutè factus: ex quo numero ſunt etiã, qui per συμπάθειαν exiſtũt. Verùm idem Galenus, definiẽs Morbum in ſecundo libro Methodi: Vocabulo, inquit, διαθέσεως utitur, comprehendente etiam Fientem, & umbratilem morbum: ſic enim γινόμενα νοσήματα ſolitus fuit appellare Archigenes. Contra Methodicos enim diſputans, nõ requiri ad rationem morbi ait Galenus, ut ſit μόνιμον aut ἐπίμονον quiddã, morbumq́; eſſe, qui uel momento impediat actionem. Hæc parum uerè & conſentaneè dicta a Galeno opinatur, & parum etiam conſtanter, ut qui non eadem ſignificatione διαθέσεως uocabulo ſit uſus, definiens Morbũ. Ei reſpondemus pro Galeno, ut διαθέσεως, ita quoq; morbi uoculam uſurpari biſariam: generatim ſcilicet, & in ſpecie. Ariſtoteles in genere Qualitatis, διάθεσιν ut genus, diuidit in ἕξιν: & aliam inſtabilem acquiſitam qualitatem, quam uocabulo generis, διάθεσιν nominat. Nam ſæpe ὁμωνύμως, ſpecies & genus eodem nomine exprimuntur. Eodem modo diuidit Morbum etiam Galenus, in Factum & Fientem. Definitur quoad uocabulum generis eſt, in ſecundo libro Methodi. Sed quatenus ſpecies. & quoad diſtinguitᷣ cõtra πάθημα, ut oppoſitã ſpeciẽ, definitur in libro de Differẽtijs ſymptomatum. Ex quo perſpicitur, Galenum utroq; loco, non eadem ratione & ſignificatione propoſuiſſe definitionem morbi. Vituperat idem, quòd cauſas etiam cõtra naturam, quibus fiant morbi, διαθέσεις appellet. Etenim quicquid efficit, neceſſe eſt ut afficiat quoque rem patientem quadam διαθέσει, gratia cuius ſit particeps cuiuſdam effectus. Quæ διάθεσις, non eſt ſimpliciter motus, ſed qualis quidam motus: nempe motus apparans ſubiectum, ut particeps ſit perfectè cuiuſdam διαθέσεως, qua contra naturam ſe habere dicatur. Omne enim accidens, διάθεσις eſt: quod ſic conſideratur, ut eius cauſa, ſubiecto aliud ineſſe poſſit. Ita triãgulum, ſi ipſum per ſe conſiderertᷣ, in Quãtitate eſt: ſi quoad terminat corpus, in Qualitate. Haud longè ſecus, calidum, frigidum, cùm alioqui ſint in genere patibilium Qualitatum: nihilominus quoad corpus noſtrum horum cauſa eſt συμβαλλον, pro diatheſibus numerantur ab Ariſtotele. Sic lapis in ueſica, cauſa eſt coniuncta morbi ueſicæ, qui dicitur numerus contra naturam: non ratione qua eſt lapis & ſubſtantia, ſed qua eſt Alicubi: quod ipſum Vbi eſſe, iã diatheſeos habeat appellationem, cùm ſit quale quiddam, ratione qua eſt efficiens cauſa morbi, nempe continens. Quę ſi intellexiſſet cauillator ille Galeni, haudquaquam iam facilè omnia hæc quæ commemoramus, reprehenderet. Vberius expoſita ſunt, quæ pertinent ad uocabulum διαθέσεως, in libello noſtro de Cauſa Continente: qui uolet, inde poterit iſta requirere, quæ ualde litigioſa facit hodie Dialecticę uerę ignorantia. Sępe hoc dico, ſemperq́; dicam, me nihil magis requirere in noſtrorum hominũ diſputationibus, quàm Dia-

lecticæ

lecticę cognitionem: cuius plerique ignari, & rudimentorum etiam inſcij, cõfuſiſſime & contentioſiſſime de omnibus rebus diſſerunt, quæ ueniunt in cõtrouerſiam. Qua igitur cauſa, primitiua (ut uocant) uel qua cauſa antecedẽs, ratione motionis, accidunt ægrotaturo corpori: abſurdum nõ eſt, motionem hanc, διάθεσιν appellari, nempe qualitatem quandam, gratia cuius corpus ſit εὐμετάβλητον in diſpoſitionem contra naturam. Quamobrem cauſa etiã morbi, quatenus accidit corpori, διάθεσις quædam erit. Rurſus huic definitioni, alio quodam inſultat argumento, quum morbus dicitur impedire actionem: quia uidelicet morbus non tantum huius, ſed etiam aliorum ſymptomatum, duorum generum, ſit cauſa, nempe contentorum & excretorum, & prętere a διαθέσεων contra naturam ſub ſenſum uenientium. Quamobrem unum tantum poſuiſſe ſymptoma Galenum, quum reliqua etiam debuiſſet ponere. Reſpondemus, reliqua duo ſymptomata, per ſe non eſſe, niſi quoad impeditę actionis ſint effectus. Alioqui excreta etiam contra naturam multa ſunt, ipſa per ſe, ſpecie praua: quæ tamen ſymptomatica non ſunt, quoad ualẽte natura excernuntur. Quatenus autem impeditam actionem ſequuntur, eiusq́ ſigna ſunt, pro ſymptomatibus habentur: ſed tamen ſic, ut reſpectu illorũ, uocabulum ſymptomatis, ſecundum prius & poſterius (ut ſunt πρὸς ἓν ſignificãtia) uſurpetur, & principaliter læſam actionem, minus principaliter alia quę fiunt à morbo ſignificet ſymptomata. Tertium eſt quod reprehendit, nempe uocabulum, primò, non conuenienter additum: quia ſcilicet morbus, non primò actionem, ſed facultatem impediat: qua impedita, actio quoque impeditur. Facultas nihil aliud eſt, quàm ſubſtantia partium animatarum, quæ ſanitatis habitu, tanquam perfectione & forma quadam ſolet actiones ſuas exercere. Et abolita quidem facultate, non modò actio, ſed etiam potentia agendi, & uita ipſa perimitur partis. Deſinente actione, ob id neq; ſanitas, neq; facultas deſinũt. Sed priuatione ſanitatis, incolumi facultate, impedit̃ actio. Quo igitur agimus, duplex eſt. Vnum, quod inſtat formę & ἐντελεχείας: alterũ, quod rationem ſubiecti & δυνάμεως obtinet. Sanitas, forma eſt: potentia ſeu facultas, rationem habet ſubiecti & materiæ. Nam abſq; ſanitate, ſecundum naturam, nulla eſt facultatis energeia. Quare ἄμεσος cauſa eſt, ſanitas, ἐνεργειῶν animalis ſecundum naturam habẽtium. Quòd ſi affirmatio, per ſe cauſa eſt affirmationis: negatio, per ſe cauſa erit negationis: nẽpe morbus, per ſe & primò cauſa erit impeditæ actionis. Cæterùm in omnibus, ratione actionis, Forma ſeu ἐντελέχεια præſtat ſubiecto, ut anima corpori, Sanitas huic facultati quã perficit: ſunt enim ἐνέργειαι, τ̃ δεκτικοῦ. δοκεῖ γὰρ ἐν τῷ πάσχοντι, καὶ διατιθεμένῳ ἡ τ̃ ποιητικῶν ὑπάρχειν ἐνέργεια. Ergo potior cauſa actionũ eſt Anima quàm corpus, & ſecundum naturam actionum, magis ſanitas quàm facultas: nec ſanitas facultate, ſed facultas ſanitate ſecundum naturam exercet actiones: cõtrà quàm uidetur definitionis morbi, quæ eſt apud Galenum, reprehenſori: quæ conſiderantem, abſtinere à reprehenſione eius oportuit. Multa ipſius prætereo iniuſtè & ſophiſticè reprehenſa: non enim contra quenquã hoc libro ſcribere aut diſputare inſtitui, tantum admonendi gratia, ut uidelicet non erudíti in Analyticis abſtineamus à temeritate defendendi noua dogmata: qua maximè admonitione, noſtræ ætatis homines indigent, ambitione cæci, temeritate præcipites. Sed intelligentibus, utrumq; permiſſum eſt: quum & in quò erratũ ſit, ipſi norint, & pro falſis opiniõibus, uera legitimè tueri poſſint dogmata. Odioſum profectò eſt, uel reprehendere alios, uel quod uerum ſit, apud quoslibet propugnare: utrumque etiam difficile, quoniam utrumq; ma-

Vnum principale eſt ſymptoma, nempe læſa actio. Reliqua duo genera, relatione ad hoc principale intelliguntur.

περὶ ψυχῆς β.

gnum requirit uſum artis noſtræ, excellentemq́; præterea notitiam eius ſcientiæ, in qua errores refellere, aut quę uera ſint & cõſentanea, probare & demõſtrare conſtitueris. Quòd ſi qui reperiantur clari eruditione uiri, qui demonſtrando quidpiam, fuerint hallucinati, ijs propter autoritatem & famam parcendum non eſt, nec ij correctionem erroris moleſtè ferre debent: quũ ut uerè ſentiamus, & alienos, & amicos, & nos ipſos deniq; à uerò aberrãtes, de errore admonere & reprehendere debeamus. Quoties & quàm argutè, præceptorem ſuum Platonẽ Ariſtoteles reprehendit? quam ſtudioſè ſemper diſputat contra ueteres philoſophos, nec aliqua tamen acerbitate uerborum (ut noſtri ſolẽt) in eos inuehitur? Quòd ſi ex nõnullorũ noſtræ ætatis hominũ libellis maledicta & conuitia (quibus præſertim argumentãtur) detraxeris, parum reliqui erit, quod ad cognitionem rei cuius explicatio ſuſcipitur, pertinear: et in his ipſis nec refellendi aliena, nec probãdi ſua methodus ulla a quibuſdam obſeruatur Analytica. Sed omittamus noſtros, nec moribus, nec ingenio ueteribus ſimiles: & exempli cauſa, Galeni quædam proponamus, partim falſæ reprehenſionis, partim non ueræ demonſtrationis irritos conatus: quibus admoneantur lectores, non niſi accuratiſſimè penſitatis rationibus, aut refellenda falſa, aut quæ uideantur uera eſſe, probanda & demonſtranda ἀναλύσει noſtrę congruentibus rationibus, & argumẽtis firmiſſimis, niſi noſmetipſos, atque alios etiam fallere uelimus. Pro exemplo demonſtrationis, libro decimotertio ſuorum περὶ ἀποδείξεως commentariorum, proponit Galenus modum Viſionis illum, quo cenſet, aſpectu rerum non extrinſecus affici oculos aſpectabilium rerum formis & coloribus, ſed ſpiritum animalem per neruum opticum influẽtem in oculos, penetrare ſua qualitate (finitima qualitati luminis) per omne ſpacium actu pellucidum, quo pellucido corpore, tanquam inſtrumento quodam, attingens colluſtret & apprehendat ſua energeia, res aſpectabiles. Modum autem uiſionis, quem tradit Ariſtoteles, multis argumentis conatur ut falſum oſtẽdere. Non poſſe autem fieri nequit, ut per tam anguſtum pupillæ foramen, tanta & tam ampla ſpecies rerum aſpectabilium ingrediatur: & receptum, omnino quantitati recipientis eſſe ἰσομεγέθη, quod ſenſu etiam communi ſit notiſſimum. Deinde diffundi quidem per corpus actu pellucidum, ratione luminis, colorem, quo nihil ſit magis uernaculum ſubiectũ repræſentandis coloribus: ſed quamuis ſpecies colorum in oculum per pupillam, utpote pellucidam etiam, penetrare poſſit, non poſſe tamẽ ſubire per eandem pupillam, ſpeciem diſtantię, item poſitus, item figurarum, nec non magnitudinis: quæ tamen omnia uidendo ſint conſpicua, ſimul cum rebus coloratis. Non enim ut à coloribus pellucidum, itidem ab his quæ color non ſunt, ſed alterius generis accidentia, alterari ſenſus poſſe cẽſet. Atq; idem in ſenſu oculorum uſuuenire, quod in reliquis ſenſibus, quibus contingat nos ſpecies ſenſiles percipere, ut interim non percipiamus reliqua paulo antè dicta accidentia. Non enim ut ſonum, ita figuram etiam, diſtantiam & magnitudinem ſonantis corporis percipi: idem ſentiẽdum de reliquis exiſtimat. Quinetiam quæ per infractionem politorum cõſpiciantur, non infractas figuras, ſed colores tantum per infractionem diffundi. Non enim eandem ſpeciem figuræ aut magnitudinis eſſe infractæ & non infractæ: ut ſi baculus appareat intra aquam, infracta eius ſpecies apparet: extra aquam, non itẽ apparebit. Quærit ex Ariſtotele, atq; his qui defendũt ſententiam Ariſtotelis, quo nam pacto poſſint aerem alterare forma ſeu figura, diſtãtia, magnitudo, poſitus? quum ſpecies illæ non poſſint ingredi per foramen pupillę, & pellucidum

pellucidum ſolo colore alteretur, non etiam quantitate colorati. Præterea reprehendit eũdem quaſi præuaricationis cuiuſdam, ut qui in Metheoris diſputans de Iride, nihil referre dicat, ſiue φαινόμενον illud extrinſecus in oculos penetrantibus radijs, ſiue extra oculos radijs quibuſdam peruenientibus ad rẽ uiſam apparere dixerimus. Dixiſſe enim illud Ariſtotelem, quaſi diffidentem ſuę hypotheſi. Poſtremò explicans Galenus ſuam ſententiam, eam his defendit rationibus. Primùm ponit carnem uniuerſam, ui ſentiendi eſſe præditam, quoad per eam qualitas animalis ſpiritus, inſtrumẽto neruorum diffundatur. Deinde in oculis, animalem ſpiritum multum incluſum ſuapte natura αὐγοειδῆ, propter cognitionem naturæ luminis, quo extrinſecus aer illuſtratͣ, & coloribus alteratur, diffundi ratione qualitatis ſuæ, in aere pellucente, & tanquam natiuo inſtrumento, uti ipſo pellucido ad uidendum: quo aere ſic oculus ſit αἰσθητικὸς eorum quæ paulo antè diximus, unà cum coloribus, accidentium, quemadmodum caro tactiles qualitates ſentiat, propter qualitatem animalem in ipſa propter neruos diffuſam. Inſtar enim neruorum, eſſe pellucidum aerem, in quo αὐγοειδὲς illud πνεῦμα ſit diffuſum: eodem modo, quo pellucens potentia corpus ſit inſtrumentum naturale lucis, luminis qualitate in eo ſe diffundentis. Quamobrem oculum eſſe αἰσθητικὸν, hanc qualitatem αὐγοειδῆ ſuam ad rem aſpectabilem diffundendo: non autem quoad intra pupillã ſpecies tales ſubeant unà cum coloribus, ſed quoad luminis ſui qualitatẽ coniungat extrinſecus cum pellucido aere, & ſitum, & figuram, & ſimilia horum conſpicua fieri. Hanc ſentẽtiam paulo planius expoſuit libro primo commẽtariorum, particula 24. Prognoſticorum. Eius uerba ſic habent: διαδίδοται δ' ὅτι διὰ τούτου τοῦ ὑγροῦ (ὃ μεταξὺ ἐστὶ τοῦ κρυσταλλοειδοῦς, καὶ τῆς κόρης) φέρεται τὸ πνεῦμα ἐπὶ τὸ τῆς κόρης τρῆμα, πρὸς τὸν ἀέρα ἐκτὸς, συμπαγὲς αὐτῷ γινόμενον, ἀλλὰ καὶ ὅτι τούτῳ τῷ ἀέρι συμφυτευθέντι χρῆται, καθάπερ ὀργάνῳ συμφύτῳ τοιούτῳ τὴν δύναμιν ὄντι, ὁποῖον ἐν τῷ σώματι τὸ νεῦρον ἐστὶν· ὡς οὖν διὰ τοῦ νεύρου τῶν ἐπὶ τὸν δάκτυλον, εἰ τύχοι τοῦ ποδὸς, αἰσθάνεται παθημάτων ὁ ἐγκέφαλος, οὕτω καὶ διὰ τοῦ πέριξ ἀέρος, τῶν ἐκτὸς ὑποκειμένων ὁρατῶν, ὅσον γε σύμμετρον ἀφέστηκεν αὐτοῦ. Recitauimus ſententiam, & rationes Galeni, quibus ſtatuit, uiſionis enérgían, non receptu intra pupillam formarum, ſed exitu quodam αὐγοειδοῦς qualitatis attingente pellucidi aeris inſtrumento, amplitudinem rei aſpectabilis excitari. Nunc deinceps oſtẽdemus, quo pacto receptu, & non exitu, uiſiles formas percipiamus. Enimuerò ipſæ per ſe quantitates & figuræ, uiſum afficiunt nequaquam: neque etiam per ſe, maiores & ampliores, penetrare in has anguſtias pupillæ poſſunt quantitates. Inquirenda igitur cauſa, propter quam ſpecies tam ampla rerum aſpectabilium, repręſentari in oculis queat, cum per ſe tanta ineſſe tamen nequeat. Quocirca inerunt ſpecies illę figurarum & magnitudinum rerum externarum, per aliud impreſſę: nempe propter ἐνέργειαν & actionem, quæ quãtitati accidit propter colores. Quale igitur accidens ſit, Actionis energía, cõſiderandum. Ea cùm ſit actus ſecundus, à primo pendebit ex neceſſitate: primiq́ ſecundus, quædam quaſi effigies eſt, tanquam exemplaris cuiuſdam, uel ὁμοειδὴς, uel κατ' ἐντελέχειαν ab eo differens. Liquet deinde ex Phyſicis, unam eſſe energıan numero, agentis & patientis, quamuis ratione diſtinguatur ſubiectorum: cùm duobus numero ſubiectis, unum numero, ratione eadem accidens ineſſe non poſſit abſolutum. Præterea conſtat, ἐνέργειαν actus ſecũdi, nõ ſic partibus diuiduam eſſe, quemadmodum ſit actus primi ἐντελέχεια, partibus diuidua aut diſcreta: quod notum eſt experientia, quum res una, ab innumeris queat ſentiendo percipi. Iam ſi ἐνέργεια diuidua eſſet partib. non undiquaq́

tota ſpecies energeian ſuam diffunderet: ſed ut in primo actu, pars extra partem, totum conſtituit continuum, ita reſpondentes etiam partes ἐνεργείας, his partibus continuum, & non ὅλως ὅλον conſtituerent, & partibus diuerſis, diuerſæ patientes ab ipſis res afficerentur, & una pars à te, & alia pars aſpectabilis rei à me perciperetur. Sed contrà uidemus euenire, ut nimirum ex omni parte, qua attingitur ignis (uerbi gratia) tota ui ſua efficax ſit ignis ex æquo, ad calefaciendū. Et Sol idem, totus cōſpicitur ab omnibus: ut cauſa energiæ totus, in toto pellucido, & in qualibet parte totus eſſe uideatur: quod omnino ad perfectionem formarum pertinet. In primis quidem anima, quoad actus eſt primus, tota eſt in toto corpore, & in qualibet parte tota. Rationem aliàs expoſuimus. Sed tamen actuum ſecundorum ratione, diuiduam habet ἐνέργειαν, quum non omnia in omnibus operetur Anima: quamuis tota ſecūdū οὐσίαν in ſingulis inſit partibus, & non hac parte ſit in una, & alia in alia parte, ſed omnibus partibus conſtituentibus οὐσίαν, id eſt, tota ſit in ſingulis partibus corporis. Etenim incorporea, quicquid ſunt, & ubicunque ſunt, illud & ibi totum ſunt, propter ſimplicitatem & unitatem expertem δυνάμεως. Hactenus oſtenſum eſt, ἐνέργειαν formarum ſenſilium quoq; diffundi undiquaq; totam, quantumuis primus earum actus totus, partibus ſit diuiduus, nec ſit ὅλως ὅλον quiddam, ut eſt ipſius energeia. Sed porrò quæres, quî fit, ut totam energeian ſonantis corporis percipiens, non etiam quantitatem eius & figuram percipiam? Idem quæri poteſt de reliquis ſenſibus. At ſentiendo colores, atq; uidendo, non tantum ex toto eos apprehendo, ſed ſimul etiam quantitatem totam, & præterea figuras, quarum capax nullo modo uideatur eſſe anguſtum foramen pupillæ. Equidem neque quantitas, neq; figura, per ſe energeia quadam afficiunt ſenſum, ſed color eſt qui afficit: qui non tantum eſt in corpore, & quanta quadam ſubſtantia, ſed ipſe etiam, cauſa generis ſui, extremitas quædam ſeu ἐπιφάνεια, & ſuperficies exiſtit, terminans pellucidum corpus. Qua ratione liquet, talē ἐπιφάνειαν eſſe ἐνεργητικὴν, eiusq; partes omnes ἐνεργειῶν, quæ nimirum ſint diuiduæ, aut in δυνάμει, aut ἐνεργείᾳ, ἐνεργητικὰς partes. Eandemq; energeian ad numerum eſſe agentis & patientis corporis: et ut Totum agat ſecūdum omnes ſuas partes, ita partium quoque omnium energeian ſentiendo percipi perfectam, ratione totius. Obijcies: Tam exile & minutum eſt quod pupulam ingreditur, & in cryſtallino atq; alijs humorib. diffunditur, quo afficitur etiā ſenſus uidendi, quod ipſum πάθος, energeia deinde cerebri perficiatur, quæ nimirum appellari ſolet Senſio ſeu Sentire, nequaquam reſpondens tātæ magnitudini, quæ eſt extrà, rerum aſpectabilium quæ ſpectantur: quomodo igitur conſpicuum erit hac magnitudine præditū, tam exili contactu? Fateor, tenuiſſima quantitate, & tantum non in punctū coeunte extremo pyramidis ſpeciem aſpectabilem ingredi in oculum: ſed cō tactu tamen illo minuto nō definimus aut circumſcribimus totius energeian: quoniam contactus energeia, non eſt per ſe cauſa, ſed cauſa ſine qua non poſſunt agētia & patiētia exiſtere. Ex parte quadā tangens ignē, totius ignis patitur efficaciam: & uidemus, quantula punctione ſcorpionis, aut phalangij, quanta ui ueneni uniuerſum periclitetur corpus? Et cùm ſine tactu nihil patiatur, ut à ſenſilibus formis conueniente tactu afficerentur ſenſus: ſagaciſſima organorum ſtructura proſpexit natura animalibus, proportione & harmonia certa omnibus partibus determinatis, qua nimirum contagione energeian ſenſionis poſſet exercere. Ex his quæ diximus, euidens eſt, non ſi quid ratione omnium ſuarum partium efficax ſit, ut ſpeciem ſuam patienti cōmunicet,

nicet, neceſſe eſſe ut ipſum patiens etiam ex omni parte quantitatis ſuæ attingat, ſed paruo contactu nihilominus totū εἶδος repręſentari: qua ratione, poſſit ſimul etiam participari à multis eadem ad numerum ſpecies: qui Phyſicus nimirum, & non Mathematicus tactus dici conſueuit. Quæ principia ſi conſideraſſet Galenus, neque immeritò ueram Ariſtotelis oppugnaſſet ſententiam: nec abſurdum dictu uiſum ei fuiſſet, etiam receptu, & non exitu, magnitudines & figuras rerum ab oculis percipi. Deinde quòd Ariſtoteles in Meteoris nihil referre dicit, ſiue receptu, ſiue exitu luminis quiſpiam ponat rem cōſpici, ob id non prodit ſuum dogma. Quoniam Opticis ſeu Mathematicis rationibus demonſtrans aliquid, quocunque modo lineamenta deſcribantur, nihil intereſt; ſed Phyſicè multum refert, cùm alia ſint aliarum demonſtrationum principia. Vidimus noſtra ætate Aſtronomum, qui extra centrum mundi, terram mobilem in cœlo collocaret, & conſiſtentem Solem, principijs utentem Mathematicis, accuratiſſimè nihilominus reddidiſſe ipſum rationem τῶν φαινομένων. Differentiā igitur principiorum noſſe oportet demonſtratorem: quibus rite conſtitutis, omnia concluduntur omnibus conſentanea uera, falſis autem colliguntur non modò à uero diſſentanea, uerumetiam ipſa inter ſe diſſentientia falſa: quæ confectaria falſa, poſtea principiorum quoq; falſitatem coarguunt. Quapropter inquiramus in argumenta Galeni, nulla neque maleuolentia adducti, neq; ambitione quadam inflammati contradicēdi, ſed ſtudio ueritatis moti, quod (uel ipſo Galeno autore) cæteris omnib. eſt pręferendum: quòd ſi tamen uideatur aliud ambitioſis quibuſdam Galeni ſectatoribus, nihil ſanè moror illos, ut qui autoritatem pluris, quàm ueritatem faciant, ὅμως ἀμείλλομεν ἐνδαιμονίζειν, ταύτῃ ἰτέον, ὡς τὰ ἴχνη τῶν λόγων φέρει. Et ut alio quodam loco Socrates apud Platonem inquit: τὸν μὲν δὴ σὲ, καὶ ἐμὲ, καὶ τὸν Γοργίαν, καὶ Φίληβον, χρὴ συγχωρεῖν χαίρειν ἐᾶν· τὸ δὲ διαμαρτύρεσθαι τῷ λόγῳ. Quia uerò Galenus cenſuram ſibi in Ariſtotelem ſumpſit, uera ipſius argumenta per calumniam interpretādo: quidni permiſſum quoq; nobis ſit, falſa iſtius, uera reprehenſione coarguere? Sed prius tamen quàm contrà aliquid afferam, de modo uiſionis nonnihil eſt dicendum, ne quid deſideretur, præſertim quum magnis difficultatibus hæc quæſtio ſit implicita. Diximus, inſtrumento pellucidi, ἐπιφάνειαν corpus pellucidum terminantem, ſua energéa afficere oculos. Quomodo afficiantur oculi, contactu quaſi pyramidis, cuius extremum tamen acumen non puncto, ſed ſuperficie ęquali foramini pupillæ terminetur, cuiusq; media linea, quæ eſt Axis, ad perpendiculū intret: reliquæ, quę circū undiq; cōſiſtūt rectius aut obliquius, prout ꝓpriores ſunt aut remotiores, pupillā ſubeant, docēt Optici. Ex quibus poteſt intelligi, quamlibet actu aſpectabilem partem huius ἐπιφανείας, partem eſſe huius pyramidis: & totidē partibus, conum mutilatum ſecabilem eſſe, quot poſſit diuidi baſis rei coloratæ. De partibus ἐνεργείᾳ aut δυνάμει mouentibus, hoc loco nihil dicam: qui uolet, ex Ariſtotelis De ſenſu & ſenſili, libro requirat. Cæterùm ſpecies, quoad ἐνεργητικῶς à primo actu procedunt, eſſe quodammodo ἀΰλους, nemini dubiū eſſe poteſt: quandoquidem ſimpliciter ſunt ἐνέργειαι, ac ſeipſis perfectæ, qua ratione, materia etiam uacant: quo fit, ut diuiduæ etiam non ſint, nec contrario permutabiles, neque etiam contrariæ inter ſe, ut confundi & miſceri poſſint. Nam ut calidum & album, ſeu dulce & album in Saccaro materia eadem nō participant, & hac ratione, ſimul ſunt ſincera tota in totis, neç unum eſt altero permutabile, aut unum alteri miſceri, aut unum alterius puritatem aut ſinceritatem corrumpere poteſt: eadem ratione ſimul ſunt, non diſcretę locis, neq;

etiam confuſę omnes figurę & colores,in toto pellucido. Sed oculum,ut materiatum,nihilominus afficiunt diſcretè & κεχωρισμένως: quemadmodum in Anima etiam, ſine confuſione (quia ſine materia) omnes δυνάμεις,ſunt in omnibus:diſcretis tamen energijs,quoad exeunt ad actū, informatione corporis animati,quas non omnes,in omnibus exercent.Ita quoque colores,ratione ἐνεργείας ἀύλου,in toto ſunt pellucido,& toti in qualibet parte: cùm tam repræſententur in tuo,aut cuiuſq; alterius, quàm meo oculo,omnes & ſinguli,non confuſi tamen & mixti, ſed ſinceri & diſcreti informantes uiſum propter τάξιν,quæ ſimplicibus energijs,propter materiam accidit. Alioquienim in his quæ ſimpliciter ſunt,nec materia participant,τάξις non ineſt: quoniam

πϱὶ οὐϱανοῦ. (autore Ariſtotele) ἡ τάξις ἡ οἰκεία τῶν αἰσθητῶν φύσις ἐστὶν, quippe materiatum omne diuiduum eſt partibus. Cæterùm quæ τάξις colorum eſt in colorato,eadem eſt etiam in oculis. Rectis enim lineamentis inferunt ſe in oculos,collimantibus ad unum axem lineamentis omnibus: baſi nimirum exiſtēte,ſuperficie uiſa. Proinde nō ut primus colorum actus,cauſa materię,miſceri poteſt, ita ſecundus etiam in pellucido miſcetur:quum uidelicet extra materiam nihil ſit capax, aut particeps contrarij. Deinde quòd directis, & non flexuoſis lineis afficiunt, uiſum ut in primo actu, ita quoque in oculis ſecretæ aſpectabilium ſeu diſcretæ apparent ſpecies. De modo conſentaneo & neceſſario diximus,quo energía poſſit exerceri uiſionis. Reſtat nunc, ut Galeni modum conſideremus:in quo tot inſunt labes,quot propemodū argumenta. Primum eſt poſtulatum,ſed λίαν μέγα αἴτημα,quo ſtatuit,qualitatem ſpiritus animalis exiſtentis in oculis,ἀνυγοειδῶς diffundi per aerem, aut corpus quoduis pellucidum, eodē modo, quo in ſenſu tactus diffundatur eius qualitas per neruos in uniuerſum corpus. Et ut diffuſa hac qualitate per neruos, percipiamus qualitates tactiles, item uoluptates & dolores,non cerebro, ſed ijs neruis in quibus ſit diffuſa qualitas hæc animalis ſpiritus:ita nos etiam pellucido corpore, tāquam inſtrumēto, & quod inſtar habeat neruū, in ipſo diffuſa qualitate hac αὐγοειδοῦς ſpiritus,colores cum figuris percipere. Vnum eſt erratum,quòd nō modò πᾶσαν ἐνέργειαν,uerumetiam ſenſionis,non principali,ſed inſtrumento principalis ſenſus attribuit. Vt (uerbi gratia) nō cerebrum inquit ſentire dolorem,ſed partem affectam ſolutione cōtinui, in quam per neruos ſpiritus animalis qualitas influat. Neque etiam cerebrum uidere ſed oculum, propter ſpiritum in pellucido medio cauſa qualitatis ſuæ diffuſum. Et ne quis affingere me iſta Galeno opinetur,uerba eiuſdē proferam in mediū. ὄντος μὲν οὖν ὡς

De placitis Hippo. & Platon. lib. 7. πλείστου καὶ διὰ τοῦ νεύρου τὴν ἐκ τοῦ προσπίπτοντος ἀλλοίωσιν ἀναδιδομένην αὐτὴν τὸ τῆς ψυχῆς ἡγεμονικὸν,εἰς διάγνωσιν ἄγειν ἡμᾶς αὐτῶν,οὐκ ὀρθοῦντες,ὡς οὐκ ἀεὶ ἡ τοῦ ὀδυνῶντος αἴσθησις ἐγγίνεται περὶ τὸ τεμνόμενον,ἢ θλώμενον, ἢ καιόμενον μόριον,εἰ μὴ καὶ τῆς αἰσθητικῆς δυνάμεως ἦν ἐν αὐτοῖς. ἔχει δ᾽ ἐναντίως ἢ δοξάζουσιν ἐκεῖνοι, τὸ ἀληθές. αὐτό,τε γὰρ τὸ νεῦρον ἐγκεφάλου μέρος ἐστὶν,οἷόνπερ ἀκρέμων,ἢ βλάστημα δένδρου,τό,τε τὸ μέρος εἰς ὃ ἐμφύεται,τὴν δύναμιν αὐτοῦ δεχόμενον,εἰς ὅλον ἑαυτοῦ,διαγνωστικὸν γίνεται τῶν ψαυόντων αὐτοῦ. Quod ipſum non modò per ſe dictu eſt abſurdum (quandoquidem idem ad numerum ſenſus communis eſt qui iudicat, & qui percipit omnia energia communi ſenſionis) uerumetiam ipſius etiam Galeni alio quodam loco ſcriptis repugnans ſententia. Quippe ſecundo libro de Locis affectis,ſentiri omnia per ſe ἐνεργητικῶς cerebro ſtatuit,non inſtrumentis externorū ſenſuū. Eius hæc ſunt uerba: περὶ μὲν γὰρ τὸν ἀληθῆ λόγον, καὶ βλέπειν αὐτὸ τοῦτο ἡγεμονικὸν,& ἀκούειν ὑποληπτέον. ἀλλὰ δι᾽ ὀφθαλμῶν μὲν βλέπειν,δι᾽ ὤτων δ᾽ ἀκούειν. Viderint ſanè cōciliatores illi,qui ſine methodo demōſtrationis ,omnia conātur

aduerſiſ-

aduerſiſſima dicta etiam inter ſe conciliare, quo pacto ipſe ſibi conſtet Galenus. Secundum eſt peccatum, quòd neruos opticos meatum habere ſcribit, per quem à cerebro ſpiritus animalis influat in pupillam. Allegat autoritatē, deinde experientiam anatomicam, poſtremò ſigna quædam, tanquam τεκμήρια. De autore nihil dico, quum nulla debeat eſſe hominum, ſed duntaxat ueritatis autoritas. Obſeruationem ſuam anatomicam allegans, contraria nihilominus Veſalij, qui hoc in genere uincit Galenum, refellitur. Is ſcribit, quo ſtudio conatus fuerit inueſtigare, utrum meatus illi ſint in neruis opticis: ſed nunquam eos ſe potuiſſe animaduertere, aut deprehendere inquit. Rationes quas præterea affert Galenus, ſunt πλασμάτια ſeu πλασματώδεις λόγοι, βεβιασμένοι πρὸς ὑπόθεσιν. Vno clauſo (inquit) oculo, alterius pupilla dilatatur, non ob aliā cauſam, quàm quia ſpiritus animalis, qui prius ferebatur in duos oculos, iam duntaxat unum implet. Quaſi uerò non ambas ſubinde pupillas aliàs ampliari, aliàs coarctari contingat, aut propter opacitatem, aut propter plenius lumen occurrens: quod obſeruatione quotidiana notiſſimum eſt. Quamobrem motionis iſtius foraminis, ſeu uueæ tunicæ, potius uidetur cauſa eſſe muſculus rotundus, proximè ambiens ad radices oculorum neruum opticum, quàm influens ſpiritus in pupillam animalis. Etenim muſculus ille, dum uerſus principium cōtrahendo ad ſe ἀμφιβληστροειδῆ tunicam, quam nerui optici corpus dilatatum membrana ſua procreat, ſimul quoque uueam tunicam, cui ἀμφιβληστροειδὴς incumbit & adnaſcitur, attrahit: qua tracta, dilatari foramen, & remiſſa, iterum coanguſtari ipſum accidit. Et motum illum adminiſtrari à muſculo, & non à ſpiritu animali influente, euidentiſſimum eſt in oculis Cauorū: quorum foramen pupillæ, aliàs admodum eſt paruulum rotunda amplitudine, aliàs ſic contrahitur, ut ſpeciem habeat anguſtiſſimę & oblongæ cuiuſdam rimæ: quod tamen, ſi ſpiritus eſſet in cauſa, omnino rotundū eſſe oportuit. Eôdem accedit, quòd in humoribus, & cauo oculorum, nō modò ſpiritus ſubſtantia ſubſiſtere nequit, ſed ne qualitas quidem: quoniam unius, non eſt niſi unum πρῶτον δεκτικόν. Subſtātiæ ſpiritus, locus unus eſt in uētriculis cerebri: diffuſionis qualitatis ipſius δεκτικὰ ſunt, cerebrum & nerui: quorum ſubſtantia quodammodo eſt eadem, autore etiam Galeno, cerebro tamen exiſtēte principali inſtrumento ſentiendi. Vt igitur pellucidum unum & ſolum πρῶτον δεκτικόν eſt luminis: ita qualitatis ſpiritus animalis, ſoli nerui cum cerebro ſunt capaces. ᾧ γὰρ, πρὸς ὃ, ἡ φύσις πέφυκε. Dicat igitur Galenus, qua ratione qualitas hæc ſpiritus animalis diffundatur extra neruos, primùm in humoribus oculi, deinde extra oculum, in pellucido aere: cùm tamen inanimatum nullum corpus (ut aer etiam eſt pellucens) poſſit animatarum ἐνεργειῶν eſſe proximum inſtrumentum. Suis enim, & animatis inſtrumentis, anima tum ſentit, tum uegetatur, nō externis & inanimis. Qualitatem porrò hanc αὐγοειδῆ ſufficere cenſet, ut eo uiſionis ἐνέργειαν exerceat animal: quandoquidem credibile ſit, Solem etiam ſuis radijs, ſuoque lumine ut conſpicua faciat omnia, ita ipſum quoque uidere omnia. Quod ipſum ut maiore fide aſtrueret, Homerum teſtem adducere ſanè potuiſſet, qui cernendi ſenſum, hoc uerſu Soli adſcribit:

ἠέλιος ὃς πάντα ἐφορᾷς καὶ πάντ' ἐπακούεις.

Sed noſter Galenus: τί δὲ, inquit, χαλεπὸν δεῖν τὴν ἡλιακὴν αὐγὴν διαδεκτικὴν ὑποθέσθαι; His perſpicitur, ut maximè quadrent rationes illæ demonſtrationib. Opticis, quibus utitur Galenus, Phyſicis nequaquam tamen conſentaneas eſſe principijs, ut ne ſymptomatū quidem cauſas quorundam ijs reddere ualeat. *Libro 7. De placitis Hipp. & Platon.*

In mor-

In morbida certè dilatione pupillę (quam appellāt Mydriaſin) rès apparent minores quàm deberēt. Cōtra fit in cōtractione tabidi oculi. Quòd res, minores quàm ſint appareāt, in cauſa eſt imbecillis affectio ſeu actio aſpectabiliū formarum: quo fit etiam, ut ex longinquo, minora omnia uideantur, quàm propiora. At ſpecies aſpectabiles ampliore pupilla receptę, minus ſunt efficaces, partim quia magis turbant ui ſua cryſtallinum humorē, partim quòd abaxe magis diſperſi radij ſunt inefficaciores: ut alioqui contractos in anguſtum ſolis radios, efficaciores quàm diſtractos, uidemus eſſe ad inflammandum, ſi ſpeculis cauis excipiantur. Quòd ſi qualitas nimis diffuſa erit in cauſa, certè quo maiore copia diffundetur, eo maior uis erit uidendi. Sed amplo magis ſe diffundit ἀνοειδὴς foramine, quàm anguſto. Ita ſanè robuſtiores illos eſſe experimur, quibus per ualidos & grādes neruos, ſpiritus in muſculos defertur, quàm quibus per exiles & minutos, multitudine ſcilicet ſpiritus mouētis per neruos amplos uberius diffuſa (niſi neruos morbo quodam affici cōtingat) ſiquidem (autore Galeno) τὸ ὧν τῇ τ̃ στερεῶν σωμάτων εὐτροφίᾳ νομίζειν ποτὲ δύναμιν κίνησιν ἰσχυροτέραν ἀπεργάζεσθαι, μὴ γινωσκόντων τῶν ἀνθρώπων, ὡς δι' ὅλων τ̃ στερεῶν σωμάτων αἱ δυνάμεις διήκουσι, ἀλλ' ὥσπερ αὐλοὺς ἢ σωλῆνας, πνεύματι τὰς ἀρτηρίας καὶ τὰ νεῦρα παρασκευασάντων. Intelligimus hac cōparatione rationū & demōſtrationū, quantū interſit inter ἀποδείξεις & ψευδογραφήματα, inter uera & ueri ſimilia argumēta: & quanrū referat eriam, ex genuinis & uernaculis principijs quoduis propoſitū demōſtrare, quæ aliàs ſenſu ſunt nota in Phyſicis, aliàs ratione quadā inueſtigant. Verbi gratia, pleraq; Anatomica, ſenſu ſunt nota: utrum aūt hepatis caro, princeps cauſa ſit ſanguifica, an uerò uenoſum genus, anatomica inſpectione non eſt euidēs. Viſum Ariſtoteli, fontem ſanguinis eſſe cor. Galeno placet, penes iocinoris carnem & ſubſtantiā, facultatem eſſe αἱματοποιητικήν. Alij fuerunt, qui (autore Galeno) uenoſo generi aſcriberent uim generandi præcipuā ſanguinis. Contra Ariſtotelē, pro ſua opinione defendēda, magna diligētia diſputat Galenus: neq; uerò nos inficias imus, quin per cauam uenam ſanguis in cor ingrediatur: & ſi quis per arteriam magnam profundatur, eū eſſe puriſſimum, & elaboratiſſimū calore cordis ſanguinem. Nos ꝓinde ſanguinē eſſe & generari ſtaruimus in meſeraicis uenis, priuſquā per uenā portæ transfluat in Hepar: quo ſanguine & uētriculus, & inteſtina, atq; adeò omne meſenteriū nutriatur: cùm uidelicet chylo nihil poſſit nutriri, propterea quòd ex chylo nulla pars corporis ſit generata. A primo enim ortu, cùm ſint omnia generata ex ſanguine, & ex ſemine, eadē materia hæc ipſa nutriri etiam & augeri oportet: ſiquidem (autore Ariſtotele & Galeno) ἡ αὐτὴ γάρ ἐστιν ὕλη ᾗ αὐξάνεται, καὶ ἐξ ἧς συνίσταται τὸ πρῶτον. Mirari itaq; ſatis nō poſſum, qui factum ſit, ut Galenus loquens de nutricatione uentriculi, libro tertio De facultatibus naturalibus, eum chylo nutriri opinaretur, oblitus poſtulati Phyſici: quum nutritionis eius proxima materia non modò nō ſit chylus, ſed ne ſanguis quidem, imò uerò ex ſanguine generatus humor ſpermaticus, cùm ex ſpermaticis partibus ſit etiā uentriculus. Quomodo nutriat uentriculus, & unde nutritionis ſuæ materiam accipiat, explicationem certā non reperias apud Galenum. Aliàs enim à ſe cōfecto chylo, nutriri ipſum ſcribit: nōnunquam à uena propagata ex caua, ſeu uena magna, quā deſcribit libro ſexto Anatomicarū inſtitutionū. Interdū à uenis ex meſenterio ad ipſum pertinentibus: quas ſecūdum Herophilū, arbitratur non terminari ad uenas cōſtituentes coitu ſuo cōmunem illam uenam portæ, ſed finiri quibuſdā adenibus, in meſenterio diſpoſitis. Eius hæc ſunt uerba, libro quinto De uſu partiū

corpo-

περὶ πλήθους.

Ariſtot. lib. 2. De genera. animal. paulò poſt medium. Et lib. 8. hiſtoriæ animal. à princip.

corporis humani: πρῶτον μὲν γὰρ πάντῃ τῷ μεσεντερίῳ φλέβας ἐποίησεν ἰδίας ἀνακαμένας αὐτόθι τῇ θρέψει τῶν ἐντέρων, μὴ περαιουμένας εἰς τὸ ἧπαρ. ὡς γὰρ καὶ Ἡρόφιλος ἔλεγεν, εἰς ἀδενώδη τινὰ σώματα τελευτῶσιν αὗται αἱ φλέβες, τῶν ἄλλων ἁπασῶν ἐπὶ τὰς πύλας ἀναφερομένων. Explicet ſe qui poteſt, ex tã pugnãtib. Galeni ſentẽtijs, quas πα̃ρέργως de nutricatione uentriculi in mediũ attuli. Itaq; omnino ſanguine, qui in meſeraicis generatus erit, nutrietur. Non enim poſtquã in iocinore generatus fuerit, per eaſdẽ uenas ad nutriẽdũ meſenteriũ & inteſtina remeare poteſt ſanguis ex iocinore. Quem reditũ, illo poſtulato præſtruxit Galenus: φαίνεται γὰρ ἡ φύσις οὐ τοῖς αὐτοῖς ἀγγείοις χρωμένη πρός τε τὰς ἡμικατεργάστους ὕλας, καὶ πρὸς τὰς τελέως κατειργασμένας, οὐδὲ ταῖς αὐταῖς ὁδοῖς· οὐδὲ γὰρ δυνατὸν ἦν ἅμα τε τὸ ἡμίπεπτον ἐξ ἥπατος εἰς καρδίαν ἀναπέμπεσθαι τροφὴν, ἅμα δὲ τὴν ἤδη κατειργασμένην, δι' αὐτῆς ὁδοῦ καταφέρεσθαι. ἀλλ' ἦν ἂν πάντως ἑτέρα μὲν φλέψ, ἡ ἀνάγουσα τὴν ἡμίπεπτον, ἑτέρα δὲ, ἡ τὴν ἀκριβῶς κατειργασμένην κατάγουσα. Negat igitur hoc loco refluxũ ſanguinis ex iocinore, uerſus uentriculũ. Tametſi alio quodam fateatur, magna fame laborante animali, ex uenis iocinoris, à uentriculo, & inteſtinis etiam iocinoris uenis, & tantũ non ipſi carni uiſceris, ſuũ eripi ſuccum. οὐδ' ἂν ποτ' ἀναγκάζοιτο μόνον ἡ γαστὴρ, ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ παρὰ τῶν ἐν μεσεντερίῳ τε καὶ ἥπατι φλεβῶν, ἕλξαι τὴν τροφήν· οὐ γὰρ δὴ αὐτοῦ γε τοῦ σώματος τοῦ ἥπατος. Quanquã alio quodã ſcribit, iocinori & cordi, minimè ſuũ ſanguinem & nutrimentum ſubtrahi, conſpicuũq; id eſſe in animalibus, fame & inedia enectis: διαβεβαιοῦσθαι δὲ δεῖ σοι τοῦτο ἐκλαθέντι, κἀπὶ τῶν ἄλλων ζώων. ὅτι γὰρ ἂν ἐθελήσαις ὑπὸ πλεῖστον λιμαγχονήσας ἀνατέμνειν, ἰσχνὰ μὲν αὐτοῦ καὶ ξηρὰ τ' ἄλλα σύμπαντ' εὑρήσεις μόρια, τὸ δ' ἧπαρ ἅμα τῇ καρδίᾳ πλησίον τοῦ κατὰ φύσιν. Deinde pronunciatũ illud, paulo antè commemoratũ, alio quodam loco his refellit uerbis: θαυμάζουσι δέ τινες, καὶ δι' ὧν ἔμπροσθεν φλεβῶν ἀνάδοσις εἰς ἧπαρ ἐγίνετο, δι' αὐτῶν αὖθις ποτὲ παλινδρομήσει χρηστὸν αἷμα, μετ' ἄλλό τι τῆς φύσεως ἔργον εἰδότες, μηθ' ὅσην ἔχει δύναμιν ἡ τῶν δεομένων θρέψεως ὀργάνων ὁλκὴ, καὶ ὡς ἐν ἑτέροις ἐπιδέδεικται. Sed dicta hęc omnia, & ſcripta Galeni, conciliatoribus relinquo, ſi quo modo cõciliari poſſunt. Ad præcipuam hypotheſin me conferã, qua ſtatuimus, ſanguine qui ſit generatus in meſaraicis, nutriri meſenteriũ, cum uentriculo & inteſtinis. Quæſtio eſt, quomodo ex chylo in Meſaræũ recepto, generetur ſanguis: ipſis'ne per ſe uenis, quo ad propriam quandã habent κρᾶσιν, & οὐσίαν chyli alteratricẽ: an quatenus facultatẽ hanc ἀλλοιωτικὴν, à carne, & ſubſtantia iocinoris habent ἐπίῤῥυτον, & nõ σύμφυτον. Galenus carnẽ iocinoris, τὸ πρῶτον τῆς αἱματώσεως ὄργανον eſſe pronunciat. In Arte medica, ἀρχοειδῆ μόρια quatuor numerat: in quibus etiã Hepar, uenas, ab ipſo ἐπίῤῥυτον δύναμιν accipere ſcribit. Quanquã alio loco, ſolis ψυχικοῖς inſtrumentis influere ἐπίῤῥυτον δύναμιν, inquit, & nequaquã φυσικοῖς, in quorum numero ſunt uenæ & arteriæ etiã. Sic autẽ ſcribit: διαφέρει πάμπολυ τὰ φυσικὰ τῶν ψυχικῶν ὀργάνων, ἅτε τοῖς φυσικοῖς ὑπάρχει σύμφυτος ἡ τῆς ἐνεργείας δύναμις οὖσα· τοῖς ψυχικοῖς δὲ ἐκ τῆς ἀρχῆς ἐπιῤῥεῖ ὁμοίως ἡλιακῷ φωτί. Certè nõ neſciebat præſtantiſſimus Galenus, & in arterias à corde influere σφυγμικὴν δύναμιν, & à teſticulis etiã uniuerſum corpus, habitũ uirilẽ accipere: qua ratione ἐν φυσικοῖς, non omnes inſunt σύμφυτοι δυνάμεις: ut uerisimile ſit, nõ diligẽter cogitantem de his, & nequaquã ignorantẽ Galenũ, iſtud pronunciaſſe. Accidit enim (autore Ariſtotele) πρὸς ὀλίγα ἀποβλέψασι, ῥᾷον ἀποφαίνεσθαι. Sed his omiſſis, diſputemus, utrum caro iocinoris ſit ἀρχοειδές quiddam, & influentia ſua gubernet ἀλλοιωτικὴν uenarũ: an uerò uenis ſit inſita αἱματοποιητικὴ δύναμις, non aũt aliunde in ipſam influens, qua efficiat ex chylo ſanguinẽ. Principij uocabulũ, priorisq; & poſterioris, multifariam uſurpantur. Ex multis ſignificatis

De placitis Hipp. & Platon. 6.

De Facultat. Natural. 3. circa finem.

De Maraſmo.

De uſu partiũ 4. circa finẽ.

De uſu partium 4.

De locis affectis lib. 6.

ficatis principij, unū eſt, ex quo primum inexiſtente fit quidpiā: ut principiū domus, fundamentū: et τρόπις, nauis principiū dicitur. Deinde aliud eſt, quod maiorē uim habet generandis alijs & conſeruandis. Tertium eſt, quo tanquā efficiente, primum generatur quidpiā. Quid primū ſit, quod generatione animalis exiſtat, dum formatur ſcilicet fœtus, magna eſt inter autores diſſenſio. Galeno uidetur hepar eſſe, Ariſtoteli cor: quibus nimirum natura, generationē & διοίκησιν præcipuā ſanguinis cōmiſerit. Secūda & tertia ſignificatione, uterq; ſuū principium αἱματοποιητικὸν ſtatuit. Prima uerò, uterq; uenoſum genus, pro principio numerat, quum ſint prima inſtrumēta formationis fœtus. Quamobrē toto cœlo errāt (ut dicitur) neq; Ariſtoteli, neq; Galeno, imò nec cōmuni ſenſui cōſentanea dicentes, qui prius iocinoris carnē formatā, quàm uenas opinantur: quia uidelicet citius ex ſanguine poſſit fieri caro iocinoris, quàm ex ſemine, uenoſum genus. Nam neq; cor, neq; iecur, abſq; ſanguinis affluxu generantur. Vaſa igitur prius, quibus affluat materia generationis, eſſe oportet, quàm id ſit, quod fit ex hac materia. Deinde uenis undiq; perhepar diſperſis, ſi non prius ſint creatæ, quàm affuſa ſit carnea iocinoris ſubſtantia: quo nam pacto per ſolidam & concretam ipſius ſubſtantiā penetrabunt

De partib. Animal. B. uenæ, continuā eius ſoluentes ſubſtantiam? Verū enim eſt quod ſcribit Ariſtoteles: καθάπερ ἐν ῥέοντος ὕδατος, ἰλὺς τ' ἄλλα σπλάγχνα, τὰ διὰ τῆς φλεβῶν ῥύσεως τοῦ αἵματος, οἷον περιχύματα ἐστιν. ἡ δὲ καρδία, διὰ τὸ τῶν φλεβῶν ἀρχὴ εἶν, καὶ ἔχειν ἐν ἑαυτῇ τὴν δύναμιν τὴν δημιουργοῦσαν τὸ αἷμα πρώτην, εὔλογον, ἐξ οἵας δέχε) τροφῆς,

Genera. animal. Δ. ἐκ τοιαύτης συνεστάναι καὶ αὐτήν. Idem alio quodā loco inquit: περὶ τὰς φλέβας, ὥσπερ ὑπογραφὴν, τὸ σῶμα περίκειται τῶν σαρκῶν. In eandē ſententiā multa dicit Galenus, in libro De formatione fœtus: quæ breuitatis cauſa duxi omittēda. Ex his liquet, σπερματικὴν ſeu πλαστικὴν δύναμιν, formare uenoſum genus, quo tanquam inſtrumento utať ad carniformes partes generādas (quas Anatomici nominant, παρεγχύματα) ut interim materiā etiā, & rudimenta aliarū partium ſpermaticarū ordine digerat, poſterius autē perficiat & abſoluat: ut cerebri,

De formatione fœtus. neruorūq;, & mēbranarum, & ligamētorū, & oſſium γένεσιν. οὐδέποτε γὰρ εἰκὸς, ἐσχάτην περὶ τὰ φυτὰ, καὶ τὰ ζῶα, διαπλάττουσαν δύναμιν, ἀλλὰ πᾶσαν δύναμιν ἅπασιν ἅμα τοῖς μέρεσιν ἐμφύειν, τὴν καὶ προσαύξειν. Priores itaque generatione uenas eſſe, carne iocinoris, his cōſtat argumētis. An uerò natura etiā & perfectione ſint priores, deinceps conſiderandum: ſiquidē pleraq; generatione priora, natura poſteriora exiſtant. Quòd aūt perfectio accidat uenoſo generi, quoad ei cordis & iocinoris caro adnaſcitur, dubium nemini eſſe poteſt. Nā propter iecur perfectius elaborať ſanguis: & à corde ἀφυγμικὴν δύναμιν in arterias influere perſpicuū eſt. An omnē uim alterandi, uenæ à iocinore, à corde arteriæ accipiant, conſiderandū (quemadmodū uim omnē ſentiendi, nerui habent à cerebro) an uerò ratione propriæ ſubſtātiæ, ipſis αἱματοποιητικὴ δύναμις inſita ſit, non influens, & aliena. Enimuerò non cui perficiendi aliquid facultas ineſt, eidem faciendi etiā facultas inerit: cū non ſit eadem princeps & adiuuans, ſeu ſine qua nō fit aliquid, cauſa. Vt omentū ſeu ἐπίπλοον, cauſa adiuuās cōcoctio

Anatomicarū institut. lib. 5. nis eſt, & perficiens ciborū, ſed non prima efficiēs. ἔστι γὰρ τὸ ἐπίπλοον, τῶν τῆς τροφῆς ὀργάνων ἐν τοῖς περὶ πρῶτόν τι λόγον γεγονόσι καὶ κατεργαζομένοις αὐτὴν, παρεσκευασμένον οἷον ἐπίβλημα σύμφυτον, ἕνεκα θάλψεως. Et calor à corde influens & cōmunis, συναίτιον uegetationis & nutritionis, in omnib. partib. exiſtit: & calor à teſticulis influens, maſculinum efficit habitū. Cœleſtia, non proximè tangēdo, ſed influentia ſua, omnia alterant. Alia, tangendo quidem, & propter qualitatem ὁμοειδῆ, alterant: quā tamen à ſeſe non habent, ſed ab efficiente quodā accipiunt:

accipiunt:ut ſi elixatur quidpiã aqua, quæ ab igne caleſiat. Friget enim ipſa per ſe aqua. Quæritur ergo, an ipſum per ſe, uenoſum genus, ſuapte natura, & tẽperamento proprio, & conſeruandi intra ſe, & efficiẽdi uim ſanguinis habeat: an nulla ipſis propria uis ſit inſita, ſed tanquam per tubos & canales humor in ipſis contentus, defluat huc illuc: alterãdi uerò facultas planè ſit aduẽtitia & ἐπίῤῥυτος, aut τῷ χέειν ipſis, aut τῷ ῥεῖν communicata. Paulo antè oſtẽdimus, uenoſum genus prima naturæ eſſe organa, quibus cõtineatur ſanguis, materia qui eſt generationis σαρκοειδῶν partium. Deinde etiã nutrimentũ omniũ generatarũ, & poſterius naſci etiã carnem cùm iocinoris, tum cordis, aut potius adnaſci his perfectis ſecundũ ſubſtantiã. Quòd perficiendi ſanguinis, iecur & cor ſint inſtrumẽta, iam antea diximus: ſed quòd non efficiẽdi etiam, iam nunc demonſtrabimus. Certum eſt, primã ὑποδοχὴν ſanguinis, eſſe uenoſum genus, & à uena influere etiam ad cor: non aũt ſanguinem primum naſci in cauo cordis, perſpicuũ eſt. Præterea reipſa, & autoritate etiã Galeni liquet, ſanguinem extra uenas profluentẽ corrũpi, intra uenas conſeruari temperamentũ ipſius, nulla re alia, quàm temperamento proprio uenoſi generis, quo ipſius ſubſtantia à primo ortu fuit temperata. Quare non tanquã pixides aut canales quidam, continebunt ſanguinem (ut quidã ignarus διαλεκτικῆς μεθόδου ſomniat) cùm ne δύναμιν quidẽ σφυγμικὴν per arterias, & ψυχικὴν per neruos, tanquã per tubos quoſdã tranſire, ſuprà ex Galeni ſententia docuerimus. In ipſis itaque uenis, ꝓpriè inerit uis hæc conſeruãdi ſanguinis, & σύμφυτος, nõ ἐπίῤῥυτος: quũ prius contineant, quàm ipſis carnes iocinoris aut cordis adnaſcant. Nec aliter profectò, aut ſecus fieri potuit, quum ſint inſtrumẽta, nõ modò famulantia omnium generationi, ſed etiam cõſeruationi reliquarũ partiũ. Et cui quæſo dubium ſit, inſtrumento nequaquam uim deeſſe inſitam, qua poſſit alterare & conſeruare contentum intra ſe ſanguineum humorem: ἐκ γὰρ ἑκάστου (autore Galeno) ἰδιότητες, οἰκείας ἑαυταῖς ἔχουσι καὶ τὰς τῶν δυνάμεων ἰδιότητας. Etenim extra uenas, ſubſtantiã & temperiẽ ſanguinis uidemus corrũpi: quare in uenoſo genere, cauſa erit etiam alterationis & cõſeruationis ſanguinis. Sed (inquies) quomodo generationis erit cauſa, qua ex chylo fit ſanguis: quũ nõ prius ex chylo generet, quàm generatũ ſit hepar, & omnino extra uterũ fœtus, ipſe ſuo, & non matris ſanguine alat. Nos uerò reſpõdemus, ne tũ quidẽ διοίκησιν αἱματοποιητικῆς penes hepar eſſe. Nã per ſe cõſeruatio debet ſanguinis, uenoſo generi, tanquã proprio receptaculo. Eadẽ autẽ eſt uis conſeruans οὐσίαν ſanguinis, quæ eſt efficiẽs eã. Poſtulatũ eſt Phyſicũ, quo generet quidpiam, tanquã ex materia, eodem ipſum etiã nutriri & cõſeruari. Eiuſdem modi poſtulatũ quoque etiam illud eſt: Quo primũ cõſeruatur, & extra quod poſitũ cõtentum corrũpitur, ipſum illud primum quoque efficiens eius eſſe oportet. Qua ratione dicimus, ſperma actu nõ eſſe, ſi nõ contineat & efficax ſit, reſpectu ſuæ materiæ, quod eſt κύημα. Corrumpitur enim, & nullum eſt, extra propriã materiã, qua generatur fœtus. Quare ſperma, prima eius fœtus cauſa erit efficiens etiã, & nõ uterus, qui duntaxat adiuuans eſt cauſa generationis fœtus. At uerò, qua temperie uenarum, ſanguis intra ipſas conſeruatur, eâdem temperie, ex materia, nẽpe chylo, generatur etiam ſanguis. Sed nõ ἐπιῤῥύτῳ, uerùm ἐμφύτῳ δυνάμει ſanguis conſeruat, ut paulo antè oſtẽdimus: ergo generat etiam. Vt qua temperie, eſſentia carnis conſeruatur, eâdem ex nõ carne etiam generatur caro. Idẽ ſentiẽdũ de reliquis: ac non niſi contactu, & efficaci alteratione carnis, ex non carne, fit caro. Deinde ne influere quidẽ ex carne iocinoris poteſt uis quædam ἐπεγχυτικὴ in uenas, propterea quòd habẽs ra

De placitis

tionem materiæ, uim agendi cõferre perfectiori, quòd reſpectu eius inſtar ha
beat ἄλλως, haudquaquã poſſit. At Galenus ipſe fatetur, carnẽ iocinoris, tantũ
non ſpeciem & naturã habere ſanguinis cõcreti. Venoſum aũt genus, ex ma
teria cõſtat ſpermatica eſſe generatũ: cuius, ſanguinẽ materiam eſſe, nemo i-
gnorat. Ex quo concludendũ, uim alterandi & perficiendi materiam ſangui-
nis, in ipſis uenis potius eſſe, quàm in carne iocinoris inſitã: & proinde uenæ
in iocinore diſperſæ, magis iocinori cauſa erunt alterationis huius, quàm ca-
ro iocinoris, ſua facultate influens in uenas, cauſa ſit alterationis uenarum. Et
quãta ſit uis ſpermaticarũ partiũ, alterãdo materiã cõtentã, ratione natiui ca-
loris, uidemus. Primũ, quia nõ generanť ſpermaticę, niſi plurimo calore, ſub-
acto & alterato ſanguine. Deinde liquet etiã, tabẽ corporis, & maraſmum, à
ſpermaticis incipere: tum præterea, ſpermaticis partibus & membris reſectis,
totũ corpus reddi frigidius & languidius, certum eſt. Quæ cõfirmant omnia,
ratione perficiẽdi & alterandi, maiorem in ſpermaticis, quàm ſanguineis par
tib. efficaciã ineſſe. Deinde ſi qualitas influẽs à carne iocinoris, eſt αἱματοποιη-
τικὴ: oſtẽdat mihi Galenus modũ, quo poſſit fieri ex chylo ſanguis, in his ue-
nis, quæ nutriẽtes uentriculũ & inteſtina in meſenterio, non terminantur ad
uenas portæ, ſed ſeparatis multis adenibus finiũtur? Deinde quũ arteriæ etiã
aliquã partẽ chyli trahant & exugãt, quũ iecori nõ ſint cõnexæ: quo pacto
ex hoc chylo generabitur ſanguis, quandoquidẽ Ariſtoteli Galenus non cõ
cedat, arterias & cor eſſe αἱματοποιητικόν; Ergo uenoſum genus, quia uenoſum,
efficiens erit ſanguinis: non quia iocinori, aut cordi inſitum, aut ab his propa
gatũ, aut ab his qualitatẽ ſanguificam adeptũ: ſed quia maiore ui caloris præ-
ditũ eſt ſpermaticũ illud corpus, quàm ſanguineũ. Maior enim uis caloris eſt,
qua generať ſpermaticus humor, quàm qua ſanguineus, & particula ſperma-
tica, quàm ſanguinea: tametſi tactu calidiores ſanguineæ partes appareãt, quàm
ſpermaticæ: ſed aliud alio calidius dici poſſe, aut frigidius multifariam, monet
Ariſtoteles alicubi. Albicantes ſunt uenæ, mẽbraneę, exangues, & ob id frigi
dæ: quare (inquiũt) generare nõ poſſunt ſanguinẽ. Quomodo (inquã ego)
nõ poſſunt gignere ſanguinẽ, quum ſanguinẽ etiã poſſint ſuo calore permu
tare in ſuccũ (qui calidior eſt) ſpermaticũ? aut quo pacto exangues, cùm nul
la pars corporis magis abũdet ſanguine, eiusq́; ꝓpria ſint receptacula? Quòd
ſi effuſo ſanguine refrigerãtur, idem accidit ipſis, quod omnibus exãguibus:
quũ cor etiã, calidiſſimum, & calefaciẽs omnia, deſtitutũ ſanguine, refrigereť.
Nõ ob id tamẽ, cor ſanguine frigidius eſt. Sanguinem enim calidiorẽ gignit:
& ſuũ calorẽ, ſanguinis calore intra ſe contẽto, tueť & fouet. Nihil enim eſt in
natura, quod ſolitarium ſit, & non adminiculo aliorum agat, patiatur, conſer-
uetur. Quare cor ipſum, ſe ſuo conſeruat ſanguine: & uenę, ſanguinis ſunt effe-
ctrices, & conſeruatrices itẽ cauſæ: & uiciſſim eo ſuũ temperamentũ conſer-
uant & tueť, mutuis actionibus & paſſionib. confœderata. Hac enim ratio-
ne, quoad eius fieri poteſt, omnia perfecta quadã unitate coaleſcũt. Sed albi-
cantes, quomodo (inquis) poſſunt rubeum creare ſuccum? cùm effectus ſit
per omnia ſimilis efficiẽti? Mirũ eſt, potuiſſe Galenũ hoc uti argumẽto, quũ
de innumeris cõſtet, quòd ὁμοειδῶν efficientib. nõ ſint generata: imò nõnulla,
ne ὁμογενὲς quidẽ habẽt efficiens: ut accidentia, non neceſſe eſt, ut à præditis
ſimilibus accidentibus generentur. Vt anima, quãtitatis & corporis eſt effici
ens, cùm ipſa tamẽ quãta nõ ſit: et cœlũ, qualitates cõciliat corporibus, quarũ
tamen ipſum ſit expers. Id genus agẽtia, κατ᾽ ἀντίληψιν, appellãt Phyſici. Nõ
enim ut caro ὁμοειδὴς agens, efficit carnẽ, ita uenoſum genus efficit ſanguinẽ:
cuius

culus reſpectu nõ eſt ποιητικὸν ὁμοειδὲς. Sed accidentiũ principium, in materia eſt, & δυνάμει tantũ exiſtunt: nec præcedere actum illorum ſemper ὁμοειδῆ agẽtibus oportet. Viderit ergo Galenus, quale ſit poſtulatũ illud, quo ſtatuit, omnem effectũ, ſuæ cauſæ per omnia eſſe ſimilẽ. Quòd ſi hepar afficit ſanguinẽ rubeũ: quid in ſanguine faciet flauã bilẽ, quæ rubea non eſt: & quid nã generabit atrũ ſuccũ? quæ ut certis tẽperamentis qualitatum patibilium fiunt, ita ſanguis quoq; fit rubeus, nõ quia efficiẽs ipſius cauſa ſit rubea. Sic argumẽtatur μυθολόγος Herodotus, idcirco nigros eſſe ſcilicet Æthiopas, quia ex atro ſemine naſcanẽ. Perinde eſt (inquit Galenus) ſi quis ſanguificã uim adſcribat uenis, atq; ſi quis opinerẽ neruis, membranis, oſſibus, cartilagine, aut pinguedine poſſe generari ſanguinem. Præclara cõparatio mehercle, & quouis argumẽtatore potius, quàm Galeno digna. Quaſi uerò uenæ nõ duplicẽ, perinde ut uentriculus, uim alterandi in ſeſe habeãt: unã, qua materiã parent uniuerſo corpori nutriendo idoneam: alteram, qua ſuæ nutricationi aptã, nõ ſanguineam, ſed ſpermaticam efficiant materiã. Reliqua argumẽta exaggerat & amplificat, more Rhetorũ, quæ parũ faciunt ad propoſitũ demonſtrandũ, aut ad refellẽdos aduerſarios: præcipuũ uerò illud eſt, quo dicit, carnẽ iocinoris, quia ſpecie coloris ſit ſimilima ſanguini, idcirco efficiẽs inſtrumentũ eſſe ſanguinis. Alioqui nõ fore ipſius peculiare quoddã munus & officiũ: cùm tamẽ cuiuſq; uiſceris propria quædã energía exiſtat, & in præcipuis etiã ſit hepar. Haud equidem nego, quin ſua cuiq; parti energeia & facultas ſit inſita: ſed tamẽ nõ ſequiẽ, ut ob id αἱματοποιητικὴ ſit in iocinore, cùm ſint ipſius aliȩ quȩdã functiones & utilitates. Quarum una eſt, ut conſtipatione & παρεγχύσει ſua, perfectius elaboret in uenis iocinoris cõtentũ ſanguinẽ, eodẽ modo, quo cõctionẽ uẽtriculi iuuat omentũ. Altera eſt, ut ſuffulciat & muniat minutè diſperſas uenas, quo minus rumpãtur: & ut tranſitus ſanguinis, ex uenis meſenterij ſeu portæ, exciperetur commodè minutiſſimis uenulis, in gibba parte propagatis à uena caua. Tertia, ut bilis etiam excrementum, de maſſa ſanguinea uenulis compluribus, à ueſicula bilis pronaſcẽtibus, ſparſim attraheretẽ: quod excrementũ poſtea per certos meatus trajceretur in inteſtina. Puto me expoſuiſſe utilitatem carnis, & παρεγχύματος iocinoris. Cor in facultate uegetatrice, ἀρχοειδέστατον eſſe dicimus: uiuificum enim calorem ſuppeditat omnibus: uenæ autẽ, nõ niſi materiam ſuggerunt nutritionis, quamobrẽ principatus his nõ debetur, ut cordi et cerebro. Et quia principiũ eſt, à quo multa aut omnia ſuum habent ortum, omnium facultatum principatũ, Ariſtoteles in corde cõſtituit. Vegetationis principatũ Galenus iocinori adſcribit, quia ſit ſanguificũ, & ex eo, tanquam ſtirpe quadã, propagentur omnes uenæ. Ortũ inde uenarũ probare multis conatẽ argumentis: tametſi uenæ non ex ipſo propagari, ſed in ipſum inſeri potius uideantur, quoad ramos quoſdam duntaxat à caua excipit: & rami etiam uenæ portæ, nõ tam in ipſum, quàm in totũ meſenteriũ implantantur: quæ multitudo & figura, nequaquã uideẽ eſſe ἀρχοειδής. Pleraq; concluduntur ab ipſo, quibuſdã ſimilibus: quod ex omnibus tamen argumẽtis, ὀλισθηρότατόν τινος appellat Plato. Si radicũ fibris ſimiles uenas quȩrimus, & principiũ alterationis nutrituri ſucci: quis nõ uideat, ijs meſenterij uenas ſimiliores eſſe, quàm uenas in cauo iocinoris diſſeminatas? Quod ad uenã cauã attinet, ſtrenuè pugnat Galenus, cor nõ eſſe principiũ αἱματοποιητικόν, quia quædã ἔναιμα nõ habeant dextrũ cordis uẽtriculũ. Quod ipſum fatemur nos etiã: nõ tamen ſequitur ob id, facultatẽ hanc tranſſcribendã iocinori. Quanq; Veſalius in pulmone præditis animalibus, cũ Ariſtotele ſentiens, non ex iocinore,

Metaphy. ζ. circa medium.

nore,ſed corde cauā uenā explātari ſentit, & ramos duos eius uenæ,in gibba
iocinoris implātari:quod ipſum eruditiſſimis idē cōtra Galenū defendit argu
mētis,quæ breuitatis cauſa nolo cōmemorare.Scio,multis uidebor iniuriam
neſcio quam facere præſtātiſſimo Galeno,qui tot ipſius placitis nō aſſentiar:
quod ipſum ſi facerē ambitione,& arrogātia quadā inflatus, meritò reprehē
di poſſem.Sed cùm ueritatis defendēdæ gratia,cùm Galeni,tū aliorū reprehē
do opiniones:& præterea etiam,ut his tanꝗ exēplis doceam, nō modò qui-
bus argumentis,& qua ἀναλύσει aſſerēda uera,ſed etiā falſa quo pacto ſint co-
arguenda,rē inſtituto meo cōgruentē me facere exiſtimo:& quāuis odioſiſſi-
mū ſit alios reprehendere,quia ambitioſè id tamen & maleuolè nō facio,non
puto fore eruditorum quenquā, qui nō ſit ueritatem pluris, quàm ullius ho-
minis autoritatem facturus Non moror tragicos illos ſciolos,qui tū demum
grauiſſimè ſe diſputare putant, quando cōtumelioſiſſimis cōuitijs quēpiam
inceſſerint:qui ſanè mihi omnes admodum uidentur agreſtes,& ἀπαίδευτοι.
Nemo eſt,qui non poſſit errare & hallucinari in quibuſdā:ſemper aūt in om-
nibus inueſtigāda ueritas,atꝗ etiā noſtros ultrò fateri errores debemus præ
lucentibus rationibus;quibus perducamur ad uerū:cuius methodum & artē,
his libris tradere uoluimus.Quid enim melius,quid præſtātius,quid diuinius
& amabilius,plurisꝗ faciendū,Veritate? Hanc ut inueniamus, tot erroribus
& ignorātiæ tenebris abditam & inuolutā,inſtrumēto Dialecticæ artis, toto
(ut dicitur) pectore eſt incumbendū,nulli uitandi labores,nullius odio cedē
dū,aut gratię dandū aliquid,quo minus ueritatis fiamus compotes: qua nihil
eſt magis & ſtudioſius nobis expetendū exquirendumꝗ. At qui ſine ratione
contēti ſunt autoritatibus,pro ineruditis certè ſunt habēdi:qui uerò ſine me-
thodo Dialectica aut Analytica,rationes & argumēta quærenda cenſent, his
nihilo ſunt eruditiores: ueri tamen cognoſcendi cupidiores debent exiſtima
ri,quàm autoritatib.tantū addicti.Complures certè ſunt anni,quū de ſangui-
fica facultate Galeni argumenta perpendenti mihi,uiderētur parū propoſito
demōſtrādo accōmodata:ſed quū hæc ſcriberē, uenit in manus, libellus qui-
dā paradoxorū quorūdā eruditi & acris ingenij cuiuſdā uiri, quem ego mecū
ſentire & facere,nō mediocriter lætabar.At idem in paradoxis quibuſdā,ad-
modū acutè diſputans ἐκλέκτως tamen præcepta & regulas nonnunquā ne-
gligentius obſeruat.Vnum & alterū,exempli gratia proponā.Nā in ſingulis
exerceri Methodū,eſt utiliſſimum. Diſputans de cauſa adipis,ſeu pinguedi-
nis in animalibus,quod elaboratiſſimum in uenis ſit calore naturali,dulciſſi-
mūꝗ aereo terreoꝗ participans plurimo,id extra uenas, ſi adhæreſcat agglu
tineturꝗ mēbranis,aut membranoſis partibus,in adipis formam cōcreſcere,
non frigore materiā hanc, ſed calore condenſante & conſolidante exiſtimat:
qui calor ſit maior eo,quo ipſius adipis apparetur materia. Cùm ex ſanguine
fiant omnia quæ ſunt in corpore,ſed diuerſis craſibus & tēperamentis:ſunt li
quida tamē duo,nempe ſperma & lac:tertium liquabile, quod eſt adeps:quæ
cuncta identidē ex ſanguine conſtat generari. Sperma quidē,ſeu ſpermaticū
humorē,caloris natiui alteratione plurima gigni, nō eſt dubiū.Deinde lac na
ſcit in uberibus ad id deſtinatis,tepidiore calore,ꝗ ſit is quo calet ſanguis, &
multo minore,ꝗ ſit is quo perficit ſperma. Plus tamē aerei calidi eſſe in lacte
ꝗ ſanguine, declarat id,ꝙ ſanguis facilimè cō creſcit frigore,lac nō itē:qua ra-
tione,ſanguis mihi alieno calore,ſed lac ſuo calidior uidetur,ut ſperma etiam
& adeps:omnibus his quidē albicantibus, propter exuperantiā aerei.Inſitus
calor,qui eſt plurimus in uenis,ſanguinē alterantibus & conſeruantibus, ma

ximus

ximus & potentiſſimus eſt in corde & arterijs. In medio ſpermatis & lactis, tẽperamentũ eſt adipis. Calidius enim ſperma eſt adipe, & adeps lacte: & ſperma atq; lac denſari calore poſſunt, adeps aũt calore diſſoluitur. Quare ut frigore concreſcat oportet. Sunt enim pronunciata hæc Phyſica conſideranda. Primũ: τὰ ἐναντία ἐστὶν αἴτια τ̃ ἐναντίων. Alterũ: τὸ αὐτὸ, τῷ αὐτῷ, κατὰ ταὐτὸ, οὐκ ἐστὶν αἴτιον τῶν ἐναντίων. Paradoxographus hic probare conatur, calore, nõ frigore, materiã pinguedinis cõdenſari: quia ſcilicet adeps omnis calidus ſit, & caleſaciat, et ex tenuiore calidioreq; portione ſanguinis generetur. Non negamus, hæc omnia eſſe uera. Sed falſum nihilominus eſt quod dicit, eius efficientẽ cõcretionis, calorẽ eſſe, & nõ frigus: quia calidũ, nõ poſſit niſi à calido naſci. Fatemur, ſi ὁμογενῆ ſint αἴτια, alioqui non calidus ſol, quàm multa calefacit? Deinde cõcretio hæc adipis, nõ ſubſtantia ipſius eſt, ſed πάθος quoddam: ut glacies, non ſubſtãtia eſt, ſed πάθος aquæ. Quocirca ſi liquidus adeps eſt propter calorem, propter frigus ipſum par eſt cõcreſcere. Quod ex Ariſtotele affert, de concoctione, quia uidelicet adeps generetur cõcoctione, quæ non poſſit eſſe ſine calore: id dictum de ſubſtantia adipis accipimus, nõ de affectione, quæ eſt cõcretio. Itaq; accidẽti tribuit, quod de ſubſtãtia intelligi debeat. Poſtea ſubijcit, quia in frigidioribus nõ generaẽ partibus adeps, ut in mẽbranis cerebri, & circa περιοστίους ὑμένας: quare (inquit) ſequitur, ut calor ſit cauſa. In his cõmemoratis partibus, aut craſſior eſt ſanguis, aut frigidior & tenuior. Cerebrũ eñ frigidius cùm ſit, ſimili nutritur ſanguine: nec in eo tãtus eſt calor, qui ſanguinẽ tenuiorẽ permutet in pingue. Frigidiorẽ eſſe, declarat pituita quæ expurgaẽ: puriorẽ, quòd per ſuturas capitis perpetuò exhalat fuliginoſum excrementũ. Cùm ergo mediocri tantũ præditus ſit calore, nutritionis dũtaxat materia, & nõ etiam pinguedinis erit ſanguis cerebri. Craſſiſſimus aut circa oſſa eſt ſanguis, nec magna copia, neq; etiam multitudo uenarũ illic eſt: & intra oſſa ſuccus nutriens, degenerat diuturna alteratione in pinguedinẽ quandã, ut teſtaẽ experientia, propter frigus oſſiũ cõcreſcens. Ita frigus illud cogẽs liquidã pinguedinem, nõ eſt id ipſum quod gignit eam: quũ cõcretio, nõ ſit ſubſtãtia, ſed πάθος (ut dixi) pinguedinis. Deinde frigus nõ ſimpliciter dicitur, ſed cõparatione: remiſſior ſcilicet calor, quo denſari & cõcreſcere poſſit, pro ſua habilitate liquidũ, utroq; proportione quadam determinato. Nõ eñ ut aqua, non niſi maximo frigore cõcreſcit: ita quoq; pinguedo, aut cera, aut ſi quid ſimile, quæ poſſunt etiã remiſſione quadã prioris caloris, ſolidari. Ita liquidũ plũbũ, cõcreſcit ſummotũ ab igne, ut non ſine periculo uſtionis, ipſum auſis attingere, mox cõcreſcat. Quare frigoris uocabulo nihil aliud hoc loco ſignificari uolumus, quàm remiſſionẽ quãdã caloris: qua ratione dicimus etiã alias partes, alijs in corpore frigidiores eſſe: ut mẽbraneas, carneis & uenoſis. Habẽt quidẽ hæc, quib. utitur Demonſtrator ille, πρόχειρον φαντασίαν ueritatis: ſed non undiquaq; ſunt uera, quũ abutatur principijs. Quid (inquit) ꝙ tanta non eſt in uiuẽte corpore frigiditas, quæ poſſit materias congelare, ut illi loquũtur? In calidioribus itaq; naturis, & uenoſis, quòd pinguedo pauca naſciẽ, nõ alia eſt cauſa, quàm quòd partim tenuior pars ſanguinis, caloris magnitudine difflatur, partim in bilioſum ſanguinis tranſit. Illi ſunt enim, de quib. ſcribit Hippocrates, ὅσα τὸ γλυκὺ πῖον, χολὴ ξανθή. Dulcia enim & pinguia, facilè permutanẽ in bilẽ. Deſtituũtur ergo illi nõ modò pinguedinis materia, ſed etiam proportiõe caloris, de qua paulo antè diximus. Deinde modũ generatiõis adipis refellit, & ſuũ quendã aſtruit autor ille. Calore (inquit) pinguedo, cùm ſuo natiuo, tũ cõmuni & influente concreſcit: quoad nimirũ calor denſat liquidũ, ex

tenuiore faciens craſſum & ſpiſſum. Eius hæc ſunt uerba: Membranis occurrens ſufficienter calida materies, cõprimitur, quòd nulla ex parte diffluere poſſit. Nã hinc obſiſtit mẽbranæ firma denſitas, quæ calorẽ per ἀντιπερίστασιν ingeminat: illinc uaporis continuò excitati copia urget, trudit, impellit. Collectam cõpreſſamq́; materiã, calor ille ualidior cõcoquẽs denſat amplius (ut in craſſando, fit omnis concoctio) firmat, immotã & cõpactã reddit. Hactenus ille. Vt maximè ἀτμοειδῶς, per oſcula uenarũ, pinguior & tenuior pars exeat ſanguinis: uapor tamẽ non eſt ſanguinis, qui aut exhalat, & in aerẽ euaneſcit, aut permutatur frigore in aquã. Sed intra uenas pingue generatur, extra uenas nõ generatur, ſed ei accidit πάθος concretionis, quo fit adeps. Calorẽ deinde cogentẽ extrinſecus, maiorem eſſe dicit quàm ſit is ante concretionẽ, quo, in uenis ſcilicet alteratione ſanguinis, fiebat & naſcebatur. Et ex his quibus utitur uerbis, intelligi facilè poteſt, eum eſſe hac opinione & ſententia, ut putet calorẽ illũ, denſando facere concretionem hanc adipis: quod ipſum probat etiam exemplo cõcretione aquarũ, in ſalis, aut nitri grumos, quæ nimirum concretio fiat non frigore, ſed calore. Ariſtoteles in Meteoris oſtẽdit, aliud eſſe, cauſa aqueæ humiditatis, pro liquido aliquid haberi, & aliud ratione duntaxat caloris. Nã illud denſando, nimirum exhalãte aqueo humido, ſolidius fieri: rurſusq́; liquari, affuſa aqua. hoc uerò, ſolo calore liquari, & ſolo frigore cõcreſcere. τὰ μὲν γὰρ ὑπὸ θερμοῦ ξηροῦ παγέντα, ὑπὸ ὕδατος λύεται. ὃ δ᾽ ἦν ὑγρὸν ψυχρόν· τὰ δὲ ὑπὸ ψυχροῦ παγέντα, ὑπὸ πυρὸς λύεται, ὅ ἐστι θερμόν Aliud ergo eſt, denſando concreſcere: & aliud, ſimpliciter concreſcere: quæ diſtinguere demõſtrantem oportuit. Calorem porò dẽſare, probat uapore alembicorũ, & operculorum, in quibus calẽtibus etiã, uapor cõcreſcat in aquã. Vapor ſi diffunditur in amplũ ſpaciũ, tũ diſſoluitur in aerem: quæ diſſolutio præſertim ei accidit, cauſa caloris. Sed quando cogitur aut frigore, aut anguſtia uaſis, cùm tantũ nõ ſit aqua, rurſus fit aqua. Calor tamen nõ eſt in cauſa, ſed prohibens tranſitum uaporis uas coercens. Quòd ſi aut ſpiraculum nullũ ſit, aut nulla refrigeratio, quibus calor ille feruidus uaporis, nõnihil tepeſcat, rumpi uaſa uidemus. Sed tepore illo fit, ut partim exhalet, partim mutetur in aquam. Quare,

Nil facit exemplum, quod litem lite reſoluit.

Poſtremò, ut ſuos paralogiſmos aſtruat, pronũciatũ Phyſicum illud deſtruere conatur, quo dicimus, quæ calore liqueſcant, ea frigore denſari. Colliquata metalla, nõ frigore, ſed craſſitie, & ſiccitate potius, q̃ frigore indurari. Sed quî fit quæſo, ut liqueſcant igne? nónne in cauſa eſt calor? nullã aliã habebis cauſam, certè quàm calorẽ. Nónne cõtraria ſunt, liqueſcere, & cõcreſcere? Nónne contraria etiã ſunt, calor & frigus? Nónne contrariorũ etiã, contrariæ ſunt cauſæ? Quibus omnibus conceſſis, non habet, quo ſuã tueatur opinionem. Excluſus hac ratione, diuertit ad aliam quandã, dicens tenuiſſimum illud in ſanguine, non eſſe pingue quiddã, ſed uaporẽ quendã pinguem, qui egreſſus uenis, & in mẽbranas incidens, tranſitu prohibeatur: calorẽ autẽ incumbentẽ, & coercentẽ in his anguſtijs, craſſum et cõcretũ adipis efficere corpus. Subſtantiam pinguedinis in ſanguine naſci, nos dicimus, qua ratione non ſit uapor, ſed tenuiſſima, & maximè aerea ſanguinis ipſius ſubſtãtia: tametſi ἀτμοειδῶς eam exire in mẽbranas, quemadmodum ſanguis etiã exit in partes nutriendas, non imus inficias. Deinde paulo antè oſtendimus, calorẽ illa per ſe nõ denſare, quę frigore concreſcant: quibus hîc repetitis nihil eſt opus. Reliquis cõmemorãdis ſuperſedebo, ne ſim longior: tantũ exempli cauſa ꝓpono hęc, ut intelligant lectores, quãtum à ueris differant ueriſimilia, & quantũ referat,

proprijs

proprijs & uernaculis principijs quãq; rem demonſtrare, & nõ alienis. Idem proxime ſequenti paradoxo, ſimilibus argumentis pugnat contra communẽ de Mixtione elemẽtorum opinionẽ, qua cenſent qualitates in mixtis nõ ineſſe ſincerę, ſed oppoſitis & contrarijs fractæ & debilitatę. Is aũt ſinceras, & ſine labe integras ineſſe cenſet: ſed quo minus agant quædã, & inefficaciores ſint alijs, id fieri, quia quantitate differant. Maiorẽ uim & energíã qualitatis eſſe in quantitate, magis exuperantibus, minorem in exilioribus: non ꝙ maioris minorisq́ qualitates, confuſæ & fractæ inter ſe miſceantur. Eius hæc eſt ratio, quã ipſius uerbis recitatã ſubſcribã. Agit autẽ efficacius, dum maior eſt ſubſtantiæ ſubiectæ copia, obſeruata perpetua hac ſuppoſitione, quam ſuprà fecimus. Nam qualitas uehementior eſt in quantitate maiori. Remanẽt itaq; in ſingulis elementis uires eædem: nec ullo modo minuuntur uel exoluunt ex mixtione, quãuis fiat contrariarũ qualitatum oppoſitio. Magis uerò & minus agunt, prout pluribus uel paucioribus portionibus reliqua ſuperãt. Hæc ille. Nititur & illud paradoxõ falſo principio & fundamẽto, propterea quòd impatibiles ſtatuit qualitates primas illas corporum: quũ tamen cauſa earum nõ modò alterari, ſed etiam corrũpi ſubſtantias elementorum contingat. Prę terea ſunt, quibus corpora non modò agànt, ſed uiciſſim habilia, ut à contrarijs patiantur. Sunt enim (ut Ariſtoteles ait) ὁμογενῆ, mutuò agentia & patientia. Nã quę non ſunt, agunt tantum, & uiciſſim à patiente nihil patiũtur: ut Anima, reſpectu eorũ quę agit in corpore: & colores, quoad oculos afficiũt. Quinetiã colorũ ſpecies in pellucido diffuſa, eo modo eſt ἀπαθής, quo ille putat qualitates eſſe in mixtis elemẽtis ἀπαθεῖς. Etenim ratione colorum illorũ, aer pellucidus nihil patitur: & quia ἀπαθής, ſine mixtione etiam, ſinceri in eo ſunt omnes colores, non mutuò ſe confundentes. Nam quæcunq; non ſunt ὁμογενῆ, ſeſe mutuò neq; arcent, neq; debilitãt: ut caliditas & ſiccitas, albedo in niue, & frigus. Contrariæ hæ non ſunt qualitates, quia cauſa eiuſdem materię non poſſunt ſeſe mutuò debilitare, frangere, aut perimere. Sed elementorum qualitates ſunt cõtrariæ: & mirum eſt, hoc illũ nõ uidiſſe, qui tam oculatus in alijs fuerit. Principijs itaq; non conſentaneis, mirum non eſt, ſi quis aquieſcẽs cõtemnat ἔνδοξα, amplexetᷣ autẽ παράδοξα. Cuiuſmodi etiã illud eſt, Medicamenta eſſe actu & perpetuò, non potentia uel in in futuro talia, qualia dicuntur. Et nos calidiſſimis medicamentis quibuſq;, ait longè calidiores eſſe. Veteres Phyſici appellant actu calida & frigida agentia ὁμοειδῆ: quæ nõ poteſt fieri, quin ſint etiam ὁμογενῆ Phyſicè. Sed κατ᾽ ἐντελέχειαν talia, ſeu δυνάμει, & nõ energíã, quæ ſeipſis in actũ ſecũdũ nõ exeũt abſq; habili ſubiecto, nec eiuſdẽ ſpeciei qualitas in ipſis eſt, qualis eſt in patientibus: ut cùm Sol uel aſtra, calefacere aut refrigerare dicuntur hæc inferiora: aut cùm opium uel euphorbiũ dicuntur refrigerare aut calefacere corpus animalis, quæ tamẽ aquã, uel inanimũ aliud corpus, his qualitatibus nõ afficiunt. Elemẽta autem, quibus ipſa qualitatibus ſunt prædita, eiſdem patientia corpora quoq; afficiunt: nec cauſa alterius quod nimirũ patiatᷣ, certã uim habere dicuntᷣ. Actus porrò primus, tranſit in ſecundũ, in elementis, contagione dũtaxat: ſunt enim cõmuniſſima. Sed κατ᾽ ἐντελέχειαν agentia, propter ſpeciẽ ſubſtãtię, nõ eandem habẽt, quam faciunt qualitatem. Non eñ calor in euphorbio, actu is talis ineſt, qualem facit in animali, igneus nimirum, ut qui diſſoluere tẽperaturã etiã & κρᾶσιν animalis poſſit. Nã in euphorbio, ignis proprius cõſeruat euphorbiũ: & ſpecies ἰδιώδης, ſeu qualitas tẽperamenti eius, conſeruat ipſum euphorbium, & non perimit. Idem dici de opij frigore, & reliquis poteſt: quo planè perſpicuũ eſt,

ueteres, δυνάμει efficaces, ab actu efficacibus qualitatibus diſtinxiſſe. Sed Paradoxopœus ille noſter, qualitates omnes actu elementorũ definit: quem in mixtis etiam ſincerum falſò exiſtimat, ut præcedentis paradoxi confutatione oſtẽdimus. Ergo κατ' ἐντελέχειαν agẽtia, nõ niſi reſpectu patiẽtis, actũ illũ ſecũdum dicunt̃ præſtare: ut calor colliquans, non ipſe etiã colliquationẽ patitur: opiũ frigore κρᾶσιν corrumpens, non etiã ſuam corrumpit: cum tamen ſit nihilominus tẽperamenti ipſius (ratione frigoris) ἀκρασία quædam, qua poſſit ipſum etiã corrumpi, ut omnia mixta poſſunt (quatenus ἄκρατα) aboleri & corrumpi. Itaq; huiuſmodi agentia, reſpectu patientiũ, nequaquã neq; ὁμοειδῆ, neq; ὁμογενῆ poſſunt aut debent dici: ut liquet his, quas modò expoſui, rationib. Demõſtrator autem, hic omnẽ efficaciã agentiũ, quib. excitantur qualitates propriè elementorũ in patientibus corporibus, definit actu qualitatũ exuperãtiũ elementorũ in mixtis, omnibus in unam ſubſtantiam redactis, & quaſi collectis comprehenſisq; elementis, per formam κράσεως: quam tamen ipſe qualis ſit (quũ, ut Empedocles, ἀπαθῆ ponat elementa) explicare nequit. Sic enim autor ille ſcribit: Qualitates uerò, nõ modò ſuperſtites, & ſummis uirib. præditæ, ut antea fuerant, remanent, ſed & energíæ ſua continuò ſe produnt, maximè quæ in mixtione ſuperiores euaſerint. Hinc fit, ut meritò ea ſola uocentur calida, quibus igneæ ſubſtantiæ, quàm reliquarum plus obtigit. Hæc ille. Mixtorum calidorum, primum actum definit exuperantia ignei elementi, & non ἐντελεχείᾳ agentis. Deinde ſecundum actum ipſorum, cõtagione dũtaxat, & non etiam habilitate patientis corporis deſcribit. Nõ enim quia conferat aliquid patientis actus primus, ad actum ſecundum agẽtis, ſed nullo eius adminiculo, agentis primũ, in ſecundum actum procedere. At nos experientia ipſa teſtatum habemus, uim opij actum ſuum habere ſecundum, ratione habilitatis & craſeos, primi actus patientis. Nam quî fit, ut calorem & craſin corrumpat animalis, aliorum calidorum οὐσίαν & κρᾶσιν nõ corrumpat? Idem ſentiendum de euphorbio. Nam cùm omnibus calidis, calidius ſit corpus noſtrum: qui fit, ut peſtiferum ei ſit opij frigus, ſubſtãtiamq; eius perimat, & non alterius rei, ut euphorbij calorem, qui reſpectu corporis noſtri (ſi dijs placet) minor ſit? An Phyſicis principijs non eſt conſentaneum, magis calidũ à frigido minus pati quàm minus calens? Cæterùm nos medicamẽtis omnibus etiam calidiſſimis, longè calidiores eſſe (inquit ſcriptor hic) tactus rectè iudicat. Manui ſiquidem primo attactu, noſter ſentit̃ calor euidẽs & multus. Is additamento ait minoris caloris, fit maior, ut omnia magna, minorum acceſſionibus fiunt maiora. Sed quæ cauſa eſt obſecro, ſi feruenti aquæ inijciatur opiũ, ut nõ refrigeretur: aut ſit euphorbium non magis ferueat, cùm tactu multo ſit calidior feruens aqua, quàm corpus noſtrũ? Ita bonus ille Demonſtrator, omnia reuocans ad ſuã hypotheſin, qua ſtatuit, nullũ eſſe niſi actu, id eſt tactu calidũ, errat: ut nõ modò receptiſſimis pronũciatis Phyſicis, ſed ipſe etiam ſibi repugnet, & aduerſetur apertiſſimè. Rectè igitur fecerit uir ille, ſi priuſquã ſe pro Demonſtratore uenditet, Analytica diligẽtius addiſcat: & ad cõtradicendum tũ demũ accedat, quando ad cognitionem præceptorũ artis etiam uſum adiunxerit. Multa eius ſimilia errata prætereo. Nõ enim refellẽdis omnibus erroribus hic liber eſt deſtinatus, ſed exẽplis, quib. monerẽ ſtudioſos, quàm ſit difficile, uel diſcernere uera à falſis, uel ipſum poſſe uera, cõſentaneis argumentis aſtruere, & falſa refellere. Operæpreciũ eſt, ut hoc loco de uſitatiſſima apud Theologos hypotheſi dicam aliquid, qua ſtatuũt à Deo multa fieri, & poſſe etiam fieri, quæ tamen factu, naturæ & cauſis ſecundis ſint impoſſibilia.

poſſibilia. Quia uerò Galenus et Ariſtoteles, et pleriçꝫ alij philoſophi, Deum non agere dicunt quicquã abſqꝫ inſtrumẽto ſecũdarũ & naturalium cauſarũ, idcirco neg ınt ipſum poſſe quicquam, abſqꝫ materia cõueniẽte, facere. Ipſeqꝫ adeò Galenus, ſine demonſtratione, nullã ſe habere fidem Chriſto & Moyſi, ſatis impiè fateť, quoniam miraculis non credit. Deus aũt ſeſe cùm reuelauerit miraculis, de omnipotentia eius quæri ſolet, an ſine exceptione poſſit facere omnia? Reſpondet Auguſtinus, Multa Deum non poſſe, quæ ſi poſſet facere, non eſſet omnipotens. Vt ſeipſo meliorem nõ poteſt, neqꝫ malo obnoxium. In natura autẽ, & extra ſe, poteſt omnia facere, quæcunqꝫ non implicãt aut expreſsè, aut implicitè contradictionem. Sic enim ſentiunt & loquuntur Scholaſtici Doctores. Contradictoria enim ſimul eſſe uera, nõ modò falſum eſt, ſed etiã impoſſibile. At uerò quid Dẽo uerius, ut qui ſit ipſa ueritas, & qui ſeipſum negare non poſſit? Cæterùm poſſibile illud dicunt eſſe Philoſophi, quo poſito, non eueniat impoſſibile quiddã. Quicquid ergo poſſibile eſt aut dicit, excludit uera ſimul contradicentia, quæ nullo modo eſſe poſſunt. Reliqua omnia, ſi uelit Deus, eſſe poſſunt.

Quia uerò methodum Scientiæ his libris tractare ſum conatus, hortor etiam atq; etiam ſtudioſos ueritatis, ne Chymæris opinionum, falſis innitentium poſtulatis & hypotheſibus alienis temerè aſſentiantur: & pluris ueritatem, quàm cuiuſquã odium aut gratiam faciant. Nam ut ambitio ſectas, ita gratia & odium, ſectatores efficit, & diſtrahit iudicia & ſtudia hominum in partes, inhians honoribus & opibus, peruerſa Sophiſtica. Ita fit, ut omnibus temporib. periclitetur paralogiſmis ueritas: quam prius damnamus pleriq;, quàm cognoſcimus. Satis hactenus superq; exemplorum protulimus, pro formulis refellendi, eas quæ uideantur, ſed reuera tamen non ſint, demonſtrationes. Reliquum eſt, ut qui finis ſit ſciẽtiarum omnium, & qui maximus fructus ex ijs percipiatur, oſtendamus. Plato de Republica, diuiniſſimam partem hominis, nempe Mentem, præſertim ſcientiarum cognitione & ſtudio, perfici & excoli, ſcribit. Atqui ſciuntur, nõ niſi ea quæ ſempiterna ſunt, & cauſa ueritatis aliter ſeſe habere nequeunt: quæ alio quodam loco, diuina, & ὄντως ὄντα diximus eſſe. Extra mentis enim complexum, omnia quæ ſunt, mutabilia uidentur, in quibus etiam nihil ſimplex, nihil ſincerum, nihilq; perpetuò uerum appareat: ut ſunt corporea hæc, & ſenſibus ſubiecta, quæ nimirum opinabilia ſunt, & non αἰσθητὰ, aut νοητά. His quæ ſciuntur & intelliguntur, principiorum licet & diuinorum proprietates & οὐσίας contemplari, mentisq; ipſius æternitatem & ſimplicitatem: quæ niſi natura eſſet æterna & ſimplex, ſpecies ſimplices, æternas & immutabiles non perciperet. Ex quo poteſt intelligi, priorem & antiquiorem eſſe Mentem, omni corporeo & infimam quidem eſſe humanam, ſupremam & primam, Dei Mentẽ, quã & ipſam Theologi nominant λόγον: quia uidelicet architectandis rebus ſit omnipotens: ad cuius contemplationem ſi noſter λόγος cognitione ſcientiarũ peruenerit, perfectiſſimo ſit & beatiſſimo in ſtatu, ad quem in hac mortali, & miſera uita poſſit aſpirare. Cæterùm diuinus Plato, ſcientijs diſciplinarum, mentis oculos quodam modo cæcos aperiri. & caligine liberari ſcribit: quibus purgatis & apertis non modò ſeipſam, et νοητὰ omnia, ſed cauſam etiam ſuæ eſſentiæ & νοητῶν, nempe Ipſum Bonum, ſeu αὐτὸ ἀγαθὸν poſſit intueri. Vocat autem μαθήματα, & appellat ἀγωγὰ πρὸς ἀλήθειαν. Et rurſus: τὸ δ᾽ ἔστιν οὐ πάνυ φαῦλον, ἀλλὰ χαλεπὸν πιστεῦσαι, ὅτι ἐν τούτοις τοῖς μαθήμασιν

μαθήμασιν ἑκάστοις, ὄργανόν τι ψυχῆς ἐκκαθαίρεταί τε καὶ ἀναζωπυρεῖται ἀπολλύμενον, καὶ τυφλούμενον ὑπὸ τῶν ἄλλων ἐπιτηδευμάτων, κρεῖττον ὂν σωθῆναι μυρίων ὀμμάτων· μόνῳ γὰρ αὐτῷ ἀλήθεια ὁρᾶται. Quinetiam fruſtra & inutiliter cognoſci & ſciri omnia exiſtimat, niſi per illa, finis omnium, nempe boni Idea cognoſcatur: quæ nimirum Mētis etiam ſit origo & principium, & cum Mente, Veritatis. Omnium autem primum, Mentem non eſſe, duabus liquet rationibus. Nā Mens cùm ſit prima multitudo, nempe omnia νοητά, ſed expers tamē diuiſionis multitudo, priorem hac unitatē quandam ſimpliciorē eſſe oportet. Deinde Mēs cùm ſit ipſa ὄντα, non ipſum tamen Bonum erit: participant enim hac ratione τὰ ὄντα, bonitate, qua intelligimus, melius ipſa eſſe quàm non eſſe: ut omnia non alia ratione ſint, quàm qua melius ſit ipſa eſſe quàm non eſſe, non tam οὐσίας, quàm τάξεως cauſa. οὐσία igitur & νοῦς & Veritas propagantur ex Bono, quod Plato diuinus, ob id appellat ὑπερούσιον quiddam. Ex illo ante omnia Mēs naſcitur, & πρωτογενέστατον ἁπάντων quiddam eſt, θεῖος λόγος, ſeu prima Mens, quā in ſua eſſentia gignit tanquam pater αὐτοαγαθόν: quod ipſum, νοῦν γεννῆσαι, etiā in Philebo appellat, τοῦ πάντων αἰτίου λεχθέντος Plato. ~~Et quis non uidet, quàm [illegible] Theologorum de pri[illegible] diuinis [illegible] niu[illegible]~~ An non his breuiſſim[illegible] ctis, quaſi digito ſacroſanctam Triada mōſtrauit, uir diuiniſſimus: οὐκοῦν ἐν τῇ τοῦ Διὸς ἐρεῖς φύσει, βασιλικὴν μὲν ψυχήν, βασιλικὸν δὲ νοῦν ἐγγίγνεσθαι διὰ τὴν τῆς αἰτίας δύναμιν: quibus ὁμοούσιον τῶν τριῶν ὑποστάσεων aſtruit. Sed de his alio loco commodius dicetur. Proinde Mentem participare bono, & non eſſe ipſam bonitatem, ex eo perſpicitur, quia creata Mens, ipſa quoque ſuo quodam nutu, à primo & ſummo Bono deficiens, ſuæque bonitati confidens, falſitatis, tenebrarum & miſeriæ poteſt fieri particeps. Ipſa uerò à ſe bonitas nunquàm deficere, nec permutari cōtrario poteſt: cùm ſit ſimpliciſſima & ſinceriſſima energia, prorſus δυνάμεως omnis expers. Eiuſdem conditionis etiam ſunt (nempe extra omnem uiciſſitudinis obumbrationē, ut cum D. Paulo loquar) prima Mens, & prima Anima: quia uidelicet ſunt ὁμοούσιον quiddam, cum prima Bonitate, ex qua propagantur etiā cauſa originis. Quamobrem cum prima ſint, & ſimpliciſſima, contrario non poſſunt participare: τῷ γὰρ πρώτῳ ἐναντίον οὐδέν. Tria igitur hæc, principium & cardo erunt omnium eorum quæ ſunt extra, ſuapte natura mutabilium. Itaque ut in primis principiis, & in ſummo uno fine, qui eſt creator & pater omnium eorum quæ ſunt, contēplatione poſſimus acquieſcere (quæ eſt uera καλοκἀγαθίας) ſcientia rerum expurgandus eſt animus, mentis tenebræ, lumine diſciplinarum ſunt illuſtrandæ, acies acuenda demonſtrationibus, ut Deum uidere poſſis, finem & principium omnium rerum ab ipſo conditarum. Nō enim alia, quàm ſic informata mente, Deum accedere poſſumus: nec alia ratione, dictum illud à Poeta de Pythagora fuit: — *Metaphy. λ. in fine.*

Mente Deos adiit. — Et illud:

Fœlices animæ, quibus hæc cognoſcere primùm,
Inque domos ſuperas ſcandere, cura fuit.

Deus autem pater, & αὐτοαγαθόν, lux eſt æterna & immutabilis, quæ ſolo lumine à ſe propagato cernitur, aliter autem uideri nequit: quod ipſum λόγος eſt, & genita mens Dei, quam intuetur mens creata ſemetipſa, ſi defectione ſua à Bono, non tenebras ſibi, falſitatem & peccatum offuderit. Sed humana mens quaſi ſepulta in carne & corpore, umbras & ueſtigia bonitatis diuinæ agnoſcens, in his quæ cadunt ſub ſenſum, ab opinionibus procedens ad rerum ſcientiam, quaſi à ſomno expergiſcitur: uerè cognoſcens ea quæ ſunt, modo ſuæ

naturæ

naturę uernaculo:& ſimul ſemetipſam quoq; cognoſcens, magis magisq; ex pergeſit, & ab umbris,aciem ſuam conuertit ad ſeſe iam illuminatam ſciētię. Non ſunt enim νοητά,extra mentem:quippe in uacantibus materia,ſunt idem νοῦς & νοητόν.Nam ſeipſa noſcit mens νοούμενα,non externa quadā ſpecie,ut ſenſus,indigēs:cùm non ſint idem,αἴσθησις & αἰσθητόν.Sed mentis ἐνέργεια,nempe intelligere,& obiectum quod intelligitur,omnino ſunt idē.τὰ ἓν γὰρ ἀυτὸ,νόησις,καὶ νοούμενον. Hoc cognitionis lumine, ſimul τὰ ἀληθῶς ὄντα, & ſemetipſam noſcens, progreditur amplius ad primam & ſupremam τῶν ὄντων cauſam: cùm omnia multa ab uno experte diuiſionis depēdere intelligat,nec principia ſint (ut Ariſtoteles loquitur) ἐπεισοδιώδη,ἀλλὰ τῷ πρὸς ἓν πάντα συντετάχθαι, ſubſiſtant omnia. Mentis quidem cauſa,omnia ſunt unum: & quo unitatē habēt omnia ὄντα,eodem habent etiam principium. Cauſa igitur Mentis (qua ſimpliciſſimè ſunt) principium eſſe dicuntur ὄντα: quoniam extra mentem ſunt omnia effectus,& compoſitū quiddam,& inter ſe ſecreta eſſentia ſeu ſubſtantia,multa. Hac igitur luce ſcientiæ illuminata mens noſtra,quæ eſt infima,primam intueri Mentem incipit, primum principium rerum conditarum,ſimili mo modo quo ipſa noſtra mens eſt principium rerū cognitarum,earūq; quas in anima hominis architectatur,Idearum. Sed contemplando Mentis primæ diuinitatem,non facit finem altius ſeſe efferendi mens noſtra,uſq; dum peruenerit ad ὑπερούσιον illud αὐτοαγαθόν,quod Mente prima,origine ſit prius,propter rationem paulo antè commemoratam. Prima Lux,prima Vnitas,& quā nemo perfectè norit,quàm prima Mēs: quę nimirum eſt ipſius εἰκὼν,& ἀπαύγασμα Et utcunq; nos agnoſcentes λόγον,Patrē ipſum uidemus in his corporeæ uitæ tenebris. Sed,ô Deus omnipotens & æterne, cùm beati aliquando erimus, in lumine illo tuo,uidebimus lucē ipſam tuam. Per Filiū,nēpe per τὸν πρωτογενέστατον, cognoſcemus te Patrem αὐτοαγαθόν: cùm uidelicet per Spiritū ſanctum tuum,omnia eris in omnibus:cognoſcemusq; etiam,quomodo ante omnia ſecula,ſimus à te præcogniti,& non modò creati,ſed etiam recreati per λόγον primum, & ante omnia ſecula genitum,tibi & Spiritui ſancto coęternum,eâdem ſubſtantia conſiſtentem,ſed ratione originis Patri ſubſiſtentē. Spiritu igitur ſancto procedente ab utroq;,diſpenſatore omnium rerum creatarum,mentis noſtræ oculos illuminante, tuū lumen quod eſt,Sapientiæ tuę perfectiſſimā ἐνέργειαν, tuamq; lucem, à qua propagatur lumen illud,uidebimus perfectè, eo quo cuiq; dabitur modo. Nunc intuemur tamen hæc ipſa, quaſi per ſpeculum,rerum adminiculo conditarum,per adumbrata nimirum diuinitatis quædam ueſtigia (à rebus creatis aſcendentes ad creatorem) ope ſcilicet & auxilo ſcientiarum diuinitatem cognoſcentes,quibus nimirum cæcitati mētis noſtræ medemur:qua cæcitate ſublata,incorporea,diuina & principia ſcilicet uidere hæc immenſa poſſumus. Agnoſcimus itaq; per ſcientias, perfectionem mentis noſtræ: quarum cauſa, dicitur Mens omnia eſſe ὄντα, & alio modo ὄντα tamen quàm ſint extra complexum mētis. Sinceriſſima enim ſunt omnia,mentis cauſa:ſed in materia,& propter materiam,autore Platone,ſunt quodammodo omnia ὄντως μὴ ὄντα. Vt ergo ſine materia,colores, figuræ, magnitudines, interualla, numeri,motus,quietes, luminis cauſa,ſine omni permixtione & confuſione,energeian ſuam exercent in uiſu noſtro: ita propter mentem,in anima noſtra,omnium rerum ſpecies,ὄντως ὄντα,nulla admixtione materiæ,ſinceriſſima ueritatis energia conſpiciuntur. Lumen illud, quo uidet hoc modo Anima noſtra,omnium οὐσίαν, acceptam refert Mēti participatæ,tanquam cuidam luci:ut quæ δυνάμει νοητὰ,faciat actu νοητὰ,in Anima,ἐνέρ-

Quò reſpexit etiam Iob cap. 15. cū inquit: Ecce inter ſanctos eius nemo immutabilis,et cœli non ſunt mundi in conſpectu eius.

